


GRADUS
AD
PARNASSUM LATINUM.

PROMTUARIUM
PROSODICUM ET POETICUM,

SYLLABARUM QUANTITATEM ET SYNONYMORUM, EPITHETORUM, PHRASIUM, COMPARATIONUM AC DESCRIPTIONUM POETICARUM COPIAM EX POETIS LATINIS CUM ANTIQUIS TUM RECENTIORIBUS, QUORUM APPOSITA NUNC SUNT NOMINA, DECERPTAM CONTINENS.

IN USUM SCHOLARUM
POST
CAR. HENR. SINTENISII
ET
OTT. MAUR. MÜLLERI
CURAS
DENUO EMENDAVIT ET AUXIT
FRID. TRAUG. FRIEDEMANN.

PARS PRIOR.
A—H.

EDITIO QUARTA,
PRIORIBUS ALIQUANTO CASTIGATIOR ET LOCUPLETIOR.

LIPSIAE, A. MDCCCXLII.
SUMTIBUS LIBRARIAE HAHNIANAE.

Non sentitur sedulitate labor.

Ovid.

adjutum me esse non solum Germanorum, sed etiam Gallorum *) quorundam doctorum et laboriosorum studiis et exemplis: quamquam tantas hi copias effuderunt, ut rivos claudere cogerer potius, quam aperire. Nam Britannia **) et Italia ***) hoc quidem in genere repetendis pristinorum saeculorum inventis sat habet; Batavia, quamquam etiam nunc ferax poetarum latinorum, Germanorum et Gallorum hujus libri editiones discipulis suis suppeditare solet.

His exemplis inductus sum, ut etiam res christianas, quas fuerunt qui omissas vellent, auctas exhiberem, quum, quia sic intelligi potest, quomodo ad diversissimas res traduci possit linguae latinae ingenium, tum quia in multis scholis, quippe christianis, argumenta ejusmodi discipulis proponi solent. Ac *Quicheratus* quidem summam curam adhibuit ad hos poetas legendos et afferendos, quod pro eo, quem sibi proposuit, operis ambitu rectissime fecit. Nec omnes sunt prorsus indigni, qui ad codd. mss. auctoritatem diligentius recenseantur et uno corpore comprehensi venum eant.

Nec recentioris aetatis res gestas omnes subtraxi adolescentulorum cognitioni, ne, quoniam imitando praecipue consumi debet omnis eorum opera, derelictos se quererentur. Multum vero impediebar, quod nemo exstitit, qui hos poetas praestantiores uno corpore collectos vel potiores certe excerptos dederit, quo amandarem lectores. Nam nec quem *Noëlius*

---

*) „Gradus ad Parnassum, ou nouveau dictionnaire poétique latin-français, enrichi d'exemples et de citations tirés des meilleurs poëtes latins anciens et modernes; par *Fr. Noël.*" Ed. 4. Par. 1823. „Thesaurus poëticus linguae latinae, ou dictionnaire prosodique et poétique de la langue latine, contenant tous les mots employés par les poètes dont les oeuvres nous sont parvenues, et ceux qui se trouvent dans les fragments et dans les inscriptions; par *L. Quicherat.*" Par. 1836. Hi enim soli praeter caeteros Gallos, qui in eodem genere elaborarunt in usum scholarum, grandiora opera complexi sunt. Ac *Noëlius* quidem *Vanierium* maxime secutus est; *Quicheratus* novam quandam ac suam rationem iniit, omniumque et doctissime et accuratissime versatus, hoc tamen incommodi habet, quod omnia fere, quae ex grammaticis et lexicis discipuli petere possunt nota et ignota, vulgata et rara, certa et incerta, in unum coacervavit locum. Eoque diligentiae dicam an curiositatis progressus est, ut varias lectiones examinet, suas conjecturas depromat, virorum doctorum opiniones ponderet, ac ne remotissima quidem spernat. Explicationes rerum ac verborum vernaculas, quales lexica nostra breviter offerunt, ut est Gallorum ac caeterorum populorum in his libris prosodiacis mos, neuter omisit. Comicorum poëtarum exempla, *Lindemanni* opera adjutus, constanter profert *Quicheratus*, nec reliquorum poëtarum antiquiorum et Christianorum mentionem suppressit, recentiores vero, quos *Noëlius* ex Vanierii enchiridio retinuit, sciens ac volens praeteriit. Ac nemo non *Quicheratum* summa industriae laude dignum censebit, vereque eum scripsisse existimabit initio praefationis: Il y a dix ans que j'ai conçu l'idée de cet ouvrage, et que je recueille des matériaux en conséquence; il y en a huit que j'y travaille sans relâche et à peu près sans partage."

**) Grad. ad Parnass. ed noviss. sexcentis testimoniis desideratis aucta a *Th. Morellio.* Lond. 1780. Breviores editiones, quas mihi quidem notas ipse possideo, sunt hae, altera, quae editoris nomen non habet, „Grad. ad Parn. sive synonymorum et epithetorum thesaurus." Ed. 2. Lond. 1823. Altera paulo uberior est: „Grad. ad Parn. s. novus synonymor., epithet., versuum ac phrasium poëticarum thesaurus. Ed. nova, curante *Gul. Pyper*, schol. reg. Edin. mag." Edinburgi, 1835.

***) Hic ego unum tantum librum novi editum esse, quem, quum ipse possideam, quamvis multa in fronte promittat, satis gracilem ac mancum, ne quis fallatur, vere possum appellare. Inscribitur autem: „Regia Parnassi s. Palatium Musarum, in quo habentur 1. de pedibus etc. prolegomena, 2. poëticae artis synopsis, 3. synonyma, epitheta, periphrases etc., 4. historiae et fabulae etc., 5. plurima tum antiqua, tum recentiora deorum, heroum, virorum illustriorum etc. nomina, 6. versus ex poëtis antiquis et recentioribus depromti, 7. eorundem potiores sententiae, comparationes etc. Ed. postrema, omnibus anteactis longe emendatior atque auctior." Venet. 1817.

fecit delectum *), etsi iterata editione commendatum, nec si quem alii fecerunt, satis aptus erat ad id, quo ego contendebam. Idcirco hanc consilii mei partem minus, quam vellem, explevi, veritus etiam, ne praeter modum volumen cresceret. Sed postea, si fors ita tulerit, et quoniam descriptionum sedes brevissime indicari possunt, stabo promissis. Neque tamen, quod quasi praemuniendae excusationis causa addo, quidquam afferam ex iis poetis, qui ὁμοιοτελεύτοις versibus scripserunt: peculiare enim est hoc genus et ab institutione puerili alienum, etsi suos habet amatores **).

Caeterum si quid ab intelligentibus viris fuerit propositum, quod ad emendandum hunc librum facere posse videatur, gratissimo animo excipiam diligentissimeque exsequar, ac, si a perfectione nunc minus, quam antea, eum abesse dicant, laboris multi et haud semper jucundi jucundissimum habebo praemium.

Dab. ex rupe Etichonis in Nassovia, m. Iul. a. MDCCCXLII.

---

*) Nomina ipsa hic repetere nolo: posita sunt a me in libro supra pag. VI. not. *b*. allato, P. II. p. LVI sqq. ed. 2. In ea parte, quae prosaicorum scriptorum locos habet, ne *Ruhnkenium* quidem et *Ernestium* novit *Noëlius*. Caetera quid exsequar longius? Ipse igitur coepi in *bibliothecâ lat. scriptor. ac poëtar. aetat. recent.* (Lps. ap. G. Wigand, 1840) *Lotichii* et *Sarbievii* poëmata omnia minimo pretio proponere. Quos, si emtorum voluntas juverit, excipient reliqui, partim integri, partim selecti. Necdum habemus horum poëtarum omnium indicem satis accuratum, qualem dedit *P. H. Peerlkamp* popularium suorum a. 1838; nisi forte *I. G. Th. Graessius* exhibebit, qui in litteris aevi medii illustrandis maximo successu versatur. Ego vero, quantum potero, his quoque nominibus augebo *philologorum indicem*, quem tertiis curis emendatum separatim propediem evulgabo, in usum scholarum, quae nihil praeterea habent, quod consulere possint ad has res cognoscendas.

**) Cf. librum meum supra p. VI. allatum p. XXXI. ed. 2. et *Schlüteri* diss. de veterum Latinorum alliteratione cum nostratium allitt. comparata. Monast. 1840. Ecclesiasticis usibus destinatus est, quem nuper dedit *H. A. Danneil*, Thesaurus hymnologicus, sive hymnorum, canticorum, sequentiarum circa annum MD usitatarum collectio amplissima. Carmina collegit, apparatu critico ornavit, veterum interpretum notas selec as suasque adjecit. Hal. Sax. 1840. Vol. 1.

VIRO

ERUDITISSIMO ET ILLUSTRISSIMO

IOANNI SCHULZE

THEOL. AC PHILOS. DOCT.

REG. BORUSS. POTENTISS. IN SUMMO RERUM ECCLES. ET SCHOL. COLLEGIO A CONSIL. INTIM., ORD. AQUIL. RUBR. EQUITI SPLENDIDISSIMO

S. P. D.

FRID. TRAUG. FRIEDEMANN.

Redit ad *Te*, *Vir Praestantissime*, hic liber, quem anno 1828 primum *Tibi* misi nomini *Tuo* inscriptum, tanquam testem qualemcunque cum acceptorum a *Te* beneficiorum, tum animi erga Te mei. Nam quum per septem fere annos, quos Vitebergae traduxi, gymnasii per *Te* potissimum sustentati praeceptor ac rector, voluntatis *Tuae* documenta manifesta habuissem et postea humanitatem *Tuam* saepius essem expertus, non debui committere, ut alios hoc lateret. Adeo enim semper exhorrui ingrati animi crimen, ut mallem tenue quoddam veluti signum palam collocare, quam, ubi referre gratiam non possem, intra parietes cohibito vel clam expromto pietatis sensu, videri callide removere ab hominum cognitione, quae aliis deberem, et bene de me meritos homines negligere, vel, quod impium fere est, justa laude privare.

Quae quum ita sint, accipe, *Vir Amplissime*, quod a me denuo *Tibi* offertur, hoc studii sinceri et ab omni adulatione alieni pignus, paulo nunc accuratius expolitum. Nam, quin pristini mei temporis officia diligenter sancteque servare ac tueri studerem, *Te* non dubitasse

satis cognovi ex epistolis subinde ad me datis. Etsi enim fato quodam meo, quod *Tu* non ignoras, factum est, ut corpus secluderetur ab imperio Borussico, nunquam tamen vel animus potuit abalienari, vel desii admirari praeclaram *Regum Vestrorum Sapientissimorum* liberalitatem et summam *Collégii Vestri* curam, quae litterarum artiumque officinas, praesertim quum pacis diuturnitate otium confirmatum esset, ubique aperuit, conservavit, rexit, auxit, ornavit.

Atque harum laudum non minimam partem ad *Te* pertinere, quis est, qui nesciat? *Tu* igitur, quod adhuc diu ac prospere fecisti, ut in posterum facias, quantum anni crescentes patiuntur, atque, ubi res non siverint, ut, quam paratissimam habes vitae laborumque comitem, recte factorum conscientia fruaris et aetatis praeclare actae memoria recolenda laeteris, vehementer etiam atque etiam opto. Vale.

Scr. m. Jul. a. Ch. MDCCCXLII.

LECTORIBUS CANDIDIS
S. P. D.
FRID. TRAUG. FRIEDEMANN,
THEOL. AC PHILOS. DOCT.

DUC. NASSOV. SERENISS. A CONSIL. SCHOL. SUP. IN REPUBL. REG. ET ARCHIVORUM PRAEFECT., ORD. REG. LEON. BATAV. EQUES.

Hujus libri et antiquissimi et multo scholarum usu triti, quem Hahnius, vir honestissimus, ex Darnmanniorum Züllichaviensium reliquiis redemerat, postquam mihi data est cura, id egi, ut, quidquid vitiorum decessores ex prioribus editionibus *) reliquissent, quod sane exspectatione plus fuit,

*) Novissima editio, quae Norimbergae apud G. N. Raspe vulgata est a. 1794 uno volumine, editoris quidem nomine non posito, in fronte appellatur „denuo recognita et a vitiis typographicis, quibus praecedentes scatebant, quam maxime purgata.“ Praeterea autem, quantum ea ipsa de sese profiteatur, apparet ex eo, quod dicitur „novus synonymorum, epithetorum et phrasium poëticarum thesaurus, elegantias Ravisii Textoris poëticas, Parnassum poëticum, Thesaurum Virgilii, Smetium, Januam Musarum aliosque id genus libros ad poësin necessarios complectens, in quo singulis etiam phrasium syllabis ac nominum et verborum incrementis appositae sunt notae, quantitatis indices, una cum poëtarum testimoniis, quorum auctoritate singularum vocum quantitas comprobatur. Accedunt, quae ex historia, fabula et geographia ad poëticam artem conferunt; inseruntur descriptiones et comparationes plurimae, ex optimis poëtis excerptae, addito praxis poëticae a Paulo Aler ad facilem et perutilem studiosae juventutis usum conscriptae compendio.“ Hoc unum enim tenuitatis puerilis adminiculum, quum antea Germania haberet, et in schola Afrana, quae est Miseni ad Albim in Saxonia, ubi ferveret hoc genus exercitationum, assurgeret ultra hanc summam mediocritatem qualecunque meum ac condiscipulorum studium, memini plures nostrûm ante XXXV annos, ut est adolescentia prona ad emendandum, vel spe ac consilio, vel ipso aggressu, conspirare in eo, ut, quod deerat, condere aliquando statueremus conjuncta opera. Postea ad graviora progressi antiquitatis et litterarum studia, *C. A. Lobeckio* V. Cl. duce, qui nunc academiam Regimontanam ornat, tum in Vitebergensi docebat, quum in versibus latinis faciendis, quam sive artem sive oblectationem ex quotidiano usu Afrano retinuissemus promtam ac facilem, ipsi ejusmodi adjumento vix egeremus et alia moliri coepissemus, non prius cogitavimus de libris scholasticis melius instituendis, quam quum ipsa officii necessitas ac sanctitas nos id facere coegit. Sed, ubi a. 1813 alii aliis in locis publice evocati ad adolescentes in gymnasiis erudiendos accessimus, quae nobismet ipsis olim discentibus fuissent vel reapse nota incommoda vel impedimenta aliunde objecta, tum melius sentire et, quantum possemus, corrigere studuimus, partim de communi consilio, vel conscii saltem, partim causis separatim susceptis. Interea *C. H. Sintenisius*, gymnasii Zittaviensis in Saxonia praefectus, a. 1815. nec opinantibus nobis hunc librum auctum quidem correctumque edidit, sed ita tamen, ut multa etiam nunc desiderarentur. Inprimis autem, quod memoria teneo, quum in vicinis gymnasiis doceremus, *Frider. Lindemannus*, nunc gymnasii Zitta-

diligenter removeretur, et ut phrasium poeticarum nominumque materia partim amplificaretur, partim commodius disponeretur, ac demendo addendoque discipulorum rationibus, quantum quidem fieri posset non nimis porrecto totius operis ambitu, consuleretur.

Sed, ne, quid decessores praestiterint vel voluerint efficere, aut dissimulare viderer, aut ignorarent lectores, utriusque praefationem subjeci, ac *C. H. Sintenisii* *) quidem in brevius contractam, *O. M. Mül-*

---

viensis praefectus, vetus meus amicus ex Afrano convictu et ex Lobeckii disciplina, Torgaviae, ego Vitebergae, et de rebus scholarum emendandis coram ac per litteras saepenumero colloqueremur, hujus quoque libri rectius instituendi facta est mentio. Aliquanto post in alios locos, remotos sane, delati sumus. Hic casu accidit, ut, quod ille graecorum [a]) versuum componendorum adjumento edendo studium impendit, ego latinis [b]) versibus commendandis darem. Nec satis hoc. Nescii idem agentes etiam hunc *Gradum ad Parnassum* suo uterque modo emittimus auctum, emendatumque, ac praefationes eodem die scribimus Id. Sept. a. 1828, ille Zittaviae, ego Brunswigae. Nec quidquam convenerat inter nos, sed potius, ut fit in tanto locorum intervallo et in summis munerum vitaeque occupationibus, intermissum erat pristinum litterarum commercium. Hoc ego, ne quis forte miraretur, paucis commemorandum duxi.

*) „Tradidi jam Vobis, *Juvenes Amatissimi*, librum recens a me editum, qui ad sustentandum *versuum latine scribendorum* studium multum adjumenti Vobis afferre poterit, omnibusque juvenibus, eodem studio flagrantibus, olim jam attulisse praedicatur, nunc vero, rarior factus, difficulter comparari potuit, ita, ut ejusmodi libellus magnopere desideraretur. *Gradus ad Parnassum*, qui inscribitur, libris utilissimis, quibus juvenum institutioni bene consuleretur, pristinis temporibus annumerabatur, tantamque nominis celebritatem sibi conciliavit, ut mihi fere religioni ducerem, obsoletam ejus inscriptionem cum illa, qua *Promtuarium prosodicum* nominaretur, permutare. Continet hic liber non solum *vocum singularum*, secundum ordinem alphabeticum prolatarum, *synonyma* et *epitheta*, sed etiam *integras dicendi formas*, a poëtis in usum receptas, et *uberiores multarum rerum comparationes et descriptiones*, apud poëtas obvias, ut facile intelligere possitis, ejusmodi libro permagnam utilitatem, ad addiscendam *versuum latine componendorum* facultatem, non esse denegandam, propterea quod tales res complectitur, quae non solum ad *elocutionem*, sed etiam ad *inventionem poëticam*, scitu sunt necessariae. *Synonymorum* enim, quae salvo sensu ex populari loquendi consuetudine substitui possunt, copia inservit *variationi*, ne semper eaedem voces redeant, id quod non solum turpem magnarum linguae latinae divitiarum ignorantiam comprobaret, sed etiam taedium legentibus excitaret; *epithetorum* porro, unicuique notioni convenientissimorum, cognitio elocutioni poëticae affert miram quandam perspicuitatem, gravitatem egregiumque vigorem; *phrasium* deinde *integrarum*, quibus poëtae utuntur, scientia evehit sermonem vulgarem ad poëseos praestantiam, et *copiosiores* denique *comparationes et descriptiones* inserviunt inveniendis picturis, quibus ingenii poëtici cognoscitur excellentia. Ad ipsum vero hujus libri usum quod attinet, nolite illum modo tunc evolvere, cum vel ad invenienda synonyma et epitheta, vel ad eligendas dicendi formas ejus auxilio indigetis, id quod parum Vobis prodesset; sed potius frequentiori lectione, quae *indolis poëseos* notatu dignissima memoriae imprimit, familiaritatem aliquam cum illo contrahatis. Sed nihilo minus negari nequit, pristinum *Gradum ad Parnassum* non solum vitiis et erroribus, omnem fere numerum excedentibus, laborasse, quibus omnibus emendandis profecto impar fuisset unius patientia, sed etiam parum perfectum et absolutum fuisse in rebus, quas tractare et recensere constituerat, ut persuasum habeam, ejus utilitatem tantopere praedicatam *moderatioribus pristinarum scholarum desideriis* respondisse. Nam, ut nihil dicam de ingenti syllabarum numero, quas falso indicaverat, quam negligens

a) Uebungsbuch zur Fertigung *griechischer Verse* für die mittleren u. oberen Classen der Gymnasien u. Lyceen, zum öffentlichen Unterrichte und Selbstgebrauche. Herausgegeb. v. *Friedr. Lindemann.* Dresd. 1825.

b) Practische Anleitung zur Kenntniss u. Verfertigung *lateinischer Verse*, nebst einer *Chrestomathie* aus *röm. Dichtern*, herausgeg. v. *Fr. Tr. Fr. Erste Abtheil.* für mittlere Gymnasial-Classen. Lpzg. 1824. (ed. 4. 1836) — Der *zweiten Abtheilung*, für Ober-Classen, erste Hälfte, nebst einer methodologisch-litterarischen Einleitung über *Zweck*, *Umfang* u. *Stufenfolge lateinischer Versübungen* auf Gymnasien u. einem Verzeichnisse der vorzügl. *neulateinischen Dichter.* Lpzg. 1828. (ed. 2. 1840) — Quum *Lindemanni* liber graecis versibus componendis scriptus majorem ambitum haberet, quam nostra aetas caperet, hos lusus fere fastidiens, ideoque in manus discipulorum a praeceptoribus dari vix posset, paucissimis plagulis ego eandem rem complexus sum: Aufgaben zur Verfertigung *griechischer Verse. Erste Abtheil.* für *mittl.* Gymnasial- Classen. Weilbg. 1835.

leri *), qui nunc est gymnasii Coeslinensis in Borussia praefectus, integram. Praeterea, quum ex *Jani* **) arte poëtica latina pleraque desumta esse intellexissem, quaecunque *Sintenisius* addidisset, etiam *epithetorum copiam*, quam superiores editiones omnes habent, ipse nulla ratione reddita omisit, ab aliis ob multiplicem usum desideratam, iterum praefixi ab eodem *Janio* auctam et emendatam.

Ego vero, qui hunc librum maxime in usus adolescentulorum poesis latinae factitandae studiosorum adornarem, etsi efficiendum putavi, ut, quantum res ipsa postularet, veteris editionis copiae augerentur, tamen omni

---

ubique locorum fuit in determinandis vocum *significationibus*, tam *propriis*, quam *impropriis*, et in recensendis *synonymis*, *epithetis*, *dicendi formis* rerumque *comparationibus* et *descriptionibus*, quam multa praetermiserat, quae inique desiderabantur, ita, ut *liberaliori censori* candide fatear, in tam horrenda et fere immensa istiusmodi vitiorum errorumque abundantia, nonnulla mihi potuisse elabi, quorum veniam humanissime mihi expeto, totiusque libri formam, si omnia cum rigore corrigerentur, aut artificis statera examinarentur, esse permutandam. Quantum tamen, *illa retenta*, in viribus meis positum fuit, tantum contuli ad *emendanda* vitia, et ad *addenda* scitu necessaria. Nam non solum *innumera* in assignanda syllabis quantitate, et in distinguendis vocum significationibus *vitia delevi*, sed etiam *synonymorum*, *epithetorum*, *phrasium* et *integrarum comparationum et descriptionum* numerum tantopere auxi, ut nunc quodammodo saltem locupletior hic liber in lucem prodiret. Summam vero operam collocavi in eo, ut non solum *permultas vocum construendarum formas*, easque solis in poëtis obvias, *una cum illarum imitatione*, indicarem, sed etiam ut *gravissima* ex optimorum poëtarum, *Ovidii*, *Virgilii*, *Horatii*, *Tibulli*, *Catulli* et *Propertii*, commentatorum *observationibus* adspergerem. Quibus omnibus inserendis, ne libri pretium augeretur, curavi, ut praetermitterem omnes *explicationes*, ad antiquitates, historiam, geographiam et mythologiam pertinentes, easque aliis ex libris addiscendas, et omnes *comparationes ac descriptiones*, ex auctoribus bonis prolixe transscriptas, nominato tamen auctore, quia in omnium manibus est, facile reperiendas. Simul denique necessarium putavi, ut *Prosodiam latinam* praemunirem, quae plura, quam frequentiores in scholis grammaticae, sed *breviter*, ad judicandam syllabarum quantitatem contineret.

His igitur dotibus qualibuscunque instructus, hic liber denuo in adspectum prodire ausus est, nihilque magis in optatis habeo, nisi hoc, ut *Praeceptoribus* Vestris, Vobisque, *Juvenes Amatissimi*, gratus acceptusque videatur. Cui eventus si responderit, *dulcissimum senectutis meae fructum* semper habebo. Scrib. Servestae, A. R. S. MDCCCXV."

*) „Quum haud pauca essent, quae a suscipienda hujus libri recensione animum meum deterrere viderentur, tamen ut hanc curam mihi paterer imponi, fecit imprimis id, quod diutius negare vix arbitrabar esse ejus, qui memoriam Caroli Henr. Sintenis, viri de scholis juvenumque liberali institutione optime meriti, sancte pieque coleret. Quid autem egerim, breviter narrabo. Primum sustuli vernaculas vocum interpretationes, quas, qui hoc libro utuntur, aut antea cognitas habent, aut, si nesciant, potius in lexicis quaerent. Tum indefesso studio notas illas ad judicandam syllabarum quantitatem ita perlustravi, ut et falsas corrigerem et omissas adderem, quod utrumque quavis pagina persaepe fieri oportuit. Nec minorem operam versibus locisque veterum poëtarum adscriptis, ubi mirum quantum peccatum erat, navavi. Haud raro etiam versus alios, ubi necessarium videbatur, substitui, et ubi nullos ille dederat, unum aut plures adjeci. Passim voces omissas recepi, quod tamen parce feci. Ne ceteram hujus libri molem minuerem, redemtor impediit, praeter *Prosodiam latinam*, quae in grammaticis nuper editis meliore ratione et via traditur. Scrib. Züllichaviae Cal. Maj. 1821."

**) „Artis poëticae latinae libri IV. auctore *Chr. Dav. Jani*, gymn. Hal. Sax. conrectore." Hal. 1774. Quaedam vel poterant, vel debebant emendari; verumtamen ego nolui manum injicere. Nam si *Maur. Seyffertus*, nunc gymnasii Brandenburgensis conrector, unus ex meis discipulis Vitebergensibus, quod conjicere licet, ex ejus „Palaestra Musarum" (Hal. 1834) Vol. II. P. 1. praef. p. IX., hunc librum innovatum dederit, magnum habebit operae pretium. Quantumvis enim recentissima aetas poëtas latinos antiquos summa cura expoliverit, multa tamen illustranda restare, docent, ut paucissimis utar exemplis, *C. G. Jacobi* quaestiones epicae s. symbolae ad grammaticam latinam poëticam (Lps. 1839), *C. A. M. Axtii* annotatt. ad *Vestritii Spurinnae* reliqu. lyr. Francof. 1840, *M. Hauptii* Observv. critt. (Lps. 1841).

modo curavi, ut, quidquid adderetur, demendis aliis rebus minus vel aptis vel necessariis summum meum brevitatis studium compensaret. In primis autem constanter cavi, ne, quidquid grammaticae et lexica*) pueris offerunt, ullo modo hic repeteretur, ac ne minutim enuclearentur, quae vel tironum ingenium facile caperet. Neque enim puerulis, qui prima versuum elementa discunt, destinatus est hic liber, sed provectioribus, qui ipsi jamjam componere, ut ajunt in scholis, et altius evolare solent. Illis scripti sunt ejusmodi libri, qui, quibus opus est adjumentis, in se habent, nec unquam hujus *gradus* usum requirunt; his aperiendae sunt quasi quaedam sylvae rerum poeticarum, in quibus parata inveniant, quae, prout visum fuerit, in usus suos convertant. Verum tamen, quia aliis locis (cf. supra pag. VI. not. *b.*) uberius eam rem exemplis allatis exposui, ne longior sim, lectores ac judices meos illuc ablegare liceat. Pro multis igitur nominibus, quae saepius iteranda essent, positae sunt primae litterae; descriptiones longiores, quae facile peti possent ex notissimis poetis, quorum exemplaria artis stereotypicae ope nunc sunt multa et vilissimo pretio venduntur, ipsae resectae sunt, sed accurate allatus librorum ac versuum numerus. Comicorum exempla, quae *Lindemannus* **) dedita opera attulit, ego rarissime commemoravi, non quo hos poetas non censerem legendos adolèscentibus, sed quia, qui nunc faciunt versus latinos docti et indocti, ab hoc genere fere abstinent.

Ita instructa a me editione vulgatus est a. 1828 Tom. I., a. 1830 Tom. II. Opinione citius novam curam flagitavit nuper librarius. Cujus festinationi licet aliquid concedendum esset, tamen, quia non indotatum in manus emtorum dimittere librum et volui et debui, retractavi omnia accuratius, multa correxi, quaedam commodius disposita ad genera sua revocavi, alia delevi, alia addidi; sed chartae sumtibusque parcentem formam majorem elegi et in angustissimum spatium omnia coarctavi. Praecipue autem, quod in Germania hucusque nondum quemquam fecisse jure mireris, quum Gallorum exemplum optimum adesset, scriptorum ipsorum, ex quibus depromtae sunt phrasium copiae, nunc quidem addidi nomina, si certo constarent. Ita adolescentes, quid sit epicorum, quid elegiacorum, quid lyricorum, quid didacticorum, quid scenicorum, quid reliquorum poetarum, ante oculos habebunt, et a perversa commixtione horum generum, quae veteres non solum formis et vocabulis, ut ceteri populi, sed ipsa metrorum ratione accurate discernebant, diligenter sibi cavebunt. Ac debebam fortasse etiam, quod *Lindemannus* fecit diligentissime, quantitatum testimoniis librorum ac versuum ipsorum numerum appingere; verumtamen, dummodo certum esset, nomen poetae posuisse satis existimavi, iis quidem verbis integris praemissis, ex quibus, quid sibi vellent, manifeste intelli-

*) Verborum enim formas et syntaxin omnes omnino grammaticae, sive *Zumptii*, sive aliorum, exponunt. Poëtarum autem singulorum locos abnormes *Schelleri* Lexicon, quod *Hahnius* bibliopola *Lünemanni* et *Georgesii* curis repetitis augere et emendare studuit, quantum satis est adolescentibus, habet illustratos. Adde: Griechisch-Deutsches Wörterbuch der mytholog., histor. u. geograph. *Eigennamen*, nebst *Erklärung* u. Angabe der *Sylbenlänge* f. d. Schulgebrauch, v. *G. Ch. Crusius*. Hannov. ap. Hahn. 1832.

**) Qui quum hoc inprimis ageret, recte liber ab ipso editus inscribitur: „Novus Thesaurus latinae linguae prosodiacus sive Gradus ad Parnassum instauratus, ad optimas editiones emendatus, et veterem et recentiorem prosodiam complectens, singulis vocabulis accentus repraesentans.“ Zittav. et Lips. a. 1827. Tom. I. II. Res historicae et geographicae non sunt remotae, phrasium poëticarum numerus imminutus magis, quam auctus, quantitatum exemplis loci poëtarum accuratissime adscripti, phrasium auctores nulli allati, priorum editionum errores multi deleti. Habet igitur liber, qua se tueatur, in suo genere laudem egregiam.

gerent vel puerali. Saepius vero incertis certiora, obscuris clariora nunc substitui. Volebam etiam sententiolas quasdam inprimis memorabiles ita afferre, ut, uno versiculo mente comprehenso, plurium vocum mensuram tenerent discipuli, et simul sive re cognitu jucunda sive admonitione salubri adverterentur. Veluti vulgatissimum illud: *Donec eris felix, multos numerabis amicos* mea opinione adscribendum erat his vocibus: *donec, ero, felix, numero, amicus.* Similiterque *Arma virumque cano, Trojae qui primus ab oris* repetendum in his vocabulis: *vir, que, cano, Troja, qui, primus, ab, ora.* Nam *multus* et *arma* aliaque id genus, quamquam sunt, qui ne in his quidem diligentiam desiderari velint suam, sine auctoritatibus dimisi. Ac paene ridiculum est, quod in omni phrasium apparatu cujusvis syllabae, etiam puerulis non ignotae, mensuram ponere non erubuit, quisquis et olim et nunc libros similes edidit. Quis enim eos consulet, quin ista bene teneat, vocalem ante vocalem corripi, duabus consonis sese excipientibus positionem fieri, et quae sunt hujusmodi sexcenta? Scilicet haec est consuetudinis vis, quae ducit volentes, nolentes trahit.

Quod autem fuit *), qui imprudenter auxisse me diceret phrasium apparatum, quia discipuli, versus latinos scribere jussi, soleant undique corrasos versiculos conglutinare, et in meis voluminibus furti faciendi et occasionem et materiam habeant paratissimam, id vero, rectam docendi rationem, multo usu et ipsa natura comprobatam et ab intelligentissimis viris quotidie magis magisque nunc commendatam sequi si quis voluerit, falsum esse perspiciet. Primum enim, quod caput est, qui praeest his exercitationibus, ipse debet non solum rei esse peritus **) ac bene memoria comprehensos habere locos poetarum veterum ac recentiorum clarissimos, quos attuli, sed etiam iisdem uti studiorum adminiculis, quibus utuntur discipuli, ut, quid simpliciter, quid fraudulenter fiat, facillime videre queat. Deinde ipsa ista, quae tantopere sese jactat, parsimonia ac paene tenacitas tardioris mentis adolescentulos misere excruciat, ita, ut, quoniam nihil auxilii vident, caput perfricent, calamum unguesque rodant, et totum hoc studiorum genus, quod ipsum per sese non magnopere commendatur a superciliosis quibusdam vel hujus aetatis, vel etiam antiquitatis totiusque philologiae patronis, tanquam ingenii tormentum, non lene, ut Horatius habet, sed horribile, quia inane, odisse incipiant. Ac sane fit hoc plerumque, ubi pueri non tam, materia aliqua subjecta, versus scribere, quam nudi relicti poemata componere jubentur, quod non habebit successum, nisi vel ingeniosiores certa via ac ratione a facillimis ad difficiliora, ut in ceteris rebus discendis, prudenter traduxeris. Qua in re mirum quantum

*) „Gradus ad Parnassum, sive Thesaurus latinae linguae prosodiacus. Novam editionem emendatam et locupletatam instruxit *Jul. Conrad.*" Lps. 1830. Qui quale consilium secutus sit, mihi quidem nunquam satis apparuit. Videtur autem potissimum voluisse vilioris pretii librum exhibere: quod ipsum, quum frustra primum fuisset, grandiore etiam proposito, resipiscens librarius, ut extruderet mercem, postea aliquoties valde imminuere coepit. Quidquid autem id est, quod hic commemoro, non fit ad invidiam vel inferendam vel depulsandam, sed ut mearum rerum rationem exponam. Adeo enim honorificam et amicam mei mentionem Afrani a. 1836 laeto convivio undecunque congregati fecerunt, *Dillero* V. D. praesertim interprete (cf. Monumenta Afrana. Mis. a. 1836. p. 17 sqq.), ut mihi absenti laetissima acciderent, quae ille p. 21 scripsit: „Memorabile est, qui recentiori aetate laborarunt in adornando excutiendoque illo thesauro prosodiaco, omnes fuisse disciplinae nostrae alumnos. — Hoc putaverim ad disciplinae nostrae laudem vel maxime pertinere, quod Afrani sunt, quos labente paulatim artis poëticae honore poësis latinae statores praedicare possis."

**) Cf. quae nuper non sine causa conquestus est ea de re *C. A. M. Axtius*, quondam in lyceo Vitebergensi meus discipulus, nunc professor gymnasio Crucenacensi praefectus, in libro bonae frugis plenissimo „üb. d. Zustand der heutigen Gymnasien." Wetzlar. a. 1838. p. 125 sqq.

etiamnunc in hujus aetatis luce et omnium rerum perfectione peccari a praeceptoribus multis certo scio *).

In epithetorum farragine novam quandam ac meliorem viam ineundam esse ipse intellexi. Maxime autem probabilis mihi visus est *I. M. Gesneri* labor, qui in thesauro linguae latinae litterarum ordine alphabetico ejusmodi res explicuit. Quem quominus imitarer, ut verum fatear, impedivit librarii festinatio. Synonymorum quoque major ratio poterat haberi: quamquam difficile est, si breviter simul accurateque id facere velis. Praeterea quum lexica, quibus utuntur pueri in scholis, ex peculiaribus libris, qui ejusmodi res nuper vel accuratius investigarunt vel commodius explicaverunt, potiora omnia desumserint, illuc, tanquam ad fontes, licet accedere.

Quibus in rebus omnibus efficiendis etsi ego mihi ipse satisfacere non potui, spero tamen fore, ut, quam hucusque non improbatam vidi operam, magis etiam jam probetur aequis existimatoribus, atque ut tota libri forma, quae non potuit repente immutari, sensim accessisse propius ad perfectionem videatur. De semet ipso difficile quidem est et dicere et tacere; nolo tamen veritatis confessionem subterfugere, ne cui debitum honorem subtraxisse dici possim. Fateor igitur, in hoc libro adornando

---

*) Quo magis enim indies excrescit in immensum rerum percipiendarum multitudo atque artium factitandarum varietas, non adolescentibus solum, verum etiam ipsis praeceptoribus rerumque publicarum administratoribus omnibus, eo constantius ac sollertius curandum est, ut fiat, quod *Schellingius* philosophus verissime simplicissimeque dixit: „Einzelnes thut es allerdings nicht mehr; einzeln (man ist davon überzeugt) kann Nichts eigentlich gewusst werden.“ Neque tamen ille solus, sed omnes, quotquot et sunt et fuerunt, philosophi hanc viam ad veram eruditionem esse voluerunt, ut summae rerum notiones mente comprehenderentur, ex quibus ceterae, veluti aptae ex causis et connexae inter sese, penderent. Quod quum, qui citra ultraque Rhenum ac Vistulam fluvios incolunt, perspicere coeperint omnes, multorum saeculorum experimenta faciunt, ut ex repetita vehementius partium contentione nunc tandem emergat laetior consensio. *Horatium* enim sequi debemus, qui ipse suo et exemplo et hortatu *sapere et fari* jubet, ut discant juvenes, id est ad veram humanitatem ut formari se patiantur. Sed de his rebus satis superque et ipse mihi videor exposuisse in epist. ad *Jac. Geelium* praefixa *Hemsterhusii* oratt. et epist. ed. 2. (Weilbg. 1839), et aliorum virorum voces auctoritatis plenissimas collegisse, cum in sex *Paraenesium* voluminibus (Brunswig. 1827 sqq.), tum in *biblioth. lat. scriptor. aetat. recent.* Vol. 1. 2. (Lips. 1840). Unum autem ac non leve vitium concepit aetas nostra. *Sapere* enim dum juvenes docere voluit, rimari potius et dubitare ac disceptare licentius eos assuevit, quam recte modesteque deliberare ac ratiocinari. Tum vero, *fari* ut discatur, non potest fieri sine diuturna ac diligenti scriptorum excellentium omnium imitatione, veluti pictores ac statuarios futuros facere videmus. Nostri autem adolescentuli stilum, quem optimum dicendi magistrum dixit Cicero, aut raro in manus sumunt, aut sumtum mox abjiciunt, et audiendo, legendo, disputando, si modo, tempus omne operamque consumunt, pauci majorum more rhetoricis et poëticis exercitationibus, praesertim latinis, strenue institutis delectantur. Dedi igitur summam operam, ut, ubicunque terrarum essem, antiquam illam versuum latinorum componendorum artem, ubi explosa et expulsa esset ex scholis ac fere ex memoria hominum, reducerem et pristino honori restituerem, ubi vacillantem usum vidissem, firmarem. Quod studium quum simul ad caeteras linguas transferrem, vernaculam, graecam, gallicam, vidi egomet, nisi natura torperent aut consuetudine mala obduruissent, animos praeceptorum ac discipulorum alacriores fieri fructusque inde nasci laetissimos. Ac coepit sane redire in multas Germaniae scholas hoc studiorum genus, perversa quorundam clamatorum contumelia antea rejectum. Fuerunt autem etiam, quae nunquam deponerent, veluti in Austria, in Britannia, in Gallia, ubi constantissime usque ad hunc diem colitur. Borussia, si quidem recte audivimus, nec impedit publice, quod factum alibi esse dicitur, neque magnopere adhortatur, sed libero praeceptorum arbitrio permittit, quo fit, ut vere appellari possit liberale hoc studium, quippe nullis aut edictorum jussibus impositum, aut examinum minis extortum, et ut, eam artem qui exercent adolescentes, inprimis ingenui liberaliterque educati rite dicantur.

Explicatio signorum.

A. Anonymus.
a. vocabulum archaicum.
abj. abiicit.
adj. adjectivum.
Alb. Albinovanus.
Alc. Alcimus.
Amb. Ambrosius.
Anth. Anthologia Latina.
ap. apud.
ascl. versus asclepiadeus.
Att. Attius.
Au. Ausonius.
  id. Idyllia.
  ep. Epigramm.
Av. Avienus.
B. Boëthius.
br. brevis.
C. Catullus.
c. cum.
Ca. Calpurnius.
cet. cetera.
cf. confer, conferatur.
Cl. Claudianus.
  C. H. Cons. Honor.
  L. St. Laud. Stilich.
  R. P. Rapt. Pros.
  B. Gi. Bell. Gild.
  B. Ge. Bell. Geth.
Co. Columella.
comp. comparatio.
conj. conjugatio.
decl. declinatio.
dep. deponens.
descr. descriptio.
dub. dubiae auctoritatis vocabulum.
E. Ennius.
eccl. vocabulum ecclesiasticum.
EP. Epitheton.
F. Fortunatianus.
f. foemininum.
G. Gallus.
Ge. Germanicus Caesar.
Gr. Gratius Faliscus.
H. Horatius.
  E. Epod.
  Ep. Epist.
  O. Od.
  S. Sermon.
h. n. histor. naturalis vocabulum.
J. Juvenalis.
iamb. versus iambicus.
incr. incrementum etc.
L. Lucanus.
Liv. Livius.
Lo. Lotichius.
Lr. Lucretius.
Lu. Lucilius.
M. Martialis.
m. masculinum.
Ma. Mantuanus.
Mn. Manilius.
N. Nemesianus.
n. neutrum.
O. Ovidius.
  A. Amorr.
  AA. Ars. Am.
  H. Heroid.
  M. Metam.
  P. Epp. ex Pont.
  R. Remed. Am.
  T. Tristia.
P. Propertius.
Pa. Palladius.
part. participium.
Pe. Persius.
Ph. Phaedrus.
PH. Phrases.
phal. versus phalaecius.
Pl. Plautus.
pl. pluralis.
Pr. Prudentius.
Pt. Petronius.
q. v. quod vide.
R. rei rusticae vocabulum.
r. rarum vocabulum.
ret. retinet.
Ru. Rutilius.
S. Silius Italicus.
s. sive.
Sa. Sarbievius.
sc. scilicet.
Se. Seneca tragoedus.
  A. Agam.
  H. f. Herc. fur.
  Hi. Hippol.
  H. O. Herc. Oet.
  M. Med.
  Oe. Oedip.

T. Troad.
Th. Thyest.
The. Thebaid.
Si. Silius Italicus.
St. Statius.
A. Achill.
S. Silv.
T. Theb.
Sy. Symmachus.
SY. Synonyma.
Syr. P. Syrus.
T. Tibullus.
Te. Terentius.
A. Andr.
Ad. Adelph.
E. Eunuch.
H. Hecyra.
He. Heautont.
Ph. Phorm.
Tr. Terentianus Maurus.
V. Virgilius.
A. Aeneid.
E. Eclog.
G. Georg.
v. vide, videatur.
Va. Valerius Flaccus.
* vocabulum poëticum.
† deterioris latinitatis vocabulum.

COPIA EPITHETORUM

SIVE

ADJECTIVORUM ET PARTICIPIORUM.

–

Part.
dans
fans * *P.*
flans
flens
nans
nens *
stans

⏑ ⏑
hebes
opus
uter

⏑ ⏑
2 *decl.*
bonus
catus *a.* * *H.*
cavus
citus
duplus
ferus
malus
meus
merus
nothus
novus
pius
probus
quadrus
quotus
reus
satur
suus
triplus
tuus
vagus

ret. e.
bifer *
lacer *
miser
tener

abj. e.
faber * *O.*
glaber *
macer
niger
piger
ruber
sacer
scaber *
vafer

3 *decl.*
incr. br.
celer
cicur

⏑ ⏑
memor
reses
teres
vetus
vigil

incr. long.
minor
prior

sine incr.
brevis
gravis
levis
potis *a.* * *L. C.*
putris *
rudis

Part.
datus
litus * *V.*
quitus *a.*
ratus
satus
situs
status

obliqui.
paris

⏑ ⏑
tribus
trucis

⏑ –
incr. br.
inops
biceps
bipes
duplex
redux
triceps
tripes
triplex

incr. long.
atrox
edax
emax
iners
bibax †
bidens * *T.*
bifrons * *V.*
bilix * *V.*
capax
cliens
comans *
dicax

⏑ –
ferax
ferox
frequens
fugax
libens
loquax
lubens
minax
nigrans *
petax * †
potens
procax
pudens
rapax
recens
repens
sagax
salax
sequax *
tenax
trahax *a.*
trifaux * *V.*
trilix * *V.*
vorax

Part.
1 *Conj.*
amans

⏑ –
aquans
arans
hians
humans
itans
ovans
beans *
boans *
cavans
cibans *
citans
creans
cremans
crepans *
cubans
dicans
dolans
domans
forans
fricans *
frians *L.*
fugans
gelans *
glabrans †
globans
gravans
gregans * †
jugans
juvans

⏑ –
labans
latrans
lavans
levans
ligans
liquans
litans
locans
lutans †
means *
micans
migrans
natans
necans
negans
notans
novans
parans
patrans
pians
plicans *
probans
putans
quadrans
reflans
renans *
rigans
rogans
rotans *
sacrans
secans
sonans
strians *V.*
strigans *Ph.*
tonans
vacans
vadans
vetans
vibrans
vocans
volans
vorans

2 *Conj.*
acens
avens
egens
habens
hebens
olens
calens
carens
cavens
ciens
decens
docens
dolens
favens
fovens
jacens
jubens
latens
licens
liquens *
macens *a.*

⏑ –
macrens *a.*
madens
manens
merens
monens
movens
nitens
nocens
patens
pavens
placens
replens
rigens
rubens *
scatens *
sedens
silens
solens
studens
stupens
tacens
tenens
tepens *
timens
tumens
valens
videns
viens *a.*
vigens
virens
vovens

3 *Conj.*
agens
alens
edens
emens
bibens
cadens
canens
colens
coquens
ferens
fluens
fremens
furens
gemens
gerens
legens
linens *
luens
metens
molens
petens
pluens
premens
regens
rudens *
ruens
scabens
serens
sinens
spuens *
strepens
struens

⏑ –
suens
tegens
terens
trahens
tremens
vehens
volens
vomens

4 *Conj.*
iens
sciens

Dep.
fatens
fruens
jocans
loquens
medens
merens
minans
morans
precans
procans *a.*
querens
sequens
tuens
vagans
verens

– ⏑
2 *Decl.*
aequus
albus
almus
altus
amplus
aptus
arctus
helvus †
hirtus
hornus *
imus
orbus
udus *
ullus
uncus *
unus
aeger
alter
asper
ater

3 *Decl.*
acer
impos
omnis
uber

Part.
actus
altus
assus
auctus
ausus

– ⏑
emtus
esus
ictus
orsus
ortus
unctus
ustus
usus

2 *Decl.*
balbus
bardus
bellus
bimus
binus
blaesus
blandus
brutus
caecus
calvus
canus
carus
cassus
castus
cautus
celsus
certus
clarus
claudus
crassus
crispus
crudus
cunctus
curtus
curvus
densus
dignus
dirus
dius *
divus *
doctus
duplus
durus
falsus
faustus
fessus
festus
firmus
flaccus
flavus
foedus
foetus
fulvus *
furvus *
fuscus
gibbus †
gilvus
glaucus *
gnarus
gnavus
gratus
grossus †
justus
laetus
laevus

– ⏑
largus
lassus
latus
lautus
laxus
lectus
lentus
limus *a.* *
lippus
longus
luscus
luxus † *r.*
magnus
mancus
mirus
moestus
multus
mundus
mutus
navus
nonus
notus
nudus
nullus
paetus
pandus *
parcus
parvus
paucus
planus
plenus
pravus
primus
priscus
privus
promtus
pronus
pullus
purus
putus
quadrus
quantus
quartus
quernus *
quintus
quinus
rarus
raucus
raudus *a.*
ravus *a.* *r.*
rectus
rufus *
russus *
saevus
salsus
sanctus
sanus
scaevus †
scitus
sentus *a.* *
senus
servus
serus
sextus
siccus

– ⏑
simplus
simus *
solus
spissus
sponsus
spurcus
strictus
stultus
sudus
summus
surdus
tantus
tardus
ternus
torvus *
totus
trimus
trinus
triplus
truncus
tutus
vanus
varus *
vastus
vernus
verus
vescus *
vivus
creber
dexter
gibber *r.*
liber
neuter
noster
pulcher
prosper
teter
vester

3 *Decl.*
incr. br.
compos
deses
dives
pauper
perpes * *a.*
praepes *
praeses
puber
sospes

incr. long.
major
pejor

sine incr.
comis
dulcis
fortis
grandis
jugis
lenis
levis
mitis
mollis
pinguis

putris *
qualis
quisquis
segnis
si quis
suavis
talis
tristis
turpis
vilis

obliqui.
ditis
sontis

Part.
caesus
captus
carptus
census
cinctus
clausus
coctus
coeptus
comtus
cultus
demtus
dictus
doctus
ductus
factus
falsus
fartus
fassus
fatus *
fictus
fisus
fissus
fixus
fletus *
flexus
fossus
fotus
fractus
fretus
frictus
frixus
fultus
functus
fusus
gestus
jactus
junctus
jussus
laesus
lapsus
latus
lautus
lectus
linctus †
lusus
mensus
mersus
messus
missus
mixtus
morsus
motus
mulctus
mulsus
nactus
natus
nexus
nisus
nixus
nuptus
pactus
partus
passus
pastus
pexus
pictus
pistus
plexus
potus
pransus
prensus
pressus
promtus
pulsus
punctus
questus
raptus
rasus
rectus
ruptus
sartus
scalptus
scissus
scriptus
sculptus
sectus
septus
sparsus
sponsus
spretus
stratus
strictus
structus
suasus *r.*
suctus *r.*
sumtus
sutus
tactus
tectus
temtus *
tensus
tentus *
tersus
textus
tinctus
tonsus
tortus
tostus
tractus
tritus
trusus
tunsus
vectus
versus
victus
vinctus
visus
votus
vulsus

in Dus
dandus
fandus *
flendus *

3 *Decl.*
incr. br.
anceps
impar

incr. long.
absens
amens
atrox
audax
effrons †.
excors
exlex
exsors
expers
infans
ingens
insons

Part. 1 *Conj.*
adnans
adstans
aequans
aerans †
afflans
albans †
aptans
arctans
armans
assans
auctans *a. L.*
aurans *a. r.*
efflans
enans
errans
escans †
exstans
halans *
humans * *r.*
inflans
innans
instans
intrans
obstans
occans
optans
orans
orbans
ornans
umbrans *
undans *

2 *Conj.*
albens
algens
arcens
ardens
arens
audens
augens
explens
haerens
horrens
humens *
implens
opplens
urgens

3 *Conj.*
abdens
addens
angens
edens
hiscens
indens *a.*
obdens *
ungens
urens

Depon.
affans *
effans *
hortans
utens

Adj. 3
incr. brev.
compar
complex †
congrex †
coelebs
dispar
duplex
praeceps
praecox
princeps
segrex †
separ †
simplex
suppar
supplex
vindex

incr. long.
bellax *
candens
canens *
clemens
concors
consors
constans
demens
discors
fallax
felix
flammans *
furax
linguax †
mendax
mordax
nugax
pernix *
pernox
praegnans
praestans
praesens
prudens
pugnax
socors
solers
spernax †
sternax * *V.*
stellans *
vecors
velox
verax
vinax

Part. 1
balans *
bullans †
caelans
calcans
cantans
captans
castrans
caussans
celans
cerans †
certans
cessans
clamans
clathrans †
caecans
coenans
colans
conflans
constans
cribrans
crispans †
crustans †
culpans
curans
cursans
curtans *
curvans *
damnans
densans *
dietans
difflans *a.*
distans
ditans
donans
dotans
ductans
durans
firmans
flagrans
foedans
foetans †
formans
fragrans *
fraudans
frenans
frondans †
frustrans
fucans
fumans
fundans
fuscans *
gemmans *
gestans
glabrans †
gustans
gyrans
jactans
jurans
lactans
lallans † *r.*
lapsans * *V.*
lassans * *O.*
latrans
laudans
laxans
legans
lentans * *V.*
libans
librans *
limans
lixans †
lunans * *O.*
lustrans
luxans †
lymphans † *
mactans
manans
mandans
mersans *
migrans
monstrans
motans *
multans
mundans †
mussans * *Liv.*
mutans
narrans
navans
nictans *
nigrans *
nodans *
nudans
nutans
pacans
palans
palpans
patrans
peccans
perflans
perstans
pinsans *r.*
placans
plantans
plorans
portans
potans
praestans
prensans
pressans *
privans
prostans
pugnans
pulsans
purgans

– –

quadrans
quassans *
raptans
regnans
reptans *
restans
rorans *
ructans
runcans r.
rugans *a. r.*
saltans
salvans † *eccl.*
sanans
sedans
servans
siccans *
signans
spectans
sperans
spirans
spissans †
spumans
spurcans *a. r.*
sputans *Pl.*
stagnans *
stillans
stipans
substans *r.*
sudans
sufflans *a.*
sulcans *
tardans
taxans †
tentans
tornans
tractans
tranans
truncans *
turbans
turpans *
vallans
vannans *A.*
vastans
vectans *
velans
vernans *
versans
vexans
vibrans
vitans
vulgans

2 *Conj.*

callens
calvens †
candens
censens
clarens *
complens
debens
deflens
delens
fervens
flaccens
flavens *

– –

florens
foetens *r.*
frendens
frigens
frondens *
fulgens
gaudens
lactens
languens
livens *
lucens
lugens
macrens *a.*
marcens *a.*
miscens
moerens
mordens
mulcens *
mulgens
pallens
parens
pendens
pollens
praebens
prandens
putens *
replens
ridens
sorbens
sordens
splendens
spondens
squalens
stridens *
suadens
supplens
terrens
tondens
torpens
torquens
torrens
turgens *

3 *Conj.*

caedens
carpens
cedens
cernens
cingens
clangens *R.* *
claudens
cogens
comens *
condens
credens
crescens
cudens
currens
dedens
degens
demens
dicens
didens *
discens
ducens

– –

fallens
fidens
figens
findens
fingens
flectens
frangens
fundens
gignens
gliscens
glubens
jungens
laedens
lambens
linguens *a.*
linquens *
ludens
mandens
mergens
mittens
nectens
noscens
nubens
pandens
pangens
parcens
pascens
pectens
pellens
pendens
perdens
pergens
pingens
pinsens *r.*
plangens *
plaudens
plectens
ponens
poscens
prendens
prodens
promens
psallens * *H.*
pungens
quaerens
radens
reddens
repens
rodens
rumpens
scalpens
scandens
scindens
scribens
sculpens
serpens
sidens *
sistens
solvens
spargens
spernens
sternens
stertens
stringens
subdens

– –

sugens
sumens
surgens
tangens
tendens
tergens
texens
tingens
tollens
tradens
trudens
tundens
turgens
vadens
vellens
vendens
vergens
verrens
vertens
vincens
vivens
volvens

Depon.

bacchans
conans
contans
cunctans
dignans
fungens
furans
grassans
gratans
jurgans
labens
latans
lignans
lucrans
luctans
mercans
metans
mirans
nascens
nitens
nugans
praedans
rimans
ringens *
rixans
scitans *
scortans
scrutans
sectans
solans *
testans
tricans
tristans †
tutans
venans
vescens

∪ ∪ ∪

Adj. 2.

acidus
agamus † *eccl.*

∪ ∪ ∪ –

alius
aqueus
aquilus *a. r.*
avidus
epicus
hilarus
olidus *
opicus †

Adj. 3.

agilis
alacer
aliquis
habilis
hilaris
humilis

Part.

aditus
alitus
habitus
initus
obitus

Adj. 2.

bibulus
bifidus *
bijugus *
bivius *
calidus
camurus * *V. r.*
cedrinus
citimus
creperus *a.* *
criticus
croceus *
crocinus
cupidus
decimus
decuplus
dubius
famulus
fatuus
fluidus
fracidus *r.*
gelidus
geminus
gerulus †
graphicus * *Pl.*
gravidus
lepidus
liquidus
luteus
lyricus
madidus
magicus
medicus
medius
melicus
metricus †
minimus
modicus
mutilus
nimius
nitidus
niveus *

∪ ∪ ∪

nocuus *r.* *
nuceus †
patrius
patruus *
pathicus *
patulus
pavidus *
piceus *
placidus
pluvius
prasinus
profugus
properus *
proprius
putridus
quadruplus
querulus
quotuplus
rabidus *
rapidus
refluus *
refugus *
reliquus
reprobus †
resonus *
rigidus
riguus *
roseus *
rutilus *
sapidus †
sciolus †
socius
solidus
spurius †
stolidus
stupidus
subitus
superus
tacitus
tepidus
thyminus †
timidus
tragicus
tremulus *
trepidus
trifidus *
tumidus
typicus † *eccl.*
vacuus
validus
vapidus * *Pc.*
varius
vegetus
venetus †
vetulus
viduus *

Adj. 3.

biforis *
bijugis *
bimaris * *H.*
celebris
docilis
facilis
fragilis

⏑ ⏑ ⏑
gracilis
juvenis
parilis *
similis
stabilis
sterilis
tenuis
viridis
volucris
cicolor *
celeber
volucer

Compar.
brevior
citior
gravior
levior
melior
nigrior
pigrior
potior
probior
rudior
senior

Part.
domitus
genitus
licitus
meritus
monitus
placitus
positus
solitus
subitus
tacitus
veritus
vetitus

⏑ ⏑ –
Part.
abiens
abigens
abolens
acerans *a.*
acuens
adamans
adaquans †
adedens *
adhibens
adiens
adigens
adimens
adolens *
agitans
animans
epulans
equitans
habitans
hebetans
hiemans
hilarans
imitans
inarans †
inhians

⏑ ⏑ –
inhibens
inhumans †
iniens
iterans
obarans
obiens
obolens *A.*
onerans
operans
oriens
ululans

Adject.
bipatens * *V.*
capripes *
locuples
petulans
sapiens
vehemens

Part. 1.
blaterans *
brevians †
camerans †
caperans *a.*
celebrans
celerans *
cicurans *r.*
crepitans *
crocitans *a.*
crucians
cubitans
cumulans
deamans *a.*
decimans
decorans
domitans *
dubitans
fabricans
fluitans
fodicans
fruticans †
fugitans
furians *
geminans
generans
glacians * *R.*
glomerans
gravidans
jugulans
lacerans
lanians
lapidans
laqueans *
latitans
locitans * *Te.*
macerans
maculans
madidans †
memorans
meritans
minians †
mutilans
nigricans †
numerans

⏑ ⏑ –
pavitans *
penetrans
peragrans
peramans
perarans * *O.*
radians *
reboans *
recitans
recreans
recrepans * *C.*
recubans
redamans
refricans
regelans † *Co.*
relevans
religans
remeans
remigrans
renovans
reparans
repedans *A.*
replicans
reprobans *dub.*
reputans
resecans
reserans
resonans
retonans *
revocans
revolans
rogitans
rutilans *
satians
saturans
scelerans *
similans *dub.*
simulans
sinuans *
socians
solidans *
spolians
stimulans
strepitans *
subarans †
superans
temerans *
tenuans * *O.*
terebrans * *R.*
titubans
tolerans
trepidans
tribulans † *R.*
triplicans
trutinans
ăbĭgo. *Ō vīr, cōllŏquĭō nōn ăbĭgēndĕ Dĕūm.* O. SY. ēxpēllĕrĕ, pēllĕrĕ, fŭgārĕ, prōpēllĕrĕ, ābdūcĕrĕ, ābstrăhĕrĕ. *v. pello, arceo.*

Ăbĭī. Ἄβιοι. Hom. Il. 13, 6.

ābjĭcĭo. *Abjĭcĭtō pŏtĭūs, quām quō pērfērrĕ jŭbĕrĭs.* H. SY. cōntēmnĕrĕ, spērnĕrĕ, āspērnārī, rējĭcĕrĕ, dēspĭcĕrĕ, tēmnĕrĕ, nēglĭgĕrĕ, rēspŭĕrĕ, vīlīpēndĕrĕ, pōnĕrĕ, dēpōnĕrĕ, ēxŭĕrĕ. PH. Ad terram mĭtto, nĭhĭlī făcĭo, aēstĭmo, dūco; flōccī făcĭo; ănĭmō frāngŏr. *v. contemno.*

ăbĭtŭs, -ūs. *Āmphĭtrўōnĭădēs ārmēnta ăbĭtūmquĕ părābăt.* V. SY. dīscēssŭs, ēxcēssŭs, rĕcēssŭs, prŏfēctĭo. EP. trīstĭs, dūrŭs, mōestŭs, ăcērbŭs, sŭbĭtŭs, suprēmŭs. *v. abeo, valedico.*

ābjūrātĭo. EP. sacră, hōrrēndă, pĭă, īmpĭă.

ābjūro. *Ābstrāctīquĕ bŏvēs ābjūrātāequĕ răpīnāe.* V. SY. nĕgārĕ, pērnĕgārĕ, ābnŭĕrĕ, dētēstārī, ējūrārĕ; pērjūrŭs nĕgo.

āblātŭs. *Dīxĭt, ĕt īn sylvās pēnnīs āblātă rĕfūgĭt.* V. SY. sūblātŭs, rāptŭs, ērēptŭs, sŭbrēptŭs, cāptŭs. *v. aufero.*

āblēgo, ās. *Ēt prŏcŭl īgnōtās mĭsĕrōs āblēgăt īn ōrās.* Mn. *Ablegare terris*, ut *misit terris, H.* O. 1, 2, 1. SY. āmāndārĕ, ējĭcĕrĕ, pēllĕrĕ, ēxpēllĕrĕ. *v. ejicio.*

āblĭgūrĭo, īs. *Bŏnīs sŭīs quī nŭpĕr āblĭgūrītīs.* (Scaz.) Scal. PH. Patria abliguerat bona. *Te. v. ligurio.*

āblūdo. *Pān ĕrĭs, hāec ā tē nōn mūltum āblūdĭt ĭmāgŏ. H. v. discrepare.*

āblŭo. — *dōnēc mē flūmĭnĕ vīvō Āblŭĕrō.* V. SY. lăvārĕ, pūrgārĕ, ēlŭĕrĕ, tērgĕrĕ, ābstērgĕrĕ, mūndārĕ. PH. Fōntānā mănūs ūndā lăvārĕ. Stīllāntĕ gūttō, *s.* gūttūrnĭō, dēpūrgārĕ mănūs; flŭvĭālī āspērgĭnĕ sōrdēs pūrgārĕ; ăquīs rĭgārĕ, prōlŭĕrĕ, pērfūndĕrĕ, spārgĕrĕ, īnspērgĕrĕ, mērgĕrĕ cōrpŭs ăquā; tīngĕrĕ cōrpŏră lўmphīs. Pūrō sē īn fōntĕ lăvārĕ, ūndīs lābem ēlŭĕrĕ, mūndārĕ. Tūrpēs ōrĕ fŭgārĕ nŏtās; ārtūs lĭquĭdō pērfūndĕrĕ rōrĕ, cōrpŭs flŭvĭālī spārgĕrĕ lўmphā. Cōrpŭs dēmĭttĕrĕ īn ūndās. Sŭpērfūsīs tīngĕrĕ cōrpŭs ăquīs. Mănĭbŭs lĭquĭdōs dānt ōrdĭnĕ fōntēs. Dānt fămŭlī mănĭbŭs lўmphās, tōnsīsquĕ fĕrūnt māntīlĭă vīllīs. *V.* Ablŭĕre hīc ārtūs lāssātăquĕ mēmbră părābăm. *O.* Spārgĭtĕ mē lўmphīs. Mēmbrōrūm măcŭlās pūrō mūndārĕ nătātū. Īrrōrātquĕ mănūs lўmphīs. Flūmĭnĕ lārgō Spārgūntŭr. Ăblŭĕ praetĕrĭtī pērjūrĭă tēmpŏrĭs. *O.* Ănhēlă sĭtīs dē cōrpŏrĕ nōstrō Āblŭĭtŭr.. *Lr.* Vūlnĕră lўmphā Āblŭĭt. *V.* Cōrpūsquĕ rĕcēntī Spārgĭt ăquā. *V.* Ēt laētūm sŏcĭīs āblūtā caēdĕ rĕmīsĭt. *V. v. baptizo, balneum.*

ābnăto. *Ābnătăt, ēt blāndīs āffātūr līttŏră vērbīs.* St. A. 1, 383. SY. ēnătārĕ, ēnăvĭgārĕ, ēmērgĕrĕ.

ābnĕgo. *Ābnĕgăt, ēxcīsā vītām prōdūcĕrĕ Trōjā.* V. SY. ābnŭĕrĕ, rĕnŭĕrĕ, rĕcūsārĕ, nĕgārĕ, pērnĕgārĕ, dēnĕgārĕ; īmprŏbārĕ; retrāctārĕ. PH. Cēdo ĕquĭdēm, nēc, nātĕ, tĭbĭ cŏmĕs īrĕ rĕcūso. Praecēptīs pārērĕ rĕcūsăt. Quĭs tālĭă dēmēns Abnŭăt? Cūr mĕă dīctă nĕgāt dūrās dēmīttĕrĕ īn aūres? Rēx, tĭbĭ cōnjŭgĭum ēt quaesītās sānguĭnĕ dōtēs Abnĕgăt. *V.* Elĭgĕ, ăĭt; nūllām pătĭērĕ rĕpūlsăm. Nēc cŏmĭtem ābnĕgăt. *H. v. nego.*

ābnĕpōs. *Nātōs, nĕpōtēs, ābnĕpōtēs ēdĭtōs.* (Iamb.) Pr.

Ābnŏbă, ae. *Ābnŏbă mōns Īstrō pătĕr ēst, cădĭt Ābnŏba hĭātū.* Av.

ābnōdō. *Fālcĕ pŭtātŏr* | *Ābnōdăt sīlvās.* Co.

ābnōrmis. *Rūstĭcŭs, ābnōrmīs săpĭēns, crāssāquĕ Mĭnērvā.* H.

ābnŭō. *Ābnŭĕrām bĕllo Ītălĭām cōncūrrĕrĕ Teūcrōs.* V. *v. abnego.*

ăbŏlĕo, ēvi. *Nēc pŏtĕrĭt fērrūn, nĕc ĕdāx ăbŏlērĕ vĕtūstās.* O. SY. āntīquārĕ, rēscīndĕrĕ, tōllĕrĕ, dēlērĕ, ēxstīnguĕrĕ. PH. Lēgēs rĕfīgĕrĕ; īrrĭtūm, īnfēctum rēddĕrĕ. Abŏlērĕ nĕfāndī Cūnctă vĭrī mŏnŭmēntă jŭbĕt. *V.* Prōlēs dēfēcĕrĭt ōmnĭs. *V.* Sānguĭnĕ Caēsărĕō Rōmānum ēxstīnguĕrĕ nōmĕn. *O.* Sī quĭd dēlēvĕrĭt aētās. *H.* Fērrōquĕ tŭōs ăbŏlērĕ nĕpōtēs. *O.* Aūt ūndīs

ăbŏlērĕ pŏtēst, aūt vīncĕrĕ flāmmā. *V.* Nēc prīscōs tōllō rītūs lĕgēsvĕ rĕfīgō. *V. v. deleo, purgo.*

ăbŏlēsco. — *Nēc tānti ăbŏlēscēt grātĭă făctī.* V. *v. aboleo.*

ăbŏlĭtŭs. SY. āntīquātŭs, rēscīssŭs, ōbsŏlētŭs, ēxstīnctŭs.

ăbōllă. — *răptā prŏpĕrābāt ăbōllā.* J. *v. vestis.*

ăbōmĭnŏr. *Ēt vīrēs nātūră nĕgāt; quĭd ăbōmĭnŏr ērgō?* O. *Part. perf. pass. H.* E. 16, 8. PH. Sī mĕă sōrs rĕdĭmēndă tŭā, quŏd ăbōmĭnŏr, ēssēt. *O.* Īstă sĕd aethĕrĕās vānēscānt dīctă pĕr aūrās, Ēt sīnt ōmĭnĭbŭs pōndĕră nūllă mĕīs. *O.* Pārēntĭbŭsque ăbōmĭnātŭs Ānnĭbăl. *H.* Tūm mūltă sēcum ēffātŭs ēt pătrĭūm sōlūm Ăbōmĭnātŭs. *Se. v. execro, imprecor, omen.* Hōstĭbŭs īllŭd Ēvĕnĭāt! *P.* 3, 6, 20. *S.* 2, 54. Prŏcŭl ābsĭt. *St.*

Ăbŏrīgĭnēs, populus. Ăbŏrīgĭnĕŭs, adj.

ăbŏrĭŏr. — *Linguām vōcemque ăbŏrīrī.* Lr. *v. morior.*

ăbōrtĭo, ĭs. PH. Āntĕ dĭēm părĕrĕ, īmmātūrum fōetum ēmīttĕrĕ, ēdĕrĕ. Nēvĕ dărēt pārtūs īctū tĕmĕrārĭă caecō. *O.*

ăbōrtīvŭs. *Cūm tōt ăbōrtīvīs fōecūndūm Jūlĭă vēntrēm.* J. PH. Āntĕ dĭem, īmmātūrō pārtū ēmīssŭs, ēxcūssŭs.

ăbōrtŭs, ūs. SY. pārtŭs īmmātūrŭs, praecŏx, īntēmpēstīvŭs.

Ăbrăcădābră. *Inscribīs chārtae, quōd dīcĭtŭr Ăbrăcădābră.* Ser. Samm.

ābrādo. *Ābrādĭt spŏlĭīsque ŭnguēs ēxērcēt ăhēnōs.* Pr. SY. rādĕrĕ, cōrrādĕrĕ, ērādĕrĕ, dērādĕrĕ.

Abraham, Abrăhāmŭs, Abrăhă. *Ābrăhām sānctīs mĕrĭtō sŏcĭāndĕ pătrōnīs.* Sid. *In quā prōlĕ pătrēm mūndī tē crēdĭdĭt Ābrām.* Pr. *Ēst Abrăhām, cŭjŭs gnātōs vōs ēssĕ nĕgātīs.* Tert. SY. Abrāmŭs, Abram, Abrās; Thārĭdes, Thārĭădēs, Thārā gĕnĭtŭs, sătŭs; Isācī, Isăācĭ pătĕr, gĕnĭtŏr, pārēns. EP. sānctŭs, jūstŭs, pĭŭs, īnnŏcēns, īnnŏcŭŭs, bĕnīgnŭs, crēdŭlŭs, săcrĭfĭcŭs, fĭdēlĭs, nūmĭnĭs ūnĭūs ōbsērvāntīssĭmŭs, īntĕgĕr vītae, mīrācŭlum fĭdĕī. PH. Dĕō fīdīssĭmŭs Abrām. Hēbraeāe stīrpĭs ŏrīgo. Nātī īmmŏlātŏr ūnĭcī. Īnnūmĕrae gēntĭs pătĕr Abrās. *Vid.* Fĭdē clārŭs. Ōlĭm pĕrēgrīnīs jūssŭs ĭn ōrĭs Quaerĕrĕ prōmīssōs āgrōs. Quī dīvīnō bĕnĕ crēdŭlŭs ōrī Prōmīssūm gĕnŭs īnnŭmĕrīs cēnsēbāt ĭn āstrīs. Cūjŭs sēmĕn ărēnās Aequŏrĭs ēt nŭmĕrō sŭpĕrāvĭt sīdĕră caelī. Quī pīgnŭs ūnĭcūm sĕnīlĕ dĭcāvĭt vīctĭmaē. Tūm pătĕr Isăācūm mănĭbŭs pōst tērgă rĕvīnctīs Cōrrĭpĭt, ēt săcrō, jām nōn pătĕr, ădmŏvĕt īgnī.

Abrămĭdae, arum *et* — ĭdēs. *Ō dŏmŭs Ābrămĭdūm, coelī lectissĭmă prōlēs.* Mil. *v. Judaei.*

ābrĕptŭs. SY. ābstrāctŭs, rāptŭs, dīrēptŭs, dīvūlsŭs.

ābrĭpĭo, ŭī. *Ābrĭpĕre ēt Dănăās ĭtĕrūm pōrtārĕ pĕr ūrbēs.* St. SY. ābstrăhĕrĕ, răpĕrĕ, tōllĕrĕ, ērĭpĕrĕ, aūfērrĕ. PH. Fēstāsquĕ dăpēs rĕdĭmītăquĕ vīnă Ābrĭpĭūnt fămŭlī. *St.* Aūfĕrăt hīc aūrūm, pĕrēgrīnōs īllĕ lăpīllōs. *O.* Quā săcĕr ābrĭpĭtūr coecō dēscēnsŭs hĭātū. *P. v. furor, aris.*

ābrōdo. *Ābrōdēns ăit haec, ān siccis dēdĕcŭs ōbstēm.* Pe. SY. rōdĕrĕ, cōrrōdĕrĕ, ēxĕdĕrĕ. *v. rodo.*

ābrŏgo. *Ēt nĭmĭūm scrīptīs ābrŏgăt īllĕ mĕīs.* O. SY. rēscīndĕrĕ, dīssōlvĕrĕ, āntīquārĕ, ădĭmĕrĕ, tōllĕrĕ, ērĭpĕrĕ, aūfērrĕ.

ābrōsŭs. SY. rōsŭs, cōrrōsŭs, ēxēsŭs.

ābrŏtŏnŭs. *Ābrŏtŏnīquĕ grăvēs ēt trīstĭă Cēntaūrēă.* Lr. *v. medicamen.*

ābrūmpo, ūpī. SY. ābscīndĕrĕ, ăvēllĕrĕ, rūmpĕrĕ, cārpĕrĕ, dēcērpĕrĕ. PH. *Fas omne abrumpere.* V. *Abrupta procella, abruptae nubes.* V. Mĕdĭās ābrūmpĕrĕ flāmmās. *O.* Ābrūpĕre ŏcŭlī nŏctēm. *St.* Sōrbēt ĭn ābrūptūm flūctŭs, rūrsūsquĕ sŭb aūrās Ērĭgĭt. *V.* Sōmnōs ābrūmpĭt cūră sălūbrēs. *V. v. praeceps.*

Ăbsălōn. *Ābsălōn cūm pătre aūsŭs cōncūrrĕrĕ bēllō.* Sid. SY. Absălō, Absălōmŭs, Măăchĭdēs (*a matre Maacha*), Ăbēssălōn. EP. pērfĭdŭs, aūdāx, rĕbēllĭs, stūltŭs, tĕmĕrārĭŭs, īmprūdēns, mĭsĕr, īnfēlīx, dēmēns, scĕlĕrātŭs, īmprŏbŭs, nĕfārĭŭs, īmpĭŭs. PH. Caesărĭē pătŭlā dēpēndēns Ābsălō quērcū. Jŭvĕnĭs Dāvīdĭcŭs, pēnsĭlĭbŭs crīnĭbŭs nōtŭs. Măăchĭdēs īnfērt ārma īnfēlīcĭă pātrī. Quī nōn ēst vĕrĭtŭs, thălămūm vĭŏlārĕ pătērnūm. Pătrī rĕbēllĭs Absălō. Dīgnās quī sōlvĭt ĭn ārbŏrĕ poenās. Quī frātrī āntĕ, mŏvēt nūnc īmpĭŭs ārmă părēntī, Quō sălvō sălvūm sē pŭtăt ēssĕ mĭnŭs. Quī rēgnō pătrēm ēxpŭlĭt, ĕīquĕ īmpĭă īntŭlĭt ārmă. Ūnūm Crīmĕn Ăbēssălōn tētrūm. *Pr.* Măăchĭdēs trĕpĭdā fūgĭt fōrmīdĭnĕ, rāmō Flāvēntēs quērcūs īmpĕdĭēntĕ cŏmās.

ābscēdo. *Dōrcĕă jām vīrēs paūlātim ābscēdĕrĕ sēntĭt.* S. SY. ăbīrĕ, rĕcēdĕrĕ, ēxīrĕ, ēgrĕdī. *v. abeo, exeo, recedo.*

ābscīdo, ĭs; īdi. *Ābscīdĭt jŭgŭlō pēctūsque hŭmĕrūmquĕ sĭnīstrūm.* O. PH. Quĭd? căpŭt ābscīsūm mănĭbŭs quūm pōrtăt Ăgāvē. *H. v. scindo.*

ābscīndo, ĭs; ĭdi. *Hēspĕrĭūm Sĭcŭlō lătŭs ābscĭdĭt, ārvăque ēt ūrbēs.* V. PH. Tūm pĭŭs Aenēās hŭmĕrīs ābscīndĕrĕ vēstēm. *V.* Sīc fătă, īquĕrēlās Ābscĭdĭt. *Va.* Sēd tōtum hōc stŭdĭūm lūctū frātērnă mĭhī mors Abscĭdĭt. *C.* Flāvēntēsque ābscīssă cŏmās. *V.* Prōtĭnŭs ābscīssā plānxī mĕă pēctŏră vēstĕ. *O.*

ābscōndo, ĭs; ōndī, ōnsūm *et* ōndĭtum. SY. ābdĕrĕ, cōndĕrĕ, tĕgĕrĕ, ōbtĕgĕrĕ, rĕcōndĕrĕ, cēlārĕ. PH. Nēc ĕgo hānc ābscōndĕrĕ fūrtō Spērāvī; nē fīngĕ fŭgām. *V.* Dōnĕc hŭmō tĕgere, aūt fŏvĕīs ābscōndĕrĕ dīscēnt. *V.* Spīssīs nōctīs sē cōndĭdĭt ūmbrīs. Vĭtrĕīs ābscōndĭdĭt āntrīs. *S. v. abdo, occulto.*

ābsēntĭă. EP. Lōngă, brĕvĭs, dūră, trīstĭs, mōestă, grăvĭs. PH. Rōmae rūs laūdās, ābsēntēm rūstĭcŭs ūrbēm Tōllĭs ăd āstră lĕvĭs. *H.* Tītyrŭs hīnc ăbĕrāt; īpsaē tē, Tītyrĕ, pīnŭs, Īpsī tē fōntēs, īpsa haec ārbūstă vŏcābānt. *V.* Iām pŏtēs Alcyŏnē sēcūrŭs

ăbessĕ rĕlictă? Iām viă longă plăcet? Iām sūm tĭbĭ cārĭŏr ābsēns? *O.* Tē sĭnĕ, vaē mĭsĕrō, mĭhĭ lĭlĭă nĭgră vĭdēntŭr, Pāllēntēsquĕ rŏsaē; Āt tū sī vĕnĭās, ēt cāndĭdă lĭlĭă fīent, Pūrpŭrĕaēquĕ rŏsaē. N. *v. absum.*

ābsĭlĭō, īs. *Aūt prŏcŭl ābsĭlĭēbāt, ŭt ācrem ĕxcīrēt ŏdōrĕm.* Lr SY. ēxsĭlĭo, trānsĭlĭo, rĕsĭlĭo, dĭssĭlĭo. *v. salio.*

ābsĭmĭlĭs. *v. dissimilis.*

ābsīnthĭtēs. PH. vīnum ābsīnthĭō mīstum, cōndĭtum, ābsīnthĭăcum.

ābsīnthĭum. *Trīstĭă dēfōrmēs părĭūnt ābsīnthĭă cāmpī.* O. EP. ămārum, ĭngrātum, tētrum, trūx, cānum, vīrōsum, Pōntĭcum. PH. Pŭĕrīs ābsīnthĭă tētră mĕdēntēs Cūm dărĕ cōnāntŭr. *Lr.* Pĕrpōtĕt ămārūm Ābsīnthī lătĭcēm. *Lr.*

ăbsĭsto; ābstĭtī — *nĕc victī pōssūnt ăbsīstĕrĕ fĕrrō.* V. *Absiste moveri.* V. SY. dīscēdĕrĕ, ăbīrĕ, ābscēdĕrĕ, cēssārĕ, dēsĭnĕrĕ, dēsīstĕrĕ, dīmīttĕrĕ, ŏmīttĕrĕ, praētĕrmīttĕrĕ, rĕmīttĕrĕ, dēsĕrĕrĕ, rĕlīnquĕrĕ, pōsthăbērĕ, pōstpōnĕrĕ. PH. Tōtōque ăbsīstĭtĕ lūcō. *V.* Nĕc cūstōs ăbsīstĭt līmĭnĕ sānūs. *V.* Nĕc prĭūs ăbsīstĭt, quām sēptem ĭngēntĭă victŏr Cŏrpŏră fūndāt hŭmī. *V.* Ābsīstāmŭs, ăĭt; jām lūx ĭnĭmīcă prŏpīnquăt. *V.* Ābsĭste, ēt fēssōs ŏcŭlōs fūrārĕ lăbōrī. *O. v. abeo.*

ābsōlvo. SY. cūlpā, crīmĭnĕ, nōxā sōlvĕrĕ, nōxae ĕxĭmĕrĕ, cūlpā līběrārĕ. PH. Scĕlŭs rĕmīttĕrĕ. Scĕlĕrī pārcĕrĕ. Indĭgnūm crīmĭnĕ dūcĕrĕ. Vīnclīs ēxsōlvĕrĕ. Sūbdūcĕrĕ lēthō. Cūlpā, ăblūtō crīmĭnĕ rĕmīttĕrĕ, dīmīttĕrĕ. Insōntem făcĕrĕ. Mōs ĕrăt āntīquūs, nĭvĕīs ātrīsquĕ lăpīllīs, Hīs dāmnārĕ rĕōs, īllīs ābsōlvĕrĕ cūlpā. *V.* An cōmmōtaē crīmĭnĕ mēntĭs Absōlvēs hŏmĭnem, ēt scĕlĕrīs dāmnābĭs ĕūndĕm. *H. v. finio, ignosco, perficio.*

ăbsŏlūtŭs. *Et quāndō jăcēt ăbsŏlūtă cāsū.* (phal.) M. SY. pērfēctŭs, pĕrāctŭs, īntĕgĕr, cōmplētŭs; cūlpā, crīmĭnĕ sŏlūtŭs, līběr. PH. Pārs ēst ēxhaūstă lăbōrĭs. Lĭbrō cūm mēnsĕ pĕrāctō. Scrīptīs ūltĭmă līmă dătă ēst. Cōmplētŭs dŭōdēnīs mēnsĭbūs ānnŭs. *v. perfectus.*

ābsŏnŭs. *Sī dīcēntĭs ĕrūnt fōrtūnīs ābsŏnă dīctă.* H. SY. mălĕ sŏnāns, dīssŏnŭs, nōn cōnsŏnŭs, ābsūrdŭs, sŏnō dīscōrs. *v. discors.*

ăbsōrbĕo. *Rīdĭcŭlŭs tōtās sĭmŭl ābsōrbērĕ plăcēntās.* H. SY. sōrbērĕ, vŏrārĕ, dēvŏrārĕ, haūrīrĕ, glūtīrĕ, dēglūtīrĕ. PH. Ōrĕ hĭāntī ēxcĭpĕrĕ. Sūbĭtō tēllūs ābsōrbĕt hĭātū. *Lr.* Āvĭdām dēmīttĕrĕ īn ālvūm. *V.* Mĭhĭ tēllūs prĭūs īmă dĕhīscăt. *V.* Dēvŏrĕr āntĕ, prĕcŏr, sūbĭtō tēllūrĭs hĭātū. *O.* Dĕhīscĕ tēllūs, rĕcĭpĕ mē, dīrūm chăŏs. *Se.* Āst īllām tēr flūctŭs ĭbīdĕm Tŏrquĕt ăgēns cīrcum, ēt răpĭdŭs vŏrăt aēquŏrĕ vōrtēx. *V. v. voro.*

ābsquĕ. — *ābsquĕ crŭōrĕ.* *L. v. sine.*

ābstēmĭŭs. *Vīnă fŭgĭt, gaūdētquĕ mĕrīs ābstēmĭŭs ūndīs.* O. SY. vīnī ābstĭnēns, ōsŏr Iăcchī, vīnum ēxōsŭs, pĕrōsŭs fŭgĭtāns mūnĕră Bācchī, ōsŏr tēmētī, pōtŏr ăquaē. PH. mĕrūm ăbhōrrĕrĕ. Căpī fāstīdĭō vīnī. Fōntānōs pōtāt lătĭcēs, āc pōcŭlă Bācchī Āvērsātŭr. *O.* Pōcŭlă sūnt fōntēs lĭquĭdī. *V.* Prŏbe ēt pŭdĭcĕ, pārcĕ, frūgī, ābstēmĭē. *Au.* Sī fōrte īn mĕdĭō pōtātōrum ābstēmĭŭs hērbīs Vīvĭs ēt ūrtīcā. *V. v. abstinens, frugi, sobrius.*

ābstērgo, īs *vel* ābstērgĕo. *v. abluo.*

ābstērrĕo. *v. deterreo, terreo.*

ābstĭnēns. *Vīndēx ăvārae fraūdĭs ēt ābstĭnēns | Dūcēntĭs ād sē cūnctă pĕcūnĭae.* H. (Alc.) SY. tēmpĕrāns, sōbrĭŭs, mŏdĕrātŭs, pārcŭs, cōntĭnēns. PH. Laētă sŭō pārvōquĕ dŏmŭs cōntēntă părātū. Praebĕt sŏmnōs căsă sēcūrōs. Dăpĭbūs cōntēntŭs ĭnēmtīs. Vīctū pāscūntŭr sĭmplĭcĭs hērbaē. *V. v. abstemius, castus.*

ābstĭnēntĭă. *Illīc dĭcātă pārcĭs ābstĭnēntĭă.* (iamb.) Pr. SY. pārcĭŭs vīctŭs, mŏdĭcŭs cĭbŭs, sōbrĭĕtās. EP. pārcă, dūră, sānă, lōngă, sānctă, sălūbrĭs, rāră, rĭgĭdă.

ābstĭnĕo. *Est vīrtūs, plăcĭtīs ābstĭnŭīssĕ bŏnīs.* O. *Irarum calidaeque rixae.* H. SY. tēmpĕrārĕ, sē cōntĭnērĕ, sē cŏhĭbērĕ. PH. ănĭmūm rătĭōnĕ dŏmārĕ. Tĕnŭī vīctū ūtī. Invēntīs mĭsĕr ābstĭnĕt, ēt tĭmĕt ūtī. *H.* Mĭnĭmūm dĕcĕt lĭbĕrĕ, cŭī mūltūm lĭcĕt. Quŏd dĕcĕt spēctārĕ, nōn quŏd lĭcĕt. Dīscĭtĕ, quām pārvō lĭcĕāt prōdūcĕrĕ vītăm, Et quāntūm nătūră pĕtăt. Āppŏsĭtīs ābstĭnĕt ōră cĭbīs. *O.* Pārcĕrĕ sūmtĭbŭs. Quāe vīrtŭs ēt quāntă bŏnīs sīt vīvĕrĕ pārvō. *H.* Āccĭpĕ nūnc, tĕnŭīs vīctŭs quae quāntăquĕ sēcūm Āffĕrăt. *H.* Ābstĭnĕās ăvĭdās, mōrs mŏdŏ nīgră, mănŭs. *T. v. castus, jejunus.*

ābstō. *Tē căpĭĕt măgĭs, ēt quaēdām, sē lōngĭŭs ābstēs.* H. *v. disto.*

ābstrăho. *Ābstrăhere īndĕ pŏtēst nōn īllūm cūră quĭētĭs.* O. SY. ăbrĭpĕrĕ, ăvēllĕrĕ, rĕmŏvĕrĕ, ăbdūcĕrĕ, dīvēllĕrĕ, dētrăhĕrĕ.

ābstrūdo. *Ābstrūdāmquĕ tŏrīs* — *A.* Et sĭlĭcīs vēnīs *ābstrūsum* ēxcūdĕrĕt īgnĕm. *V. v. abdo.*

ābsum. *Nūllūm nūmĕn ăbēst, sī sīt prūdēntĭă; sed tē.* J. Abēst *virtute* dĭsērtī Mēssālaē. *H.* SY. dĕēssĕ, dīstārĕ; sūm rĕmōtŭs, dīssĭtŭs, dīsjūnctŭs. PH. Lōngīs īntĕr sē pāssĭbŭs ābsūnt. Nūsquam ăbĕro. At mĭhĭ jām vĭdĕŏr pătrĭā prŏcŭl ēssĕ tŏt ānnīs. *O.* Vīr mĭhĭ sēmpĕr ăbēst. *O.* Āmāntēs Nōn lōnge ā cārō cōrpŏre ăbēssĕ vŏlūnt. *C. v. absentia.*

ābsūmo. *Āmbēsās sūbĭgāt mălīs ābsūmĕrĕ mēnsās.* V. *v. ligurio, prodigus, voro.*

ābsūrdŭs. SY. ābsŏnŭs, nōn cōnvĕnĭēns, stūltŭs, ĭnēptŭs, īnsūlsŭs. PH. Ābsūrdă ăgĕrĕ; ōrdĭnĕ cōnvērsō făcĕrĕ ŏmnĭă. Dēlphīnūm sĭlvīs āppĭngĕrĕ, flūctĭbŭs āprūm. *H.* Hūmānō căpĭtī cērvīcem jūngĕre ĕquīnăm. *H.* In trĭbŭlīs fīcūs, īn sēntĭbŭs ūvās Quaērĕrĕ. In mārĕ fūndĕrĕ ăquās. *v. stultus.*

Ābsyrtŭs. SY. Aēētĭŭs, Aēētĭădēs. EP. mĭsĕr, īnfēlīx, PH. Mēdēae frātĕr. Fīlĭŭs Aēētaē. Aēētĭŭs hērōs. Cūjūs mēmbră pĕr

ăgrōs spārsĭt sŏrŏr ĭmpĭă. Quō caesō Cōlchĭs pătrem ēst rĕmŏrātă sĕquēntĕm. Descr. *O.* T. 3, 9. *Se.* M. 963.

ăbūndāns. *Quăm dīvĕs pĕcŏrĭs, nĭvĕī quăm lāctĭs ăbūndāns.* V. *v. dives, fertilis.*

ăbūndāntĭă. *v. copia, fertilitas.*

ăbūndē. *Tūm cōntrā Jūnō: Tērrōrum ēt fraūdĭs ăbūnde ēst.* V. SY. āffătim, sătĭs, cōpĭōsē, săt, ăbūndāntĕr, ūbertĭm, prŏfūsē, āffluēntĕr, dāpsĭlĕ, ād plēnum; sūffĭcĭt; bĕnĕ ēst.

ăbūndo. *Rūrsŭs ăbūndābăt flŭĭdŭs lĭquŏr ōmnĭăque ĭn sē.* V. SY. āfflŭĕrĕ, cĭrcūmflŭĕrĕ, sūm dīvĕs, ēxūbĕrārĕ, rĕdūndārĕ, mĭhĭ ăbūndē ēst, scătērĕ, sŭpĕrflŭĕrĕ, lūxŭrĭārī. PH. Pōmĭs ēxūbĕrăt ānnŭs. Tērrōrum ēt fraūdĭs ăbūndē ēst. *V.* At sī lūxŭrĭă fŏlĭōrum ēxūbĕrăt ŭmbrā. Foētū nĕmŭs ōmnĕ grăvēscĭt. Āpēs ăbūn-dānt ēxāmĭnĕ mūltō. *V. v. abundans.*

ăbūsquĕ. *Dārdănĭăm Sĭcŭlō prōspēxĭt ăbūsquĕ Păchȳnō.* V. SY. Usquĕ ăb, ā.

ăbūsŭs, ūs. SY. ĭnīquŭs, mălŭs, praepōstĕrŭs, pērvērsŭs ūsŭs. EP. ĭmpĭŭs, tŭrpĭs, ĭndīgnŭs, ĭnhŏnēstŭs, prŏfānŭs, īnfāmĭs.

ăbūtŏr. *Sēd jăm pārcĕ mĭhī, nĕc ăbūtĕrĕ, Nārnĭă, Quīnctō.* M. SY. Mălĕ, pērvērsē ūtŏr, ĭn prāvōs ūsūs ădhĭbērĕ, flēctĕrĕ, dētōrquērĕ.

Ăbȳdŏs *et* ŭm. *Pōntŭs ĕt ōstrĭfĕrī faūcēs tēntāntŭr Ăbȳdī.* V. EP. ōstrĭfĕră, Lēāndrĭă, Hēllēspōntĭăcă, āntīquă, prīscă, nōbĭlĭs. PH. Sēstŏn Ăbȳdēnā sēpărăt ūrbĕ frĕtŭm. *O. v. Hero, Leander.*

Ăbȳlă, āe. *Maūra Ăbȳla, ĕt dōrsō cōnsŭrgĭt Ĭbērĭcă Cālpē.* Av. *v. Calpe.*

ăbȳssŭs. *Mērsāndŭm pēnĭtŭs pŭtĕō fērvēntĭs ăbȳssī.* Pr. *v. gurges.*

āc. Vix dicitur ante vocalem, recteque ap. *H.* S. 1, 9, 34. scribitur *simul* atque *adoleverit aetas.* SY. ĕt, quĕ, ātquĕ, nĕc nōn; nōn sĕcŭs āc.

ăcăcĭă, aē. *Mīllĕ cŭī mĕtŭēndă lătēnt pĕr brāchĭă spīnae, Ăcăcĭă.* A. EP. mōrdāx, hīrsūtă, ăcūtă, hāmātă. PH. Saevĭs mīstă rŭbĭs.

ăcădēmĭă. *Ĭn Lătĭŭm sprētĭs ăcădēmĭă mīgrăt Ăthēnĭs.* Cl. *Ĭnque ăcădēmĭa ūmbrĭfĕrā nĭtĭdōquĕ lȳcēō.* Cic. SY. gȳmnăsĭum, lȳcēum, schŏlă. EP. āntīquă, dōctă, cĕlĕbrĭs, ūmbrĭfĕră, sānctă. PH. Ăcădēmī hōrtī, sȳlvaē, spătĭă, nĕmŏră. Dōctaē nūtrīx ăcădēmĭă tūrbaē. Ātque īntĕr sȳlvās Ăcădēmī quaērĕrĕ vērŭm. *H.* Schŏlă Ăcădēmī nōmĭnĕ dīctă. Ăcădēmĭaē cĕlĕbrātă nōmĭnĕ sȳlvă.

Ăcămās, āntĭs. —*Ăcămāsquĕ Thŏāsquĕ.* V.

ăcānthĭs. *Līttŏrăque Hālcȳŏnēn rĕsŏnānt, ĕt ăcānthĭdă dūmī.* V. PH. Crēdĭbĭle ēst, sī vīncăt ăcānthĭdă cōrnīx. *Ca.*

ăcānthŭs. *Mīstăquĕ rīdēntī cōlŏcāsĭă fūndĕt ăcānthō.* V. EP. mōllĭs, frōndēns, tōrtŭs, Sīdŏnĭŭs, rīdēns, vĭrĭdĭs, vīvēns, īnflēxŭs, lēntŭs, flēxĭlĭs, crŏcĕŭs. PH. Īnflēxī vīmĕn ăcānthī. *V.* Grāmĕn ăcānthī. Et cīrcūmtēxtŭm crŏcĕō vēlāmĕn ăcānthō. *V.* Et mōllī cīrcum ēst ānsās āmplēxŭs ăcānthō. *V.* Băccaē sēmpĕr frōndēntĭs ăcānthī. *V.* Cāntāntēm rŭtĭlō spārgēbăt ăcānthō. *Ca.*

Ăcārnān, ānĭs. *Hūnc Sălĭŭs sĭmŭl ēt Pătrōn, quōrum āltĕr Ăcārnān.* V. *Āmnĭs Ăcārnānŭm laētĭssĭmŭs* — O. *v. Achelous, Pindus.*

Ăcāstŭs. *Caēdĕ pĕr Aēmŏnĭās sŏlvĭt Ăcāstŭs ăquās.* O. EP. Thēssălŭs, crēdŭlŭs, vēnātŏr, crūdēlĭs, saevŭs. *O.* M. 8, 306.

ăccēdo. — *vŏlŭĭt blāndĭs ăccēdĕrĕ dĭctĭs.* O. *Accedo praeripere.* V. *v. advenio, eo, venio.*

āccĕlĕro. *Āccĕlĕrēmŭs, ăĭt; vĭgĭlēs sĭmŭl ēxcĭtăt īllĕ.* V. *v. curro, festino.*

āccēndo. *Aērĕ cĭērĕ vĭrōs, Mārtēmque ăccēndĕrĕ cāntū.* V. Accendere *bello* V. SY. īncēndĕrĕ, īnflāmmārĕ, ūrĕrĕ, sūccēndĕrĕ, crĕmārĕ, āmbūrĕrĕ; ĭmpēllĕrĕ, īncĭtārĕ, īnstīgārĕ, ăcŭĕrĕ, ēxcĭtārĕ, ūrgērĕ. PH. Sŭbdĕrĕ făcēs. Sōl āccēndĭt dĭēm. *Cl.* Sēră rŭbēns āccēndĭt lūmĭnă vēspĕr. *V.* Āccēnsĭs flăgrānt āltārĭbŭs īgnēs. *S.* Laeta ēxtrēmĭs spēs ēst āccēnsă dŭōbŭs. *V.* Āccēnsĭs īncāndŭĭt īgnĭbŭs ārā. *O.* Bēllō ănĭmōs āccēndĭt ăgrēstēs. *V. v. incendo.*

āccēntŭs, ūs. *Īnnŭmĕrōs nŭmĕrōs dōctĭs āccēntĭbŭs ēffĕr.* Au.

āccēptŭs. SY. rĕcēptŭs; grātŭs, jūcūndŭs, ămoēnŭs, grātĭōsŭs, suāvĭs, prŏbātŭs. PH. Āccēptūsquĕ nŏvēm Cămēnĭs. *H.* Tē nĭhĭl īn vītā nōbĭs āccēptĭŭs ūnquăm. *P.* Āccēptīssĭmă sēmpĕr Mūnĕră. *O.*

āccērso *vel* ārcēsso; ītŭm. *Extēmplō sŏcĭōs prīmūmque ărcēssĭt Ăcēstēn.* V. SY. vŏcārĕ, āppēllārĕ, ādvŏcārĕ, cĭērĕ, āccĭērĕ. PH. Ădvĕnĭēt jūstŭm pūgnaē (nē ārcēssĭtĕ) tēmpŭs. *V.* Sŏcĭōs sum āccīrĕ părātŭs. Aēnēān āccīri ōmnēs pŏpŭlūsquĕ pătrēsquĕ Expōscūnt. Rēgĭŭs āccītū cārī gĕnĭtōrĭs ĭn ūrbēm Sīdŏnĭăm pŭĕr īrĕ părăt. Vīdī saēpe ănĭmās ēxīrĕ sĕpūlcrĭs. Cȳclōpŭm gĕnŭs ē mōntĭbŭs āltĭs Excĭtŭm rŭĭt ād pōrtās. Hīs ădjūngĭt Hȳlām, naūtaē quō fōntĕ rĕlīctŭm Clāmāssēnt. Mŏrĭēntēm nōmĭnĕ clāmăt. Anĭmās īmĭs ēxcīrĕ sĕpūlcrĭs. Lēthaeum ăd flŭvĭŭm Dĕŭs ēvŏcăt āgmĭnĕ mūltō. *V.* Sŭōs clāmōre vŏcābăt Aēnēās. Māgnīsquĕ vŏcānt clāmōrĭbŭs hōstēm. Aēnēām māgnā tĕr vōcĕ vŏcāvĭt. Vōcĕ vŏcāns Hĕcătēn. *Āccērsītŭs ĕrĭt sōmnŭs ĭn ōssă mĕă. P.*

āccēssĭo. SY. ădjēctĭō, īncrēmēntum, āccēssŭs, aūctārĭŭm, aūgmēntŭm, mūltĭplĭcātĭō, cŭmŭlātĭō, āccŭmŭlātĭō, āddĭtĭō, āddĭtāmēntŭm. EP. Mūltă, āmplă, īngēns, pārvă, ēxĭgŭă.

āccēssŭs, ūs. *Dā, prĕcŏr, āccēssŭm, prĕcĭbŭs, mītīssĭmĕ, nōstrĭs.* O. SY. ădĭtŭs, ādvēntŭs, ōccūrsŭs, īngrēssŭs. EP. făcĭlĭs, dĭffĭcĭlĭs, spērātŭs, sŭbĭtŭs, ōptātŭs, prōspĕr, faūstŭs, fēlīx, īnfēlīx. PH. Āccēssŭs prŏhĭbēt rĕfŭgītquĕ vĭrīlēs. *O.* Prŏcŭl ūsquĕ fŭgātī Āccēssūs hŏmĭnŭm. *S.* Tĭmĭdē prīmŭm vēstīgĭă jūngĭt Āccēssū tăcĭtō. *St.* Pōrtŭs ăb āccēssū vēntōrum īmmōtŭs. *V.*

āccĭdo; ĭdī. *Āccĭdĭt haec fēssĭs ĕtĭăm*

fŏrtūnă Lătīnīs. V. SY. cōntingĕrĕ, ōbtĭngĕrĕ, ēvĕnīrĕ, cădĕrĕ, fĭĕrī, ōbvĕnīrĕ. *v. contingo.*

ăccĭdō; ĭdī, īsum. *Īnăcīās fūrtim īnsĭdĭīs ăccĭdĕrĕ tūrmās.* A. SY. caedĕrĕ, cōnsūmĕrĕ, ăbsūmĕrĕ, cīrcŭmcīdĕrĕ, sĕcāre, dēsĕcārĕ, ăbscīndĕrĕ, dēscīndĕrĕ, ămpŭtārĕ, trŭncārĕ, dētrŭncārĕ. PH. Ărbŏr vălĭdīs ăccīsă lăcĕrtīs. *S.* Fērro ăccīsăm crēbrīsquĕ bĭpēnnĭbŭs īnstănt Erŭĕrĕ. *V. v. caedo, scindo.*

ăccĭĕo, ērĕ *et* ăccĭo, īrĕ. *Sī, Tūrno ēxtīnctō, sŏcĭōs sum ăccīrĕ părātŭs.* V. *v. accerso.*

ăccīngo. *Hōrtātūr sŏcĭōs, părĭbūsque ăccīngĭtŭr ărmīs.* V. SY. cīngĕrĕ, mūnīrĕ, īnstrŭĕrĕ, ărmārĕ, cīrcŭmcīngĕrĕ, praecīngĕrĕ, sŭccīngĕrĕ; părārĕ, praepărārĕ, cōmpărārĕ. PH. Hīc fērro ăccīngŏr rūrsŭs. *V.* Clўpĕōquĕ sĭnīstram ăptāns, Lōrīca īndŭĭtŭr, fīdōque ăccīngĭtŭr ēnsĕ. *V.* Ăccīnctōs lătĕrī nūdāssēnt ēnsēs. *St.* Māgnōs ăccīnctŭs īn ūsŭs. *St.* Māgnīs se ăccīngĕrĕ rēbŭs. *T.* Ărdēntēs ăccīngăs dīcĕrĕ pūgnās. *V.* Īllī sē praedae ăccīngūnt dăpĭbŭsquĕ fŭtūrīs. *V.* Ăccīngūnt sē ōmnēs ŏpĕrī. *V. v. praeparo.*

ăccīno. — *sīlvīs rĕpărābĭlĭs ăccĭnĭt Ēchō.* Pe. *v. respondeo.*

ăccĭo, īvī, ītum. *v. accieo.*

ăccĭpĭo. *Īllōs pōrtĭcĭbūs rēx ăccĭpĭēbăt ĭn ămplīs.* V. SY. căpĕrĕ, rĕcĭpĕrĕ, sŭscĭpĕrĕ, sūmĕrĕ, ăssūmĕrĕ, prĕhēndĕrĕ, prēndĕrĕ. Căpĕ săcră mănū. *V.* Mē vērō prīmŭm dūlcēs ănte ōmnĭă Mūsaē Ăccĭpĭānt. *V.* Ăccĭpĕ, dăquĕ fĭdēm. *V.* Ăccēpĭt fābŭlă prīscă fĭdēm. *M.* Hūnc pēctŏrĕ tōtō Ăccĭpĭo ĕt cŏmĭtēm cāsūs cōmplēctŏr ĭn ōmnēs. *V.* Ăccĭpĭūnt vēntōs ā tērgō māllĕ cărīnaē. *O. v. audio, attendo, capio, excipio, sumo.*

ăccĭpĭtĕr, ĭtrĭs. *Quăm făcĭle ăccĭpĭtĕr săxō săcĕr ălēs ăb ăltō* V. A. 11, 721 sqq. EP. praedo, răpāx, cĭtŭs, praecēps, fĕrŭs, crūdēlĭs, vēlōx, vŏlŭcrĭs, nūbĭvăgŭs, aŭdāx, īntrĕpĭdŭs, īmpĭŭs, fĕrōx, trūx, īmmītĭs, ătrōx, săcĕr (*i. e.* ēxsĕcrābĭlĭs). PH. Praedātŏr ălēs, ŭrgēns trĕpĭdās cŏlūmbās. *H.* Cŏlūmbīs praedo īnfēstŭs. Ăcēr pēnnīs ĕt cūrvīs ŭnguĭbŭs ălēs. Ăccĭpĭtēr nūllī sătĭs aequŭs ĭn ōmnēs Saevĭt ăvēs. *O.* M. 11, 344. Ăcēr sĕquĭtŭr pĕr ĭnānĕ cŏlūmbăm. Dēlāpsŭs caēlō cēlsā dē sēdĕ cŏlūmbăm Sūstŭlĭt, ăpprēnsăm quăm rōstrō ēvīscĕrăt ŭncō. Răptō vīvĭt, ĕt ōmnēs Tērrĕt ăvēs. Ŭnguĭbŭs ĕt rōstrō praedātŏr saevĭĭt ălēs. *v. Thuani* carm. de re accipitraria.

ăccīsŭs. *Ăccīsīs cōgĕt dăpĭbŭs cōnsūmĕrĕ mēnsās.* V. SY. cīrcŭmcīsŭs, cōnsūmtŭs, ăbsūmtŭs, ăttrītŭs, rēscīssŭs.

ăccītŭs. *Īmpĕrĭo ăccītōs ălta īntră lĭmĭnă cōgĭt.* V. SY. ēxcītŭs, vŏcātŭs, ărcēssītŭs, ădvŏcātŭs.

ăccītŭs, ūs. *Rēgĭŭs, ăccītū cārī gĕnĭtōrĭs, ăd ūrbēm.* V. SY. īmpĕrĭŭm.

Ăccĭŭs. *Aūfērt Păcŭvĭŭs dōctī fāmăm sĕnĭs, Ăccĭŭs ăltī.* H. EP. grāndĭs, dūrŭs, ănĭmōsŭs, sŏnōrŭs, fērrĕŭs.

ăcclāmātĭo. *Ăcclāmātĭō sībĭlāns cŏrōnae.* (Phal.) Sid. *v. plausus.*

ăcclāmo. *v. plaudo.*

ăcclīnĭs. *Ăcclīnīs fălsīs ănĭmŭs mĕlĭōră rĕcūsăt.* H. *v. pronus.*

ăcclīno. *Cīrcŭmspēxĭt Ătўn, sēque ăcclīnāvĭt ăd īllŭm.* O. SY. īnclīnārĕ, prōpēndĕrĕ, īmpēndĕrĕ. PH. Tērrīs māria ăcclīnātă quĭēscūnt. *St.*

ăcclīvĭs, -ŭs. *Cārpĭtŭr ăcclīvīs pĕr mūtă sĭlēntĭă trāmēs.* O. *Lēnĭtĕr ăcclīvō cōnstĭtŭĕrĕ jŭgō.* O. SY. ărdŭŭs, dĭffĭcĭlĭs, ērēctŭs, īnclīnātŭs, ăcclīnĭs, clīvōsŭs, dēvēxŭs. PH. Sīn tŭmŭlīs ăcclīvĕ sŏlŭm. *V.* Est lŏcŭs ăcclīvĭs, dēvēxō mārgĭnĕ fōrmăm Lītŏrĭs ēffĭcĭēns. *O.*

ăccŏlă. *Ăccŏlă Vūltūrnī părĭtērquĕ Sătĭcŭlŭs ăspĕr.* V. SY. vīcīnŭs, hăbĭtātŏr, cūltŏr, īncŏlă, cīvĭs, cŏlōnŭs, fīnĭtĭmŭs.

ăccŏlo. *Ăccŏlĕt, īmpĕrĭŭmquĕ pătĕr Rōmānŭs hăbēbĭt.* V. SY. cŏlĕrĕ, hăbĭtārĕ, īncŏlĕrĕ, jūxtā hăbĭtārĕ.

ăccōmmŏdo. *Īndŭĭtŭr, lătĕrīque Ărgīvum ăccōmmŏdăt ēnsĕm.* V. SY. ăpplĭcārĕ, ădjūngĕrĕ, ăptārĕ, rĕfērrĕ, cōmpărārĕ, cōncīnnārĕ, ădăptārĕ, praepărārĕ, cōmpōnĕrĕ. PH. Pūrpŭră fūlgōrēm pīctīs ăccōmmŏdăt ŭvīs. *O. v. apto.*

ăccōmmŏdŭs. *Ēst cūrvo ănfrāctū vāllēs ăccōmmŏdă fraūdī.* V. *v. commodus.*

ăccrēdo. *Scrībĕrĕ tē nōbīs, tĭbĭ nōs ăccrēdĕrĕ păr ēst.* H. *v. credo, fido.*

ăccrēsco. *v. cresco.*

ăccŭbĭto. *Dīgnātŭs nōstrīs ăccŭbĭtārĕ tŏrīs.* Sed. *v. accumbo.*

ăccŭbo; ŭī. *Ăccŭbăt, ĕt mănĭbŭs prŏhĭbēt cōntīngĕrĕ mēnsās.* V. SY. ăccŭmbĕrĕ, dīscŭmbĕrĕ. PH. Săcrā nĕmŭs ăccŭbăt ŭmbrā. *V.*

ăccŭmbo; ŭbŭī. *Cōncĭlĭīs, tū dās ĕpŭlīs ăccumbĕrĕ dīvŭm.* V. SY. ăccŭbārĕ, ădjăcērĕ, dīscŭmbĕrĕ, rĕcŭmbĕrĕ. PH. Ăccŭmbĕrĕ mēnsīs. Dīscŭbŭērĕ fŏrīs prŏcĕrēs. Strātōquĕ sŭpĕr dīscŭmbĭtŭr ōstrō. *v. convivium, epulor.*

ăccŭmŭlo. *Hīs săltem ăccŭmŭlēm dōnīs ĕt fūngăr ĭnānī.* V. SY. cōngĕrĕrĕ, cŭmŭlārĕ, ēxăggĕrārĕ, cŏăcērvārĕ, cōmpōnĕrĕ, cōllĭgĕrĕ, cōgĕrĕ, glŏmĕrārĕ, cōngrĕgārĕ, măctārĕ, aūgmēntārĕ, cŏăgmēntārĕ, mūltĭplĭcārĕ, ămplĭfĭcārĕ, ăddĕrĕ, ădjĭcĕrĕ, ăppōnĕrĕ, ăttēxĕrĕ. PH. Dīvĭtĭās cŭmŭlārĕ cădūcās. Cōmpōnĕre ŏpēs pĕr făsquĕ nĕfăsquĕ. Māxĭmŭs hīnc făstīs ăccŭmŭlātŭr hŏnōs. *O.* Ăccŭmŭlăt cūrās fīlĭă părvă mĕās. *O.* Ăccŭmŭlăt frăgŏr īpsĕ mĕtŭs. *Alb.* Quīdquīd Gāngētĭcŭs ălēs Cōngĕrĭt īn nīdŭm. Ăcērvŭm părārĕ, īncrēmēntum ăddĕrĕ. *v. augeo, cumulo.*

ăccūrātŭs. SY. stŭdĭōsē făctŭs, ēxquīsītŭs. *v. absolutus.*

ăccūro, ās. *Ăccūrās, rūmpīsquĕ cŏquŭm, tănquam ōmnĭă crūdă.* M. *v. curo.*

ăccŭrro, ĭs. *Vīx sūmma ăccŭrrēns vēstīgĭă pōnĭt ărēnā.* V. SY. cōncŭrrĕrĕ, ăf-

flŭĕrĕ. PH. Cīrcŭīt īntĕrdŭm, trĕpĭdīs ăccŭrrĭt ĕt īnstăt. *St. v. curro.*

ăccūsātĭo. *Exīn tĕrrĭbĭlīs jūsti ăccūsātĭō sŭrgēns.* J. SY. scĕlĕrĭs, crīmĭnĭs dēlātĭo, pŏstŭlātĭo, īncūsātĭo, āctĭo, īnsĭmŭlātĭo. EP. fālsă, quĕrŭlă, cōntēntĭōsă, tēctă.

ăccūsātŏr. *Ăccūsātŏr ĕrĭt, quī vērŭm dīxĕrĭt, hīc ĕst.* J. SY. dēlātŏr, īndĕx, lĭtĭgātŏr, īnsĭmŭlātŏr. EP. quĕrŭlŭs, cōntēntĭōsŭs, clāmōsŭs, ăcērbŭs, vĕhĕmēns, mŏlēstŭs, ācĕr, grăvĭs, fălsŭs, mēndāx, căllĭdŭs, īmprŏbŭs.

ăccūsātŭs. *v. reus.*

ăccūso. *Ăccūsārĕ pŏtēst, tĭbĭ tāntī nōn sĭt ŏpăcī.* J. SY. īncūsārĕ, īnsĭmŭlārĕ, crīmĭnĭs ărgŭĕrĕ, ărcēssĕrĕ, rĕdărgŭĕrĕ; rĕum ăgĕrĕ, dēfĕrrĕ, crīmĭnĭbŭs ŏnĕrārĕ. Crīmĕn, cŭlpam ōbjĭcĕrĕ, pārārĕ. Crīmĭnĕ prĕmĕrĕ, lāedĕrĕ, ĭn jūs vŏcārĕ, trăhĕrĕ, dūcĕrĕ; pōstŭlārĕ, ărgŭĕrĕ crīmĭnĭs; măcŭlārĕ nōmĕn; crīmĭnĭbŭs tĕrrĕrĕ nŏvīs; īntēntārĕ rĕō crīmĕn. Scĕlŭs rĕtĕgĕrĕ. PH. Cōmmūnīs cŭlpae cūr rĕŭs ūnŭs ăgŏr? Fālsīs nē pĕrgĕ quĕrēlīs Īncūsārĕ tŭōs. Tālĭbŭs īncūsăt. Crīmĭnĭbŭs fălsīs īnsĭmŭlārĕ vĭrŭm. Cūr mĭhĭ dīctă dĭēs, quī sŭm sĭnĕ crīmĭnĕ? *O.* Ăccūsāssĕ mĭhī, vōbīs dāmnāssĕ dĕcōrum ĕst. *O.* Sē caūsam īnclāmăt crīmĕnquĕ căpŭtquĕ mălōrŭm. *V.* Quŏd mănŭs ĕxtĭmŭĭt jŭgŭlō dēmīttĕrĕ fĕrrŭm, Sūm rĕă; laūdārĕr, sī scĕlŭs aūsă fŏrĕm. *v. culpa.*

ăcēdĭă, aē. *Sīc hŏmĭnēm fălsō dēlūdĭt ăcēdĭă vūltū.* M. *v. Pigritia.*

ăcĕo. *v. acesco.*

ācĕr, ācrĭs *(adj.).* *Ācĕr ĕrăt bĕllōquĕ fĕrōx* etc. V. *Acer metiri* S. *Acer equis* V. SY. ăcūtŭs, īngēns, māgnŭs, vĕhĕmēns, fōrtĭs, sōlērs, gnāvŭs, vălĭdŭs, ăspĕr. PH. Rōbūstŭs ācrī mīlĭtĭā pŭĕr. *H.* Ācrĭŏr ăd pūgnām rĕdĭt, ĕt vīm sŭscĭtăt īră. Fŭrĭōsŭs vūltŭs ĕt ācĕr. *O.* Ācrĕ fĕrĭt frīgŭs. *Lr.* Sōlvĭtŭr ācrĭs hĭēms. *H.* Ācērrĭmă sŭrgūnt Proēlĭă. *O.* Praēcĭpĭtēs mĕtŭs ācĕr ăgĭt. *V.* Nātūrā sūblīmĭs ĕt ācĕr. *H.* Ācĕr ĕt īndŏmĭtŭs lībērtātīsquĕ măgīstĕr. *J.* Vōs ācrĭŏr aētās, Ō jŭvĕnēs. *V.* Păvĕt ācrēs āgnă lŭpōs. *H.* Īn sătĭrā vĭdĕŏr nĭmĭs ācĕr. *H.* Răpĭdīvĕ pŏtēntĭă sōlĭs Ācrĭŏr. *V.* Pătrĭŭs ācĕr Rōmānŭs ĭn ărmĭs. *V.*

ăcĕr, ĕrĭs, *neutr.* *Ēst ăcĕr īn sўlvīs, ĕquŭs ācĕr ŏlўmpĭă vīncĭt.* A. SY. dūrum, ĕxīlĕ, vīlĕ. PH. Nūpĕr vīlĕ fŭīstĭs ăcĕr. *O. v. arbor.*

ăcērbo, ās. *Ārtĭfĭcīs scĕlŭs, ĕt fōrmīdĭnĕ crīmĕn ăcērbăt.* V. *v. irrito.*

ăcērbŭs. *Pĕrsĕphŏnē nōstrās pŭlsăt ăcērbă fŏrēs.* O. SY. ămārŭs, ămārŭlēntŭs, grăvĭs, crūdēlĭs, ātrōx, dūrŭs, mŏlēstŭs, ăcūtŭs, aūstērŭs, īncōmmŏdŭs, ŏnĕrōsŭs, ŏdĭōsŭs. PH. Dētrăhăt ūt mŭltŭm, mŭltŭm rĕstăbĭt ăcērbī. *O.* Fūnĕrĕ mīsĭt ăcērbō. *V.* Pōmăquĕ crūdēlī vēllĭs ăcērbă mănū. *O.* Quŏd nĭsĭ cōncēdās, hăbĕāre īnsuāvĭs, ăcērbŭs. *H.* Stăt, quĭdquĭd ăcērbĭ ĕst, Mōrtĕ pătī. *V.* Cāsū cōncūssŭs ăcērbō. *V.* Rūmŏr ăcērbĕ, tăcē. *T.*

ăcērnŭs. — *Trăbĭbŭs cōntēxtŭs ăcērnīs.* V. PH. Stīpĕs ăcērnŭs ĕrām, prŏpĕrāntī fālcĕ dŏlātŭs. *P.*

ăcĕrōsŭs. *Fārre ăcĕrōso, ŏlĕō dĕcŭmānō, pānĕ cŏēgĭt.* Lu. SY. pălĕīs plēnŭs, mīxtŭs, nōn sĭnĕ pălĕīs.

ăcērră. *Cūmquĕ mĕrī pătĕrā tūrĭs ăcērră fŭĭt.* O. SY. tūrĭbŭlum, ārcŭlă tūrārĭă. EP. săcrĭf.că, aūrĕă, fūmāns, ŏdōră, ŏdōrĭfĕră, āccēnsă, ŏdōrātă, ŏlēns, rĕdŏlēns, plēnă, pūră. PH. Fārrĕ pĭo ĕt plēnā sŭpplēx vĕnĕrātŭr ăcērrā. *V.* Dāntquĕ săcērdōtī cūstōdēm tūrĭs ăcērrăm. *O.* Vēstrīs āddĭmŭs hānc fŏcīs ăcērrăm. *M.* Ăcērrīs tūrĭs hŏnōrānt. *O.*

Ăcērrae, ārum. — *Văcŭīs Clănĭŭs nōn aēquŭs Ăcērrīs.* V.

ăcērvātīm. *Cōnfērtōs ĭta ăcērvātīm mōrs ăccŭmŭlābĭt.* Lr. SY. cŭmŭlātĭm, cŭmŭlātĕ.

ăcērvo, ās. *v. accumulo.*

ăcērvŭs. *Nōn dŏmŭs ĕt fūndŭs, nōn aērĭs ăcērvŭs ĕt aūrī.* H. SY. cōngĕrĭēs, strŭēs, mōlēs, cŭmŭlŭs, cōpĭă, cōngēstŭs. EP. īngēns, nŭmĕrōsŭs, āltŭs, māgnŭs, grāndĭs, vāstŭs; mŏdĭcŭs, rārŭs. PH. Īngēntēm fārrĭs ăcērvŭm. *V.* Frūgŭm sēmpĕr ăcērvōs Praēbĕăt ālmă Cĕrēs. *T.* Ēxstrŭētōs mŏrĭēntŭm cālcăt ăcērvōs. *O.* Suāve ēst, ēx māgnō tōllĕre ăcērvō. *H.* Īngēntēs Rŭtŭlāe clādīs spēctābĭs ăcērvōs. *V.* Strūctōs sŭpĕr īgnĭs ăcērvōs. *T.*

ăcēsco. *Sīncērum ēst nĭsĭ vās, quŏdcūnque īnfūndĭs, ăcēscĭt.* H.

Ăcēstēs. *Ēst tĭbĭ Dārdănĭŭs dīvīnāe stīrpĭs Ăcēstēs.* V. EP. Dārdănĭŭs, Sĭcŭlŭs, Trōjānŭs, Hēctŏrĕŭs, Crīnīsĭŭs, mātūrŭs, sĕnĭŏr, bŏnŭs, grăvĭs, māgnŭs. PH. Trōjă gĕnĕrātŭs, Trōjano ā sānguĭnĕ clārŭs, dīvīnāe stīrpĭs; hōrrĭdŭs īn jăcŭlīs; hōspĕs Aēnēaē.

ăcētum. *Caūlĭbŭs īnstīllăt, vĕtĕrīs nōn părcŭs ăcētī.* H. SY. vīnum ăcĭdum. EP. acrĕ, mōrdāx, rŭbēns, sūbtīlĕ, vĕtŭs, rĭgēns, Nīlĭăcum, Phărĭum. PH. Acrĕ pŏtĕt ăcētŭm.

Ăchăb s. Ăchăbŭs. *Quōs āntīquŭs Ăchăb gĕnŭĭt, quĭbŭs īpsă fĕrūntŭr.* Ma. *Jĕzăbĕl āntīquās fraūdēs ĕt rēgīs Ăchābī.* Ma. SY. Āmrĭădēs. EP. īmpĭŭs, crūdēlĭs, ăvārŭs, dīrŭs, scĕlēstŭs; īdōlōrŭm cūltŏr, fīctīs dīs āddīctŭs.

Ăchaemĕnĭă. *Nōn tŏt Ăchaemĕnĭīs ārmāntŭr Sūsă săgīttīs.* P. SY. Pērsĭă. PH. Nām tū, quāe tĕnŭīt dīvĕs Ăchaemĕnēs. *H.*

Ăchaeŭs s. ăchīvŭs s. ăchāĭcŭs. *Ŏblīlĭōsquĕ dŭcēs ĕt Ăchaeă pĕr ōppĭdă mātrēs.* St. *Quĭdquĭd dēlīrānt rēgēs, plēctūntŭr Ăchīvī.* H. *Ēt Dănăŭm sŏlĭtāe nāvēs ĕt Ăchāĭcă cāstră.* V. *Pĕrquĕ tŏt Aēmŏnĭās ĕt pĕr tŏt Ăchāĭdăs ūrbēs.* O. *Īntĕr Ăchāĭădās lōngē pūlcērrĭmă mātrēs.* O. *v. Graecus.*

Ăchāĭă s. Ăchājă s. Ăchāĭs. *Stābĭt, ĕt aūxĭlĭŭm prōmīttĕt Ăchāĭă Trōjāe.* O. *Pārs ĕgŏ Nўmphārŭm, quāe sūnt ĭn Ăchāĭdĕ, dīxĭt.* O. *v. Graecia.*

Ăchārnāe, ārŭm. *Quāequĕ rŭdēs thўrsōs hĕdĕrīs vēstīstĭs, Ăchārnāe.* St.

ăchātēs, ae. *Cērnĭtŭr ēgrĕgĭŭs lăpĭs hīc, cuī nōmĕn ăchātēs.* Prisc. *v. gemma.*

Ăchātēs, ae; fl. *Et pērlūcēntēm splēndēntī gŭrgĭte Ăchātēn.* S.

Ăchātēs, ae. — *Prīmŭs cōnclāmăt Ăchātēs.* V. EP. fīdŭs, fōrtĭs, māgnănĭmŭs, gĕnĕrōsŭs, aŭdāx. PH. Ūnō cŏmĭtātŭs Ăchātē. *V.*

Ăchĕlōĭŭs. *Pōcŭlăque īnvēntīs Ăchĕlōĭă mīscŭĭt ŭvīs.* V.

Ăchĕlōŭs. *Tŭrbĭdŭs ōbjēctās Ăchĕlōŭs Ĕchīnădās ēxĭt.* St. SY. Ăcārnān, Călўdōnĭŭs āmnĭs, flŭvĭŭs Aētōlŭs, Naūpāctāeŭs, Ăchĕlōĭdēs ŭndāe. EP. văgŭs, āspĕr, cōrnĭgĕr, dēfōrmĭs, lŭctātŏr, ŭndōsŭs, tŭrbĭdŭs, tŭmēns. PH. Cōrnŭă flēns lēgĭt răpĭdīs Ăchĕlōŭs ĭn ŭndīs, Trūncăquĕ līmōsā tēmpŏră mērsĭt ăquā. *O.* *Ăchĕlōĭădūmquĕ* rĕlīquĭt Sīrēnŭm scŏpŭlōs. *O.* Fĕrŭs Ālcīdēs *Ăchĕlōĭă* cōrnŭă frēgĭt. *O.* Descr. *O.* M. 9. in. *v. fluvius.*

Ăchĕrōn, ōntĭs. *Flēctĕrĕ sī nĕquĕō Sŭpĕrōs, Ăchĕrōntă mŏvēbo.* V. Descr. O. M. 7, 409 sq. *S.* 12, 116 sq. *Va.* 5, 73 sq. SY. Lēthē, Tārtărĕŭs lăcŭs, pălūs īnfērnă, āmnĭs Ăchĕrōntĭcŭs, Tāenărĭŭs, īnfērnŭs, Tārtărĕāe stāgnă pălūdĭs, Ăchĕrōntĭs ŭndae, vōrtĕx, flūmĕn, pălūs. EP. īmŭs, ădūstŭs, prŏfŭndŭs, mōestŭs, dūrŭs, fĕrōx, īnvĭŭs, ātĕr, ŏpācŭs, lānguĭdŭs, mĭsĕr, īnfīrmŭs, pĭcĕŭs, trīstĭs, mōrtŭŭs, nĭgĕr, īnsātĭābĭlĭs, sĭlēns, lānguēns, cāecŭs, tĕnĕbrōsŭs, cōenōsŭs, īrrĕmĕābĭlĭs, ăvĭdŭs, tŭrbĭdŭs, īnfēlīx, hōrrĭbĭlĭs, hōrrēndŭs, tĕrrĭfĭcŭs, ăvārŭs, nĕfāstŭs, īnfērnŭs. PH. Tŭrbĭdŭs hīc coenō vāstăquĕ vŏrāgĭnĕ gūrgĕs Aēstŭăt. *V.* Ăchĕrōn sănĭē crāssōquĕ vĕnēno Āestŭăt, ēt gĕlĭdam ērŭctāns cūm mūrmŭre ărēnăm. *V.* Dēscēndĭt nīgrā lēntŭs pĕr stāgnă pălūdĕ. Līvēntēs Ăchĕrōn ējēctăt ărēnās. Hīc īnfērnī jānŭă Dītĭs Dīcĭtŭr, ēt tĕnĕbrōsă pălūs Ăchĕrōntĕ rĕfūsō. *V. v. Styx, infernus.*

Ăchĕrōntĕŭs. *Tūnc Ăchĕrōntĕōs mūtātō gūrgĭtĕ fōntēs.* Cl.

Ăchĕrōntĭă. *Quīcūmquĕ cēlsāe nīdum Ăchĕrōntĭāe.* H. EP. Āppŭlă, cēlsă.

Ăchĕrōntĭcŭs. *Pērnĭcĭēm fātūmquĕ fĕrēns Ăchĕrōntĭcă tūrbă.* Ma.

Ăchĕrŭsĭŭs. *Etsī prāetĕrĕă tămĕn ēsse Ăchĕrŭsĭă tēmplă.* Lr. PH. Trīstēs Ăchĕrŭsĭdŏs ōrās Prāetĕrĭt. *Va.* Ăchĕrŭsĭă vītă. *Lr.* Stāgnāns Ăchĕrŭsĭŭs hūmŏr. *S.*

Ăchīllēs, ĭs *s.* ĕī *s.* ī *s.* ĕōs. *Trōās rēlĭquĭās Dănăum ātque īmmītĭs Ăchīllī.* V. SY. Aēăcĭdēs, Pēlīdēs, Chīrōnĭs ălūmnŭs. Hērōs, nĕpōs Nērēĭŭs; Lārīssāeŭs, Aēmŏnĭŭs, Pēllēŭs, Pēlēĭŭs, Phthīŭs, Thēssălĭcŭs. Thĕtĭdĭs prōlēs, prōgĕnĭēs, fīlĭŭs, nātŭs, Jŏvĭs Aēgīnāequĕ nĕpōs, fūlmĕn pūgnāe. EP. īmpĭgĕr, īmmītĭs, crīstātŭs, sāevŭs, māgnŭs, āequŏrĕŭs, Thēssălĭcŭs, sŭpērbŭs, ănĭmōsŭs, fōrtĭs, ārmĭpŏtēns, īndŏmĭtŭs, māgnănĭmŭs, pūgnāx, fĕrōx, dīrŭs, fātālĭs, īmpăvĭdŭs, pŏtēns, īmplācābĭlĭs, īnsŏlēns, aŭdāx, vĭŏlēntŭs, sānguĭnŏlēntŭs, bēllĭgĕr, ēxpĕrs tērrŏrĭs, ātrōx, īndŏcĭlĭs, pērvĭcāx. PH. Gĕnŭs Aeăcĭ. Dănăŭm fōrtīssĭmŭs. Prĭămī rēgnōrum ēvērsŏr. *V.* Jām tĭmŏr īllĕ Phrўgŭm, dĕcŭs ēt tūtēlă Pĕlāsgī Nōmĭnĭs, Aeăcĭdēs, căpŭt īnsŭpĕrābĭlĕ bēllō. *O.* Trōjae pŏpŭlātŏr, Hēctŏrĭs ōccīsŏr. Quī dĕdĭt Hēctŏră lētō. Ēxĭtĭūm Trōjāe; īnstăbăt cūrrū crīstātŭs Achīllēs. V. Ā Părĭde Īlĭăcō lētālī cālcĕ pĕrēmtŭs. Vīctŭs ĕs ā tĭmĭdō Grājāe rāptōrĕ mărītāe. *O.* Fātālĭs Prĭămō. St. Ēxănĭmūmque aūrō cōrpŭs vēndēbăt Ăchīllēs. *V.* Heū, pērvĭcācĭs ăd pĕdēs Ăchīllĕī. *H.* Sī nĕquĕ Pēlīdēn tērrēbăt Ăchīllĕă Chīrōn. *A.* Tēr cīrcum Īlĭăcōs rāptāvĕrăt Hēctŏră mūrōs. *V.* Lăcĕrūm quī cīrcă moēnĭă Trōjaē Prīămĭdēn caesō sōlātĭă trāxĭt ămīcō. *St.* Pēlīdaē stōmăchūs cēdĕrĕ nēscĭī. *H.* Cf. *P.* 2, 7, 17 sq. *H.* A. P. 120 sq. *O.* M. 581 sq. *V.* C. 321 sq. *Anth.* 1, 98. Arma: *O.* M. 13 in.

Ăchīllēŭs. *Stīrpĭs Ăchīllēāe fāstūs jŭvĕnēmque sŭpērbŭm.* V. Nūdŭs *Ăchīllēă* dēstĭtŭārĭs hŭmō. *O.* Plăcĕt *Ăchīllēōs* māctātă Pŏlўxĕnă mānēs. *O.*

Ăchīllīdēs. *Pўrrhŭs Ăchīllīdēs, ănĭmōsŭs ĭmāgĭnĕ pātrĭs.* O. *v. Pyrrhus.*

Ăchīvī. *v. Achaeus, Graeci.*

ăcĭcŭlă. *Cūm pŏsĭtă rădĭīs quōd sērvăt ăcĭcŭlă fīlō.* Ser. *v. acus.*

Ăcīdălĭŭs. *Mātrĭs Ăcīdălĭāe* etc. V.

ăcĭdŭs. *Fērmēnto ātque ăcĭdīs īmĭtāntŭr vītĕă sōrbīs.* V. SY. ācĕr, ăcērbŭs, āspĕr, mōrdāx.

ăcĭēs, ēī. — *Stēllīs ăcĭēs ōbtūsă vĭdētŭr.* V. SY. ăcūmĕn, ācrĭmōnĭă. EP. ācrĭs, ăcūtă, ōbtūsă, nĭtĭdă, pĕnĕtrāns, cōrūscă, strīctă. — *Acies ingenii.* SY. īndūstrĭă, sōllērtĭă, ăcūmĕn, vīs, īngĕnĭum, dēxtĕrĭtās, vīvācĭtās, fēlīcĭtās īngĕnĭī, mēns ăcūtă. EP. ăcrĭs, pērspĭcāx, sōllērs, vīvāx, prōmtă, săgāx, mīrābĭlĭs, sŭbtīlĭs, ăcūtă, pēllūcĭdă. *v. ingenium.* — *Acies militaris.* SY. āgmĕn, ēxērcĭtŭs, cŏhōrs, phălānx, tūrmă, lĕgĭo, mănĭpŭlŭs, cătērvă, mīlĭtŭm mănŭs. EP. Mārtĭă, trĕpĭdă, lūnātă, tūrgĭdă, bēllĭgĕră, mĭsĕră, părātă, crŭēntă, sānguĭnĕă, hōstīlĭs, hāstātă, dēnsă, nŭmĕrōsă, mĭnāx, răpāx, răpĭdă, vīctrīx, clўpĕātă, prāedātrīx, fĕrōx, īnhūmānă, aĕrātă, prōelĭārĭs, fūlgĭdă, ārmātă, hōrrĭdă, ārmĭsŏnă, nĭtĭdă, trūx, gĕmĭnă, prīmă, sĕcūndă, tērtĭă, ōblīquă, sĭnŭātă, pōstrēmă, dūplēx, trĭplēx. PH. Dēnsīs ăcĭēs stīpātă cătērvīs. *V.* Fūlgēntēs aērĕ ăcĭēs. Sĕgĕs clўpĕātă vĭrōrŭm. *O.* Stĕtĭt ōrdĭnĕ cērtō Īnfēlīx ăcĭēs. Ūt sāepe īngēntī bēllō, cūm lōngă cŏhōrtēs Ēxplĭcŭĭt lĕgĭo, ēt cāmpō stĕtĭt āgmĕn ăpērtō Dīrēctāeque ăcĭēs āc lātē flūctŭăt ōmnĭs Aērĕ rĕnīdēntī tēllūs. *V.* Ădvērsīsquĕ părānt ăcĭēs cōncūrrĕrĕ sīgnīs. *V.* At sī fūnēstās ăcĭēs ēt dūră părātĭs Prāelĭă dīscōrdēs. *V.* Tĕpĭdās ăcĭēs ēt fĕră bēllă sĕquī. *O.* Descr. *V.* A. 11, 597 sqq. *V.* G. 2, 279. *Lr.* 2, 323. *v. exercitus, proelium.* — *Acies oculorum.* PH. Quāntum ăcĭē pōssēnt ŏcŭlī sērvārĕ sĕquēntŭm. *V.* Quō sē cūnque ăcĭēs ŏcŭlōrŭm flēxĕrăt. *O.* Hūc gĕmĭnās, hūc flēcte ăcĭēs.

Sānguĭnĕām vōlvēns ăcĭēm. *V.* Hūc ătque hūc ăcĭēm cīrcūmtŭlĭt. *V. v. oculus.*

Ăcīlĭŭs. *Prōxĭmŭs ējŭsdĕm prŏpĕrābăt Ăcīlĭŭs ævī.* I.

ăcīnăcēs, ĭs. *Īnsīgnīs mănĭcīs, īnsīgnīs ăcīnăcĕ dĕxtrā.* Va. *v. ensis.*

ăcĭnŭs *vel* — um. *Ārĭdum ĕt ōrĕ fĕrēns ăcĭnūm* etc. H. SY. grānum, răcēmŭs.

ăcĭpēnsĕr *et* ăcĭpēnsĭs. *Ād Pălātīnās ăcĭpēnsēm mīttĭtĕ mēnsās.* M. EP. nōbĭlĭs, cārŭs.

Ācĭs, ĭdis *et* ĭs. *Ācĭs ĕrāt Faūnō nӯmphāquĕ Sӯmæthĭdĕ crētŭs.* O. *Lūcŭs ĕrāt prŏpĕ flūmĕn Ācīn* etc. Cl. EP. Sĭcŭlŭs, Sĭcānŭs, hĕrbĭfĕr. PH. Prætĕrĭt ĕt rīpās, hĕrbĭfĕr Ācĭ, tŭās. *O.* Quīquĕ pĕr Ætnæōs Ācĭs pĕtĭt æquŏră fīnēs. S. Descr. *O.* M.11, 624 sqq. *Cl.* R. P. 3, 332 sqq.

Ăcœtēs, æ. *Īllĕ, mĕtū văcŭŭs, nōmĕn mĭhĭ dīxĭt, Ăcœtēs.* O. Descr. *O.* M. 3, 582 sqq.

ăcōnītum. *Āttŭlĕrāt sēcūm Scӯthĭcīs ăcōnītŏn ăb ōrīs.* O. PH. Lūrĭdă tĕrrĭbĭlēs mīscēnt ăcōnītă nŏvĕrcæ. *O.* Descr. *O.* M. 7, 418 sqq. *v. venenum.*

Ăcōntĭŭs. *Mīrābăr, quārē tĭbĭ nōmĕn Ăcōntĭŭs ēssĕt.* O. Descr. *O.* H. 20 et 21.

ăcŏr, ōrĭs. *Nōn tămĕn ōblātūm Chrīstŭs dēglūtĭt ăcōrēm.* Calc. SY. ăcĭdŭs săpŏr. EP. ācrĭs, mōrdāx, tŭrgĭdŭs.

ăcquĭēsco; ēvī. SY. āssēntīrĕ, cōnsēntīrĕ; cōntēntŭs sūm.

ăcquīro; sīvī, sītum. *Mōbĭlĭtātĕ vĭgĕt, vīrēsque ăcquīrĭt ĕūndō.* V. SY. ădĭpīscī, āssĕquī, părārĕ, cōmpărārĕ, cōncĭlĭārĕ, cōnsĕquī, īnvĕnīrĕ, ōbtĭnērĕ, cōllĭgĕrĕ, quærĕrĕ, nāncīscī, cōnquīrĕrĕ, lucrārī.

ăcquīsītŭs. *Ăcquīsītă mĕō sērvīt tĭbĭ Crētă Mĕtēllō.* Sid. *v. acquiro.*

Ăcrăgās, āntĭs. *Ārdŭŭs īnde Ăcrăgās ōstēntāt māxĭmă lōngē.* V. EP. cēlsŭs, Sĭcŭlŭs, āĕrĭŭs.

ăcrēdŭlă. *Vērĕ călēntĕ nŏvōs cōmpōnĭt ăcrēdŭlă cāntŭs.* O. *Ēt mātūtīnīs ăcrēdŭlă vōcĭbŭs īnstăt.* Cic. *v. philomela.*

ăcrĭmōnĭă. *Sūffērrĕ nōn vălēmŭs ăcrĭmōnĭăm.* (iamb.) Pr.

Ācrĭsĭŭs. *Ācrĭsĭŭs sŭpĕrēst, quī mœnĭbŭs ārcĕăt ūrbĭs.* O. PH. Īnăchĭdēs. *v. Danae.*

ācrĭtĕr. *Ācrĭtĕr īnfēstō sēnsū, spūrcăequĕ grăvēsquĕ.* Lr. SY. fōrtĭtĕr, vĕhĕmēntĕr, ācrī ănĭmō, vāldē. PH. Iāmque ācrĭŭs ōmnēs īntēndūnt vīrēs. S. Flūmĭnĕ pĕrpĕtŭō tōrrēns sōlĕt ācrĭŭs īrĕ. *O.*

ăcrŏāmă, tĭs. *Sīs ăcrŏāmă lætīs fēstīvūm chŏrīs.* (iamb.) Pr.

Ăcrŏcĕraūnĭă *vel* — nĭī. *Hæ tĭbĭ sīnt Sӯrtēs, hæc Ăcrŏcĕraūnĭă vītā.* O. *v. Ceraunia.*

Ăcrŏcŏrīnthŭs. *Quā sūmmās tōllĭt căpŭt Ăcrŏcŏrīnthŭs ăd aūrās.* St. *v. Corinthus.*

Ăcrōn, ōnĭs. *Ăcrōn Hērcŭlĕŭs, Cænīnă dūctŏr ăb ūrbĕ.* P.

āctă, æ. *Āt prŏcŭl īn sōlā sēcrētæ Trōădēs āctā.* V. *v. littus.*

āctă, ōrūm. SY. fāctă, rēs gēstæ, gēstă, aūsă. EP. clāră, fōrtĭă, īnclӯtă, īmmōrtālĭă. PH. Mē nūllă dĭēs tām fōrtĭbŭs aūsīs Dīssĭmĭlem ārgŭĕrĭt. *V.* Īllĕ lĭcēt pătrĭīs sīnĕ fīnĕ sŭpērbĭăt āctīs. *V.* Sī tămĕn āctă dĕōs nūnquām mōrtālĭă fāllūnt. *O.* Adspĭcĕ, quūm lōngī tēmpŏrĭs āctă cănăm. *O. v. facinus.*

Āctæōn, ŏnĭs. *Āctæōn ĕgŏ sūm; dŏmĭnūm cōgnōscĭtĕ vēstrūm.* O. *Ēt vĕlŭt ăbsēntēm cērtātim Āctæōnă clāmānt.* O. SY. Cādmī nĕpōs. Cādmēĭŭs hērōs, jŭvĕnĭs. Nātŭs Ărīstæī. Aūtŏnŏēĭŭs hērōs. Fīlĭŭs Aūtŏnŏēs. EP. cōrnĭgĕr, vēnātŏr, fŭgĭtīvŭs, sӯlvānŭs, mīsĕr, văgābūndŭs, văgŭs, păvĭdŭs, vēlōx, flēbĭlĭs, ērrāns, cĕlĕr. PH. Āctæōn cănĭbŭs prædă fĭt īpsĕ sŭīs. Īgnārī īnstīgānt, ŏcŭlīsque Āctæōnă quærūnt. Vīdĕrăt Āctæōn nūdām sĭnĕ vēstĕ Dĭānăm, Prædă sŭīs cănĭbŭs nōn mĭnŭs īllĕ fŭĭt. *O.* Mŏlōssī Dīlăcĕrānt fālsā dŏmĭnūm sŭb ĭmāgĭnĕ cērvī. *O.* Sŭbĭtō mūtātum Āctæōnă cōrnū Trādĭdĭt īnsānīs Lātōnĭă vīrgŏ Mŏlōssīs. Descr. *O.* M. 3, 138 sqq. *S.* 12, 363. *Mn.* 5, 183.

Āctæŭs. *Sēpărăt Āŏnĭōs Āctæīs Phōcĭs ăb ārvīs.* O. *v. Atticus.*

āctĭo. SY. mōtŭs, īmpūlsŭs, īmpĕtŭs; āctūm, fāctūm. PH. Fērtŭr ĭn ābrūptūm māgnō mōns īmprŏbŭs āctū. *V.* Ōmnēs cōmĕs ībăt ĭn āctūs. *S.* In īpsō Sēptĭmĭŭs scĕlĕrĭs mājūs scĕlŭs īnvĕnĭt āctū. *L. v. acta, ausum, facinus.*

Āctĭŭm. *Āctĭăque Īlĭăcīs cĕlĕbrāmŭs lĭttŏră lūdīs.* V. PH. Āctĭăcūm cūlmĕn, lĭttŭs; Āctĭăcæ ōræ, Āctæŭs vērtēx. Vīctŭs ĭn Āctĭăcīs Āntōnĭŭs ōrīs. Nāvālī vīncēns Ōctāvĭŭs Āctĭă pūgnā Līttŏră. *Āctĭās* Aūsŏnĭās fŭgĭt Clĕŏpātră cătēnās. *St.* Descr. *P.* 4, 6. *v. Cleopatra.*

āctŏr, ōrĭs. *v. causidicus; histrio; pastor.*

Āctŏr, ōrĭs. Avus Patrocli, qui inde *Āctŏrĭdes. v. Patroclus.*

āctŭs, ūs. *v. actio; ago.*

āctūtum. *Āctūtūm vīndēx, mĕă sī sūprēmă rĕfērrĕ.* S. *v. statim.*

ăcūlĕŭs. *Quēmcūnquĕ vīsum ēst, lædĭs īnfīxo ăcūlĕō.* (iamb.) Ph. *v. calcar, stimulus.*

ăcūmĕn. *Vūlnĕră dāt fērrō, fīgĭtque ĭn ăcūmĭnĕ dēntēs.* O. SY. ăcĭēs, ăcūlĕŭs, cūspĭs; sōlērtĭă, īngĕnĭŭm, *q. v.* PH. Nāsī prīmōrĭs ăcūmĕn. *Lr.* Iūdĭcĭs ārgūtūm quæ nōn fōrmīdĕt ăcūmĕn. *H.*

ăcŭo. — *Văriīsque ăcŭūnt rūmōrĭbŭs īrās.* V. SY. ēxăcŭĕrĕ, ăcūmĭnārĕ, pūngĕrĕ, stĭmŭlārĕ; ēxcĭtārĕ, hōrtārī, āccēndĕrĕ, ănĭmārĕ, īnflāmmārĕ, pēllĕrĕ, īmpēllĕrĕ. PH. Ēxăcŭūnt ălĭī vāllōs fūrcāsquĕ bĭcōrnēs. Sŭbĭgūntque ĭn cōtĕ sĕcūrēs. *V.* Dēntēsquĕ Săbēllĭcŭs ēxăcŭĭt sūs. Sāxōque ēxāspĕrăt ēnsēm. *Cl.* Dūrūm prōcūdĭt ărātŏr Vōmĕrĭs ōbtūsī dēntēm. *V.* Rūrsūm cōtĕ nŏvăt nīgrās rūbīgĭnĕ fālcēs, Exēsōsquĕ sĭtū cōgĭt splēndērĕ lĭgōnēs. *St.* Cōt[illegible]ăcŭĭt tēlūm. Tūnc fēssă pūtrī rūbīgĭnĕ tēlă Hōrrēntēsquĕ sĭtū glădĭōs ĭn sævă rĕcūrvānt Vūlnĕră, ĕt āttrītō cōgūnt jŭvĕnēscĕrĕ sāxō. *St.* Fērrō-

quĕ făcēs īnspĭcăt ăcūtō. *V.* Aūdĭēt, cīvēs ăcŭīssĕ fĕrrŭm. *H.* — Glōrĭă vōs ăcŭăt. *O.* Stĭmŭlōsquĕ frĕmēntī Ădjĭcĭūnt. *O.* Pōstquăm vīsă sătĭs prīmōs ăcŭīssĕ fŭrōrēs. *V.* Quăm Jūno hīs ăcŭīt vērbīs. *V.* Dīscŭrrŭnt māgnīsquĕ ăcŭūnt strīdōrĭbŭs īrās. Cūrīs ăcŭēns mōrtālĭă cōrdă. *V.*

ăcŭs, ĕrĭs. ***Vēntŭs ăcŭs pălĕāsquĕ lĕvēs sŭstōllĕt ĭn āltŭm.*** Pass. SY. pălĕă, stĭpŭlă.

ăcŭs, ī. piscis. ***Et sătĭŭs tĕnŭēs dūcĕrĕ crēdĭt ăcōs.*** M.

ăcŭs, ūs. ***Seū pīngēbăt ăcū, scīrēs ā Pāllădĕ dōctăm.*** O. EP. sŭbtīlĭs, tĕnŭĭs, crīnālĭs, Assyrĭă, ăcūtă, mōrdāx, ārtĭfēx, mŭlĭĕbrĭs, Lydĭă, Mæōnĭă, Phrygĭă, Nīlōtĭs, ăhēnă, Sēmīrāmĭă, Băbylōnĭcă, Idălĭă, Sīdōnĭs, Sīdōnĭă. PH. Pīngĕre ăcū chlămydem. *V.* ārtĭfĭcī ăcū vēstēm sīgnārĕ. Illī mūltĭplĭcēs crīnīs văriātŭr ĭn ōrbēs, Idălĭā dīvīsŭs ăcū. *Cl.* ăcū trājĭcĕrĕ, fīgĕrĕ. Vēstĭbŭs īntēxtō Phrygĭīs spēctābĭlĭs aūrō. *V.* Tēxtă, Sēmīrāmĭă quæ văriāntŭr ăcū. *M.* Bēllă vĭrūm sĭmŭlārĕ ĭn aūrō. *Sa.* Mŏdŏ līlĭă mōllī Dūcĭt ăcū fīngĭtquĕ rŏsās. *Rap.*

ăcūtŭs. ***Cūr ĭn ămīcōrŭm vĭtĭīs tām cērnĭs ăcūtŭm?*** H. SY. sŭbtīlĭs, tĕnŭĭs; sōllērs, săgāx, ăcĕr, īngĕnĭōsŭs, ārgūtŭs. PH. Tĕr ăcūtūm sŭstŭlĭt ēnsēm. *O.*

ăd. ***Hīnc ălĭă sŭb rūpĕ cănēt frōndātŏr ăd aūrās.*** V. SY. ĭn, ūsquĕ, jūxtā, prŏpĕ, cīrcă, vērsŭs, ăpŭd, āntĕ, cōrām, ădvērsŭs.

ădāctŭs. ***Tālĭă dīctă dăbăt, sĕd vīrĭbŭs ēnsĭs ădāctŭs.*** V. *v. actus.*

ădæquo. *v. aequo.*

ădăgĭŭm. SY. prōvērbĭum, părœmĭă, sermo trītŭs, vūlgātŭs, pērvūlgātŭs. EP. cōmmūnĕ, vūlgārĕ, brĕvĕ, vērŭm.

Adām. ***Dēcēptŭm mĭsĕrātŭs Ădăm, quēm căptă vĕnēnīs.*** Vict. ***Tīnxĭt ĕt īnnŏcŭūm măcŭlīs sōrdēntĭbŭs Ădăm.*** Pr. SY. adămŭs, prīmŭs pārēns, prīmŭs hŏmo, prīmævŭs pătĕr. EP. prīmævŭs, āntīquŭs, lŭtĕŭs, īnfēlīx, rĕŭs, mĭsĕr, īmprūdēns, crēdŭlŭs, tērrĭgĕnă, īncaūtŭs. PH. tēllūrĕ rŭbrā fōrmātŭs; prīmŭs ōrbĭs īncŏlă, ē mōllī fōrmātŭs lŭtō, hūmānæ gēntĭs ŏrīgo, prīmŭs ĭn ōrbĕ părēns hŏmĭnum. Prīmŭs Adām căptŭs mēndācĭs fraūdĕ cŏlŭbrī. *Vid.* Ēvŏlve ānnālēs, lŭtĕŭs tĭbĭ prīmŭs ĕt ūnŭs Aūctŏr cūnctōrŭm cōmpĕrĭētŭr Ădām. Hūmānī gĕnĕrĭs prīncēps, căpŭt. Ŭxōrī nĭmĭūm crēdŭlŭs īllĕ fŭĭt. Implĭcŭĭt sŏcĭŭm prīmŭs ĭn ōrbĕ rĕŭs. Una ēx Ădam ēst mōrs, Chrīstŭs ĕt ūnă sălŭs. *Fort.* Tūm dŏmĭnŭs coēlī moēstŭm cōmpēllăt Ădāmŭm.

ădămāntēŭs. ***Ēcce, ădămāntēīs Vūlcānŭm nārĭbŭs ēfflănt.*** O.

ădămāntĭnŭs. — ***Īn prīmĭs ădămāntĭnă săxă.*** L. SY. ădămāntēŭs, dūrŭs, fīrmŭs, sŏlĭdŭs; ĭnēxōrābĭlĭs, ĭnēxpūgnābĭlĭs, īnsŭpĕrābĭlĭs, īndŏmĭtŭs, īnvīctŭs, īnfrāctŭs, cēdĕrĕ nēscĭŭs. [illegible] Ădămāntēīs Dīscōrdĭă vīnctă cătēnīs. *Mn.* Quæ nĭsĭ tē mŏvĕānt, dūrō tĭbĭ pēctŏră fērrō Essĕ, vĕl īndūctō claūsa ădămāntĕ pŭtēm. *O.* Quĭs Mārtēm tūnĭcā tēctŭm ădămāntĭnā Dīgnē scrīpsĕrĭt? *H. v. adamas.*

ădămās, āntĭs. — ***Sŏlĭdōque ădămāntĕ cŏlūmnæ.*** V. EP. dūrŭs, pĕrēnnĭs, īnvīctŭs, īnfrāctŭs, rĭgĭdŭs, splēndēns, cŏrūscŭs, lūcĭdŭs, īncōrrūptŭs, prĕtĭōsŭs, clārŭs, æternŭs, nĭtĭdŭs, mīcāns, sīdĕrĕŭs, pūlchĕr, Indĭcŭs, Ēōŭs, rădĭāns, dīvēs, Indŭs, trĕmŭlŭs, sŏlĭdŭs, mānsūrŭs, īnsĕcābĭlĭs, pērpĕtŭŭs, īndŏmĭtŭs, fērrĕŭs, rĭgĭdŭs. PH. clārō nĭtōrĕ mīcāns fūlgŏr ădămāntĭnŭs. Dūrĭtĭē lăpĭs īnvīctŭs. Flāmmīs fērrōquĕ īnvīctŭs. Nōn ădămās flāmmīs, nēc dūra īncūdĕ dŏmātŭr: Illĕ sĕd hīrcīnō sānguĭnĕ cōntĕrĭtŭr. Lăcrymīs ădămāntă mŏvēbĭs. Nōn ēxōrātō stānt ădămāntĕ vĭæ. *P. v. gemma; durus.*

Adămĭcŭs. ***Pōssĕt ăd Ēlysĭōs sŏbŏlēs Ădămĭcă cāmpōs.*** Ma.

Ădămītă.—***Cārŭs Ădămītīs, cārŭs ĕrĭsquĕ Dĕō.*** (Pent.) SY. hŏmo, Ădămī sŭbŏlēs.

ădămo. ***Stūltŭs Ăchīllēōs nōn ădămāssĕt ĕquōs.*** O. *v. amo.*

ădăpērtŭs. ***Pārs ădăpērtă fŭĭt, pārs āltĕră claūsă fĕnēstræ.*** O. SY. hĭāns, hĭūlcŭs, ăpērtŭs, rĕsĕrātŭs, rĕclūsŭs, pătĕfāctŭs, pătēns. *v. aperio.*

ădăquo. ***Flōrēntēm rĭgŭīs ădăquārĕ cănālĭbŭs hōrtŭm.*** M. *v. aquor, irrigo.*

ădaūgĕo, ădaūgēsco. ***Nām nĕque ădaūgēscĭt quīcquăm, nēc dēpĕrĭt īndĕ.*** Lr. *v. addo, augeo.*

āddīco, ĭs. ***Emptōr gaūdēntēm nūmō tē āddīcĕrĕ gēstĭt.*** H. SY. dēdĕrĕ, dēstĭnārĕ, dărĕ; vēndĕrĕ. PH. Nūllĭŭs āddīctŭm jūrāre īn vērbă măgīstrī. *H.*

āddīsco. *v. disco.*

āddĭtŭs. ***Mōx ĕt frūmēntīs lăbŏr āddĭtŭs, ŭt mălă cūlmōs.*** V. SY. ādmŏtŭs, ādjūnctŭs, cōnnēxŭs, jūnctŭs, nēxŭs, ānnēxŭs.

āddo, ĭdī. ***Āddĭdĕrāt sŏcĭŭm, nōn īnfĕrĭōră sĕcūtŭs.*** V. SY. ādmŏvērĕ, ădjūngĕrĕ, ădhĭbērĕ, āpplĭcārĕ, ānnēctĕrĕ, jūngĕrĕ, cōnjūngĕrĕ, cōnnēctĕrĕ, āppōnĕrĕ, ādjĭcĕrĕ, aūgērĕ, cŭmŭlārĕ, ăccŭmŭlārĕ; īncrēmēntum, aūctārĭum făcĕrĕ. PH. Ātque hæc īnsŭpĕr āddĭt. *V.* Āddĕ tŏt ēgrĕgĭās ūrbēs ŏpĕrŭmquĕ lăbōrēm. *V.* Āddĕ, quŏd īngĕnŭās dĭdĭcīssĕ fĭdēlĭtĕr ārtēs, Ēmōllĭt mōrēs, nēc sĭnĭt ēssĕ fĕrōs. *O.* Angūstīs āddĕrĕ rēbŭs hŏnōrēm. *V.* Flāmmæ sēdŭlŭs āddĭt ăquăm. *T.* Āddĭtŭr īmpĕrĭīs Hīspānĭă. *I.*

āddŏcĕō. ***Sōllĭcĭtīs ănĭmīs ŏnŭs ēxĭmĭt, āddŏcĕt ārtēs.*** H.

Āddŭă, æ. ***Āddŭă, quō scīssās spūmōsĭŏr īncĭtăt ūndās.*** Cl.

āddūco. ***Āddūcĭtquĕ cŭtēm măcĭēs*** etc. O. SY. dūcĕrĕ, dēdūcĕrĕ, īnvītārĕ, cōmpēllĕrĕ, fērrĕ, āllĭcĕrĕ, pēllĭcĕrĕ, īmpēllĕrĕ; cōntēndĕrĕ, īntēndĕrĕ, tēndĕrĕ. PH. Āddūctō cōnstĭtĭt ārcū. Vīdĕrăt āddūctō flēctēntēm cōrnŭă nērvō. Jām nōx āddūxĕrăt ūmbrās. Āddūctīs sŭbsīstĭt hăbēnīs. *V.* Āddūxĕrĕ sĭtĭm tēmpŏră, Vīrgĭlī. *H.*

ădēdo. *v. edo.*

ădĕo, īs. ***Quīn ădĕās vātēm prĕcĭbŭsque ōrācŭlă pōscās.*** V. SY. cōnvĕnīrĕ, īnvīsĕrĕ,

vīsĕrĕ, vīsĭtārĕ, ăccēdĕrĕ. *v. eo, subeo, suscipio, venio.* PH. ădīrĕ lăbōrēs, pĕrīcŭlă. Aūdĕt ădīrĕ vĭrūm. *V.* Caūtŭs ădĭtō. *V.* Sēdēs ădĕūntĭbŭs īmās Dūx ĕrĭt. *S.* Inquĕ vĭcēs ădĭta ătque ēxhaūstă pĕrīcŭlă. *O.* Pĕr te īmmātūrūm mōrtĭs ădīmŭs ĭtĕr. *T.* Haēc quŏque ĕrānt pĕdĭbŭs non ădĕūndă mĭhī. *O.* Ēt nōs ēt tŭă dĕxtĕr ădī pĕdĕ săcră sĕcūndō. *V.* Nēc dēlūbră dĕūm plăcĭdōrūm pēctŏre ădībĭs. *Lr.*

ădĕō, *adv.* ***Tēque ădĕō dĕcŭs hōc aevī, tē cōnsŭle īnībĭt.*** V.

ădēps, ĭpĭs. ***Cȳgnēōs ădĭpēs hĭlărī mĭscētō Lȳaeō.*** Ser. SY. pĭnguēdo, pīnguĭtūdo, săgīnă, ărvīnă, sēbum, sēvum.

ădēs. ***Hūc ădēs; īnsānī fĕrĭānt sĭnĕ līttŏră flūctŭs.*** V. SY. ădsīs, ăccēdĕ, ădēstō, ădēsdūm; ēĭă, ăgĕ, ăgĭtĕ. PH. Tūque ădēs, īncēptūmque ūnā dĕcūrrĕ lăbōrĕm. *V.* Hūc ădēs. *H.*

ădēsŭs. — ***Et pōstĭbŭs haesĭt ădēsīs.*** V. SY. rōsŭs, cōrrōsŭs, cōnsūmptŭs, ēxēsŭs pĕrēsŭs.

ădhaerĕo. ***Cuī Cănĭs ēx vērō dūctūm cōgnōmĕn ădhaerĕt.*** H. SY. haērērĕ, ădjăcērĕ, ădjūngī, ădhaerēscĕrĕ, āpplĭcārī, cōnjūngī, sum īnfīxŭs, āffīxŭs, sĕquī, sēctārī, āppēndĕrĕ, stŭdērĕ, dēdĭtŭs sum. PH. āffīxŭs mănĕo, ădhaerēns, sto, ārctē īnsĭdĕo. Dēxtrāmque āmplēxŭs ădhaesĭt. Ĕbūr ădhaesĕrăt aūrō. Lēntīs ădhaerēns brāchĭīs. *H. v. haereo.*

ădhĭbĕo. ***Dūm mĕdĭcās ădhĭbērĕ mănūs ăd vūlnĕră pāstŏr.*** V. *mensae.* H. SY. ūtī, ădjĭcērĕ, ădmŏvērĕ, āppōnĕrĕ, ădjūngĕrĕ, āddĕrĕ, ōffērrĕ. PH. Gĕnĭbūsquĕ mănūs ădhĭbērĕ părāntĕm. *O.* Ēt mŏdŏ blāndĭtĭās ădhĭbēt, mŏdŏ mūnĕră. *O.* Nōn hōs ădhĭbēndŭs ĭn ūsūs. *O.* Adhĭbē tū vīncŭlă căptīs. *O.* Tōnsōrēm căpĭtī nōn ēst ădhĭbērĕ nĕcēssūm. *H.* Hōs ădhĭbē sŏcĭōs. *V.*

ădhōrtŏr. *v. hortor, hortatus.*

ădhūc. ***Sōlŭs ădhūc ĕgŏ sūm vēstrīs īmmūnĭs ĭn ōrīs.*** O. SY. Hāctēnŭs, ĕtĭāmnūm, ĕtĭām nūnc; īnsŭpĕr, ăd haēc. PH. Adhūc tŭă mēssĭs ĭn hērba ēst. *V.* Sī quĭs sŭpĕr hālĭtŭs ēssĕt. *V.* Ōrō, sī quĭs ădhūc prĕcĭbūs lŏcŭs. *V.*

ădĭăcĕo. ***Ădjăcŭītquĕ căvīs flŭĭdūm cōnvāllĭbŭs aēquŏr.*** Mn. SY. ădhaerērĕ, ădhaerēscĕrĕ, ădjūngī, cōnjūngī, sūm vīcīnŭs, prŏpīnquŭs, prōxĭmŭs, āccŭbārĕ. PH. Adjăcĕt āntīquūs Tĭbĕrīnō lūcŭs. *O.* Adiăcĕt ūndīs Iāctă mănū mōlēs. *O. v. vicinus.*

ădĭgo. ***Vĕl pătĕr ōmnĭpŏtēns ădĭgăt mē fūlmĭne ăd ūmbrās.*** V. SY. cōgĕrĕ, īmpēllĕrĕ, ăgĕrĕ. PH. Măgnīs Ĭthăcī clāmōrĭbŭs āctŭs. *V.* Saēpĭŭs ōccūrrēns haēc līmĭnă tēndĕre ădēgĭt. *V. v. cogo.*

ădjĭcĭo. ***Quĭs scĭt, ăn ădjĭcĭānt hŏdĭērnaē crāstĭnă sūmmaē.*** H. SY. āddĕrĕ, ădjūngĕrĕ, ădhĭbērĕ, ădmŏvērĕ. PH. Tū dĭctīs ădjĭcĕ mēntĕm. *O.* Adjēcērĕ bŏnaē paūlō plūs ārtĭs Ăthēnaē. *H.* Nīl ădĭcĭt pēnsō Lăchĕsĭs fūsōquĕ sŏrōrūm. *M.* Tērră părūm fŭĕrăt; fātīs ădjēcĭmŭs ūndās. *P.*

ădĭmo. ***Haūd īmpūnĕ fĕrēs, ădĭmām tĭbĭ nāmquĕ fĭgūrăm.*** O. *ademtus* i. e. *occisus* H. SY. căpĕrĕ, aūfērrĕ, tōllĕrĕ, ērĭpĕrĕ, ēxtōrquērĕ, sūbdūcĕrĕ. PH. Quī dās ădĭmĭsquĕ dŏlōrēs. *H. v. furor.*

ădīmplĕo. SY. cōmplērĕ, rĕplērĕ, īmplērĕ.

ădĭpātŭs. ***Līvĭdă mātērnō fērvēnt ădĭpātă vĕnēnō.*** I.

ădĭpīscŏr. ***Hānc ădĭpīscūntūr cĭrcūm prāetērquĕ fĕrūntūr.*** Lr. SY. āssĕquī, cōnsĕquī, părārĕ, cōmpărārĕ, nānciscī, ōbtĭnērĕ, cōncĭlĭārĕ. PH. A dūcĕ Tārpēĭō mōns ēst cōgnōmĕn ădēptŭs. *O. v. acquiro.*

ădĭtŭs, ūs. ***Innŭmĕrōsque ădĭtūs ēt māllĕ fŏrāmĭnă tēctīs.*** O. SY. vĭă, ĭtĕr, īngrēssŭs, īntrŏĭtŭs, āccēssŭs. EP. mălīgnŭs, făcĭlĭs, dīffĭcĭlĭs, pătēns, ărdŭŭs, claūsŭs. PH. Occŭpăt Aēnēās ădĭtūm cūstōdĕ sĕpūltō. *V.* Dēfēndūnt ārmīs ădĭtūm. *V.* Fĭt vĭă vī; rūmpūnt ădĭtūs. *V.* Vĭrī mōllēs ădĭtūs ēt tēmpŏră nōrās. *V.* Dīffĭcĭlēs ădĭtūs prīmōs hăbĕt. *H. v. ianua.*

ădjūdĭco. ***Et nūnc, sī quĭd ăbēst, Ĭtălīs ădjūdĭcăt ārmīs.*** H. SY. trĭbŭĕrĕ, āttrĭbŭĕrĕ, āddīcĕrĕ, cōncēdĕrĕ.

ădjūmēntum. ***Haec quŏquĕ rēs ădjūmēntō mōtūquĕ jŭvātŭr.*** Lr. *v. auxilium.*

ădiūngo. —***ūlmīsque ădjūngĕrĕ vītēs.*** V. PH. Mēne īgĭtūr sŏcĭūm sūmmīs ădjūngĕrĕ rēbŭs, Nīsĕ, fŭgīs? *V. v. jungo.*

ădiŭro. ***Ipsa ădjūrăt ŏpēs făcĭlēsquĕ sĭbī īndŭĭt ānnōs.*** O. *v. juro, oro, precor.*

ădjūtŏr. ***Măgnum ădjūtōrēm, pŏssĕt*** etc. H. SY. aūxĭlĭātŏr, faūtŏr, sŏcĭŭs, ădmĭnĭstĕr, aūctŏr suāsŏrquĕ.

ădjŭvo. ***Ădjŭvăt īn dūrīs ălĭquōs praesēntĭă rēbŭs.*** O. *v. auxilior, juvo.*

adlatro, adloquor. *v. allatro, alloquor.*

Ădmētŭs. ***Cērnĭs, ŭt Admētī cāntētŭr ĕt Hēctŏrĭs ūxŏr?*** O. SY. phĕrētĭădēs. EP. Thēssălŭs, Aēmŏnĭŭs, Aēmăthĭŭs, Phĕraēŭs, Thēssălĭcŭs, Ăpōllĭnĭs hōspēs. Descr. *T.* 2, 3, 11. 3, 4, 67. *Va.* 1, 445.

ădmĭnĭcŭlum. SY. fūlcrum, cōlŭmĕn, fūlcīmēntum, mūnīmĕn. *v. auxilium.*

ădmĭnīstĕr. SY. mĭnīstĕr, ădjūtŏr, sērvŭs, fămŭlŭs, pŭĕr, vērnă, clĭēns, āssĕclă. EP. Vĭgĭl, pērvĭgĭl, īmpĭgĕr, fīdŭs.

ădmĭnīstro. SY. rĕgĕrĕ, mĭnīstrārĕ, sūppĕdĭtārĕ, sērvīrĕ, īnsērvīrĕ, mĭnīstĕrĭum praēstārĕ.

ădmīrābĭlĭs. ***Părcĕ, pŭĕr, saēclī dĕcŭs ădmīrābĭlĕ nōstrī.*** O. *v. mirus.*

ădmīrātĭo. ***Nōn prŏptĕr nūmōs mĭnŏr ădmīrātĭŏ sūmmīs.*** J.

ădmīrātŏr. SY. ădmīrāns, mīrāns. EP. stŭpĕfāctŭs, āttŏnĭtŭs, pērcūlsŭs, tăcĭtŭs, cōnfūsŭs, dēfīxŭs.

ădmīrŏr. ***Nīl ădmīrārī, prŏpĕ rēs ēst ūnă*** etc. H. *v. miror, obstupeo.*

ădmīscĕo. *v. misceo.*

ădmītto. SY. ēxcĭpĕrĕ, rĕcĭpĕrĕ, sūscĭpĕrĕ, īndūcĕrĕ, īntrōdūcĕrĕ; prŏbārĕ, āpprŏbārĕ, cōmprŏbārĕ; cōmmīttĕrĕ.

ădmŏdūm. *v. valde; sane.*

ădmŏnĕo. ***Admŏnĕt, ēt măgnă tēstātŭr***

vōcĕ pĕr ūmbrās. V. SY. mŏnērĕ, praecĭpĕrĕ, suādērĕ, māndārĕ, jŭbērĕ. *v. hortor.*

ădmŏnĭtĭo. *v. monitum.*

ādmŏvĕo. *Mōrtĭs vĭcīnāe prŏpĕrāntēs ādmŏvĕt hōrās.* L. SY. āpplĭcārĕ, āppōnĕrĕ, ādjūngĕrĕ, ādjĭcĕrĕ. PH. Admōrām fōntĭbŭs ōră. *P.* Illĕ sĭbi ādmōtās ā vĭrgĭnĕ cōrrĭpĭt ēscās. *P.* Admōvīquĕ prĕcēs. *O. v. adhibeo.*

ādmūrmŭro. — *Bŏrĕāeque ādmūrmŭrăt aūstĕr.* O. *v. murmuro, fremo; plaudo, probo; improbo, obstrepo.*

ădnecto. *v. necto, iungo.*

ădnītŏr. *v. nitor, molior, conor.*

ădno, ădnăto. *v. nato.*

ādnŏto. *v. noto.*

ădŏlĕo; ēvī. *Hīs ădŏlērĕ fŏcōs, hīs ōrdĭnĕ pōcŭlă fērrĕ.* S. SY. ūrĕrĕ, cōmbūrĕrĕ, īncēndĕrĕ, āccēndĕrĕ, sūccēndĕrĕ, īnflāmmārĕ. PH. Sūbjēctīs ūrĕrĕ flāmmīs, īngĕrĕrĕ fŏcīs, īn īgnēm mīttĕrĕ. Vērbēnāsquĕ ădŏlē pīnguēs ēt māscŭlă tūră. *V.* Jūnōnī Ārgīvāe jūssōs ădŏlēmŭs hŏnōrēs. *V.* Cāstīs ădŏlĕt dum āltārĭă taedīs. *V.* Cūră, pēnūm strŭĕre ēt flāmmīs ădŏlērĕ pĕnātēs. *V.* Gĕmĭnīs ădŏlēntūr tūră dĕābŭs. *Pr. v. uro, thus.*

ădŏlēscēns. *Huīc ădŏlēscēntī vĕnĭūnt ŭbī dīctă pĕr aūrēs.* Juvc. SY jŭvĕnĭs, ĕphēbŭs, pūbĕr. EP. ădūltŭs, fōrtĭs, ănĭmōsŭs, ēgrĕgĭŭs, dŏcĭlĭs, ēlĕgāns, pūbēscēns, prŏcāx, īmbērbĭs, bārbātŭlŭs, pĕtŭlāns, īmbūbĭs, lĕvĭs, īncōnstāns, aūdāx, fōrmōsŭs, prōdĭgŭs, fērvēns, fērvĭdŭs, īmpāvĭdŭs, vērnāns, ălăcrĭs, pĕtŭlāns, mălĕ sānŭs, īnsānŭs, īncaūtŭs, āmēns, blāndŭs, mĭnāx, īndŏcĭlĭs, caecŭs, īngĕnĭōsŭs, văgŭs, ēffrēnātŭs, īmprūdēns, gĕnĕrōsŭs PH. Vĭgēns prīmaevō flōrĕ jŭvēntāe. *St.* Prīmī cuī flōrĕt tēmpŏrĭs aetās. Prīmā spārsŭs lānūgĭnĕ mălās. Vĭgēns jŭvĕnīlĭbŭs ānnīs; īnsīgnĭs flōrĕ jŭvēntae. Prīmī aevī pārtĕ vĭrēns. Prīmāe lānūgĭnĭs ānnīs. Bĭs ōctōnĭs īntĕgĕr ānnīs, ăgēns jām trĭă lūstră pŭĕr. Tĕnĕrāe vērnāns jūcūndō flōrĕ jŭvēntāe. Cŭī nūllā tĕnĕrī sōrdēnt lānūgĭnĕ vūltūs. Fōrmā īnsīgnĭs vĭrĭdīquĕ jŭvēntā. Cūm tĭbĭ vērnārēnt dŭbĭā lānūgĭnĕ mălāe. Nĕc jŭvĕnĭs, nĕc jām pŭĕr. Nāmquĕ tĕr ād quīnōs ūnūm Cēphīsĭŭs ānnōs Āddĭdĕrāt, pŏtĕrātquĕ pŭĕr jŭvĕnīsquĕ vĭdērī. Mĕdĭă ēst aetās īntĕr ŭtrūmquĕ tĭbī. Ōră pŭĕr prīmā sīgnāns īntōnsă jŭvēntā. Mōx ŭbĭ būllă rŭdī dīmīssa ēst aūrĕă cōllō, Mātrĭs ĕt āntĕ dĕōs lībĕră sūmtă tŏga ēst. *P. v. juventus. — Adolescens sapiens.* PH. Ante ānnōs ănĭmūmquĕ gĕrēns cūrāmquĕ vĭrīlēm. Cuī tĕnĕrō prŏbĭtās mātūrĭŏr aevō, Ēt cāstīgātāe cōllēctă mŏdēstĭă frōntĭs. *St.* Scīlĭcĕt īngĕnĭum ēt rērūm prūdēntĭă vēlōx Āntĕ pĭlōs vēnĭt. *Pe.* Prīmōrdĭă vēstră Vix paūcī mĕrŭērĕ sĕnēs. *Cl.* Fācūndĭă praetĕrĭt ānnōs. *St.* Sī tĭtŭlōs ānnōsquĕ tuōs nŭmĕrārĕ vĕlīmŭs, Făctă prĕmūnt ānnōs. *Cl.* Grāvĭbūsquĕ lătēt sūb mōrĭbŭs aetās. *Cl.* Nĕc mōrēs aetās lāscīvă rĕlāxăt, Sēd grāvĭbŭs cūrīs ănĭmūm sōrtītă sĕnīlēm Īgnĕă lōngaevō fraenātūr cōrdĕ jŭvēntūs. *Cl.* Descr. *M.* 10, 23. *H.* A. P. 159. sqq.

ădŏlēscēntĭă. *Rĕgĕndă măgĭs ēst fērvĭdă ădŏlēscēntĭă.* (iamb.) Se. SY. jŭvēntă, jŭvēntūs, jŭvĕnīlĭs aetās, pūbērtās, flōs aetātĭs, vēr aetātĭs. EP. fērvĭdă, lĕvĭs, īnstăbĭlĭs īmprūdēns, grātă, ămoenă, jūcūndă, aūdāx, mōllĭs, ēffrēnĭs, nĕglĭgēns, īntēmpĕrāns, vērnă, flōrĭdă, vīvĭdă, lūbrĭcă, mōbĭlĭs, cērĕă, āptă căpī, prīmă, prīmaevă, laetă, vĭrēns, vĭrĭdĭs, vērnāns, flōrēns, rŏsĕă, tĕnĕră, hĭlărĭs, blāndă, īgnĕă, vălĭdă. PH. Prīmāe lānūgĭnĭs ānnī. Prīmum aevūm. Prīmă jŭvēntă. Pūbēscēntēs, flōrēntēs ānnī. Flōs jŭvēntae, aevī, aetātĭs, vītāe Dūm nŏvă lānūgo ēst. Dūm rŏsĕīs vĕnĭt ūmbră gĕnīs Dūm vērnăt sānguĭs, dūm rūgīs īntĕgĕr ānnŭs. *P.* Jūcūndūm cum aetās flōrĭdă vēr ăgĕrĕt. *C.* Dūm prīmō ŏpācăt flōrĕ gĕnās. lānūgo. Tēmpŏrĕ quō prīmūm vēstĭs mĭhĭ trādĭtă pūră ēst. Prīmōque ēxstīnguōr īn aevō. Quō răpĭtĭs mĭsĕrōs prīmāe lānūgĭnĭs ānnōs? *P.* Āntĕ gĕnās dūlcēs quām flōs jŭvĕnīlĭs īnūmbrĕt, Ōrăquĕ nĭdēntī lānūgĭnĕ vēstĭăt aetās. *Cl.* Nōndūm vălĭdāe tĭbĭ sīgnă jŭvēntāe Īrrēpsērĕ gĕnīs, ēt ădhūc dĕcōr īntĕgĕr aevī. Flōrĭdă tēmpŏră vītae. *v. juventus.*

ădŏlēsco. *At dūm prīmă nŏvīs ădŏlēscĭt frōndĭbŭs aetās.* V. SY. aūgērī, crēscĕrĕ, aūgēscĕrĕ.

Ădōnĭs, ĭdĭs. *Et fōrmōsŭs ŏvēs ād flūmĭnă pāvĭt Ădōnĭs.* V. SY. Cĭnyrēĭŭs jŭvĕnĭs, hērōs; Myrrhāe fīlĭŭs, nātŭs. EP. fōrmōsŭs, pūlchĕr, tĕnĕr, blāndŭs, Cythĕrēĭŭs, pūrpŭrĕŭs, nĭvĕŭs, mōllĭs, tĕnĕllŭs, vĕnūstŭs, pīctŭs, cāndĭdŭs, săgīttĭfĕr, phărĕtrātŭs. PH. Vĕnĕrī plōrātŭs Adōnĭs. *O.* Vĕnĕrĭs dēlĭcĭae, ămŏr, cūră. Cūră dĕae, sylvīs āptŭs Adōnĭs ĕrăt. *O.* Fūlmĭnĕō pērcūssŭs ăb āprō. Descr. *O. M.* 10, 503 sqq. *P.* 2, 10, 53. *Au. id.* 6, 58.

ădŏpĕrĭo. *Pūrpŭrĕō vēlārĕ cŏmās ădŏpērtŭs ămīctū.* V. PH. Iām vĕnĭēt tĕnĕbrīs Mōrs ădŏpērtă căpŭt. *T. v. occulto, tego.*

ădōptīvŭs. *Fissaque ădōptīvās ărbŏr hăbēbĭt ŏpēs.* O. PH. Ēt fĭt ădōptīvă nōbĭlĭtātĕ tŭŭs. *O.* Cūjŭs ădōptīvō nōmĭnĕ tē pĕrhĭbēs. *A.*

ădōpto. *Ergo ălĭquōd grātūm Mūsīs tĭbĭ nōmĕn ădōptēs.* M. SY. ādscīscĕrĕ, ĕlĭgĕrĕ; ōptārĕ; īnsĕrĕrĕ.

ădŏr, ŏrĭs. *Mōx ădŏr, ātque ădŏrīs dĕ pōllĭnĕ pūltĭfĭcūm făr.* Au. *v. frumentum.*

ădōrātĭo. *v. cultus, honor.*

ădōrĕă. *Haec ōmnēs vĕtĕrūm rĕvŏcāvĭt ădōrĕă laūrōs.* Cl. SY. frūmēntūm; vīctōrĭă, *q. v.* PH. Quī prīmŭs ālmă rīsĭt ădōrĕă. *H.* Īnstĭtŭūntquĕ dăpēs ēt ădōrĕă lībă pĕr hērbām. *V.*

ădŏrĭŏr. *Cōmmūtāre ănĭmūm quīcūnque ădŏrĭtŭr, ĕt īnfĭt.* Lr. *v. aggredior, incipio.*

ădōrno. *v. orno, praeparo.*

ădōro. *Jūnōnĭs māgnā prīmūm prĕcĕ nūmĕn ădōrā.* V. SY. vĕnĕrārī, cŏlĕrĕ, īnvŏcārĕ, īmplōrārĕ, ēxpōscĕrĕ, sūpplĭcārĕ, ōb-

sacrare. PH. Precibus sollicitare, pulsare, poscere, flagitare, efflagitare. Solita prece numen adorat. *O.* Divinos persolvere honores. Divino honore dignari. Nymphas venerabar agrestes. Thure cremato, pectore votivo colere. Cum prece pia thura dare. Solemnia vota reddere. Tu munera supplex Tende, petens pacem, et faciles venerare Napaeas. *V.* Precibus votisque vocare. Tacito venerari murmure numen. Farre pio et plena supplex veneratur acerra. *V.* Votisque Deos venerabere seris. *V.* Hic votis numen adorat. *O.* Miro numen honore colit. *V.* Colitur Latona per aras. *O.* Placatam Eurydicen vitula venerabere caesa. *V.* Omnibus illa quidem Superis pia thura ferebat; Ante tamen cunctos Junonis templa colebat. *O.* Et quisquam numen Junonis adoret Praeterea; aut supplex aris imponat honorem? *O.* In primis venerare Deos, atque annua magnae Sacra refer Cereri. *V.* Passis de littore palmis Numina magna vocat, meritosque indicit honores. *V.* Divum templis indicit honorem. Cervicem curvare Deo. Numina sancta poscere, tendere ad sidera manus supplices, Deum in vota vocare. Suppliciter venerans submisso lumine Turnus. *V.* Nam veneror, seu stipes habet desertus in agris, Seu vetus in trivio florea serta lapis. *T.* Numina magna loci jussi veneramur. *V.* Junoni fer rite preces. *V.* Tacito venerantur murmure numen. Affaturque deos et sanctum sidus adorat. *V.* Concipit ille preces et verba precantia dicit. *O.* Phrygium placare colendo Numen, et Iliacos parat exorare penates. *S.* Patrios celebrare penates Reddereque antiquo menstrua tura Lari. *T.* Iunoni cane vota libens, dominamque potentem Supplicibus supera donis. *V.* Semper honore meo, semper celebrabere donis. ***V. v. colo, precor, sacrifico.***

Adrastea. ***Ut scelere infando quod nec sinit Adrastea.*** V. EP. ultrix, acerba, vindex. ***v. Nemesis.***

Adrastus. ***Ductorem belli, generumque potentis Adrasti.*** St. ***In senium vergens populos Adrastus habebat.*** St. EP. Thalaonius, Inachius, Thebanus, Perseius, potens, pollens. PH. Heros Inachius, Thalaone satus, Thalaonides.

Adria. — ***Sonat Ionio vagus Adria ponto.*** L. ***Non ego nunc Adriae vereor mare noscere tecum.*** P. EP. raucus, praeceps, vagus, tumidus, minax, ventosus, inquietus, iracundus, saevus, turgidus, turbidus. PH. Adriaticum mare. Ventosi tumor Adriae. *Se.* Ater Adriae sinus. *H.* Dux inquieti turbidus Adriae. *H.* Adrias unde vadis longam procul exspuit algam. *Av.* Quos alit Adriaco tellus circumflua ponto. *L.* An mare, quod supra, memorem, quodque alluit infra? *V.*

Adriacus. ***Ergo nunc rudis Adriaci vehor aequoris hospes.*** P. SY. Adrianus, Adriaticus. PH. Sive mari libet Adriano. *A.* Et hoc negat minacis Adriatici littus. *C.* Adrianique (*s. ia*) dei Ganymedem. *Pr.* Adriano potiui qui iudice vasta profundi. *Anth.*

adscisco. ***v. ascisco*** etc.

adsitus. ***Sed vocat usque suum, qua populus adsita certis.*** H.

adsum, ades. ***Adsumus, et portus delati intramus amicos.*** V. SY. interesse, assistere, praesens sum, astare; opem ferre, auxiliari, non deesse, juvare. PH. Improvisus adest. Coram, quem quaeritis; adsum. *V.* Huc ades, o Meliboee. Cuperem, ipse parens spectator adesset. Quisquis es, o faveas, nostrisque laboribus adsis. *H.* Ergo aderat promissa dies. Atque utinam rex ipse Noto compulsus eodem Afforet Aeneas. Si ipse meus nunc afforet Hector. Esse quoque in fatis, reminiscitur, affore tempus. Non adsunt illic saltus. Nec Teucris addita Juno. Usquam aderit. Nec dextrae erranti Deus adfuit. Adsis, o, tandem et propius tua numina firmes. *V.* Quod votis optatus adest. *V.* Urget praesentia Turni. *V.* Tuis alacres assistimus undis. *St.* Iamque aderit multo Priami de sanguine Pyrrhus. *V.* Portis alii bipatentibus adsunt. *V.* Libyae citus adstitit oris. *V.* Tuque ades, inceptumque una decurre laborem. *V.* Adsis, o, placidusque iuves. *V.* Adfuit et Mnestheus. *V.* Tantaque simplicitas puerilibus adfuit annis. ***O. v. accedo, auxilior.***

adveho. ***Advehitur Teucros, Electram maximus Atlas.*** V. SY. vehere, invehere, deferre, inferre, convehere, evehere. ***v. appello.***

advelo. ***Declarat, viridique advelat tempora lauro.*** V. ***v. occulto, velo.***

advena. ***Non tamen hospes eris, nec jam potes advena dici.*** M SY. peregrinus, externus, alienus, exterus, alienigena. EP. fessus, supplex, novus, ignotus, vagus. PH. Advena grus. *H.* Advena classem Cum primum Ausoniis exercitus appulit oris. *V.* Terras quas advena adisti. *V.* Qua petit aequoreas advena Tibris aquas. ***O. v. hospes, peregrinus.***

advenio. ***Adveniat, vultus neve exhorrescat amicos.*** V. SY. venire, allabi, accedere, pervenire, devenire, adventare, adire, petere, contingere, propius accedere, appellere, adesse. PH. Optatas sedes novus advenit hospes. Tyriam qui advenerit urbem. *V.* Properans adventat in urbem. Tacitis huc gressibus acti Deveniunt. *V.* Devenere locos. *V.* Quibus Hector ab oris Expectate venis? *V.* Concursu accedere magno. *V.* Undique confluere. Jamque propinquabant portis. *V.* Huc tandem concede: flecte gradum, pedem refer, cursum verte. Ingentem comitum affluxisse novorum Invenio admirans numerum. *V.* Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris. *V.* Fit propior, terrasque cita ratis attigit aura. Portusque patescit Iam propior. Tellure potiri; tellurem velis arripere. Clavum ad littora torquere. Carinae littora tangunt. Venire in portum, portum subire. Ad littora tendere cursu. Portus accedit Averni. *V.* Consilio huc

Omnēs ănĭmīsquĕ vŏlēntĭbŭs ūrbĕm Affĕrĭmŭr. *V.* Hōs sŭpĕr ădvĕnĭt Vōlscă dē gēntĕ Cămīllă. *V.* Advĕntāntĕ dĕā. *V.* Sŭb ĭpsŭm Fīnem ădvĕntābānt. *V.* Rătēs cŭm ădvĕntārĕ mīlĭtĕ. *O. v. advena, hospes; venio, accedo, eo.*

ădvĕntītĭŭs. SY. āscītŭs, ēxtĕrnŭs, pĕrĕgrīnŭs. *v. advena.*

ădvĕntŭs, ūs. *Hŏspĭtĭs ădvĕntū fēstŭm gĕnĭālĭtĕr ēgĭt.* O. SY. āccēssŭs. EP. jūcŭndŭs, lāetŭs, ĭnŏpīnŭs, ŏptātŭs, tārdŭs, sērŭs, īnspērātŭs, faūstŭs, fēlīx, sŭbĭtŭs. PH. Advĕntūmquĕ pĕdŭm, flātūsque aūdīvĭt ĕquōrŭm. *V.* Phȳllĭdĭs ădvĕntū nōstrae nĕmŭs ōmnĕ vĭrēscĭt. *V.* Usquĕ sŭb ădvĕntŭm spīrāntĭs lēnĕ Făvōnī. *O.* Advĕntāntĭbŭs Eūrīs. *V.*

ădvērsārĭŭs. *Ădvērsārĭŭs ēst frātĕr, lĭcĭŭs Ădrĭă, dōnĕc.* H. *v. aemulus, hostis.*

ădvērsŏr. *Hīc Hȳmĕnāeŭs ĕrĭt, nōn ădvērsātă pĕtēntī.* V. *v. pugno, resisto.*

ădvērsŭs, *adj.* *Nōn tămĕn ădvērsīs aetătĕm vīvĭmŭs āustrīs.* H. SY. cōntrārĭŭs, ŏppŏsĭtŭs, ădvērsārĭŭs, īnfēstŭs, ĭnĭmīcŭs, hōstĭs. PH. Intĕr se ădvērsī lūctāntŭr cōrnĭbŭs hoēdī. *V.* Dēxtĕr ĭn ădvērsŭm nītēns. *V.* Māllĕ trăhēns vărĭōs ădvērsō sōlĕ cŏlōrēs. *V.* Advērsā fīgĭt mŏdŏ lūmĭnă tērrā. *V.* Fērrum ădvērsō sŭb pēctŏrĕ cōndĭt. *V.* Excĭpĭānt rēctō fŭgĭēntēs pēctŏrĕ fērrŭm. *L. v. fortuna adversa, hostis.*

ădvērsŭs, *praep.* SY. cōntrā, ĭn.

ădvērto. *Accĭpĭte haec ănĭmīs, lāetāsque ădvērtĭtĕ mēntēs.* V. SY. nŏtārĕ, ānnŏtārĕ, ŏbsērvārĕ, ănĭmădvērtĕrĕ, vĭdērĕ, cŏgnōscĕrĕ, pērspĭcĕrĕ, aūscūltārĕ, āttēndĕrĕ, cōnsīdĕrārĕ. PH. In quāmcūnquĕ dŏmŭs ădvērtō lūmĭnă pārtĕm. *O.* Ocŭlōs ădvērtĕrĕ tēmplīs. *Cl.* Sacrīs vūltūs ădvērtĭtĕ vēstrōs. *O.* Tērraēque ădvērtĕrĕ prōrās, *V.* Mōx prŏfŭgī, dūcēntĕ nŏto, ădvērtĕrĕ cŏlōnī. *S.* Ocĭŭs ădvērtūnt prōrās ūrbīquĕ prŏpīnquānt. *V.* Irĕt ŭt ăd mūrōs, tērraēque ădvērtĕrĕt āgmĕn. *V.* Et tāntūm laetī nŏtae ădvērtūntŭr ărēnae. *V.* Aūrēs ădmŏvērĕ; ănĭmŭm ădvērtĕrĕ, ăccŏmmŏdārĕ, āpplĭcārĕ; aūrĭbŭs pūrgātīs ēssĕ; ārrĭgĕrĕ, īntēndĕrĕ; aūrēs aūrĭbŭs haūrīrĕ, pēndērĕ ăb ōrĕ lŏquēntĭs. Paūcīs, ădvērtĕ, dŏcēbō. *V.* Anĭmōquĕ nŏtāvī. *O.* Quaē dīcam, ănĭmīs ădvērtĭtĕ vēstrīs. *V.* Mŏnĭtīs ănĭmōs ădvērtĭtĕ nōstrīs. *O.* Ad prīmām vōcĕm tĭmĭdās ădvērtĭmŭs aūrēs. *O.* Lūsĭbŭs ŭt pōssīs ădvērtĕrĕ nūmĕn ĭnĕptīs. *O. Contrarium:* ălĭŭd ăgĕrĕ, văgārī, nĕglĭgĕrĕ. *v. accedo, appello, observo.*

ădūlātĭo. PH. Blāndĭtĭāe mōllēs aūrēsquĕ jŭvāntĭă vērbă. *O.* Mūrmŭr blāndāe līnguāe. Nēc blāndāe mūrmŭrĕ līnguāe Dēcĭpĭmŭs. Crēbrīs pērjūrĭă nēctĭt Blāndĭtĭīs. *Cl.* Aūsŭs sūm blāndīs nūpĕr ădīrĕ sŏnīs. *O.* Quās mĭhĭ blāndĭtĭās, quām dūlcĭă vērbă părābăt. *O.* Cōmpŏsĭtōsquĕ sălēs mēdĭcātăquĕ vērbă lŏcūtŭs. *St.* Impĭă sŭb dūlcī mēllĕ vĕnēnă lătēnt. *O.* Vīlĭs ădūlātŏr pīctō jăcĕt ēbrĭŭs ōstrō. *Pe.* Sēmpĕr ădūlātŭr, sēmpĕr mălĕfīdă văgātŭr. *v. blanditiae.*

ădūlātŏr. *Caecŭs ădūlātŏr, dīrŭsque ā pōntĕ sătēllĕs.* J. SY. āssēntātŏr, pālpātŏr, părăsītŭs. EP. caecŭs, pērfĭdŭs, īmprŏbŭs, mēndāx, fāllāx, blāndŭs, blāndĭlŏquŭs, lĕvĭs, pērnĭcĭōsŭs, mēllītŭs, vērsūtŭs, mēllĕŭs, fīctŭs, sūbdŏlŭs, fŭgĭēndŭs, gārrŭlŭs, blāesŭs, vīlĭs, tūrpĭs, lūcrī cŭpĭdŭs, dūlcĭs. PH. Dūlcĭbŭs īnstrūctŭs vērbīs. Bȳssĭnă vērbă lŏquēns. Fāllācī ōrĕ, sūbdŏlā līnguā blāndĭēns. Blāndă lŏquēns, ōmnĭă dĭlaūdāns. Vērbīs cōmpŏsĭtīs ăd grātĭăm lŏquēns. Dāns blāndă vērbă. Blāesŭs ădūlātŏr mēllītō mūrmŭrăt ōrĕ. *Stroz.* Mēllĭtĭs fāllĕrĕ vērbīs dŏctŭs. Dīvĭtĭs cūlīnae aūcēps; ūnctāe trāctūs nīdōrĕ cūlīnaē. Vēndēns vānōs cīrcŭm pălātĭă fūmōs. *M.* Dūlcĭbŭs ūtēns vērbīs. Fāllĕrĕ dŏctŭs Vērbōrŭm lēnōcĭnĭīs. Descr. *I.* 3, 86 sq. *Te.* Eu. 2, 2, 17.

ădūlŏr. *Agmĕn ădūlāntūm, mĕdĭă prōcēdĭt ĭn aūlā.* O. SY. blāndīrī, ădblāndīrī, āssēntārī, pālpārĕ, pālpĭtārĕ, blāndē cōmpēllĕrĕ, pērmūlcērĕ, lēnōcĭnārī. *v. adulator.*

ădūltĕr. *Obrŭĭt ĭnsānĭs ēssĕt ădūltĕr ăquīs.* O. *Adulteri crines.* H. *clavis ad.* O. SY. mœchŭs. EP. tūrpĭs, ōbscœnŭs, nŏctūrnŭs, sēcrētŭs, ōccūltŭs, lāscīvŭs, lūbrĭcŭs, īmpūrŭs, nĕfāndŭs, īmprŏbŭs, dŏlōsŭs, sōrdĭdŭs, nĭtĭdŭs, tĕmĕrārĭŭs, crūdēlĭs, īmpătĭēns mŏrāe, mōllĭs, spūrcŭs, cīncīnnātŭs, călămīstrātŭs. PH. Lēctō mărītālī īnsĭdĭātŭs. Fūrtă īn rĕcēssū ĕt ŏbscūro īmprŏbŭs Quaērēns cŭbīlī. Vĕnĕrīs quī fūrtă nĕfāndae Sēctātŭr, thălămōsque īncēstō pōllŭĭt aūsū. *v. adultero.*

ădūltĕră. *Ut jăm sērvārīs cōrpŭs bĕne, ădūltĕră mēns ēst.* O. SY. mœchă; cōnjūx īnfīdă mărītō; fīdĕī jŭgālĭs ŏblītă. *v. adultero.*

ădūltĕrĭum. *Quīque ŏb ădūltĕrĭŭm caesī, quīque ărmă sĕcūtī.* V. SY. stūprum. PH. Fūrtă tŏrī. Fūrtŭm Vĕnĕrĭs, fūrtīvă vŏlūptās. Vĕnŭs īncērtă. *H.* Tūrpĕ spŏlĭŭm pŭdŏrĭs. Injūrĭă thălămī. Fūrtīvī fœdĕră lēctī. *v. adulter.*

ădūltĕro *s.* ădūltĕrŏr. *Adūltĕrētŭr ēt cŏlūmbă mīlvĭō.* (*iamb.*) H. SY. mœchāri, stūprārĕ; cōrrūmpĕrĕ. PH. Thălămōs vĭŏlārĕ jŭgālēs. Cāstŭm tĕmĕrārĕ cŭbīlĕ. *O.* Vĕtĭtŭm sōllĭcĭtārĕ tŏrŭm. *O.* Cōnjŭgĭī fāllĕrĕ fīdĕm. Fūrtīvāe Vĕnĕrī īndūlgērĕ. Thălămī sŏcĭālĭă fœdĕră frāngĕrĕ, vĭŏlārĕ, tĕmĕrārĕ. Aūsŭs ĕs hōspĭtĭī tĕmĕrātīs ădvĕnă săcrīs Lēgĭtĭmām nūptaē sōllĭcĭtārĕ fīdĕm. *O.* An mĕtŭīs, Vĕnĕrĕm tĕmĕrārĕ mărītăm, Cāstăquĕ lēgĭtĭmī fāllĕrĕ jūră tŏrī? Tūrpĭtĕr īllă vĭrŭm cŏgnōvĭt ădūltĕră. Arcānō tū cōnnūbĭălĭă jūră Vērtĭs ădūltĕrĭō. Sŏcĭālĕ rŭmpĕrĕ fœdŭs; laēdĕrĕ, dēsĕrĕrĕ fœdĕră sŏcĭālĭă; vĭŏlārĕ jūră mărītī; jūră jŭgālĭă nōn sērvārĕ; rūmpĕrĕ vīnclă tŏrī. Dēstĭtŭĕrĕ tŏrōs lēgĭtĭmōs; nōn sērvārĕ fœdĕră lēctī; cōnjŭgĭālĕ sōlvĕrĕ fœdŭs. Nūllīs pōllŭĭtŭr cāstă dŏmŭs stūprīs, Cōnjūx nēc nĭtĭdō fīdĭt ădūltĕrō. *H.* Essĕ mĕtūs cœpĭt, nē jūră jŭgālĭă cōnjūx Nōn bĕnĕ sērvāssĕt. *O.*

Incorruptă mei conservā foedĕră lecti. *T. v. adulter.*

ădultŭs. *Suspendunt certis, aliae spem gentis adultos.* V. *v. adolescens.*

ădumbro. *Artis adumbratae meruit, ceu sedula, laudem.* Pr. SY. effingĕrĕ, describĕrĕ, exprimĕrĕ, delineārĕ, designārĕ. PH. Iam nec ădumbrātī făciem mercātūs hŏnōris. *Ca.*

ădunco̅s. — *Naso suspendis adunco.* H. SY. curvus, rĕpandus, flexus, incurvus, flexuosus, sinuosus, retortus, tortuosus. PH. Aut sua crēdulitas in aduncos ēgĕrat hāmos. *O.* Magni praepes ăduncă Jŏvis. *O.* Rostroque immānis vultur ădunco. *V.*

ădvŏcātŭs. *Quis Deus tibi non bene advocatus.* (Phal.) C. *v. causidicus, patronus.*

ădvŏco. *Advocat, et ramis vastisque molaribus instat.* V. PH. Secrētas ădvŏcat artes. *O.* Sŏcios in coetum lītore ab omni Advŏcat Aenēas. *V.* Ut tămen noris, quibus ădvŏcĕris Gaudiis. *H.* Advŏcat ensēs. *S.* Omniăque armă Advŏcat. *V.* Sĕrior aegro Advŏcor. *O. v. accerso, voco.*

ădvŏlo. *Advolat, haud alia est Turni venientis imago.* V. SY. vŏlārĕ; prŏpĕrārĕ, accurrĕrĕ. *v. festino.*

ădvŏlvo. *Advolvere focis ulmos, ignique dedere.* V. SY. vŏlvĕrĕ, subvŏlvĕrĕ, addūcĕrĕ, attrăhĕrĕ. PH. Vŏlvendo dūcĕrĕ. Mănĭbus subvŏlvĕrĕ saxă. Magnusque advolvitur astris Clāmor. *St.* Si carmen in unum Tantarum spĕrem cumulos advolvĕrĕ rerum. *Cl. v. procumbere, volvere.*

ăduro. *Acrior, et Boreae penetrabile frigus adurit.* V. *v. incendere, urere.*

ădytum. *Talibus ex adyto dictis Cumaea Sibylla.* V. SY. templum săcrum, săcellum, pĕnetrālĕ, pĕnetrăliă. EP. terrĭfĭcum, lătens, vĕnĕrābĭlĕ, sublīmĕ, inclytum, grandĕ, ingens, pictum, augustum, altum, excelsum, aureum, sanctum, fulgidum, sacrātum, prŏfundum. PH. Aeternumque ădytis effert pĕnĕtrālĭbus ignem. *V.* Sĕcrētoque ădyto gaudent, et coelibe tecto. *Ma.* Adytis haec tristiă dictă rĕportat. *V.* Et sic est ădytis dīvă lŏcută suis. *O.* Adyti in pĕnetrālĕ rĕmōti. *L.* Ex ădyto tanquam cordis respōnsă dĕdĕrĕ. *Lr. v. penetrale, templum.*

Aeăcides. *Saevus ubi Aeacidae telo jacet Hector et ingens.* V.

Aeăcus. *Aeacus in poenas ingeniosus erit.* O. SY. jūdex, arbiter Orci, Asōpiădes, unus triumvirum infernorum. EP. justus, jūrĭdĭcus, Tartăreus, Stygius, trĕmendus, aequus, immitis, mĕtuendus, vĕnĕrandus, āter, sĕvērus, dīrus, sŭperbus, terribilis, vĕrendus, torvus, niger, dūrus, lēthālis, infĕrus, āversus, incorruptus, non exōrābilis ulli. PH. Qui jūră silentibus umbris Reddit. *O.* Urnam tartăreis mŏvet Aeăcus umbris. Continuo ad poenam justus vŏcat Aeăcus umbrăm. *O.* Pŏsită jūdex sĕdet Aeăcus urnă. *P.* Infernum rigidum tĕnet Aeăcon urnă. *St.* Inferno damnas, Aeăce, jūdĭcio. *P.* Descr. *V.* A. 6, 432. sqq. *v. Minos.*

Aeaea. *Infernique lacus Aeaeaeque insula Circes.* v. *Circe.*

aedes, is et ium. *Et dea, marmorea cujus in aede sumus.* O. *Aedibus in mediis nudoque sub aetheris axe.* V. SY. dŏmus, tectum, ātriă, hospitium, pĕnātes, sēdes, lăres, căsă, rēgiă, līmen, dŏmĭcilium. EP. altă, ardŭă, eximiă, marmŏreă, sŭperbă, magnĭfĭcă. PH. Stăbat in exiguā ligneus aede Deus. *T.* Jupiter angustā vix totus stăbat in aedĕ. *O.* Has pono ante tuam tibi, dīvă, Prŏpertius aedem. *P.* — Aedes ēmit Aper, sed quas nec noctuă vellet Essĕ suas, ădeo nigră vĕtusquĕ căsa est. *M.* Manĕ sălūtantum tōtis vŏmit aedibus undam. *V.* Primasque intrāvimus aedes. *V. v. domus, templum.*

aedicŭlă. *Si quis in aedicula Deus unicus, haec etenim sunt.* J.

aedĭfĭcātor. *Aedificator erat Centronius, et modo curvo.* J. SY. architectus, constructor, conditor. EP. dīves, sŭperbus, prōvidus, pĕrītus. PH. Rōmānae conditor arcis. *V.* Conditor et văcuos muris circumdărĕ colles Destinat. *M.* Primaequĕ rătis mōlītor Iāson. *O.*

aedĭfĭco. *Aedificare domus, laribus conjungere nostris.* J. SY. exstruĕrĕ, struĕrĕ, condĕrĕ, construĕrĕ, mōlīri, fabrĭcārĕ. PH. Moeniă, mūros, mūrōrum mōles attollĕrĕ, ērigĕrĕ, dūcĕrĕ, mōlīri, figĕrĕ, jăcĕrĕ, caelo ēdūcĕrĕ urbem, templum, dŏmum, stătuĕrĕ pōnĕrĕ, mōlīri, constituĕrĕ. Templi, dŏmus, urbis tectă exstruĕrĕ, fundāmentă lŏcārĕ, jăcĕrĕ. Moeniă primă fundārĕ. Daedălă fingĕrĕ tectă. *V.* Aedĭfĭcārĕ căsas. *H.* Mūros optātae mōlior urbis. *V.* Moeniă primă lŏco. *V.* Urbem quam stătuo, vestra est. *V.* Quid prŏhĭbet, mūros jăcĕrĕ et dărĕ cīvĭbus urbem? *V.* Ibĭquĕ mĕmento Primă lŏcārĕ mănu mōlīrique aggĕrĕ tectă. *V.* Templum dē marmŏrĕ pōnam. Condĕrĕ coepĕrunt urbes arcemquĕ lŏcārĕ. *L.* Urbem praeclāram stătuĭ et meă moeniă vīdi. Fātāles mūrōrum attollĕrĕ mōles, Saxăquĕ subvectare hŭmĕris Trōjănă jŭvābit. *V.* Rōmŭlus aeternae nondum fundāvĕrat urbis Moeniă. *T.* Templă Dei saxo vĕnĕrābit structă vĕtusto. Non coeptae assurgunt turres. *V.* Structă rigent sŏlĭdo stăbŭlōrum moeniă saxo. *O.* Structis exsurgunt oppidă mūris. *T.* Cingĕrĕ mūris Oppidă. Mōlīri aggĕrĕ mūros. Aeternam condĕrĕ sēdem, urbem compōnĕrĕ, tectă moenĭbus cingĕrĕ. Sub terră fŏdĕrĕ lărem. Dum condĕret urbem. *V.* Primas cum condĕret arces. *V.* Dēlēgĕrĕ lŏcum et pŏsuĕrĕ in montĭbus urbem. *V.* Urbem constĭtui, lātēquĕ pŏtentiă fixi Moeniă, finitimis invĭdiosă lŏcis. *O.* Trōjamquĕ vĭdētis, Quam vestrae fēcĕrĕ mănus. Hoc Ilium et haec lŏcă Trōjae Essĕ jŭbet. Ipsĕ hŭmĭli dēsignat moeniă fossă. *V.* Părĭetĭbusquĕ prĕmunt arctis, et quătuor addunt. *V.* Quătuor ā ventis oblīquā lūcĕ fĕnestras. *V.* Gellius aedĭfĭcat semper; mŏdo līmĭnă pōnit, Nunc fŏrĭbus clāves aptat ēmitquĕ sĕras: Nunc has, nunc illas mūtat rĕfĭcitquĕ fĕnĕ-

stra. *M*. Hic templum Iunoni ingens Sidonia Dido Condebat, donis opulentum et numine divae. *V*. Illucamque iugis hanc addidit arcem. *V*. Aeneam fundantem arces ac tecta noväntem. *V*. Ille urbem Patavi sedemque locavit Teucrorum. *V*. Ingentia cernes Moenia surgentemque novae Carthaginis arcem. *V*. Descr. *V*. A. 1, 420. sqq.

aedilis. *Sufficiunt tunicae summis aedilibus albae*. I.

aedituus. *Aedituus consultus ait: quos prospicis, hospes*: Pr. SY. templi custos.

aedon, onis. *Quodque leves calami, quod suavis cantat aedon*. V. *Vocalem superet si diris aedona bubo*. Ca. PH. Sic et aedonia superantur voce cicadae. *Lr. v. luscinia, philomela*.

Aedon, onis. *Ac velut Aedoni Boreae cum spiritus alto*. V.

Aedonis, idis. *Protinus in silvis matres Aedonidas omnes*. O.

Aedonius. *Dulcius Aedonias hiemes Arctonque frementem*. St.

Aedui, orum. *Aedues, Alpino quaque Viennae iugo*. Au.

Aeetes *et* Aeeta. *Non senis Aeetae regia Lemnos erat*. O. EP. Soligena, Sole satus, Aeaeus, ferus, Phasiacus. PH. Excipit hospitio iuvenes Aeeta Pelasgos. *O*. Rex Hyperionides. *Va. v. Argonautae, Medea*.

Aeetius, Aeeteus, Aeetis, idis, Aeetias, adis. — *Aeolii proles Aeetia Phrixi*. Va. *Phasidos ad fluctus et fines Aeeteos*. C. *Concipit interea validos Aeetias ignes*. O. *Protinus atque ingens Aeetida perculit horror*. Va.

Aegaeon, onis. *Aegaeona suis immania terga lacertis*. O. *Vincula et angustam centeni Aegaeonis umbram*. St. *v. Briareus, Gigas*.

Aegaeum mare. *Di maris, Aegaei quos sunt penes aequora ponti*. P. SY. Aegaeum aequor, fretum. PH. Seu Thyrrhenam hiemem, seu stagna Aegaea lacessunt. *St*. Otium divos rogat in patenti Prensus Aegaeo. *H*. Tutum per Aegaeos tumultus Aura feret. *H*. Cycladas Aegaeus obstupuisse puto. *O*. Trabe vasta Aegaeum rapias. *Pe*. Boreae quum spiritus alto Insonat Aegaeo. *V*.

Aegates, um. *Flore virens, avet Aegates abolere parentum*. S.

aeger. — *Vastos quatit aeger anhelitus artus*. V. SY. morbidus, aegrotus, invalidus, infirmus, languidus, languens. PH. Morbo languens, affectus, gravis, decumbens, squalens, tentatus, afflictus, pressus, oppressus, languidus, languescens, fractus. Languida membra trahens. Ora buxo pallidiora gerens. Morbi cruciatibus ustus. Membris aeger. Artus invalidi. Invalidum corpus. Genua aegra trahens. *V*. Ossa morbo collapsa. *V*. Quem languor habet. Proximus orco, leto. Iam prope depositus, certe iam frigidus aeger. Continuo est aegris alius color, horrida vultum Deformat macies. *V*. Cui movent positae fastidia mensae. Quem nec Cereris, nec tangit cura Lyaei. Ad medicum specto, venis fugientibus, aeger. Ultima pars animae dum mihi restat, ades. Non est in medico, semper relevetur ut aeger; Interdum docta plus valet arte malum. *O*. Iam satis invalidos calamo lassavimus artus, Et manus officium longius aegra negat. *O*. Descr. *H*. S. 1, 1, 80 sqq. *v. aegroto, morbus, moribundus*.

Aegeria. *v. Egeria*.

Aegeus, ei. *Aegea sic Theseus, sic Pelea vincit Achilles*. O. EP. miser, infelix.

Aegiale. *Questa est Aegiale, questa est Meliboea relinqui*. St.

Aegides. *Te vocat Aegiden Eurytumque suum*. O. *v. Theseus*.

Aegina. *Aeacus Aeginam genetricis nomine dixit*. O.

aegis, idis. *Pro ducibus nostris aegida semper habe*. O. EP. horrida, sonans, terrifica, cruenta, coruscans, Medusea, fulva, terribilis, cruda, serpentigera, Palladia, superba. PH. Prima coruscanti signum dedit aegide virgo. *V*. Et serpentigeram quatiens venit aegida Pallas. *M*. Horrens colubris vultuque tremenda Gorgoneo. *Cl*. Credunt se vidisse Iovem, quum saepe nigrantem Aegida concuteret dextra, nimbosque cieret. *V*. Ostendens rutila cum Gorgone pectus. *Cl*. Palladis aegisonum pectus. *Va*. Descr. *V*. A. 8, 435 sqq. *O*. M. 4, 770 sqq. *Va*. 6, 396 sqq.

Aegisthus, i. *Quaeritis, Aegisthus quare sit factus adulter*. O. SY. Thyeste satus, Thyestiades, Argivus. cf. *O*. R. 160 sqq.

Aegle. *Aegle Naiadum pulcherrima* — V.

Aegoceros, otis *et* aegocerus, i. *Quo pacto aestivis a partibus aegocerotis*. Lr. *v. Capricornus*.

aegre. *Caerula quem genitrix aegre solata dolentem*. O. SY. vix, moleste, male, graviter, difficulter.

aegresco. *Flectitur, exsuperat magis, aegrescitque medendo*. V. *v. aegroto*.

aegrimonia. *Fastidiosa, tristis aegrimonia*. (iamb.) H.

aegritudo. *Omnis aegritudo cedit, languor omnis pellitur*. (troch.) *Pr. v. cura, morbus*.

aegroto. *Quam mihi das aegro, dabis aegrotare timenti*. H. SY. languere, languescere, decumbere, dolere. PH. morbo, morbis laborare, decumbere, confici, exerceri, tentari, affici, premi, vexari, torqueri, cruciari, conflictari, squalere, atroci pressum decumbere morbo. Gravibus morbi cruciatibus uri. Tristes incessunt pectora morbi. Membra fracta, lassos artus in omni toro versare. Ad praesepe gemit morbo moriturus inerti. Salute destitui. Pallent exsangui corpora morbo; ima laborant continuis cruciatibus ossa. Tabificus corpora languor habet. Aegro sum corpore, aegrum trahere corpus. Totum corpus ingenti languore iacet sine viribus aegrum. Tristi languebant corpora morbo. *V*. Linquebant animas dulces, aut aegra trahebant Corpora.

V. Pāllĭdă vĭx cŭbĭtō mēmbră lĕvārĕ pŏtēst. *O.* Vīs mōrbī dīstrāctă pĕr ărtūs. Tŭrbăt ăgēns ănĭmăm. Hic quūm jăcērĕt mōrbō cōnfēctūs grăvī. *Ph. v. aeger, morbus.*

aēgrōtūs. *Aēgrōtō dŏmĭnī dēdūxĭt cōrpŏrĕ fēbrēs.* H. *v. aeger.*

Aēgȳptūs. *Ēt vĭrĭdem Aēgȳptūm nĭgră foēcūndăt ărēnā.* V. EP. dīvĕs, tōrrĭdă, foēcūndă, fērtĭlĭs, ēxūstă, ăntīquă, mētāllĭfĕră, sĭtĭbūndă, vāstă, ŏpīmă, hōrrĭdă, călĭdă, ārdēns, ūstă, ădūstă, gēmmĭfĕră, cărēns īmbrĭbūs, dĕōrūm părēns, prōdĭgĭōsă, frūgĭfĕră, caēlī stŭdĭōsă, săgāx, dēmēns, mātĕr ărtĭum. SY. Rĕgĭo, quām Nīlūs ĭnūndăt, quām fŭgĭūnt īmbrēs. Gĕnĭtālĭă ārvă Cănōpī. Plŭvĭae īnscĭă rēgnă. Tēllūs Nīlĭăcă, Nīlōtĭcă, Mēmphītĭs, Mēmphītĭcă. Āgrī, trāctūs Phărĭī, ārvă Mărĕōtĭcă, sōlum Păraētŏnĭum. Ōraē, plăgae Nīlĭăcae, Nīlō foēcūndă rĕgĭo. Dĕōrūm Prōdĭgĭōsă părēns. *M.* Pēr plănă jăcēntĭs Aēgȳptī Lĭbȳcās Nīlūs stāgnārĕt ărēnās. *L.* Dīcĭtūr Aēgȳptōs cărŭīssĕ jŭvāntĭbūs ārvă Īmbrĭbūs. *O.* Descr. *Cl.* Rf. 87, 5. *I.* 15, 46 sqq.

Aēgȳptĭăcūs. *Quōs Aēgȳptĭăcō sēmpĕr tĕnŭīstĭs ăb aēvō.* Ca.

Aēgȳptĭī. SY. Nīlĭgĕnaē, Phărĭī, Nīlĭcŏlaē, Nīlī pōtōrēs. EP. ūstī, căllĭdī, īngĕnĭōsī, săgăcēs, ātrī, dōctī, ăcūtī, prūdēntēs, vēntōsī, călvī. PH. Gēns Phărĭă, Īsĭăcă, Nīlĭăcă, Nīlōtĭcă. Pēllaeī gēns fōrtūnātă Cănōpī. Quī bĭbūnt sēptēmflŭă flūmĭnă Nīlī.

Aelĭānūs. *Caūsăm rēddĕrĕ vēllĕt Aēlĭānō.* (phal.) M.

Aēllō, ūs. *Pōrtĭbŭs īnfīdīs ēxtērrĭŭt ālēs Aēllō.* O.

aēlūrūs. *Īllīc aēlūrōs, hīc pīscēm flūmĭnis* — J.

Aēmăthĭă. *Aēmăthĭam ēt lātōs Haēmī pīnguēscĕrĕ cāmpōs.* O. *v. Macedonia.*

Aēmĭlĭānūs. *Mājōrum ēt stāntēs īn cūrrĭbūs Aēmĭlĭānōs.* J.

Aēmĭlĭūs. *Rēgĭăque Aēmĭlĭă vēctă trŏpaēă rătĕ.* P.

aēmŭlŏr. *Īpsĕ mĕās sōlūs, quŏd nīl ēst, aēmŭlŏr ūmbrās.* P. PH. Pīndărūm quīsquīs stŭdĕt aēmŭlārī. *H.* Quŏnĭăm aēmŭlārī nōn lĭcēt, nūnc īnvĭdēs. *Pl. v. aemulus, imitor, invideo.*

aēmŭlūs. *Paēstānīs rŭbĕānt aēmŭlă lābră rŏsīs.* M. SY. ĭmĭtātŏr, sēctātŏr; īnvĭdūs, ădvērsārĭūs, cōntrārĭūs, rīvālĭs. PH. At jŭvĕnēm stĭmŭlīs īmmānĭbūs aēmŭlă vīrtūs Ēxăcŭĭt. *Cl. v. rivalis.*

Aēmūs. *v. Haemonia, Haemus.*

Aēnārĭă. *Aēnārĭaēquĕ lăcūs mēdĭcōs* — St. *Dīcĭtūr īnsīgnīs flāgrāsse Aēnārĭă quōndăm.* Corn. Sev.

Aēnĕădae, ārūm et Aēnĕădēs, ūm. *Quīs gĕnūs Aēnĕădūm, quīs Trōjaē nēscĭăt ūrbēm?* V. *Aēnĕădāsquĕ mĕō nōmēn dē nōmĭnĕ fīngō.* V. *v. Romani.*

Aēnēās, aē. *Aēnēās īgnārŭs ăbēst: nūnquāmnĕ lĕvārī.* V. SY. Ānchīsĭădēs, Dārdănĭdēs, Lāŏmĕdōntĭădēs. Dūx hērōs Phrȳgĭūs, Trōĭūs, Trōjānūs, Dārdănĭūs, Lāŏmĕdōntĭūs, Cȳthĕrēĭūs, Īlĭăcūs, Vĕnĕrĭs fīlĭūs; Ānchīsē gĕnĕrātūs, gĕnĭtūs, sătūs; Māvŏrtĭūs hērōs, lūx Trōjānaē clārīssĭmă gēntĭs. EP. māgnănĭmūs, Dārdănĭūs, pĭūs, Trōjānūs, Trōĭūs, căstūs, prŏfŭgūs, flūctĭvăgūs, Phrȳx, Phrȳgĭūs, īnclȳtūs, fŭgĭtīvūs, fōrtĭs, īmpāvĭdūs, bēllāx, aūdāx, bŏnūs, gĕnĕrōsūs, fātālĭs, Rhoētēĭūs. PH. Trōs, dūx Ānchīsĭădēs. Teūcrūm, Dănăūm dūx, pătĕr, dūctŏr. Rēx pĭĕtāte īnsīgnĭs ĕt ārmīs. *V.* Pĭĕtās Aēnēĭă. Hīnc pătĕr Aēnēās, Rōmānaē stīrpĭs ŏrīgō. *V.* O Trōjānae dūx īnclȳtĕ gēntĭs; Glōrĭă spēsquĕ Phrȳgūm, quō nēc pĭĕtātĕ nēc ārmīs Mājŏr ĭn ōrbĕ fŭĭt. *V.* Aēnēās părĭtēr pĭĕtātĕ vĕl ārmīs Ēgrĕgĭūs. Rēx ĕrăt Aēnēās nōbīs, quō jūstĭŏr āltĕr Nēc pĭĕtātĕ fŭĭt, nēc bēllō mājŏr ĕt ārmīs. *V.* Vĭr māgnūs bēllō, nūllī pĭĕtātĕ sĕcūndūs. Cūm fŏrĕt Aēnēaē cērvīx sūbjēctă părēntī, Dīcĭtŭr īpsă vĭrō flāmmă dĕdīssĕ lŏcūm. *O.* Dēxtĕră pēr fērrūm, pĭĕtās spēctātă pĕr īgnēs. *O.* Dīs gĕnĭte ēt gĕnĭtūrĕ dĕōs. *O.* Pătrĭaē sūpērstēs. *H.* Nōx rŭĭt, Aēnēă, nōs flēndō dūcĭmūs hōrās. *V.* Quīdquĭd ĭn Aēnēā fŭĕrāt mōrtālĕ, rĕpūrgăt. *O.* Sūm pĭūs Aēnēās, fāmā sūpĕr aēthĕră nōtūs. *V.* Descr. *V.* A. 1, 204 sqq. Ejus fuga *V.* A. 2, 705 sqq.

Aēnēĭdēs, ae *et* Aēnēĭdēs *et* Aēnĕădēs. *Sĭt sătĭs, Aēnēĭdē, tēlīs īmpūnĕ Nūmānūm.* V.

Aēnēĭs, ĭdōs. *Ēt tămĕn īllĕ tŭaē fēlīx Aēnēĭdŏs aūtŏr.* O. PH. Aēnēaē vātī grāndĕ fŭīssĕt ŏnūs. *O.* Nēc tū dīvīnam Aēnēĭdă tēntă. *St.* Īpsĕ pĕr Aūsŏnĭās Aēnēĭă cārmĭnă gēntēs Quī sŏnăt. *H.* Cēdĭtĕ, Rōmānī scrīptōrēs, cēdĭtĕ, Grājī; Nēscĭō quĭd mājūs nāscĭtŭr Īlĭădĕ. *P.* Quīquĕ Lătīnōrūm mĕmŏrāt fĕră bēllă Phrȳgūmquĕ. *Anth. v. Virgilius.*

Aēnēĭūs. *Tū quŏquĕ līttŏrĭbūs nōstrīs, Aēnēĭă nūtrīx.* V.

aēnĕūs. *Lātŭs ŭt īn cīrcō spătĭēre, aūt aēnĕŭs ūt stēs.* H. SY. ăhēnĕūs, aērĕūs.

aēnīgmă, ătĭs. *Quī jūrĭs nōdōs ēt lēgum aēnīgmătă sōlvăt.* J. EP. ōbscūrūm, dīffĭcĭlĕ, dŭbĭūm, caēcūm, Thēbānūm, tĕnĕbrōsūm, lătĕbrōsūm, ăncēps, ābdĭtūm, rĕcōndĭtūm, ārcānūm, īnvŏlūtūm, lătēns, lătĭtāns, sēcrētūm, pērplēxūm, īmplĭcĭtūm, āmbĭgŭūm.

Aēŏlĭă. *Aēŏlĭām vēnĭt; hīc vāstō sĕdĕt Aēŏlūs āntrō.* V. EP. vāstă, nīmbōsă, cīrcūmflŭă, ūdă, rĭgŭă, aēquŏrĕă. PH. Aēŏlĭūm, Hīppŏtădae rēgnūm. Vēntōrūm dŏmūs, cārcĕr. Descr. *V.* A. 1, 50 sqq. *O.* M. 11, 432 sqq.

Aēŏlĭdēs. PH. Cŏmĕs āddĭtŭr ūnă Hōrtātŏr scĕlĕrum Aēŏlĭdēs. *V.* Mīsēnum Aēŏlĭdēm, quō nōn praestāntĭŏr āltĕr Aērĕ cĭērĕ vĭrōs Mārtēmque āccēndĕrĕ cāntū. *V.*

Aēŏlĭs, ĭdĭs *et* ĭdŏs. *Aēŏlĭs īntĕrĕā, tāntōrum īgnāră mălōrūm.* O. *Haēc ēst Aēŏlĭdŏs frātrī scrībēntĭs ĭmāgo.* O.

Aēŏlĭūs. *Stāt sŭpĕr Aēŏlĭō Thēbānī vēllĕrĕ Phrīxī.* M. *v. Lesbius.*

Aēŏlūs. *Aēŏlĭām vēnĭt; hīc vāstō sĕdĕt Aēŏlūs āntrō.* V. SY. Hīppŏtădēs. EP. īmpĕrĭōsūs, īmpĕtŭōsūs, tūrbĭdūs, hōrrĭsŏnūs, frĕmēns, fŭrĭōsūs, trĕmēns, hōrrĭdūs, sĕnex,

trix, pluvius. PH. Aeolius tyrannus. Rex tempestatum. Ventorum rex, pater, princeps. Ventos carcere, vinclis frenans, tenens, compescens, cohibens; nimborum potens. Aequoreis ventos qui frenat in antris. *St.* Qui ventis vim incutit. *V.* Cui venti parent. Qui mulcere potest fluctus, et tollere ventos. Qui carcere fortes Contineat ventos, et, cum velit, aequora placet. *O.* Clauserat Hippotades aeterno carcere ventos. *V.* Tum ventis positus custos, cui flamina carcer Imperio compressa tenet. Tenet ille immania saxa Ventorumque domos. Illa se jactat in aula Aeolus, et clauso ventorum carcere regnat. *V.* Et pater, Aeolio frangit qui carcere ventos, Cui varii flatus omnisque per aequora ponti Spiritus, atque hiemes nimbosaque nubila parent. *St. v. Aeolia.*

aequabilitas. — *nec enim de aequabilitate moveber.* Ma. SY. animi constantia, mens aequa. *v. aequanimis.*

aequaevus. *Ut regem aequaevum crudeli vulnere vidi.* V. SY. aequalis, ejusdem aetatis, par annis. PH. Aequaevumque ab humo miserans attollit amicum. *V.* Urbs aequaeva polo. *Cl.* Aequaevos sociatam palmite vitem Ulmus amat. *St.*

aequalis. *Et nunc aequali tecum pubesceret aevo.* V. *Aequalis aevi.* S. *aetatis mentisque.* S. SY. aequabilis, aequus, par, compar, similis. PH. Aequus uterque labor. *V.* Pares animis juvenes. *V.* Rex Jupiter omnibus idem. *V.* Aequati numeroque pares et viribus aequi. *V.* Et cantare pares et respondere parati. *V.* Animis aequalis et annis. *O.* Ex aequalibus unam. *V.* Totidemque pares aetate ministri. *V.* Parilique aetate Philemon. *O.* Nec multum discrepat aetas. *V.* Aequali tecum pubesceret aevo. *V. v. similis.*

aequaliter. *Gratia Pieridum nobis aequaliter adsit.* O. *v. aeque.*

aequanimis *et* aequanimus. *Aequanimus fiam, te judice, sive legenda.* Au. SY. moderatus, patiens, tolerans, longanimus, sustinens. PH. bono, tranquillo, patienti, constanti, aequo, forti animo esse; aequo animo ferre, sustinere; adversa quaeque boni consulere.

aequator. *Ultra aequatorem gens est asperrima bello.* Nat. C. SY. mediator. PH. Lucem qui circulus aequat et umbras, Et paribus spatiis aequalia dirigit astra. *Mn. v. aequinoctium.*

aeque. *Aeque pauperibus prodest, locupletibus aeque.* H. SY. pariter, similiter, aequaliter, non secus, haud secus, non aliter, haud aliter.

Aequi, orum; Aequiculos. — *Aequiculus asper.* O. — *duris Aequicola glebis.* V.

aequilibrium. SY. aequabilitas, aequalitas. PH. Justa pari premitur cum pondere libra, Prona nec hac plus parte sedet, nec surgit ab illa. *T.*

aequinoctialis. *Jam coeli furor aequinoctialis.* (phal.) C.

aequinoctium. PH. Nox est aequa diei. Aequa dies cum nocte recurrit. Quae mora metitur luces, metitur et umbras. Et lux bis senis, totidem nox clauditur horis. Aequalesque facit cum nocte tenebras. Tempora nocturnis aequa diurna. Phoebus Componit paribus numeris noctemque diemque. *Mn.* Aequato tum libra die cum tempore noctis. — *aequ. vernum.* Blandi cum nuncia veris hirundo Admonet, aequales noctibus esse dies. Cum aries Tempora nocturnis aequa diurna facit. Atque iterum aequatis ad justae pondera librae Temporibus vicere dies. *Cl.* — *aequ. auctumnale.* Cum libra dies noctesque examine justo Temperat, *Mn.* Aequat et auctumnus furvas cum lucibus umbras. Libra diei somnique pares ubi fecerit horas, Et medium luci atque umbris jam dividet orbem. *V.* Libra diem noctemque pari cum foenore reddit. *Mn.* Libra Phoebeos tenet aequa currus. *Se.*

aequiparabilis. — *velut aequiparabile quicquam.* Pr. *v. comparo.*

aequiparo. *Nec calamis solum aequiparas, sed voce, magistrum.* V. *v. comparo.*

aequitas. *v. justitia.*

aequivaleo. *Nulla potest modulis aequivalere tuis.* O. *v. aeque.*

aequo. SY. adaequare, exaequare; par, aequale reddere, facere, efficere. PH. Nullo discrimine habere. Operumque laborem Partibus aequabat justis. Claris nomen virtutibus aequas. *O.* Aequemus pugnas. *V.* Quatuor in partes divisum mensibus aequis. Et pedibus summas aequabis arenas. *V.* Aequet humo turres. *O.* Eruam et aequa solo fumantia culmina ponam. *V.* Urbs aequata solo. *O.* Quum primum sulcos aequant sata. *V.* Ventos aequante sagitta. *V.* Mare coelum aequare videtur. *O.* Somnia, quae veras aequant imitamine formas. *O. v. aequilibrium.*

aequor, oris. — *Vastum maris aequor arandum.* V. Aequora ponti. V. *maris* H. Pro *fluctu* Va. SY. mare altum, profundum, pontus, fretum, salum, caerula, pelagus, marmor, oceanus, Neptunus, Neptunia arva. EP. stratum, ventosum, undivagum, marmoreum, imperiosius, superbum, impotens, liquidum, tumidum, vastum, undosum, immensum, pervium velis, glaucum, sinuosum, inhospitum, scopulosum, piscosum, navigerum, curvum. *v. mare, planities.*

aequoreus. *Sternet et aequoreas aequore nata vias.* O. SY. marinus.

aequus. *Victor erat quamvis, aequus in hoste fuit.* P. *v. aequalis, justus.* — aequum est. SY. fas, par est. Fas et jura volunt. Decet, in jus receptum, approbatum, legitimum, lege sancitum. Plus aequo. Ex aequo.

aer, aeris. *Alta petunt aer atque aere purior ignis.* O. SY. aether, aethra, vacuum, inane, Jupiter, aurae, nubila, semita volucrum, sola liquentia, inane elementum,

māgnum ĭnānĕ, āĕrĭs spătĭă, āstră, dīūm. EP. lĭquĭdŭs, văcŭŭs, tĕnŭĭs, hūmĭdŭs, tĕnĕr, pūrŭs, spīrābĭlĭs, rōrĭfĕr, mĕābĭlĭs, ăgĭtātŭs, plŭvĭŭs, cīrcūmflŭŭs, ūdŭs, rōscĭdŭs, aūrĭcŏmŭs, līmpĭdŭs, īgnĭfĕr, fūlgēns, mūtābĭlĭs, sĕrēnŭs, nīmbōsŭs, rārŭs, prŏcēllōsŭs, plŭvĭōsŭs, nūbĭlŭs, mădēns, văcŭŭs, pēstĭfĕr, mōbĭlĭs, cīrcūmfūsŭs, ăgĭtābĭlĭs, lĕvĭs, cēdēns, ĭnānĭs, tĕpĭdŭs, frīgĭdŭs, lūbrĭcŭs, mītĭs, mōllĭs. PH. Grātă āĕrĭs tēmpĕrĭēs. Āĕrĭī trāctūs. Āĕrĕī cāmpī, āĕrĭă plāgă, āĕrĭaē ōraē, dŏmūs, plāgaē, ĭnānĭă coēlī. In lūmĭnĭs aūrās. Mănēt sūb Jŏvĕ frīgĭdō. *H.* Sŭpĕra ārdŭă līnquēns. *V.* Pūrōquĕ sūb aēthĕrĭs āxĕ. *V.* Āĕrĭās tēntāssĕ dŏmōs. *H.* Pēr sūdūm rŭtĭlārĕ vĭdēnt. *V.* Lāxīs pēr pūrum īmmīssŭs hăbēnīs. *V.* Ardŭŭs īn nūbēs ăbĭĭt. *O.* Coēlī spīrābĭlĕ lūmĕn. *V.* In aēthĕrĕās vŏlŭcrīs sē sūstŭlĭt ōrās. Vēctŭs pēr ĭnānĭă cūrrū. Lāpīs văcŭūm pēr ĭnānĕ vŏlūtŭs. *V.* Jūpĭtĕr hūmĭdŭs aūstrīs. *V.* Nĕc īn văcŭūm pŏtĕrūnt sē ēxtēndĕrĕ rāmī. Sīnĕ nūbĭbŭs āĕr Līmpĭdŭs. Cālīgāns nūbĭbŭs āĕr. Coeli īn rĕgĭōnĕ sĕrēnā, āĕrĭs īn cāmpīs ărās. Āĕră pēr văcŭūm fĕrri, ātque āssūrgĕre īn aūrās. In nūbēm cōgĭtŭr āĕr. *V.* Plŭvĭŭs tērrīs īrāscĭtŭr āĕr. Tĕpĭdūm vŏlŭcrēs cōncēntĭbŭs āĕră mūlcēnt. *O.* Līttŏră plāngūntūr flūctu ēt văgŭs āĕr īntŏnăt. Āĕrĭs ūt pătŭlī jām cōnscĭă pērmĕăt aēthrăm. Tūrgēt vēntīs nĕbŭlōsŭs āĕr. Zĕphўrī spīrāntēs mōllĭbŭs aūrīs. Lēnĭtĕr sŭsūrrāntēs gĕlĭdīs āfflātĭbŭs aūraē. Aūră sībĭlāns tĕnŭī sŏnō. *v. aura, coelum, ventus.*

aĕrārĭŭm. ***Rēgālēs ūt ŏpēs ēt săcra aĕrārĭă sērvēnt.*** Ma. SY. ŏpēs pūblĭcaē, fīscŭs, gāză.

aĕrātŭs. ***Aĕrātaēquĕ mĭcānt pēltaē, mĭcăt aĕrĕŭs ēnsĭs.*** V. SY. aēnĕŭs, aĕrĕ tēctŭs, ŏbdūctŭs, mūnītŭs, īnstrūctŭs, ārmātŭs, grăvĭs. PH. Lūcĕ cŏrūscŭs ăhēnā. *V.* Nēxae aĕrĕ trăbēs. *V.*

aĕrĕŭs. — ***mĭcăt aĕrĕŭs ēnsĭs.*** V. *v. aeratus.*

aĕrĭfĕr. ***Aĕrĭfĕraē cŏmĭtūm cōncrĕpŭērĕ mănūs.*** O.

aĕrĭpēs, ĕdĭs. ***Nārrăt ēt aĕrĭpĕdēs Mārtĭs ărāssĕ bŏvēs.*** O. ***Fīxĕrĭt aĕrĭpĕdēm cērvūm lĭcĕt, aūt Ĕrўmānthī.*** V. SY. vēlōx, cĕlĕr, praēcēps, ālĭpēs, ālăcĕr, vŏlŭcĕr, fēstīnāns.

aĕrĭsŏnŭs. ***Cōptōs ēt aĕrĭsŏnī lūgēntĭă flūmĭnă Nīlī.*** O.

āĕrĭŭs. ***Nēc gĕmĕre āĕrĭă tūrtŭr cēssăbĭt ăb ūlmō.*** V. SY. aēthĕrĭŭs, aēthĕrĕŭs, coēlēstĭs, sīdĕrĕŭs, āltŭs, sūblīmĭs, ēxcēlsŭs, ēdĭtŭs, ārdŭŭs, cēlsŭs, prōcērŭs. PH. Āĕrĭūm pērvŏlăt āltŭs ĭtĕr. *O.* Nēc nōs āĕrĭaē vōcĕ mŏvēmŭr ăvĭs. *O.*

Āĕrŏpē. ***Sī nōn Āĕrŏpēn frātĕr scĕlĕrātŭs ămāssĕt.*** O.

aĕrūgo, ĭnĭs. ***Sī rēddăt vĕtĕrēm cūm tōta aĕrūgĭnĕ fōllĕm.*** J. *v. lolium, rubigo.*

aĕrūmnă. ***Ōmnĭbŭs aĕrūmnīs āffēctī dēnĭquĕ vīvūnt.*** Lr. *v. miseria, moeror.*

aēs, aĕrĭs. EP. dūrum, sŏlĭdūm, splēndĭdūm, grăvĕ, tīnnŭlūm, Cўprĭūm, Dēlĭăcūm, Tĕmĕsaeūm, Cŏrīnthĭūm. PH. Fūlvōs ŏpĕrōso ēx aĕrĕ lĕbētēs. *V.* Ălĭī strīdēntĭă tīngūnt Aĕră lăcū. *V.* Aĕră dŏmānt Tĕmĕsaē. *V.* Ărgūtă căvĭs tīnnītĭbŭs aĕră. *S.* Nēxaē aĕrĕ trăbēs. *V.* Fŏrĭbŭs cārdŏ strīdēbăt ăhēnĭs. *V. v. metallum, pecunia, tuba.*

Aēsăcŭs. ***Aēsăcŏn ūmbrōsā fūrtīm*** etc. O. *v. mergus.*

Aēsăr, ărĭs. — ***lĭquĭdōsăs Aēsărĭs ūndās.*** O. ***Invēnĭt Aēsărĕī fātālĭă flūmĭnĭs ōră.*** O.

Aēschĭnēs, ĭs. Theocrit. 14, 2.

Aēschўlŭs. ***Quĭd Sŏphŏclēs ēt Thēspĭs ēt Aēschўlŭs ūtĭlĕ fērrēnt.*** H. EP. grāndĭlŏquŭs, grăvĭs, trăgĭcŭs, dōctŭs. PH. Dēsĭne ēt Aēschўlĕō cōmpōnĕrĕ vērbă cŏthūrnō. *P.* Descr. *H.* A. P. 279.

Aēscŭlāpĭŭs. ***Plăcēt săcrātŭs ănguĭs Aēscŭlāpĭō.*** (iamb.) Pr. Loca sacra: *Cos, Epidaurus, Pergamus.* SY. Ĕpĭdaūrĭŭs, Cŏrōnĭdē nātŭs, Phoēbĭgĕnă, prōlēs Ăpōllĭnĭs, Ăpōllĭnĕă, nātŭs Ăpōllĭnĕ. EP. Sălūtĭfĕr, Phoēbēĭŭs, Pērgămēŭs, ŏpĭfĕr. PH. Mĕdĭcīnaē rĕpērtŏr, ārtĕ mĕdēndī clārŭs, ŏpĭfĕr dĕŭs. Lātōnaē vĕnĕrāndĕ nĕpōs, quī mītĭbŭs hērbīs Pārcārum ēxōrās pēnsă brĕvēsquĕ cŏlōs. *M.* Descr. *V.* A. 7, 770 sqq. *v. medicus, Paean.*

aēscŭlētŭm. ***Daūnĭa īn lātīs ălĭt aēscŭlētīs.*** (Sapph.) H.

aēscŭlĕŭs. ***Vīcĕrăt, aēscŭlĕaē căpĭēbăt frōndĭs hŏnōrĕm.*** O. SY. quērnŭs, quērcĕŭs, īlĭgnus, rōbŏrĕŭs.

aēscŭlŭs. ***Aēscŭlŭs īn prīmīs*** etc. V. *v. quercus.*

Aēsŏn, ŏnĭs. ***Aēsŏnĭs ēffētūm prōfērrī cōrpŭs ăd ārās.*** O. M. 7, 290 sqq.

Aēsŏnĭdēs. ***Hīnc prŏcŭl Aēsŏnĭdēn, prŏcŭl hīnc jŭbĕt īrĕ mĭnīstrōs.*** O. *v. Iason.*

Aēsōpŭs. ***Quaē grăvĭs Aēsōpŭs, quaē dōctŭs Rōscĭŭs ēgĭt.*** H. EP. philosophi: Phrўx, sērvŭs, īngĕnĭōsŭs, jŏcōsŭs, fīngēndī pĕrītŭs. PH. Quās Aēsōpēās, nōn Aēsōpī nōmĭnō. *Ph.* En, ăpŏlŏgōs mīsĭt tĭbĭ, Aēsōpĭăm trĭmĕtrĭăm. *Au.* Aēsōpŭs aūctŏr quām mătĕrĭām rēppĕrĭt. *Ph.*

aēstās, ātĭs. ***Stābăt nūda Aēstās ēt spīcĕă sērtă fĕrēbăt.*** O. SY. aēstīvūm tēmpŭs, ānnī pārs aūrĕă. EP. pūlvĕrŭlēntă, īgnĕă, tōrrĭdă, călĭdă, fērvēns, fērvĭdă, sĕrēnă, īnĕrs, sĭtĭēns, mōrbōsă, lāscīvă, fōrmōsă, fērtĭlĭs, laētă, jūcūndă, flōrēns, ōptātă, spērātă, pĭgră, pēstĭfĕră, flāmmĕă, sīccă, frōndōsă, lĭquĭdă, īgnĕă, ātrōx, frūgĭfĕră, vĭŏlēntă, pĕnētrābĭlĭs, īntŏlĕrābĭlĭs, spīcĕă. PH. Aēstīvī, aēstĭfĕrī dĭēs. Sīrĭŭs ārdŏr. Pārs fērvēntĭŏr ānnī. Cālĭdīssĭmă sōlĭbŭs aēstās. *V.* Fōrmōsă mēssĭbŭs aēstās. *V.* Spīcĕă sērtă gĕrēns. Fīndēns Phoēbēĭs īgnĭbŭs ārvă. Vēstĭēns, ōrnāns cūlmīs Cĕrĕālĭbŭs āgrōs. Tēmpŭs, quō tōrrĭdŭs aēstŭăt āĕr. *P.* Glēbāsquĕ jăcēntēs Pūlvĕrŭlēntă cŏquĭt mātūrīs frūgĭbŭs aēstās. *V.* Ātque ŭbĭ jām brĕvĭōrquĕ dĭēs ēt mōllĭŏr aēstās. *V.* — ***Aestatis tempore.*** Sōlĕ dĭēs rĕfĕrēntĕ sĭcōs. *H.* Flāgrāntĭs ātrōx hōră Cānīcŭlaē. *H.* Icărĭī

stēllă prōtērva cănis. Flāmmĭfĕrīs tēllūs rădīīs cum ēxūstă dĕhīscĭt, Cāndēntīquĕ glŏbō mĕdĭūs cōquĭt aethĕră fērvŏr. *S.* Fērvēntĭs stēllă lĕōnĭs. Dūm tērrīs īncŭbăt aēstūs Tōrrĭdă. *V.* Cūm terrae ārdōrĕ dĕhīscūnt, ārvă călōrĭbŭs hĭānt, ārvă hĭūlcă sĭtī rūmpūntūr, ārent hērbaē, ūrūntūr grāmĭnă cāmpīs. Dēnsaē tōrrēntūr ărĭstaē. Cūm grăvĭs ēxūstōs aēstŭs hĭūlcăt ăgrōs. *O.* Quāndo ēxūstŭs ăgēr mŏrĭēntĭbŭs aēstŭăt hērbīs. *V.* ŭbĭ hĭūlcă sĭtī fīndĭt cănĭs aēstĭfĕr ārvă. Rādĭīsquĕ pŏtēntĭbŭs āxĭs Aēstŭăt. *Cl.* Cūm sĭtĭūnt herbae, ēt pĕcŏrī jām grātĭŏr ūmbra ēst. *V.* Pūlsam hȳĕmēm Sōl aūrĕŭs ēgĭt Sūb tērrās, caēlūmquĕ aēstīvā lūcĕ rĕclūsĭt. *V.* Cūm pĕr sūmmă pŏlī Phoebūm trăhĭt āltĭŏr aēstās. *L.* Ārēntēs cūm fīndĭt Sīrĭŭs ăgrōs. Fōrmōsă rĕdūcĭtūr aēstās. *V.* Vīx prīma īncēpĕrăt aēstās. *V.* Jām vĕnĭt aēstās. *V.* Trānsĭt ĭn aēstātēm pōst vēr rōbūstĭŏr ānnŭs. *O.* Vīcīnō cūm lūx āltīssĭmă Cāncrō. *L.* Jāmque ēxūtă gĕlū tĕpŭērūnt sīdĕră lōngīs Sōlĭbŭs. *St.* Āestĭbŭs āc mĕdĭīs ūmbrōsam ēxquīrĕrĕ vāllĕm. *V.* Răpĭdĭvĕ pŏtēntĭă sōlĭs Acrĭŏr. *V.* Cūm fērvĭdă cāndūĭt aēstās. *L.* Mĕdĭōs cūm Sōl āccēndĕrĭt aēstūs. *V.* Et rŭbĭcūndă Cĕrēs mĕdĭō sūccīdĭtūr aēstū. *V.* Tēmpŭs ĕrăt, coēlī cūm tōrrēntīssĭmŭs āxĭs Incūmbĭt tērrīs. *St.* Atque ŭbĭ jām brĕvĭŏrquĕ dĭēs ēt mōllĭŏr aēstās. *V.* Saēvĭt sōlstĭtĭō quūm mĕdĭūs dĭēs. *Se.* Răpĭdō fēssīs mēssōrĭbŭs aēstū. *V.* Sōl lĭcĕt ādmōtō tēllūrēm sīdĕrĕ fīndăt. *O.* Āddūxĕrĕ sĭtīm tēmpŏră. *H.* Aēstŭs ĕrāt mĕdĭūsquĕ dĭēs. *O.* Cūm sĭccās īnsānă Cănĭcŭlă mēssēs Tōrrĕt, cōquĭt. Cūm călĕt, ēt mĕdĭō Sōl ēst āltīssĭmŭs ōrbĕ. Arĭdă cūm sĭtĭēns ēxcŏquĭt ārvă Lĕo. Cūm cūlmīs ăgrōs vēstĭt Cĕrĕālĭbŭs aēstās. Cūm Cĕrēs īncūrvā fālcĕ rĕsēctă cădĭt. Mātūrīs cūm flāvĕt cāmpŭs ărĭstīs. *V.* Cūm sĭccōs cāncĕr ădūrĭt ăgrōs. Cūm laētaē tūrgĕnt īn pălmĭtĕ gēmmaē. *V.* Spīcĕă cāmpīs cūm mēssĭs ĭnhōrrŭĭt. *V.*

aēstĭfĕr. ***Hīc ŭbĭ hĭūlcă sĭtī fīndĭt cănĭs aēstĭfĕr ārvă.*** V. SY. fērvĭdŭs, aēstīvŭs.

aēstĭmātŏr. ***Rērum aēstĭmātŏr, sī tămēn tēcum ēxĭgās.*** (iamb.) Se. *v. judex.*

aēstĭmo. ***Quī rĕdĭt ăd fāstōs, ēt vĭrtūtem aēstĭmăt ānnīs.*** H. SY. jūdĭcārĕ, ēxīstĭmārĕ, cēnsērĕ, cōnsīdĕrārĕ; māgnī, pārvī făcĕrĕ, pēndĕrĕ, mētīri.

aēstīvo. — ***nūdō jŭvăt aēstīvārĕ sŭb Haēmō.*** St.

aēstīvŭs. ***Sōlĭbŭs hĭbērnīs, aēstīvă grātĭŏr ūmbră.*** O.

aēstŭo. ***Ēt cum ēxūstŭs ăgēr mŏrĭēntĭbŭs aēstŭăt hērbīs.*** V. SY. fērvērĕ, flăgrārĕ, ēxaēstŭārĕ; flūctŭārĕ, ăgĭtārī.

aēstŭōsŭs. ***Grĕgem aēstŭōsă tōrrĕt īmpŏtēntĭă.*** (iamb.) H.

aēstŭs. ***Aēstŭs ĕrāt mĕdĭūsquĕ dĭēs, sōlĭsquĕ văpōrĕ.*** O. SY. călŏr, ārdŏr, fērvŏr; flūctŭs, mōtŭs. EP. flāmmĭfĕr, sīdĕrĕŭs, fērvēns, ūrēns, mālīgnŭs, grăvĭs, fērvĭdŭs, răpĭdŭs, pēstĭfĕr, sĭtĭēns, ārdŭŭs, călĭdŭs, hōrrĭfĕr, flăgrāns, īncēnsŭs, ănhēlŭs, ārdēscēns. PH. Exsŭpĕrānt flāmmaē, fŭrĭt aēstŭs ăd aūrās. *V.* Prōplŭsque aēstŭs īncēndĭă vōlvūnt. *V.* Undĭsŏnō mōtūm mărĕ flūctŭăt aēstū. Aēstŭs ĕrāt, māgnūsque lăbŏr gĕmĭnāvĕrăt aēstūm. *O.* Aspĕrquĕ sĭtĭ ātque ēxtĕrrĭtŭs aēstū. *V.* Lāssōs aēstū fērvēntĕ lăcērtōs. Cūm grăvĭs ēxūstōs aēstŭs hĭūlcăt ăgrōs. Prōfŭĭt, īncēnsōs aēstŭs ăvērtĕrĕ fĭbrīs. *v. aestas, febris, fluxus maris.*

aētās, ātĭs. ***Aētātĭs făcta ēst tāntă rŭīnă mĕaē.*** O. SY. aēvūm, saēcŭlūm, aēvī spătĭūm; vītă, ānnī tēmpŭs. EP. fŭgĭtīvă, brĕvĭs, īrrĕvŏcābĭlĭs, mātūră, vēlōx, praēcēps, prōpĕră, cĭtă, īnstābĭlĭs, īrrĕquĭētă, cădūcă, praēpēs, fāllāx, fŭgĭēns, rĕvŏlūbĭlĭs, lūbrĭcă, praētĕrĭtă, ĕdāx, īnvĭdă, fĕrōx, īmprōvĭdă, vŏlātĭlĭs, īnfīrmă, mōbĭlĭs, frăgĭlĭs, foecūndă, răpĭdă. PH. Cĭtō pĕdĕ fŭgĭēns, sīngŭlă vērtēns. Omnĭă fērt aētās. *V.* Utēndum ēst aētātĕ, cĭtō pĕdĕ lābĭtŭr aētās. *O.* Sīngŭlă răpĭdō cūrsū cōntĕrĭt aētās. Lābĭtŭr ōccūltē fāllĭtquĕ vŏlātĭlĭs aētās. *O.* Dēstrŭĭt ēt dŭbĭaē sūbmīttĭt cūnctă rŭīnaē. Vĕnĭēt lūstrīs lābēntĭbŭs aētās. *V.* Nēc fŭgĭēns saēclīs ōblīvīscēntĭbŭs aētās. *C.* Nōstră brĕvĭs vēlōxque aētās, ēt plēnă lăbōrūm. *M.* Cūm mātūra ădōlēvĕrĭt aētās: ŭbĭ quārtă āccēssĕrĭt aētās. Vīxī Annōs bĭs cēntūm; nūnc tērtĭă vīvĭtūr aētās. *O.* *v. adolescentia, juventus, pueritia, saeculum, senectus, tempus, virilis aetas, vita.* — *Aetas aurea* descr. ap. *O.* M. 1, 89. 15, 96. A. 3, 8, 35. *H.* Epod. 16, 41. *V.* E. 4. G. 1, 125. *T.* 1, 3 35. *Cl.* Ruf. 1, 380. *Se.* Hi. 525. Oct. 395. M. 329. *Ca.* 1, 42. *B.* 2, 5. — *Argentea:* *O.* M. 1, 113. *V.* G. 1, 121. *Se.* O. 406 sqq — *Aerea* et *ferrea:* *O.* M. 1, 125. *Se.* O. 407. Hi. 540.

aētērnĭtās. ***Aētērnĭtātĭs ōbsērvāvĭt jānŭām.*** (iamb.) Pr. SY. pērpĕtŭĭtās, pĕrēnnĭtās, īmmōrtālĭtās, vītă sĭnĕ fīnĕ. EP. lōngă, pĕrēnnĭs, īmmūtābĭlĭs. PH. Tēmpŭs fīnĕ cărēns, pērpĕtŭūm. Vītă pĕrēnnĭs, aēvūm aētērnūm, ēxpērs prīncĭpĭī. Quaē sēmpĕr ădēst, sēmpērquĕ fŭĭt, sēmpērquĕ mănēbĭt. Innūmĕrābĭlĭs ānnōrūm sĕrĭēs. *H.* Tōtum aēvūm mūndī. *L.* Cuī nĕquĕ prīncĭpĭūm ēst ūsquām, nēc fīnĭs. Quaē spătĭō nōn claūdĭtūr ūllō. *V.* *v. aeternus.*

aētērnŭs. PH. Hīs ĕgŏ nēc mētās rērūm, nēc tēmpŏră pōnō: Impĕrĭūm sĭnĕ fīnĕ dĕdī. *V.* Aētērnūm nōstrōs lūctūs ēxtēndĭt ĭn aēvūm. Nōbīs cērtă fĭdēs aētērnae īn saēcŭlă laūdĭs, Immōrtālĕ dĕcūs trĭbŭĭt. Mănĕt, aetērnūmquĕ mănēbĭt. *V.* *v. aeternitas, immortalis, semper.*

aēthēr, ĕrĭs. ***Īndĕ mare, īnde āēr, īnde aēthēr īgnĭfĕr īpsĕ.*** V. ***Gelidi sub aetheris axe,*** i. e. sub dio. *V.* A. 8, 28. SY. coēlūm, pŏlŭs, ōlȳmpŭs, aēthĕrĕaē aūrae, sēdēs, aēthĕrĕŭs vērtēx. EP. ārdŭŭs, răpĭdŭs, rĕvŏlūbĭlĭs, pūrŭs, nĭtĭdŭs, ăpērtŭs, vāstŭs, sīgnĭfĕr, săcĕr, īgnĕŭs, caērŭlĕŭs, stēllātŭs, cūrvŭs, īncūrvŭs, ōmnĭpărēns, aūrĕŭs, lūcĭdŭs,

laetŭs, cōnspĭcŭŭs, pūrpŭrĕŭs, cāndēns, ărdēns, pīctŭs, grăvĭtātĕ cărēns, āltŭs, sŭblīmĭs, rŭbēns, rŭtĭlŭs, vărĭŭs sīgnīs, stēllīs dīstīnctŭs, lārgŭs, *i. e.* patens. PH. Rŭĭt ārdŭŭs aethēr. Grăvĕs ŭdō fŭndŭntŭr ăb aethĕrĕ nīmbī. Laetĭfĭcūsquĕ dĭēs ĕrăt ōmnĭbŭs aethĕrĕ pūrō. *O.* Ignĕă vĭă coelī. Crēbrīs mĭcăt īgnĭbŭs aethēr. *V.* Pătŭĭt mĭhĭ pērvĭŭs aethēr. *O.* Aŭdĭăt hōc aethēr, ēt sī Dĕŭs ūllŭs ĭn īllo ēst. O. Pătĕr aethēr. *Lr.* Ipsĕ mĕăs, aethēr, āccĭpĕ, sūmmĕ, prĕcēs. *O.* Nūdōquĕ sŭb aethĕrĭs āxĕ. *V.* Haec sŭpĕr īmpŏsŭĭt lĭquĭdum ēt grăvĭtātĕ cărēntĕm Aethĕră. *O.* *v. aer, coelum, Jupiter.*

aethĕrĕŭs *et* aethĕrĭŭs. *Quī tămĕn aethĕrĕās tēlŭm cōntōrsĭt ĭn aūrās.* V. SY. āĕrĭŭs, coelēstĭs, sīdĕrĕŭs. *v. aether.*

Aethĭŏpēs. *Rūrsŭs ăd Aethĭŏpŭm pŏpŭlōs āltōsque ĕlĕphāntōs.* J. EP. nīgrī, ūstī, ātrī, tōrrĭdī, nūdī, hōrrĭdī, dēfōrmēs, fūscī, vāgī, ēxūstī, tōstī, fĕrōcēs. PH. Ardēnt Aethĭŏpēs cāncrō. *Mn.* Aethĭŏpŭm pŏpŭlōs nīgrŭm trāxīssĕ cŏlōrĕm. *O.* Lōrĭpĕdēm rēctŭs dērīdĕăt, Aethĭŏpem ālbŭs. *I.* Descr. *V.* A. 7, 605. *St.* T. 5, 347. *v. Afer.*

Aethōn, ōnĭs. PH. Intĕrĕā vŏlŭcrēs Pўrōīs, Eōŭs ĕt Aethōn, Sōlĭs ĕquī. *O.* M. 2, 153. Quī fŭgăt hīnnītŭ stēllās. *Cl.* Pōst bēllātŏr ĕquŭs pŏsĭtīs īnsīgnĭbŭs Aethōn. *V.* A. 11, 89.

aethră. *Nāmquĕ vŏlāns rŭbrā fūlvŭs Jŏvĭs ālĕs ĭn aethrā.* V. *v. aer, aether, coelum, olympus, polus.*

Aĕtĭŭs. *Claūsĕrăt Aĕtĭŭs* — *Sid.*

Aetnă. — *Hōrrĭfĭcīs jūxtā tŏnăt Aetnă rŭīnīs.* V. SY. mōns, ăpēx Sĭcŭlŭs, Trīnăcrĭŭs, Aetnaeŭs īgnĭs. EP. fērvĭdă, ārdēns, īgnĭfĕră, īgnĭvŏmă, Vūlcānĭă, Trīnăcrĭs, Trīnăcrĭă, Sĭcŭlă, Tўphōĭs, flagrāns, īgnĕă, sūlphŭrĕă, hōrrĭfĭcă, āltă, tōrrĭdă, fūmāns, flāmmĭvŏmă, sŏnāns, rĕsŏnāns, căvă, călĭdă, fūmōsă, văpōrĭfĕră, mōnstrĭfĕră. PH. Encĕlădī tŭmŭlŭs, sĕpŭlcrŭm, būstŭm. Rūpēs Trīnăcrĭă, Vūlcānĭă. Caūtēs Trīnăcrĭdŏs Aetnaē. Sūlphŭrĕās ērŭctāns ĭn āstră făvīllās. Sūlphŭrĕīs ārdēt fōrnācĭbŭs Aetnă. Cūrvīs īmmūgĭĭt Aetnă căvērnīs. *V.* Altă jăcēt vāstī sŭpĕr ōră Tўphōĕŏs Aetnă. *O.* Vīdĭmŭs ŭndāntēm rūptīs fōrnācĭbŭs Aetnăm, Flāmmārŭmquĕ glŏbōs lĭquĕfāctăquĕ vōlvĕrĕ sāxă. *V.* Gĭgāntēīs īnjēctăm faūcĭbŭs Aetnăm. Fērvĭdă mōtŭ Aestŭăt Aetnă. *V.* Aetnĕă mĭnāntŭr Mūrmŭră flāmmārŭm. *Lr.* Fŭrĭt īgnĭbŭs īmpĕtŭs Aetnaē. *Lr.* Lōngēquĕ făvīllăm Dīffērt, ēt crāssā vōlvĭt cālīgĭnĕ fūmŭm. *Lr.* Pēr faūcēs mōrtĭs ŭt Aetnaē Exspīrēnt īgnēs īntērdŭm tūrbĭnĕ tāntō. *Lr.* Cŭm tōtā căvērnās Egĕrĭt, ēt tōrrēns ĭn cāmpōs dēflŭĭt Aetnă. *L.* Ipsĕ rĕdūndāntēm fraenāvĭt Mūlcĭbĕr Aetnăm. *Cl.* Grāndĕ sŏnāt mōtīs īncūdĭbŭs Aetnă. *St.* Flāmmāsquĕ, quās Sĭcŭlō vŏmĭt Dē mōntĕ tēllŭs, īgnĕōs vōlvēns glŏbōs. *Se.* Descr. *V.* A. 3, 571 sqq. *V.* G. 1, 471 sqq. *S.* 14, 58 sqq. *Cl.* R. P. 1, 151 sqq. *Corn. Sev.* Aetna 143 sqq *v. Vesevus, Cyclopes.*

Aetōlĭă. *Nēc tāntī Călўdōn, nēc tōta Aetōlĭă tāntī.* O. SY. Călўdōnĭă, āgrī Dĭŏmēdēī. M. PH. Lēgātōs *Aetōla* ēx ūrbĕ rĕmīssōs. *V.* Vīrēs *Aetōlĭŭs* hērōs Exĕŭăt. *O.* Spēm sī quam *Aetōlum* hăbŭīstĭs ĭn ārmīs. *V.* Nōn ĕrĭt aūxĭlĭō nōbīs Aetōlŭs. *V.* Cŭm cērvo, cum āpro *Aetōlĭcō. Pl.*

aevŭm. *Nūllă dĭēs ūnquăm mĕmŏrī vōs ēxĭmĕt aevō.* V. PH. Mūltă dĭēs vărĭŭsquĕ lăbōr mūtābĭlĭs aevī Rĕttŭlĭt ĭn mĕlĭŭs. *V.* Tāntum aevī lōngīnquă vălēt mūtārĕ vĕtūstās. *V. v. aetas, aeternitas, vita.*

Afĕr. *Armĕntārĭŭs Afĕr ăgĭt tēctūmquĕ lărēmquĕ.* V. EP. ātĕr, tōrrĭdŭs, dīscīnctŭs, bārbărŭs, trūx, dīrŭs, fĕrŭs, saevŭs, văgŭs, fūscŭs, ădūstŭs. SY. Nŭmĭdă, Poenŭs, Lĭbўs, Maūrŭs. PH. Sīc fīnxĭt Gāllōs hĕbĕtēs nātūră, bĭlīnguēs Afrōs, ēt mēndāx Graecĭă fāctă fŭĭt. Hīc Nŏmădŭm gĕnŭs ēt dīscīnctōs Mūlcĭbĕr Afrōs Fīnxĕrăt. *V.* At nōs hīnc ălĭī sĭtĭēntēs ībĭmŭs Afrōs. *V.* Et sōlĭtŭs văcŭīs ērrārĕ măpālĭbŭs Afĕr Vēnātŏr. *L.* Dīrŭs pēr ūrbēs Afĕr ŭt Ităłās. *H. v. Aethiopes, Africa, Africus.*

āffābĭlĭs. *Nēc vīsū făcĭlīs, nēc dictu āffābĭlĭs ūllī.* V. SY. cōmĭs, mītĭs, plăcĭdŭs, bĕnīgnŭs, ūrbānŭs, hūmānŭs, fămĭlĭārĭs, bĕnĕvŏlŭs. PH. Hīc prŏcĕrēs aūdīt pŏpŭlōsquĕ prĕcāntēs, Allŏquĭī făcĭlĭs. *Va.*

āffăbrē. SY. pūlchrē, sōllērtĕr, bēllē, pĕrĭtē, ēlĕgāntĕr, ārtĭfĭcĭōsē, scītē, bĕnĕ.

āffārī. *Tūnc sīc āffārī, ēt cūrās hīs dēmĕrĕ dictīs.* V. *v. affor.*

āffătim. *Affătīm plēnīs, quĭbŭs īmbŭātŭr.* (Sapph.) Pr. SY. ăbūndē, lārgē, multum, ŏpŭlēntĕr, cōpĭōsē, ăbūndāntĕr, lārgĭtĕr, āfflŭēntĕr, sătĭs, sătĭs sŭpĕrquĕ.

āffēctātŭs. SY. ēxquīsītŭs, quaesītŭs, stŭdĭōsē quaesītŭs. PH. Nēc tāntŭm pĭĕtās, sēd prōtĭnŭs ārdŭă vīrtŭs Affēctātă tĭbī. *St.*

āffēcto. *Pēr pŏpŭlōs dăt jūră, vĭāmque āffēctăt Olўmpō.* V. SY. cŭpĕrĕ, āppĕtĕrĕ, ēxquīrĕrĕ, āmbīrĕ, aūcŭpārī, dēsīdĕrārĕ, cōncŭpīscĕrĕ, īncĭtārī, ănhēlārĕ, pōscĕrĕ, dēpōscĕrĕ, pōstŭlārĕ. PH. Cūr ŏpŭs āffēctās, āmbĭtĭōsĕ, nŏvŭm? *O.* Frātrĭs ŭtērquĕ fŭrēns cŭpĭt āffēctātquĕ crŭōrĕm. *St.* Nōn ĕgŏ sīdĕrĕās āffēctō tāngĕrĕ sēdēs. *O.* Nūllă dătŭr dēxtram āffēctārĕ pŏtēstās. *O.* Nēc spēs āffēctăt ĕāsdĕm. *O.* Affēctāssĕ fĕrūnt rēgnŭm coelēstĕ gĭgāntăs. *O. v. ambitio.*

āffēctŭs, ūs. *Haec dăbĭt āffēctūs, īlle ēxclūdētŭr ămīcŭs.* J. SY. stŭdĭŭm, mōtŭs ănĭmī, mēntĭs, pēctŏrĭs, ănĭmī pērtūrbātĭo. EP. vĕhĕmēns, tūrbĭdŭs, vĭŏlēntŭs, caecŭs, ōccaecātŭs, brĕvĭs, tūrbŭlēntŭs, lēnĭs, suāvĭs, vērŭs, fīctŭs. PH. Quŏd lĭcēt, āffēctū tăcĭtō laetĕrĭs. *O.* Sānōs vūlgŭs āffēctŭs tĕnĕt. *Se.* Dŭbĭīs āffēctĭbŭs ērrăt. *O. v. amor, aegritudo.*

āffēctŭs, *adj.* SY. cōmmōtŭs, vēxātŭs, āfflīctŭs; īnfīrmŭs, lāngŭĭdŭs, aegĕr, mĭsĕr.

āffĕro. *Affĕrăt: īn prīmīs vălĕās bĕnĕ; nām vărĭae rēs.* H. SY. fērrĕ, dēfērrĕ, pōrtārĕ, āddūcĕrĕ, īmpōrtārĕ. PH. Affĕrăt īn călăthō rūstĭcă dōnă pŭĕr. *O.* Bēllŭm Attŭlĭt īn pătrĭăm. *O.* Mātrīquĕ sălūtĕm Attŭlĭt. *O.* Nēc pĭĕtās mōrŭm Rŭgīs ēt īnstāntī sĕ-

nēctaē Āffērēt. *H.* Quīs tāntām laūdēm Rŭtŭlīs, cāsūsnĕ dĕūsnĕ, Āttŭlĭt? *V.* Vīctŭs tĕnŭīs quaē quāntāquĕ sēcŭm Āffērăt. *H.* Hūnc frūctŭm praēsēns āttŭlĭt hōră mĭhī. *O.* Cōnsĭlĭo hānc ōmnēs ănĭmīsquĕ vŏlēntĭbŭs ūrbĕm Āffĕrĭmŭr. *V. v. adhibeo, advenio.*

ăffĭcĭo, ĭs. *Sĕd pŏtĭŭs lārgīs ăffĭcĕ mūnĕrĭbŭs.* C. SY. cōmmŏvērĕ, mŏvērĕ, tūrbārĕ, vēxārĕ, pērtūrbārĕ, ăfflīgĕrĕ, tŏrquērĕ; dōnārĕ.

ăffīgo, ĭs. *Cŏncrētăm pătĭtŭr rādīcem ăffīgĕrĕ tērraē.* V. SY. fīgĕrĕ, īnsĕrĕrĕ, ădnēctĕrĕ, cōnnēctĕrĕ, jūngĕrĕ, ădjūngĕrĕ, cōnjūngĕrĕ, āddĕrĕ. PH. Atque āffīgĭt hŭmō dīvīnaē pārtĭcŭlam aūraē. *H.* Grăvĭbŭs pēnsīs āffīxă pŭēllă. *T.* Āffīxŭs lătĕrī. *V.* Fŏrĭbŭsque āffīxă sŭpērbīs. *V.*

āffīngo, ĭs. SY. fīngĕrĕ, āssĭmĭlārĕ, sĭmĭlārĕ, fĭgūrārĕ.

āffīnĭs. *Jūs ălĭquŏd făcĭūnt ăffīnĭă vīncŭlă nŏbīs.* O. SY. cŏgnātŭs, cōnsānguĭnĕŭs, āgnātŭs, prŏpīnquŭs, sānguĭnĕ jūnctŭs; aēquālĭs, sĭmĭlĭs, cōnsĭmĭlĭs, vīcīnŭs. PH. Cōnsānguĭnĭtātĕ prŏpīnquŭs. *V.* Coēlōque āffīnĭs ŏrīgō. *S.*

āffīrmo, as. SY. āssĕrĕrĕ, āssĕvērārĕ, ājo, cōnfīrmārĕ, jūrārĕ.

āfflātŭs, ūs. *Fūlmĕn ăb ōrĕ vĕnīt, frōndēs āfflātĭbŭs ārdĕnt.* O. SY. flātŭs, īnstīnctŭs, ănhēlĭtŭs, īmpĕtŭs, flāmĕn, āfflāmĕn, *v. casus, infortunium, fortuna adversa.*

āfflīgo, ĭs. *Flēctĭt, ĕt āssuētŭm spŏlĭīs āfflīgĭt ĕgēstās.* Cl. SY. vēxārĕ, āngĕrĕ; prōstērnĕrĕ, dēprĭmĕrĕ, dējĭcĕrĕ, pēssŭmdărĕ, tūrbārĕ, pērtūrbārĕ, āfflīctārĕ, ūrgērĕ. PH. Clādĭbŭs īnnŭmĕrīs mĭsĕrām vēxāvĭt. Īnsōntem ōpprēssĭt fātōrŭm mōlē. Fātīs nōn cēssăt vēxārĕ crŭēntīs. Īndŏmĭtōs ănĭmōs ĕt cōrdă sŭpērbă Clādĭbŭs āfflīxĭt. Trīstĭtĭă, dŏlōrĕ, moērōrĕ āffĭcĕrĕ. Mŏlēstĭam īnfērrĕ. Aūsŭs ĕt āfflīctīs mĕlĭŭs cōnfīdĕrĕ rēbŭs. *V.* Āfflīctŭs vītam īn tĕnĕbrīs lūctūquĕ trăhēbăm. *V.* Mēmbra āfflīctă sŏlō. *S.* Ūnĭcă rēbŭs Spēs fŏrĕt āfflīctīs. *Lr.* Āfflīctum āllŏquī Cŭpĭt păvētquĕ. *Se. v. infelix, curis angi.*

āfflo. SY. īnspīrārĕ, ădhālārĕ, ădspīrārĕ; īncĭtārĕ, ēxcĭtārĕ, īmpēllĕrĕ. PH. Āfflāssēt pējŏr sērpēntĭbŭs Āfrīs. *H.* Āfflāntŭr vīnctă nŏtō. *St.* Fēlīx, cuī plăcĭdŭs lēnĭtĕr āfflăt Amŏr. *T.* Nēc mōrtālĕ sŏnāns, āfflata ēst nūmĭnĕ quāndō Jām prŏpĭōrĕ dĕī. *V.* Sĭmĭlī jām dūdum āfflārăt ămōrĕ. *V. v. inspirare.*

āffluo, ĭs. SY. ăbūndārĕ, sŭpērflŭĕrĕ, scătērĕ; āccūrrĕrĕ, ădvĕnīrĕ.

āffor, ārĭs. *Ērgo hīs ălĭgĕrŭm dīctīs āffātŭr Ămōrĕm.* V. *v. alloquor.*

āffŏrĕ. — *Gĕnĕrōs ēxtērnīs āffŏre ăb ōrīs.* V. *v. adsum.*

āffūlgĕo. *v. fulgeo.*

āffūndo, ĭs. PH. Lēnĭtĕr āffūndĭt gēmmāntĭă lĭttŏră pōntŭs. *Mn.* Āffūsō squālēnt ā pūlvĕrĕ crīnēs. *V.* Ārĭdăque āffūsā gūttŭră tīnxĭt ăquā. *O.* Āffūsaē māgnŭs ărēnaē Āggĕr. *L.* Āffūsŭs ārīs sūpplĭcēs tēndō mănŭs. *Se.* Āffūsaēquĕ jăcēnt tŭmŭlō. *O.*

Afrānĭus. *Dīcĭtŭr Āfrānī tŏgă cōnvēnīssĕ Mĕnāndrō.* H. — *fācūndī scēnīs ăgĭtāvĭt Āfrānī.* Au. *Jūrĕ părī rēctŏr cāstrīs Āfrānĭŭs īllīs.* L.

Āfrĭcă. *Sŭb quōrŭm tĭtŭlīs Āfrĭcă tōtă jăcĕt.* P. SY. tērră, tēllŭs Gaētŭlă, Mārmărĭcă, Gărămāntĭcă, Maūrūsĭă, Māssȳlĭă, Năsămōnĭă: Lĭbȳaē ăgrī, dēsērtă, ōraē, rēgnă, ārvă, Lĭbȳcŭm lĭttŭs. EP. ārĭdă, tōrrĭdă, ūstă, dīvēs, gēmmĭfĕră, ēxūstă, fĕră, ărēnōsă, īncūltă, īnhŏspĭtă, fērtĭlĭs, ārdēns, vădōsă, bēllŭīs frĕquēns. PH. Dīvĕs ărēnīs ōră, aēstĭfĕraē Lĭbȳēs ārvă, Lĭbȳaē sĭtĭēntĭs ărēnaē. Quaē, tōrrĭdă sēmpĕr Sōlĭbŭs, hūmānō nēscĭt mānsuēscĕrĕ cūltū. Occĭdŭīs hăbĭtātă Maūrīs rēgĭo. Mōnstrōrŭm fĕrāx pātrĭă. Quā sē cāmpīs squālēntĭbŭs Āfrĭcă tēndĭt. *S.* Aēstĭfĕrō Lĭbȳē tōrrētŭr sūbdĭtă cāncrō. *S.* Jŭbaē tēllŭs, lĕōnŭm Ārĭdă nūtrīx. *H.* Descr. *L.* 9, 732. *S.* 1, 190 sqq. *Sannaz.* part. virg. 2. *Barcl.* Arg. 4.

Āfrĭcānŭs. *Māgnīs cēdĕrĕ cōgĭs Āfrĭcānīs.* (Phal.) M. *v. Scipio.*

Āfrĭcŭs, *adj.* — *Quōs Āfrĭcă tērră trĭŭmphīs.* *V.* PH. Mūgĭăt Āfrĭcīs Vēntŭs prŏcēllīs. *H. v. Afer.* — Āfrĭcŭs, *subst.* SY. Aūstĕr. EP. praēcēps, pēstĭlēns, cĕlĕr, ātĕr, nĭgĕr, hūmĭdŭs, nīmbōsŭs, călĭdŭs, pēstĭfĕr, ăquōsŭs, īgnāvŭs, īmbrĭfĕr, ĭnērs, pĭgĕr, ēxĭtĭālĭs, nūbĭlŭs, ūdŭs, plŭvĭŭs, prŏtērvŭs, nūbĭfĕr. PH. Nūbĭfĕr vēntŭs, crēbĕrquĕ prŏcēllīs. Frētă cōncŭtĭēns, tūrbāns. Flūctŭs tōllĕrĕ pŏtēns. *H.* Frētă cōncĭtăt ātĕr Āfrĭcŭs. Nūbĭfĕr Aūstrālī prōrūmpēns Āfrĭcŭs āxĕ. Lūctāntēm Īcărĭīs flūctĭbŭs Āfrĭcŭm. *H. v. Auster.*

Ăgămēmno et ōn. *Scrīptă fĕrūnt ānnōs; scrīptīs Ăgămēmnŏnă nōstī.* O. *Cōnclāmānt Dănăī, stĭmŭlātque Ăgămēmnŏ vŏlēntēs.* Cl. *Vīctrīcĕ laūrō cīnctŭs Ăgămēmnōn ădĭt.* (iamb.) Se. SY. Tāntălĭdēs, Ātrīdēs, dūx Mȳcēnaēŭs. EP. Graēcŭs, strēnŭŭs, gĕnĕrōsŭs, pŏtēns, māgnănĭmŭs, īntrĕpĭdŭs, aūdāx, bēllātŏr, vĭgĭl, clȳpĕātŭs, Mārtĭŭs. PH. Trōjaē pŏpŭlātŏr Ātrīdēs. *O.* Dănăŭm dūctŏr. Māllĕ dŭcŭm dūctŏr. Tēllūrĭs dĕcŭs Ārgŏlĭcaē. Tyndărĕī gĕnĕr, jŭgŭlātŭs cōnjŭgĭs āstū. Vīctĭmă cōnjŭgĭs. Ipsĕ Mȳcēnaēŭs māgnōrŭm dūctŏr Āchīvŭm. *V.* Cūjŭs īmpŭlsŭm mănū Cĕcĭdĭt dĕcēnnī Mārtĕ cōncŭssŭm Īlĭŭm. Rēx rēgum Ātrīdēs, frātĕrnaē cōnjŭgĭs ūltŏr. *Au.* Rēs Ăgămēmnŏnĭās vīctrīcĭăque ārmă sĕcūtŭs. *V.* Vīxērĕ fōrtēs ānte Ăgămēmnŏnă Mūltī. *H.*

Ăgămēmnŏnĭdēs, aē. *Păr Ăgămēmnŏnĭdaē crīmĕn* etc. J.

Ăgămēmnŏnĭŭs. *Ēx Ăgămēmnŏnĭīs ūnă pŭēllă trĭbŭs.* O.

Ăgănīppē, ēs. — *Dōctŭmquĕ flŭēns Ăgănīppē.* Cl. SY. fōns Hȳāntēŭs, Ăgănīppēŭs, Hĕlĭcōnĭŭs, Pĕrmēssĭŭs, Cāstălĭŭs, Cāstălĭī lătĭcēs, ūndă Ăgănīppēă. EP. Boēōtĭcă, dōctă, dūlcĭs, grātă, ămoēnă, Pīĕrĭă. Āōnĭă, Pĕrmēssĭă. PH. Dōctŭs āmnĭs, săcĕr Ăpōllĭnī. Mūsīs dĭcātŭs. Ūngŭlă Gōrgŏnĕī quĕm căvă fēcĭt ĕquī. *O.* Quĕm Pēgăsŭs ālātō fēcĭt pĕdĕ.

V. Nec fontĕ lăbră prōlŭī Căbāllīnō. (*scaz.*) *Pe.* Dīcĭtĕ, quaē fōntēs *Ăgănīppĭdŏs* Hīppŏcrēnēs Grātă Mĕdūsaeī sīgnă tĕnētĭs ĕquī. *O.* Pār *Ăgănīppēaē* lūdĕrĕ dōctă lyrae. *P.* Fons Ăgănīppēā Pērmēssĭūs ēdūcăt ūndā. *Cl.* Pēr ēt ōră dōctă fērtūr, *Ăgănīppĭcŏsquĕ* fōntēs. *Sid.* *v. Hippocrene.*

ăgāsō, ōnĭs. *Ŭt mŏdŏ sī pătīnăm pĕdĕ lāpsūs frāngăt ăgāso.* H. SY. ăgĭtātŏr ăsēllī, ĕquīsō, stăbŭlārĭūs.

Ăgăthē, aē. *Tū quŏquĕ vīrgĭnĕās, Ăgăthē, lăcĕrātă păpīllās.* Ma. Perperam — *părĭtēr quŏquĕ plaūdĭt Ăgăthē.* Juvc.

Ăgăthŏclēs, ĭs. *Fāma ĕst, fīctĭlĭbūs coēnāsse Ăgăthŏclĕă rēgĕm.* Au. Descr. *Au.* ep. 8, 1.

Ăgăthyrsī. *Crētēsquĕ Drŷŏpēsquĕ frĕmūnt, pictīque Ăgăthyrsī.* V. EP. pīctī, dēpīctī, īmmānēs, praēcīnctī săgīs.

Ăgāvē, ēs. *Ăspĭcĕ, mātĕr ăīt, vīsīs ŭlŭlāvĭt Ăgāvē.* O. EP. Cădmēă, Thēbānă, pērfĭdă, crŭēntă, dēmēns, fŭrēns. SY. fīlĭă Cădmī, Pēnthĕ[illegible] mātĕr, Cădmēă Maēnăs, mātĕr Thēbānă. Descr. *O.* M. 3, 725. *H.* S. 2, 3, 303.

ăgĕ. *Dīc, ăgĕ, nām cūnctīs eădem ēst aūdīrĕ vŏlūntăs,* O. SY. ăgĕdum, ăgĕsīs, ējă, ăgĭtĕ, cĕdo, ămābo. PH. Ēn, ăgĕ, rūmpĕ mŏrās. *V.* Ēn, *ăgĕdūm*, dŏmĭnaē mēntēm cōnvērtĭtĕ nōstraē. *P.* Sŭrge, ăgĕ. *O.* Ite, ăgĕ. *St.* Quāre, ăgĭte, ō jŭvĕnēs. *V.* Ăgĕ, fārĕ vĭcīssīm. *V.* Fāre, ăgĕ. *V.* Quīn ăgĕ, sī quĭd hăbēs: īn mē mŏră nōn ĕrĭt ūllă. *V.* Sŭrge, ăgĕdūm, iŭvĕnēmquĕ pŭēr dēprēndĕ părēntĕm. *St.*

ăgēllŭs. — *pŏssēssŏr ăgēllī.* V. PH. Mŏdŭs ăgrī nōn ĭtă măgnŭs. *H.* Angŭstī cūltŏr ăgēllī. *O.* Exĭgŭī rūrĭs paūcīssĭmă fārră sĕcāntĕm. J. *v. ager.*

Ăgēnŏr, ŏrĭs. *Pūnĭcă rēgnă vĭdēs, Tyrĭōs ĕt Ăgēnŏrĭs ūrbēm.* *V.* EP. Tyrĭŭs, īmpĕrĭōsŭs, Lĭbycŭs, Sīdōnĭŭs. PH. Dŏmūmquĕ Intrăt *Ăgēnŏrĭăm.* *O.* Rĕsĕrāvĭt Dārdănŭs ārcēs Dūctŏr Ăgēnŏrĕās. *S.* Pătrĭāmque īrāmquĕ părēntĭs Vītăt *Ăgēnŏrĭdēs.* O. *v. Poenus.*

ăgĕr. *Huīc ăgĕr īllĕ mălūs, dūlcēsque ā fōntĭbūs ūndaē.* V. *Mōvĭt ăgrōs, cūrīs ăcŭēns mōrtālĭă cōrdă.* V. — *strātī bāccīs sīlvēstrĭbūs ăgrī.* V. SY. cāmpŭs, ărvŭm, jūgĕră, tērră, sŏlum, rūră, tēllūs, hŭmŭs, ăgēllŭs, fūndŭs. EP. pīnguĭs, dīvēs, frūgĭfĕr, laētŭs, foēcūndŭs, lūxŭrĭāns, fĕrāx, hērbōsŭs, vĭrēns, ămoēnŭs, bĕnīgnŭs, stĕrĭlĭs, īngrātŭs, vēstītŭs, trĭtĭcĕŭs, ārĭdŭs, vērnāns, lăpĭdōsŭs, grāmĭnĕŭs, mōllĭs, pătŭlŭs, hērbĭfĕr, hūmĭdŭs, rĭgŭŭs, īrrĭgŭŭs, ălmŭs, cūltŭs, mădĭdŭs, ūbĕr, fērtĭlĭs, bŏnŭs, ŏpĕrōsŭs, ūdŭs, săxōsŭs, spīnōsŭs, flōrēns, ŏlēns, ăprīcŭs, līmōsŭs, ăquōsŭs, cōpĭōsŭs, sīlvēstĕr, lŭtōsŭs, plānŭs, rŭdĭs, dūlcĭs, frūgĭpărŭs, gĕlĭdŭs, ăpērtŭs, flāvēns, trīstĭs, īngrātŭs, mēndāx. PH. Dīvĭtĭs ūbĕr ăgrī. *V.* Jūgĕră tērraē. Cāmpōrŭm aēquŏr, ăgĕr ŏnĕrātŭs, vēstītŭs, flāvēns mēssĭbŭs. Grāmĕn hăbēns. Rĕnŏvātŭs ărātrō; frūgēs cūm foēnŏrĕ rēddēns; fērtĭlĭs ūbĕrĕ cāmpŭs; ămoēnī jūgĕră cāmpī. Hūmēctăt flāvēntĭă cūltă Gălēsŭs. *V.* Cōnsĭtŭs ārbŏrĭbŭs. Laētō grāmĭnĕ vērnāns. Dēprōmēns vărĭīs grāmĭnă pīctă nŏtīs. Rēddēns sătă laētă; ăgĕr mēssēs fērt pīnguĭs ŏpīmās. Alcĭnŏī praēbĕt pōmă bĕnīgnŭs ăgĕr. *O.* Foecūndă sŭīs pūbēscūnt frūgĭbŭs ārvă. Stērnĭt ăgrōs, stērnĭt sătă laētă, bŏūmquĕ lăbōrēs. *V.* Vĭrĭdēs nām sūggĕrĕt hērbās Mōllĭs ăgĕr. Utrăquĕ frūgĭfĕrĭs ēst īnsŭlă nōbĭlĭs ărvīs. Quā cōllēs Bācchō laetī flāvēntĭăque ărvă Mēssĭbŭs. Sēgnēm pătĭĕrĕ sĭtū dūrēscĕrĕ cāmpŭm. Nŏvālĭă cūltă. Cūltī jūgĕră măgnă sŏlī. *T.* Dīffūsī jūgĕră cāmpī. Vēstītī grāmĭnĕ cāmpī. *M.* Nōn ōmnĭs fērt ōmnĭă tēllūs. *V.* Exērcĭtă frūgĭbŭs ārvă. *Mn.* Impĭŭs haēc tām cūltă nŏvālĭă mīlēs hăbēbĭt? *V.* Trĭtĭcĕăm īn mēssēm rŏbūstăquĕ fārră Exērcēbĭs hŭmūm. *V.* Ēt prŏpĕrāntĭs ăquaē pēr ămoēnōs āmbĭtŭs ăgrōs. *H.* — *Ager fertilis.* Fērtĭlĭs āccēnsĭs mēssĭbŭs ārdĕt ăgĕr. *O.* Prēssō pīnguĭs sūb vōmĕrĕ tērră. *V.* Optĭmă pūtrī Ărvă sŏlō. *V.* Tēllūs nūnquām mēntĭtă cŏlōnō. *S.* Ăgrĭcŏlaē vōtĭs rēspōndĕt ăvārī. *V.* Hūmĭdă măjōrēs hērbās ălĭt. *V.* Mōx ĕtĭām frūgēs tēllūs ĭnărātă fĕrēbăt. *V.* Omnĭă lībĕrĭŭs nūllō pōscēntĕ fĕrēbăt. *V.* Fūndĭt hŭmō făcĭlēm vīctŭm jūstīssĭmă tēllūs. *V.* Prōdĭgă dīvĭtĭās ălĭmēntăquĕ mīllĭă tēllūs Sūggĕrĭt. *O.* Părtŭrĭt ălmŭs ăgĕr, Zĕphyrīquĕ tĕpēntĭbŭs aūrĭs Lăxānt ărvă sĭnūs. *O.* *v. agellus, fertilis, sterilis.*

Ăgēsĭlāŭs. *Fāmă rĕfērt Ăgēsĭlāŭm dĕ sānguĭnĕ māgnī.* Ma. vel *Ăgēsĭlăŭm*, utrumque licenter; nam gr. Ἀγησίλαος.

ăgĕsīs. *Nūnc ăgĕsīs, quŏnĭām dŏcŭī, nīl pōssĕ crĕārī.* Lr. *v. age.*

ăggĕr. *Aggĕr, ĕt īmmōtī tērrā sūrgēntĕ tĕnēntŭr.* V. — *mōlīrīque ăggĕrĕ tēctă* V. *Ăggĕrĭbŭs sēptēm cīrcŭm ĕt flŭvĭālĭbŭs ūndīs.* V. SY. văllum, mūnīmĕn, prōpūgnācŭlum, tērră ăggĕrātă, ăggēstă, mōlēs, ăcērvŭs. EP. tērrĕŭs, hērbōsŭs, lăpĭdōsŭs, grāmĭnĕŭs, īncūrvŭs, tērrēnŭs, fīrmŭs, cērtŭs, sēcūrŭs, īnēxpūgnābĭlĭs, āltŭs, cēlsŭs, ēxcēlsŭs, ārdŭŭs, bēllĭcŭs, Mārtĭŭs, sūblīmĭs, īngēns, vălĭdŭs, īnsŭpĕrābĭlĭs. PH. Văstō sēptās vĭdēt ăggĕrĕ tērrās. Objēctūră mŏrās hōstī; prōpūgnācŭlă bēllō Tūtă părānt. *V.* Aggĕrĕ fīrmānt Moēnĭă. *L.* Non sī tē fērrĕŭs ăggĕr Ambĭăt. *St.* Inclūsūs mūrīs hōstīlīque ăggĕrĕ sēptŭs. *V.* Prīmāsque īn līttŏrĕ sēdēs Căstrōrum īn mōrēm pīnnīs ătque ăggĕrĕ cīngĭt. *V.* Incūrvō mūnītŭs ăb ăggĕrĕ pōrtŭs. *O.* Aggĕrĕ cōmpŏsĭtō tŭmŭlī. *Va.* Tērrēno ēx ăggĕrĕ būstŭm. *Va.* Dūm dīstĭnĕt hōstēm Aggĕr mūrōrŭm. *V.* Et sŭbĭtŭs rūptī mūnīmĭnĕ cēspĭtĭs ăggĕr Praēbēt sēcūrōs īntrā tēntōrĭă sōmnōs. *L.* *v. munimen, turris.*

ăggĕro, ās *vel* ĭs. *Incēndĭtque ănĭmūm dīctīs, ătque ăggĕrăt īrās.* V. *Aggĕrĭtŭr tŭmŭlō tēllūs, stānt moēnĭbŭs ārae.* V. *v. accumulo, augeo.*

ăgglŏmĕro, ās. *Et lătĕri ăgglŏmĕrāns nōstrō* — V. SY. īmplĭcārĕ, ădjūngĕrĕ.

ăgglūtĭno. SY. glūtĭnārĕ, nēctĕrĕ, ădnēctĕrĕ, cōnnēctĕrĕ, jūngĕrĕ, cōnjūngĕrĕ, cōpŭlārĕ, fērrūmĭnārĕ.

ăggrăvo. *Illă mĕōs cāsūs ăggrăvăt, illă lĕvăt.* O. SY. dēprĭmĕrĕ, ŏpprĭmĕrĕ, ŏnĕrārĕ, grăvārĕ, praegrăvārĕ, ŏbrŭĕrĕ.

ăggrĕdĭŏr. *Tālĭbus ăggrĕdĭtūr Vĕnĕrĕm Sātūrnĭă dictis.* V. PH. Mājore hŏstīlĭă nīsū Aggrĕdĭŏr. *V.* Făcĭle ŭt sŏmno ăggrĕdĭārĕ jăcĕntĕm. *V.* Adspĭcĕ, quāntūm Aggrĕdĭārĕ nĕfās. *O.* Aggrĕssī mănĭbūs rĕscĭndĕrĕ coēlūm. *O.* Tūrrĭm Ăggrĕssī fĕrrō cĭrcūm. *V. v. adorior, irruo, incipio.*

ăggrĕgo, ās. *Ăggrĕgăt, ĕt sĕcūm pĕtŭlāns ămēntĭă cĕrtăt.* Cl. SY. cōngrĕgārĕ, cŏllĭgĕrĕ, cōgĕrĕ, glŏmĕrārĕ.

ăgĭlĭs. *Lassăbānt ăgĭlēs ăspĕră bēllă vĭrōs.* O. PH. Nūnc ăgĭlĭs fĭo ĕt mĕrsŏr cīvīlĭbūs ūndīs. *H.* Ōdĕrūnt ăgĭlēm gnāvūmquĕ rĕmīssī. *H.* Agĭlī pĕrcūrrĭt pŏllĭcĕ chŏrdās. *O.* Mŏrtālĭs hŏnŏs, ăgĭlĭs quĕm dĕxtră lăbōrăt. *St. v. celer.*

ăgĭlĭtās. SY. lĕvĭtās, mŏbĭlĭtās, cĕlĕrĭtās, ălăcrĭtās, vēlōcĭtās; praecĭpĭtāntĭă, fĕstīnātĭŏ.

Āgĭs, ĭdĭs.— *Lycĭūs prōcēssĕrăt Āgĭs.* V.

ăgĭtābĭlĭs. *Tĕrră fĕrās cēpĭt, vŏlŭcrēs ăgĭtābĭlĭs āēr.* O. SY. mōbĭlĭs, ĭrrĭtābĭlĭs.

ăgĭtātŏr.— *ĕquōrum ăgĭtātŏr Ăchĭllēs.* V. *v. auriga.*

ăgĭto, ās.— *Ĭllĕ chŏrōs lūcĭs ăgĭtābăt ĭn ăltĭs.* V. SY. jāctārĕ, ăgĕrĕ, vērsārĕ, vēxārĕ, tūrbārĕ, dĭstūrbārĕ. PH. Cūrsū tĭmĭdōs ăgĭtābĭs ŏnāgrōs. *V.* Intōnsōs ăgĭtārĕt Ăpōllĭnĭs aūrā căpĭllōs. *H.* Saēpĭūs vēntĭs ăgĭtātūr Ingēns Pīnus. *H.* Pĕr sōmnōs ăgĭtārĭs ĭmāgĭnĕ fālsā. Extīnctūs ūmbrās ăgĭtăt īnfēstūs mĕās. Lānĭgĕrōs ăgĭtārĕ grĕgēs. *V.* Hīs vīvūs Fŭrĭīs ăgĭtābĕrĕ, mōrtŭūs īsdĕm. *O.* Agĭtānt sūb lēgĭbūs aēvūm. *V.* Ipsĕ dĭēs ăgĭtāt fēstōs. *V.* Zĕphyrĭs ăgĭtātă Tĕmpē. *H.* Scĕlĕrūm fūrĭīs ăgĭtātūs Ŏrēstēs. *V.* Haēc ĕgŏ nōn ăgĭtĕm? *I.* Aēvūmque ăgĭtārĕ sŭb ūndĭs. *V.*

Āglăĭă *et* Āglăjă. *Cynthĭūs ĕt Mūsaē, Băcchūs ĕt Āglăĭă.* C. *v. Gratiae.*

ăgmĕn, ĭnĭs. *Āgmĕn ăgēns Clausūs, măgnīque ĭpse ăgmĭnĭs īnstăr.* V. SY. tūrbă, cătĕrvă, ĕxĕrcĭtūs, cŏhōrs, phălānx, lĕgĭo, mănĭpŭlūs, mănūs, ĕxāmĕn mīlĭtūm. EP. clypĕātūm, fŏrtĕ, ārmātūm, dēnsūm, tĕrrĭfĭcūm, răpĭdūm, nŭmĕrōsūm, hŏrrēndūm, stīpātūm, pīlātūm, tŏrvūm, saēvūm, ĭmpĕtŭōsūm, īnvĭctūm, cēdĕrĕ nĕscĭūm, ĭgnāvūm, frīgŏrĭs pătĭēns, bārbărūm, hŏstīlĕ, răpāx, quădrātūm, dēnsātūm. PH. Sūccīnctūm phărĕtrĭs ăgmĕn. Dēvŏlvĭt moenĭbūs ăgmĕn. *V.* Agmĭnă Fĕrrātă vāstō dīrŭĭt ĭmpĕtū. *H.* Cāmpō stĕtĭt ăgmĕn ăpērtō. *V.* Oblātūm mĕtĭt īnsătĭābĭlĭs ăgmĕn. *V.* Tōtūmque īnsīgnĭbūs ărmīs ăgmĕn. Agmĭnĕ făcto Invādūnt hŏstĕm. *V.* Vĭdĕō pĕr dēnsă vŏlāntĕm Agmĭnă dūctōrĕm Lĭbyaē. Sēsē mĕdĭum īnjēcĭt mŏrĭtūrūs ĭn ăgmĕn. *V.* Clypĕātăquĕ tōtĭs Agmĭnă dēnsāntūr pŏrtĭs. *V.* It clāmŏr, ĕt ăgmĭnĕ făctō Quădrŭpĕdāntĕ pūtrĕm sŏnĭtū quătĭt ūngŭlă cāmpūm. *V.* Pīlātăquĕ plēnĭs Āgmĭnă sē fūndūnt pōrtĭs. *V.* Agmĭnĭbūs cŏmĭtūm quī mŏdŏ cīnctūs ĕrăt. *O.* Cōnfĕrtōque ăgmĭnĕ cĕrvī. *V.* Tūrmāmquĕ sŏnāntĕm Agmĭnĭs ăggĕrĭ. *V.* Rĕgīnām căstō cīnxĕrūnt ăgmĭnĕ mātrēs. *V.* Lēnī flŭĭt ăgmĭnĕ Tĭbrĭs. *V. v. acies, exercitus.*

ăgnă.— *Ipsi ătrī vĕllĕrĭs ăgnăm.* V. PH. Utquĕ fŭgĭt vīsōs ăgnă tĕnĕllă lŭpōs. *O.* Atrī vĕllĕrĭs ăgnăm Ensĕ fĕrĭt. *V.* Illă trĕmĭt, vĕlŭt ăgnă păvēns, quae saūcĭă cānī Ore ĕxcūssă lŭpī nōndūm sĭbĭ tūtă vĭdētūr. *O. v. ovis.*

ăgnātūs. *v. affinis.*

ăgnīnūs. *Crūdă pĕr ăgnīnōs ĕxĕrcēns fūnĕră vīctūs.* Pr.

ăgnĭtĭo. *Āgnĭtĭōnĕ nŏtās rērūm, vĕl grēssĭbūs ērrānt.* Pr. SY. nōtĭo, cŏgnĭtĭo, nōtĭtĭă.

ăgnĭtūs. *Tēxĭtūr ūnă vĭgĭs Lēmnōs nōn ăgnĭtă naūtĭs.* St. SY. nōtūs, cōgnĭtūs, pĕrspĕctūs, prŏbātūs, cōnfĕssūs.

ăgnōmĕn. *Adjĕctīquĕ prŏbēnt gĕnĭtīva ăgnōmĭnă Cōttaē.* O. SY. cōgnōmĕn. *v. nomen.*

ăgnōsco. *Aēnēās ăgnōvĭt ĕūm laētūsquĕ prĕcātūr.* V. SY. nōscĕrĕ, cōgnōscĕrĕ, pĕrspĭcĕrĕ, scīrĕ; fătērī, cōnfĭtērī, ădmĭttĕrĕ. PH. Cāsūs mĭhĭ cŏgnĭtūs ūrbĭs. Līttŏră nōtă tĭbī. Nĕc lătŭĕrĕ dŏlī frātrĕm Jūnōnĭs ĕt īraē. *V.* Sĕd cōrăm ăgnōscĕrĕ vūltūs. Vēlātāsquĕ cŏmās, praēsēntĭăque ōră vĭdēbăt. Vĕtĕrem Anchīsēs ăgnōvĭt ămīcūm. *V.* Agnōrūnt sīgnă rĕcēptă sŭōs. *O.* Agnōvĕrĕ dĕūm prŏcĕrēs. *V. v. cognosco.*

ăgnūs. *Spōntĕ sŭă săndīx pāscĕntēs vĕstĭĕt ăgnōs.* V. PH. Lānĭgĕrī sŭbŏlēs grĕgĭs. *V.* Foētūs ŏvĭūm. *V.* Bālātūs mātrĭs pĕr jŭgă lōngă sĕquēns. Lūxŭrĭāns laētīs tĕnĕr ăgnūs ĭn ăgrĭs. Sūbsĭlĭēns mōllīque ĭn grāmĭnĕ lūdēns. Păvĭdōquĕ fŭgācĭŏr ăgnō. *M.* Sūb mātrĭbūs ăgnī Bālātum ĕxĕrcēnt. *V.* Illĭūs ārăm Saēpĕ tĕnĕr nōstrĭs ăb ŏvīlĭbūs īmbŭĕt ăgnūs. *V.* Tĕnĕrī trĕmŭlĭs cūm vōcĭbūs hoēdī Cōrnĭgĕrās nōrūnt mātrēs ăgnīquĕ pĕtūlcī. *L. v. agna, ovis.*— *Agnus Dei.* PH. ăgnūs sānctūs, săcĕr, īnnŏcēns, īnnŏxĭūs, măctāndūs ăd ārām săcrām crŭcĭs. Hŏstĭă, vīctĭmă, dătă scĕlĕrī hŏmĭnūm pĭāndŏ. Quī sŭō crŭōrĕ sīgnāvĭt ĭtĕr ăd āstră. Quī vŏlēns cĕcĭdĭt hŏstĭă sŭpĕrō părēntī. Cūjūs sānguĭs dēlēvĭt crīmĭnă nŏstră ĭn āltō jŭgō cōllĭs ŏlīvĭfĕrī. *v. Christus.*— *Agnus Paschalis.* PH. Hōc ĕrăt īllĕ vĕtūs, quĕm gēns ĕpŭlātă quŏtānnĭs Māndēbăt rīte, ăc sŏlēmnī mōrĕ săcrōrūm, Cūm fēstīnātā Cĕrĕre, ătque ăgrēstĭbūs hĕrbĭs.

ăgo, ēgī.— *Pĕlīgnĭs ăgĭtūr vīndēmĭă prēlĭs.* V. SY. gĕrĕrĕ, făcĕrĕ, ĕffĭcĕrĕ; ăgĭtārĕ; pĕllĕrĕ, dūcĕrĕ; ūrgērĕ, pērsĕquī; tēntārĕ, mōlīrī, ăggrĕdī; trāctārĕ, cūrārĕ, prōcūrārĕ. PH. Quĭd ăgĭs? Descr. *M.* 2, 67.— āctūs, *adj.* SY. făctūs, ĕffĕctūs, pĕrfĕctūs; pūlsūs, ădmŏtūs. PH. Actī fătĭs. Vărĭīs ĕrrōrĭbūs āctūs. Sīve ērrōrĕ vĭaē seū tĕmpĕstātĭbūs āctī.

ăgōn, ōnĭs. *Nūncĭūs ădvĕnĭēns nārrăt sūb ăgōnĕ jăcērĕ.* Iuvc. SY. cĕrtāmĕn, cōnflĭctūs, cōngrĕssūs, dīmĭcātĭō, pūgnă, prŏelĭum. PH. Lăbŏr ĕxtrēmūs. Suprēmūm vītaē tĕmpūs. Ultĭmă vītaē hōră. Lētī dūrūm līmĕn. Cūm

spīrĭtūs ūltĭmūs ērrāt sūpĕr ōră, ăgĭtūr, dūcĭtūr; tĕnŭēs vānēscĭt ĭn aūrās. *v. mors.*

Ăgōnălĭă, ĕ.— Ăgōnĭă, ōrūm. *Jānŭs Ăgōnālī lūcĕ pĭāndŭs ĕrĭt.* O. *Ād Jānūm rĕdĕāt, quī quaērĭt, Ăgōnĭă quĭd sīnt.* O.

ăgrēstĭs.— *Cōllēctōs ārmāt ăgrēstēs.* V. *Ēt vōs, ăgrēstūm praēsēntĭa nūmĭnă, Faūnī.* V. SY. sȳlvēstrĭs; ĭnūrbānŭs, ĭncūltŭs, hōrrĭdŭs, ĭncōndĭtŭs, ĭnhūmānŭs, mōrĭbŭs āspĕr, plūmbĕŭs. PH. Lūdĕrĕ, quaē vēllēm, călămō pērmīsĭt ăgrēstī. *V.* Vūltūs Achĕlōŭs ăgrēstēs Abdĭdĭt. *O.* Nōn ăgrēstĕ tămēn nĕc ĭnēxpūgnābĭle ămōrī Pēctŭs hăbēs. *O.* Fīctĭlĭa āntīquūs prīmūm sĭbĭ fēcĭt ăgrēstĭs. *T.* Sōmnŭs ăgrēstĭŭm Lēnĭs vĭrōrŭm. *H.*

ăgrĭcŏlă. *Ăgrĭcŏlaē strĭngūnt frōndēs etc.* V. SY. rūrĭcŏlă, ărātŏr, cŏlōnŭs, dīscīnctŭs, ĭncūrvŭs, cūrvŭs, gnāvŭs, sēdŭlŭs, vīllĭcŭs, rūstĭcŭs, ăgrēstĭs, fŏssŏr. EP. pārcŭs, lăbōrĭōsŭs, rĭgĭdŭs, ăvĭdŭs, ăvārŭs, rōbūstŭs, ĭmpĭgĕr, pērvĭgĭl, ĭnsōmnĭs, ĭnūrbānŭs, ĭrrĕquĭētŭs, ĭndŏmĭtŭs, hīrsūtŭs, pēllītŭs, paūpĕr, mĭsĕr, ĭnfēlīx, pătĭēns, dūrŭs, gnāvŭs, ĭncūltŭs, dĕcŏlŏr, dēspēctŭs, rūgōsŭs, vĭgĭl, quĭētŭs, sōllērs, săgāx, ānxĭŭs, lăcērtōsŭs, nĕgōtĭōsŭs, sĕvērŭs, vīlĭs, ūtĭlĭs, fēlīx. PH. Cūltŏr ăgēllī, ărvă cŏlēns. Rūrĭs cŏlōnŭs. Ĭncŏlă rūrĭs. Cūrvī mŏdĕrātŏr ărātrī. *Lr.* Quī tērrăm ărātrō vērtĭt, mōlītŭr, scīndĭt, ēxērcēt. Rūstĭcă pūbēs. Rūstĭcă tūrbă, āttrītĭs dōctă lĭgōnĭbŭs vērsārĕ glēbās. Cōntēntī pārvō ăgrĭcŏlaē. Pārvō bĕātī. Fōrtĭs pătĭēnsquĕ lăbōrŭm Ăgrĭcŏlă. Dīvĭtĭae cūjŭs sūnt mēssĭs ĕt ărbŏr. Rūstĭcŭs ĭncūrvō tērrăm mōlītŭs ărātro. *V.* Bōvēs ărātrō ădjūngĭt, ŏnĕrī sūppōnĭt, sūb jŭgă dūcĭt. Rōbūstŭs quŏquĕ jăm taūrĭs jŭgă sōlvĕt ărātŏr. *V.* Lēgēsquĕ dĭērŭm Rūstĭcŭs ōbsērvăt. Fōrtĭs ărāt vălĭdō rūstĭcŭs ărvă bŏvĕ. Ēccĕ, săgāx tăcĭtē vĕnĭēntĭs rūstĭcŭs ānnī Cūrăm cōrdĕ cŏquĭt. Mĭsĕrĭs, heū, praēscĭă lōngē Hōrrēscūnt cōrda ăgrĭcŏlĭs. *V.* Dīcēndum, ēt quaē sīnt dūrĭs ăgrēstĭbŭs ārmă. Ēt pĕcŭs ēt fīnēs paūpĕrĭs ăgrĭcŏlae. Tēllūrēm dēntĕ rĕclūdĕrĕ ūncō. Cōnvēllĕrĕ glēbăm prōnō vōmĕrĕ. Īllĕ, grăvēm dūrō tērrăm quī vērtĭt ărātrō. *H.* Agrĭcŏlaē prīscī, fōrtēs pārvōquĕ bĕātī. *V.* O fōrtūnātōs nĭmĭŭm, sŭă sī bŏnă nōrĭnt, Agrĭcŏlās! *V.* Cūm dūrō pārcă cŏlōnă vĭrō. *O.* Nāvĭgĭa ātque ăgrī cūltūrās, moenĭă, lēgēs. *Lr.* Descr. *V.* G. 4, 125 sqq. *v. arator, aro.*

Agrĭgēntŭm. *Quōrum Ăgrĭgēntīnŭs cūm prīmīs Empĕdŏclēs ēst.* Lr. *v. Acragas.*

Agrīppă. *Mīlēs Ăgrīppă sŭaē Vĕnĕrĭsque ăb ŏrĭgĭnĕ prōlēs.* Mn. — *dĕdĭt hānc Ăgrīppă sŏrōrī.* I. EP. fōrtĭs, ĭnclȳtŭs, clārŭs. PH. Vēntĭs ēt dīs Ăgrīppă sĕcūndĭs. *V.* Pōrtĭcŭs Ăgrīppaē. *H.*

Agrĭppīnă. — *mĭnŭs ērgŏ nŏcēns ĕrĭt Agrĭppīnaē.* I. Descr. *Se.* Oct. 309.

Ăgȳllă. *Aēvō dēpŏsŭĭt nōmĕn Ăgȳllă vĕtŭs.* Ru. SY. Caērĕ. PH. Urbĭs Ăgȳllīnaē sēdēs.

Ăgȳrtēs.— *caēsō gĕnĭtōre ĭnfāmĭs Ăgȳrtēs.* O.

Ah! *Āh! Ĕgŏ nōn pŏssūm tāntă vĭdērĕ mălă.* O. SY. ō, heū, ēheū. PH. Ah, pĭgĕt, āh nōn ēst, clāmābăt, tĭbĭă tāntī. *O.* Ah, quŏtĭēs frūstrā. *L.* Spēm grĕgĭs, āh, sĭlĭce ĭn nūdā cōnnīxă rĕlīquĭt. *V.* Ah, mĭsĕr. *H.*

ăhēnŭm. *Vĭrgĕă sŭggĕrĭtŭr cōstĭs ūndāntĭs ăhēnī.* V. Descr. ahenum aestuans A. 7, 462. SY. lĕbēs, ōllă, căcăbŭs, cŭcŭmă, căldārĭum, căldārĭă, ăhēnŭlum, cădŭs. EP. ūndāns, pătŭlum, tĕpĭdum, călĭdum, căvum, ārdēns, fērvēns, spūmāns, Ămȳclēum, Spārtānum, Taēnărēum, Tȳrĭum. Sīdōnĭum, Ăgēnŏrēum, Ăssȳrĭum, Gētŭlum. PH. Ignĭbŭs sūbjēctĭs spūmāns. Ordĭne ăhēnă lŏcānt ălĭī. *V.* Pārs călĭdōs lătĭcēs, ēt ăhēna ūndāntĭă flāmmĭs Expĕdĭūnt. *V.* Fōlĭīs ūndām tĕpĭdī dēspūmăt ăhēnī. *V.* Ārdēntī dēcŏxĭt ăhēno. *I.* Ămȳclaēĭs mĕdĭcātŭm vēllŭs ăhēnĭs. Călĭdō pŏsĭtŭm mĕdĭcāmĕn ăhēnō.

ăhēnĕŭs *vel* ăhēnŭs. *Sī rēctē făcĭēs, hĭc mūrŭs ăhēnĕŭs ēstō.* H. *Indŭlgēnt vĭno, ēt vērtūnt crātērăs ăhēnōs.* V. SY. aēnĕŭs, aērĕŭs. *v. durus, firmus.*

Ājāx. *Nēc quĭsquam Ājăcēm pŏtŭĭt sŭpĕrārē, nĭsi Ājăx.* O. SY. Tĕlămōnĭădēs, Tĕlămōnĕ-sătŭs, gĕnĭtŭs, nātŭs, Tĕlămōnĭŭs, ĭnvĭctŭs, fōrtĭs, sŭpērbŭs, gĕnĕrōsŭs, Sălămīnĭŭs, ĭnsānŭs, fĕrōx, tĕmĕrārĭŭs, stōlĭdŭs. PH. Clȳpĕī dŏmĭnŭs sēptēmplĭcĭs Ājāx. *O.* Clȳpĕō ĭntērrĭtŭs. Aēmŭlŭs Ŭlȳssĭs. Mārtĕ fĕrōx ēt vīrĭbŭs Ājāx. Cuī clȳpĕŭs sēptēm tērgă fŭērĕ bŏŭm. Cūr Ajāx, hērōs ăb Ăchĭllĕ sĕcūndŭs, Pūtrēscĭt? *H.* Et trăgĭcō scrīptŭs gĕmĭtū Sălămīnĭŭs Ajāx. *Au.* Descr. *O.* M. 13, 2 sqq. *Au.* id. 6, 12.— *Ūnĭŭs ōb nŏxam ēt fŭrĭās Ājăcĭs Oĭlĕī.* V. SY. Ŏĭlĭădēs, Ŏĭlīdēs, hērōs Nārȳcĭŭs. EP. tūrpĭs, ōbscēnŭs, spūrcŭs, ĭmpūrŭs, ĭmprŏbŭs, nĕfāndŭs, aūdāx, săcrĭlĕgŭs, ĭmpĭŭs, scĕlĕrātŭs, māgnănĭmŭs, fōrtĭs, gĕnĕrōsŭs. PH. Fūlmĭnĕ pērcūssŭs, ēxūstŭs. Nōn ĕă Tȳdĭdēs, nōn aūdēt Ŏĭlĕōs Ājāx. *O.* Descr. *V.* A. 1, 43 sqq. *Si.* 14, 478 sq. *Se.* Ag. 528.

ăĭo *vel* ājō.— *Lŏcō dējēcĭt, ŭt ājūnt.* H. *Mīlēs ăĭt, mūltō jām frāctŭs mēmbră lăbōrĕ.* H. PH. Vōs sōlōs săpĕre ēt sōlōs ājo ēssĕ bĕātōs. H. Sĭc ăĭt ēt tūmĭda aēquŏră plăcăt. *V.* Hōc ājēbăt ĕt hōc. *H. v. affirmo, dico, loquor.*

ālă. *Ūt rĕdŭcēs īllī lūdūnt strīdēntĭbŭs ālīs.* V. SY. pēnnă, plūmă. EP. cĕlĕrĭs, vēlōx, lĕvĭs, cĭtă, sŭbĭtă, trĕmŭlă, strīdŭlă, strīdēns, tĕnĕră, ēxtēnsă, ăgĭtātă, pīctă, praēcēps, fŭgāx, strĕpĭtāns, āĕrĭă, pērnīx, praēpēs, văgă, aūdāx, trĕpĭdă, vŏlŭcrĭs, vēntōsă, ōmnĭvăgă, vēlĭfĭcātă, lēnĭs, trĕpĭdāns, mōbĭlĭs, ălăcrĭs, vērsĭcŏlŏr, vŏlĭtāns. PH. Vŏlăt īllĕ pēr āĕră māgnŭm Rēmĭgĭo ālārum. *V.* In coēlŭm părĭbŭs sē sūstŭlĭt ālīs. *V.* Pĕdĭbŭs cĕlĕr ēt pērnīcĭbŭs ālĭs. *V.* Sĭmŭl aēthĕră vērbĕrăt ālĭs, pēnnĭs. Mŏvērĕ, ăgĭtārĕ pēr āĕră pēnnās. Pĕtĭērūnt aēthĕră pēnnĭs. Īllă lĕvēm fŭgĭēns răptīm sĕcăt āĕră pēnnĭs. *V.* Rādĭt (mōlītŭr, tĕnĕt) ĭtĕr lĭquĭ-

dŭm, cĕlĕrēs nĕquĕ cōmmŏvĕt ālās. *V.* Strĕpĭtāntĭbŭs ădvŏlăt ālīs. Trĕpĭdās ĭn pĕctŏrĕ cōntrăhĭt ālās. *St.* Praepĕtĭbŭs pēnnīs aūsŭs sē crēdĕrĕ coelō. *V.* Aĕrĭīs sūblīmēm sūstŭlĭt ālīs. Ĭtĕ, lĕvēs mēnsēs, ālīsquĕ fŭgācĭbŭs ānnī. Vēlōcēs ăgĭtāt pēnnās ĕt sīdĕrĕ gaūdĕt. Cōrpŭs gĕmĭnās lībrāvĭt ĭn ālās. *O.* Gĕmĭnāntēs ēxplĭcăt ālās. *M.* Adspĭcĕ, dēmīssīs ŭt ĕăt mīsĕrābĭlĭs ālīs. *O.* In mărĕ lāssātīs vŏlŭcrĭs văgă dēcĭdĭt ālīs. *V.* Cīrcŭmsŏnăt ālīs. *St.* Vŏlŭcrēsquĕ fātī Tărdāvĭt ālās. *H.* Pēnnaē sŏnŭērĕ pĕr aūrās. *V.* Plaūsūmque ēxtērrĭtă pēnnīs Dăt tecto ĭngēntēm. *V.* Māgnīs quătĭūnt clāngōrĭbŭs ālās. *V.* Cōrvōrum ĭncrĕpŭĭt dēnsīs ēxērcĭtŭs ālīs. *V.* Rĕdŭcēs lūdūnt strīdēntĭbŭs ālīs. *V.* Vēlōrūm pāndĭmŭs ālās. *V.* Et vēntīs ĕt fūlmĭnĭs ōcĭŏr ālīs. *V. v. volo, as.*

Ălăbāndă, ae *et* ōrŭm. — *Hic Trāllĭbŭs aŭt Ălăbāndis.* I.

ălăbāstrum. — *Rĕdŏlēnt ălăbāstră, fŏcīquĕ dĕōrŭm.* Ma.

ălăcĕr, ălăcrĭs. *Sic rŭĭt ĭn dēnsōs ălăcĕr Mēzēntĭŭs hōstēs.* V. *Ergo ălăcrĭs cūnctōsquĕ pŭtāns ēxcēdĕrĕ pūgnă.* V. SY. ănĭmōsŭs, vīvāx, hĭlărĭs, laetŭs, jūcūndŭs, vēlōx.

Ălānī. *Nĕc tē Sārmătĭcō trānsĭt Ălānŭs ĕquō.* Ma. EP. ārdēntēs, īmplācātī, fĕrī, lĕvēs, dūrī. PH. Cūrsūquĕ lĕvēs rĕcĭtāntŭr Alānī.

ălăpă. *Sūstēntāns ălăpās, lūdĭbrĭă, vērbĕră, vēprēs.* Sid. PH. Ălăpām sĭbī dūxĭt grăvēm. *Ph.* O, quām dīgnŭs ĕrās ălăpīs! *M.* Mūltō mājōrĭs ălăpaē mēcūm vēnĕūnt. *Ph.* Dūrō crĕpĭtānt sŭb vūlnĕrĕ mālaē. *V.* Flāgrīs dōrsa, ălăpīs māxīllās, ōră sălīvīs Praēbŭĭt. *Prsp. v. colaphus.*

Ălărīcŭs. *Rūmpe ōmnēs, Ălărīcĕ, mŏrās.* — Cl.

Ălāstŏr. — *Ĭphĭtĭdēn ĕt Ălāstŏră fūdī.* O.

ālātŭs. *Ŭt prīmum ālātīs tĕtĭgĭt māgālĭă plāntīs.* V. SY. ālĭgĕr. PH. ālīs īnstrūctŭs, ōrnātŭs, mūnītŭs. Alātō quī pĕdĕ cārpĭs ĭtĕr. *O.* Alātīs aēthĕră cārpĭt ĕquīs. *O. v. ala.*

ălaūdă. *Prōlĕ nŏva ēxūltāns, gălĕāque īnsīgnĭs ălaūdă.* Ma. EP. mātūtīnă, lĕvĭs, trĕmŭlă, lŏquāx, gārrŭlă, dūlcĭs, blāndă, gălērĭtă, blāndĭsŏnă, fŭgāx, păvĭdă, cĭtă, praēpēs, cāmpēstrĭs, sīdĕră pĕtēns. PH. Ĭtĕrāns dūlcēs quĕrēlās. Vărĭōs quaē dūcĭt ĭn āĕrĕ gÿrōs. Līnquēntēm tērrās ĕt sīdĕră vōcĕ sĕquēntēm. Rĕdĭēns nūncĭă lābōrĭfĕrī vērĭs laētă. It gălĕātă căpŭt dūctōquĕ pĕr āĕră gÿrō Cārmĭnĕ vīcīnūm mūlcĕt ălaūdă pŏlūm. Gaūdēns ŏpĕrĭs rūrĭs ădēssĕ cŏmēs. Quaē trĕmŭlō fūndēns dē gūttŭrĕ cāntŭs Praēpĕtĭbŭs pēnnīs vŏlŭcrēs dēcīrcĭnăt aūrās; ĕt lātō dēcīrcĭnăt āĕră gÿrō. Cāntăt ĕt āscēndĭt, dūctōquĕ pĕr āĕră gÿrō Sē lĕvăt ĭn nūbēs, ĕt cārmĭnĕ sīdĕră mūlcĕt. *Mant.* Ōccŭlĭt īnflēxō nīdūm sĭbĭ grāmĭnĕ ălaūdă. grātēs ăgĭt mūnĭfĭcō Dĕō. sōlāns ănĭmĕō cāntū cūrās ĕt stŭdĭă ĭn āgrō ăgēntĭum.

Ălbă. — *Lōngām mūltă vī mūnĭĕt Ălbăm.* V. EP. Īlĭăcă, lōngă, Ăscānĭă, Rōmānă, Dārdănĭă, Trōjānă, vĕtŭs, pŏtēns, cēlsă. PH. Clārī cōgnōmĭnĭs Albă. Albă pŏtēns.

Albānŭs. — *quī nūnc Ălbānŭs hăbētŭr.* V. PH. Albānīquĕ pătrēs. *V.* Et quaēcūnquĕ tĕnēnt Albānōs nūmĭnă mōntēs. *O.* Albānōs quŏquĕ Tūscŭlōsquĕ cōllēs. *M.*

ālbēdo. *Ĕt nĭtĕt īndūctā splēndēns ālbēdĭnĕ tēctŭm.* M. SY. ālbŏr, cāndŏr. EP. nĭvĕă, ārgēntĕă, lāctĕă, ĕbūrnĕă. PH. Cŏlŏr ālbŭs, cāndĭdŭs, ĕbūrnĕŭs, nĭvĕŭs, lāctĕŭs. Sŭpĕrānsquĕ nĭvēs ĕt līlĭă cāndŏr. *Cl.* Pār nĭtŏr īntāctīs nĭvĭbŭs. *Cl.* Cāndŏr ĕrăt, quālēm praēfērt Lātōnĭă Lūnă. *T.* Quĭppĕ cŏlŏr nĭvĭs ēst, quām nēc vēstīgĭă dūrī Călcāvērĕ pĕdĭs, nēc sōlvĭt ăquātĭcŭs Aūstĕr. *O. v. albus, candor.*

ālbĕō. *Flāmmārŭm lōngōs ā tĕrgo ālbēscĕrĕ trāctŭs.* V. SY. ālbēscĕrĕ, cāndērĕ, cānērĕ, ālbĭcārĕ. *v. albico, canesco.*

ālbĭco. *Ălbĭcăt īnsīgnĭs mīxtō vĭrĭdāntĕ smărăgdō.* Lact. PH. Nēc prātă cānīs ālbĭcānt prŭīnīs. *H.* Mātūrīs cāmpūs albēscĭt ărīstīs. *O.* Flūctŭs frāctīs ālbēscĭt ĭn ūndīs. *S.* Lēnĭt ālbēscēns ănĭmōs căpīllŭs. *H.* Cāmpīque īngēntēs ōssĭbŭs ālbēnt. *V.* Cānīs ālbērĕ căpīllīs. *O. v. albus.*

ālbĭdŭs. *Spūmăquĕ pēstĭfĕrōs cīrcūmflŭĭt ālbĭdă rīctŭs.* O. *v. albus.*

Ālbīnŏvānŭs. *Cēlsō gaūdērĕ ĕt bĕnĕ rēm gĕrĕre Ālbīnŏvānō.* H.

Ălbĭŏn. *Saxo Ălbĭŏnĭs ŏccŭpātŏr ăntīquŭs.* (Scaz.) Scal. *v. Britannia.*

Albĭs. PH. Fūndăt ăb ēxtrēmō flāvōs Ăquĭlōnĕ Sŭēvōs Albĭs. *L.* Ingēntēs Albīm lĭquērĕ Chĕrūscī. *Cl. v. fluvius.*

Ălbŭlă. *Ălbŭlă, quēm Tĭbrĭn mērsŭs Tĭbĕrīnŭs ĭn ūndā.* O. PH. Quae flŭĭt Etrūscō sūrgēns vĕtŭs Albŭlă fōntĕ. Āmīsĭt vērūm vĕtŭs Albŭlă nōmĕn. *V.* Cānăquĕ sūlfŭrĕīs Albŭlă fūmăt ăquīs. *M.* Crūdārūm nĕbŭlaē quŏd Albŭlārŭm. *M. v. Tiberis.*

Albūnĕă. *Quām dŏmŭs Ălbūnĕaē rĕsŏnāntĭs etc. H.* EP. rĕsŏnāns, āltă, ŏpācă. PH. Lūcōsquĕ sŭb āltā Cōnsŭlĭt Albūnĕā. *V.* Quāsque Ălbūnă săcrās Tĭbĕrĭs per flūmĭnă sōrtēs Pōrtārĭt. *T.*

ālbŭs. *Sūlphŭrĕă Nār ālbŭs ăquă fōntēsquĕ Vĕlīnī.* V. SY. cāndĭdŭs, cānŭs, ālbēscēns, ālbĭdŭs cāndēscēns, cānēscēns, lāctĕŭs, ĕbūrnĕŭs, ĕbūrnŭs, nĭvĕŭs, cÿgnĕŭs, ōlōrīnŭs. PH. ālbēdĭnĕ tīnctŭs, īndūtŭs, ōrnātŭs, dĕcŏrŭs, fūlgēns; cāndĭdĭŏr nĭvĭbŭs, ărgēntō, lĭgūstrō, līlĭō. Quī cāndōrĕ nĭvēs sŭpĕrăt. Quī cāndōrĕ āntĕīrĕt ōlōrēs. Lāctĕă cōllă Aūro īnnēctūntŭr. *V.* Ebūrnĕă cōllă, dĕcūsquĕ Ōrĭs, ĕt ĭn nĭvĕō mīstūm cāndōrĕ rŭbōrēm. *V.* Tōtō cāndĭdĭŏr pŭēllă cÿgnō. Cērŭssātā cāndĭdĭōră cŭtĕ. Sīgnātŭs tĕnŭī mĕdĭă īntĕr cōrnŭă nĭgrō; Ună fŭĭt lābēs, caētĕră lāctĭs ĕrānt. *O.* Et nōn cālcātā cāndĭdĭōră nĭvĕ. Albă dĕcēnt Cĕrĕrēm; vēstēm Cĕrĕālĭbŭs ālbăm Sūmĭtĕ. *O.* Affĕrăt ădmīssō Lūcĭfĕr ālbŭs ĕquō. *O.* Nēc scire, ūtrŭm sīs ātĕr ăn ālbŭs hŏmō. *C.* Mārmŏrĕă căpŭt ā cērvīcĕ rĕvūlsŭm. *V.* Sĭmŭl ālbă naūtīs Stēllă rĕfūlsĭt. *H.* Crēssă nĕ cărĕăt

pulcrā dies nōtā. *H.* Diem signā meliōrē lāpillō. *P.* *v. albedo, pudor.*

Alcaeus. EP. Lesbius, pugnax, brevis, magnificus, Mitylenaeus, acutus. PH. Aeoliō tentat quum carmina plectrō. *P.* Consors patriaeque lyraeque. *O.* Lesbius civis. Alcaei minaces Camoenae. *H.* Et te sonantem plenius, Alcaee, plectrō. *H.* O. 4, 9, 7. Exactosque canis, pugnax Alcaee, tyrannos. *Pol.*

Alcathoe, es. *Et quos Alcathoes memorant a moenibus ortos.* O.

alcedo, inis.— *alcedo pullos educit suos.* Pl. (iamb.) *v. Alcyon.*

Alceste, es *vel* Alcestis, idis. EP. Pagasaea, Thessala. PH. Fata Pheretiadae conjux Pagasaea redemit. *O.* Subeuntem fata mariti Alcesten. *I.* Nec minor Alcesten fama sub astra ferat. *M.* Funus voluit pensare mariti. *St.* Uxor impendens animam marito. *Se.* Ipsa suis fatis Admeti fata morata est. *V.* Descr. *Cl.* laud. Sev. 13.

Alcibiades. PH. Magni pupillē Periclis. *Pe.*

Alcidamas, antis. *Qua pater Alcidamas placidam de corpore natae.* O.

Alcides. *Venerat Alcides exhausta parte laborum.* O. *v. Hercules.*

Alcimede. *Va.* 1, 317. *St.* Th. 5, 236.

Alcimedon, ontis. *Hoc probat Alcimedon, et qui* etc. *O.*

Alcimus. *Alcime, quem raptum domino crescentibus annis.* M.

Alcinous. *Pomaque et Alcinoi sylvae* etc. V. G. 2, 87. EP. munificus, hospitalis, Corcyraeus, Phaeax. *O.* P. 4, 2, 10. PH. Quid bifera Alcinoi laudem pomaria? *St.* Qui Corcyraei vidit pomaria regis. *M.*

Alcmaeon, onis. SY. Amphilochi frater. EP. crudelis. PH. Moestamque Eriphylen Crudelis nati monstrantem vulnera cernit. *V.* Aut Alcmaeoniae furiae aut jejunia Phinei. *P.*

Alcmena *s.* Alcmene. *Nam quod te jactas Alcmena matre creatum.* V. EP. Argolis, Herculea, generosa, inclyta, Graeca, clara, nobilis, constans, fortis. PH. Alcidae mater, genitrix, parens. Mater Herculea. Alcmena superbit Hercule. *St.* Descr. *O.* M. 9, 281. *Cl.* laud. Herc. 48.

Alcon, onis. *Aut Alconis habes laudes aut jurgia Codri.* V.

Alcyon, onis *s.* Halc. *Dilectae Alcyones Thetidi* etc. V. SY. Alcedo, Ceycis avis. PH. Tepidum ad solem pennas in littore pandunt Alcyones. *V.* Pendentibus aequore nidis Incubat hyberno tempore; excludens in aequore pullos. *v. Alcyone.*

Alcyone *s.* Halc. *Nil opis, Alcyone, nobis tua vota tulerunt.* O. EP. moesta, gemebunda, vidua, tristis, dolens, misera, suspirans, aequorea, levis, deserta. PH. Cui notissima est sors pelagi. Miserum rapidas geminans Ceyca per undas. Alcyonesque dabant moestum per littora carmen. *v. Alcyon, Ceyx.* Descr. *O.* M. 11, 410 sqq. *V.* G. 3, 383. *P.* 1, 17, 2. *Se.* Ag. 680.

Alea. *Aut Aleae lucis* etc. *St.*

alea. *Nam quid nec vinum, nec me tenet alea fallax.* O. EP. periculosa, vetita, praeceps, blanda, fallax, pernox, damnosa, anceps, iniqua, turpis, dubia, fugienda. PH. Quem praeceps alea nudat. *H.* Damnosa senem juvat alea. *I.* Iudice fortuna cadat alea. *Pt.* Nec tenet incestas alea blanda manus. *O.* Vetita legibus alea. *H.* Hunc alea decoquit. *Pe.* Sunt aliis scriptae, quibus alea luditur, artes. *O.* Luditur alea pernox. *I.* Periculosae plenum opus aleae. *H.* Principium fallī, fallere finis erit. *O.* *v. periculum.*

aleator. *Aedilem vocat udus aleator.* (Phal.) M. SY. aleo, lusor, aleae cupidus. EP. turpis, fallax. PH. Aleator quanto in arte est melior, tanto est nequior. *Sy.* (troch.) *v. alea.*

Alecto *et* Allecto. *Luctificam Alecto dirarum ab sede sororum.* V. SY. Erinnys, Tisiphone, Megaera. EP. luctifica, atra, furibunda, tristis, Stygia, Cocytia, crudelis, torva, impia, atrox. PH. Gorgoneis Alecto infecta venenis. *V.* Accincta flagello; palla succincta cruenta; impexa feros pro crinibus angues; impia bella movens, Stygii regis ministra. Descr. *V.* A. 7, 324. 341. 10, 41. *Si.* 2, 671 sq. 13, 432 sqq. *v. Furiae.*

Alemanni.— *Rhenumque, ferox Alemanne, bibebas.* Sid. *Imploratque tuum supplex, Alemanne, nomen.* Cl. *v. Germani.*

aleo, onis. *Nisi impudicus et vorax et aleo.* (iamb.) C. *v. aleator.*

ales, itis.— *fulvus Jovis ales in aethra.* V. *Victor Abantiades alite fertur equo.* O. SY. *adj.* velox, celer, praepes, aliger, avis, volucris. *v. avis.*

Alexander. *Fortis Alexandri vultum simulantia, quod si.* H. EP. magnus, fortis, audax, ferox, potens, belliger, insignis, intrepidus, terribilis, tremendus, magnanimus, infelix, strenuus. PH. Pellaeus juvenis, dux, heros; rex Aemathius; dux Macedo, proles invicta Philippi. Qui gessit forti praelia multa manu. Dux insuperabilis armis. Cui fortis dextera bello. Pellaea rex natus in urbe. Cujus totum superaverat impetus orbem. Aestuat infelix eversor superbae Babylonis, proles generosa Philippi, cujus spes ac vota fuere orbe toto majora. Frenator orbis, ad nutus qui fortunam habuisse videtur. Descr. *I.* 10, 268 sqq. *L.* 10, 20 sqq.

Alexandria. *Noxia Alexandria, dolis aptissima tellus.* P. EP. Paraetonia, noxia, insignis, Libyca, dives, nobilis. PH. Magnus Alexander te condidit. *Au.* Pellaei muri.

Alexis, is. *O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas?* V.

alga.— *Litterique illisa refunditur alga.* V. SY. ulva. EP. marina, inutilis, mollis, viridis, littorea, humida, tortilis, tenuis, vilis, aequorea, fluctivaga, undivaga, humens, viridans, virescens, putris, projecta, fluctīcolor. PH. Et genus et virtus, nisi cum re, vilior alga est. *H.* Projecta vilior alga. *V.* Molli iuvenes funduntur in alga. *Va.* Vestiunt alga litus inutili. *H.*

ălgĕo. — *prŏbĭtās laudātŭr ĕt ălgĕt.* J. SY. frīgērĕ, frīgŏrĕ rĭgērĕ. PH. Algentĭs mănŭs ēst călfăcĭendă sĭnū. *O.* Multă tŭlĭt fēcĭtquĕ pŭēr, sūdāvĭt ĕt ālsĭt. *H.*

Algĭdŭs. *Algĭdŭs aŭt hŏrrēns, aŭt Tŭscŭlă prōtēgĭt ŭmbră.* St. SY. ălgĭdŭs, gĕlĭdŭs, rĭgĭdŭs. PH. Quaēcūnque aŭt gĕlĭdō prōmĭnĕt Algĭdō. *H.* Nēc Tŭscŭlānōs Algĭdōsquĕ sēcēssūs. *M.* Quaēque Avēntīnūm tĕnĕt Algĭdūmquĕ. *H.*

algidus. *v. frigidus.*

ălĭās, *adv.* *Hāctĕnŭs haēc; ălĭās jūstūm sĭt nĕcnĕ pŏēmă.* H. SY. ălĭtĕr, ălĭōquīn, ōlim, quōndam.

ălĭbī. — *Nēc tām praēsēntēs ălĭbī cŏgnōscĕrĕ dīvōs.* V.

ălĭcŭbī. SY. ūsquam, ūspĭam. Poët. *Est ubi H.* Ep. 1, 10, 15.

ălĭcūndĕ. *Pērvĭgĭl ĭncŭbŭĭt, sī quāndo ălĭcūndĕ vĕnīrĕm.* Fort.

ălĭēnĭgĕnă. *Ēt nērvōs ălĭēnĭgĕnĭs ēx pārtĭbŭs ēssĕ.* L. SY. ēxtērnŭs, ēxtĕrŭs, ādvĕnă, ēxtrānĕŭs, pĕrĕgrīnŭs, ādvēntĭtĭus. *v. alienus.*

ălĭēno. *Insĭdĭōsă tŭōs ălĭēnānt mūrmŭră sēnsŭs.* Cl. SY. ăbălĭēnārĕ, ābdūcĕrĕ, āvēllĕrĕ, āvŏcārĕ.

ălĭēnŭs. *Hīc ălĭēnŭs ŏvēs cūstōs bĭs mūlgĕt ĭn hōră;* V. SY. rĕmōtŭs, āvērsŭs, dīstāns, dīscrĕpāns, ăbhŏrrēns, dīssĭtŭs. PH. Fēlīx, quēm făcĭūnt ălĭēnă pĕrīcŭlă caūtūm. *O.* Alĭēnă nĕgōtĭă cūrās. *H.* Alĭēnaē nōmĭnă gēntĭs. *O.* Et quīcūnquĕ jŏcī nōn ălĭēnŭs ĕrăt. *O.* Admīssōs pēr nōn sŭă flūmĭnă mānēs. *St.*

ălĭfĕr. *Trānsĭt, ĕt ălĭfĕrō tōllĭtŭr āxĕ Cĕrēs.* O. *v. alatus.*

ălĭgĕr. *Āgmĭnĭs ălĭgĕrī sŭbĭtōs* etc. V. *v. alatus.*

ălĭmēntum. *Ātque ĭpsaē vĭtĭō sūnt ălĭmēntă vĭcēs.* O. SY. pābŭlūm, nūtrīmēntūm, cĭbŭs. PH. ălĭmēntă praēbērĕ, dărĕ, mĭnīstrārĕ. Ipse ălĭmēntă sĭbī māxĭmă praēbĕt ămŏr. *O.* Dēsĭdĭaē mōllēs vĭtĭīs ălĭmēntă mĭnīstrānt. Lāctīsque ălĭmēntă dĕdērĕ. *O.* Quōd pĕcŏrī frōndēs ălĭmēntăquĕ mītĭă frūgēs. *O.* Hōc jŭvăt, haēc ănĭmī sūnt ălĭmēntă mĕī. *v. cibus.*

ălĭo *adv.* — *Ātquĕ sătās ălĭō vīdī trādūcĕrĕ mēssēs.* V.

ălĭōquī *vel* ălĭōquīn. — *Quāmvīs ălĭōquī cāndĭdŭs ōrbĭs.* L.

ălĭpēs, ĕdĭs. *Ālĭpĕdūmquĕ fŭgām cūrsū tēntāvĭt ĕquōrŭm.* V. SY. ălĭgĕr, ālātŭs, ālēs, pērnīx, vēlōx; ĕquŭs.

Alīphē, ēs. *Aliphe, ēt Clănĭō cōntēmtaē sēmpĕr Acērraē.* Si.

ălĭquă. *Et sī non ălĭquă nŏcŭīssēs, mŏrtŭŭs ēssēs.* V.

ălĭquāndo. *Ēt bĕnĕ dīc neūtrūm, dīc ălĭquāndŏ mălĕ.* M. *Orbātūră pătrēs ălĭquāndō fūlmĭnĕ pōnăt.* O. SY. nōnnūnquām, īntērdūm, quāndŏquĕ, saēpĕ; quōndām, ōlĭm; tāndēm.

ălĭquāntĭspĕr. *Hōsque ălĭquāntĭspĕr pŏscĭt* etc. O.

ălĭquāntūm. *Ŭtquĕ mĕī vērsūs ălĭquāntūm nōctĭs hăbēbūnt.* O. SY. paūlum, nōnnĭhĭl; lĕvĭtĕr, paūlĭspĕr, ălĭquāntĭspĕr.

ălĭquĭd. *Aūde ălĭquĭd brĕvĭbŭs Gўărĭs ēt cārcĕrĕ dīgnūm* H. SY. quĭd, quĭdpĭăm, nōnnĭhĭl. PH. Est ălĭquĭd, nūpsīssĕ Jŏvī, Jŏvĭs ēssĕ sŏrōrĕm. *O.*

ălĭquĭs. — *Aŭt ălĭquĭs lătĕt ērrŏr.* V. Poet. *est, qui nec veteris pocula Massici.* H. 1, 1, 19. Ib. *sunt, qui* 3. S. 2, 1, 1. *O.* A. 3, 9, 18 46. SY. quĭs, quĭdăm, nōnnūllŭs, quīspĭăm. PH. Sī vĭs ēsse ălĭquĭs. *I.* Et mŏdŏ dē mūltĭs ălĭcuī blūndĭtĭŭs ămīcĭs. *O.*

ălĭquō. *O cūrrās ălĭquō, tĭbī dīxĕrĭt* etc. *O.*

ălĭquŏt. *Pōst ălĭquŏt, mĕă rēgnă, vĭdēns, mīrābŏr ărīstās.* V. SY. quĭdăm, nōnnūllī, ălĭquī.

ălĭquŏtĭēs. SY. nōnnūnquam. Poët. *tēr quătĕr, tēr ēt quătĕr, tērquĕ quătērquĕ.* H. 1, 31, 13. *O.* F. 1, 657. M. 1, 179. 2, 49.

Alĭsōntĭă. *Strīngĭt frūgĭfĕrās fēlīx Alĭsōntĭă rīpās.* Au.

ălĭtĕr. *Sēd quĭă nōn ălĭtĕr vīrēs dăbĭt ōmnĭbŭs aēquās.* V. SY. ălĭās, ălĭō mŏdō, ălĭă, dīssĭmĭlī rătĭōnĕ, vĭă; mūltō, lōngē ălĭtĕr; sĕcŭs. PH. Dīs ălĭtĕr vīsūm. *V.* In comp. *Non aliter* fortes vidi concurrere tauros. *O.* M. 9, 46. Si praecesserit: *ut, velut, veluti, qualiter, qualis,* sequitur: *haud aliter* V. A. 2, 379 sqq. 12, 4—9. *O.* M. 8, 470 sqq. T. 3, 1, 45.

ălĭtŭs. *Nōbīscūm nătī, ătquĕ ălĭtī, vĭctōrĭă fāctūm.* Mn. SY. nūtrītŭs, ēnūtrītŭs, pāstŭs, ēdŭcātŭs.

ălĭūndĕ. *Sive ălĭūndĕ flŭēns ălĭcūnde ēxtrīnsĕcŭs ăēr.* Lr.

ălĭŭs. *Accĭpĭūnt ălĭōs hăbĭtūs, ălĭūmquĕ cŏlōrĕm.* Mn. Neve putes *alium sapiente bonoque* beatum. *H.* Ep. 1, 16, 29. *Alius accusator Seiano.* Ph. 3, 22. Poët. *pars c. plurali* V. G. 4, 378. A. 6, 218, 222. SY. āltĕr, sĕquēns, sĕcūndŭs. PH. Nōs ălĭa ēx ălĭīs īn fātă vŏcāmŭr. *V.* Ante ălĭōs īmmānĭŏr ōmnēs. *V.* Invĕnĭēs ălĭūm, sī te hīc fāstīdĭt, Alēxĭn. *V.* Aūt ălĭŭs cāsŭs lēcto te āffīxĭt. *H.*

āllābŏr. *Ēt tāndem Eūbŏĭcīs Cūmārum āllābĭmŭr ōrīs.* V. SY. ādjūngī, āddī, pērtīngĕrĕ, vĕnīrĕ. *v. accedo.*

āllăbōro. *Simplĭcī mўrtō nĭhĭl āllăbōrēs.* (Sapph.) H. SY. lăbōrārĕ, ēnītī, cōntēndĕrĕ, mōlīrī. *v. laboro.*

āllātro. *Āllātrēs lĭcĕt ūsquĕ nōs ĕt ūsquĕ.* (Phal.) M. SY. lātrārĕ; mălĕdīcĕrĕ, cōnvīcĭārī.

āllēgō, ās. *Āllēgāntquĕ sŭōs ūtrōque ā sānguĭnĕ dīvōs.* St. SY. lēgārĕ, mīttĕrĕ, āffērrĕ, āddūcĕrĕ, prōvŏcārĕ.

āllēgo, ĭs. *Āllēgĭt in coētūm pātrūm sānctūmquĕ sĕnātūm.* Ma. SY. lĕgĕrĕ, sēlĭgĕrĕ, dēlĭgĕrĕ, ādscrībĕrĕ, āddĕrĕ, jūngĕrĕ, ādjūngĕrĕ.

āllēgŏrĭă. *Dīc āllēgŏrĭām, sēnsū sī vērbă rĕpūgnēnt.* Desp.

Āllēlūja. *Āmēn rēddĭdĭt, āllēlūjă dīxĭt.*

(Phal.) Pr. *Allēlūjā nŏvīs bālāt ŏvīlĕ chŏrīs.* Paul. Nol.

ăllĕvo. *Ēvŏlāt, ŭt gĕlĭdōs cŏmplēxĭbŭs āllĕvĕt ārtūs.* P. SY. lĕvārĕ, sŭblĕvārĕ, mītĭgārĕ, mŏllīrĕ, tĕmpĕrārĕ, lēnīrĕ; tŏllĕrĕ, ērĭgĕrĕ. *v. levo.*

Āllĭă. *Ēt dāmnātă dĭū Rōmānīs Āllĭă fāstīs.* L. EP. dāmnātŭs, flēbĭlĭs, grăvĭs, īnfaūstŭs. PH. Haec ēst īn fāstīs, cuī dāt grăvĭs Allĭă nōmĕn. *O.* Infaustum Āllĭă nōmĕn. *V.* Vūlnĕrĭbŭs Lătĭī sāngŭĭnŏlēntă. *O.*

āllĭcĭo. *Āllĭcĭūnt sŏmnōs tēmpŭs mōtŭsquĕ mĕrŭmquĕ.* V. SY. īnvītārĕ, căpĕrĕ, căptārĕ, trăhĕrĕ, āttrăhĕrĕ, dūcĕrĕ, īndūcĕrĕ, ēxcĭtārĕ, īncĭtārĕ, pēllĭcĕrĕ, prōvŏcārĕ, sōllĭcĭtārĕ, stĭmŭlārĕ, ēxstĭmŭlārĕ, īnstĭmŭlārĕ, īncēndĕrĕ.

āllīdo. *Ipsīŭs āntĕ pĕdēs flūctūs sĭmŭl āllīdēbānt.* C. SY. īllīdĕrĕ, īmpīngĕrĕ, tāngĕrĕ, ŏffēndĕrĕ.

āllĭgo, ās. — *Ūncŏ nōn āllĭgăt ānchŏră mŏrsŭ.* V. SY. lĭgārĕ, cōllĭgārĕ, vīncīrĕ, strīngĕrĕ, āstrīngĕrĕ, ŏbstrīngĕrĕ, ānnēctĕrĕ, rĕvīncīrĕ. PH. Fēssōs sŏpŏr āllĭgăt ārtūs. *V.* Allĭgăt aequŏrĕī brāchĭă căptă sĕnĭs. *O.* Moenĭă spīssā vāllātă cŏrōnā Allĭgăt. *S. v. ligo, obligo; nodo, vincio.*

āllĭno, ĭs. *Cūlpābĭt dūrōs, īncōmtīs āllĭnĕt ātrūm.* H. SY. Lĭnĕrĕ, īllĭnĕrĕ, ūngĕrĕ, cōntīngĕrĕ, īnfĭcĕrĕ, fūcārĕ, īnfūcārĕ.

āllīsŭs. *Pārs sŏlĭdīs āllīsă lŏcīs, rējēctă sŏnōrĭm.* L. SY. īllīsŭs, frāctŭs, īmpāctŭs.

āllĭum. *Āllĭă sērpÿllūmque, hērbās cōntēndĭt ŏlēntēs.* V. SY. būlbŭs. EP. ŏlēns, rĕdŏlēns, ācrĕ, grăvĕ, dūrŭm, ŏlēns, grăvĭtĕr rĕdŏlēns. PH. Grăvĕm spīrāns ŏdōrĕm.

Āllŏbrŏx, ŏgĭs. *Insĭnŭānt quā sē Sēquănĭs Āllŏbrŏgēs ōrīs.* Au. *Rūfŭm, quī tŏtĭēs Cīcĕrōnem Āllŏbrŏgă dīxĭt.* J. EP. īncūltī, rŭdēs, īnfĭdēlēs, bārbărī, mōntĭcŏlae, mōntānī. PH. Rhŏdănēĭă pūbēs. Nŏvīsquĕ rēbūs īnfĭdēlĭs Āllŏbrŏx. *H.*

āllŏquĭum. *Cūjūs ăb āllŏquĭīs ănĭma haec mŏrĭbūndă rĕvīxĭt.* O. SY. cōllŏquĭŭm, āffātŭs, vērbă, sērmo, ōrātĭo. EP. mīrum, dūlcĕ, blāndŭm, grātŭm, jūcūndŭm, bĕnīgnŭm, ŏptātŭm, mūtŭŭm, brĕvĕ, lōngŭm, hŏnēstŭm, ūtĭlĕ, mēllītŭm, hŭmĭlĕ, ārcānŭm, nĭmĭŭm. PH. Fruĭtūrquĕ dĕōrŭm Cōllŏquĭō. *V.* Lōngīs prōdūcĕrĕ nōctĕm Allŏquĭīs. *L.* Quō nūnc rēgīnam āmbīrĕ fŭrēntĕm Audĕăt āffātū? *V.* Dūlcĭbŭs āllŏquĭīs lūdōque ēdūcĕrĕ nōctĕm. *Va.* Allŏquĭī pārtĕ jŭvārĕ tŭī. *O.* Aūsŭs ĕs āllŏquĭō sūstĭnŭīssĕ tŭō. *O.* Omnĕ mălŭm vīnō cāntūquĕ lĕvātō, Dēfōrmĭs ăgrĭmōnĭae Dūlcĭbŭs āllŏquĭīs. *H.* Quā sōlātŭs ĕs āllŏcūtĭōnĕ! *C.* Iūcūndā dăbĭs āllŏcūtĭōnĕ. *St. v. alloquor.*

āllŏquŏr. — *Ēxtrēmā mŏrĭēns tămĕn āllŏquŏr hōrā.* V. cf. *C.* 38, 5. *O.* P. 1, 6, 18. T. 4, 5, 3. *H.* E. 13, 18. SY. cōmpēllārĕ, āffārī. PH. Vōcĕ, vērbīs, dĭctīs āggrĕdī, cōmpēllĕrĕ. Ad Sŭpĕrōs tālĭă vērbă dĕdĭt. *O.* Tāndem hīs Aenēām cōmpēllāt vōcĭbŭs ūltrō. *V.* Dĭctīs āffātŭs ămīcīs. Tālĭbŭs āggrĕdĭtŭr Vĕnĕrēm Sātūrnĭă dĭctīs. *V.* Tūnc sīc rēgīnam āllŏquĭtŭr, cūnctīsquĕ rĕpēntĕ Imprōvīsŭs ăĭt. *V.* Accēdĕrĕ dĭctīs, ădīrĕ sŏnīs. Ită tūrbĭdŭs īnfĭt, īncĭpĭt. Sīc ēst āffātă Tŏnāntĕm. *V.* Hōs ĕgŏ dīgrĕdĭēns lăcrўmīs āffābăr ŏbōrtīs. *V.* Sīc trīstēs āffātŭs ămīcōs. *H.* Hōstĕm sūpplēx āffārĕ sŭpērbŭm. Allŏquĕre ēt cĕlĕrēs dēfĕr mĕă jūssă pĕr aūrās. *V.* Sūpplēx hīs vōcĭbŭs ūsa ēst. *V.* Fīdām sīc fātur ăd aūrĕm. Et jŭvĕni ānte ŏcŭlōs hīs sē cūm vōcĭbŭs ōffĕrt. *V.* Tālī fŭgĭentem ēst vōcĕ sĕcūtŭs. Sīc prĭŏr est īngrēssă Vĕnŭs. *V.* Cōrāmquĕ pārēntĕm Allŏquĕrĕ. *V.* Et mūtŭm nēquĭdquam āllŏquĕrēr cĭnĕrĕm. *C. v. loquor.*

āllūbēsco. *Nēc āllŭbēscĭt, nēc plăcĕt quĭdquām mĭhī.* (iamb.) A. SY. plăcĕrĕ, sŭm grātŭs, ārrīdĕrĕ, nōn dīsplĭcĕrĕ, prŏbārī.

āllūcĭnŏr. *Flūctŭo ēt īn rēbŭs trĕpĭdīs āllūcĭnŏr ānceps.* Pass. SY. fāllī, ērrārĕ, dēcĭpī.

āllūdo. *Nēc plūra, āllūdēns, ĕă vōx aūdĭtă lăbōrūm.* V. SY. dĭctă ălĭō rĕfērrĕ; lūdēndō blāndīrī, jŏcārī. PH. Făcētĭīs, lĕpĭdā ūrbānĭtātĕ ūtī. Extrēmīs āllūdūnt aēquŏră plāntīs. *St.* Allūdēntĭbŭs ūndīs. *O.* Lēnĭbŭs āllūdĭt flābrīs lĕvĭs aūstĕr. *Va.* Allūdĭt pătŭlīs ārbŏr hĭātĭbŭs. *Se. v. alluo, ludo.*

āllŭo. SY. praetērflŭĕrĕ, cīrcūmflŭĕrĕ, āllābī, īrrĭgārĕ. PH. An mărĕ quŏd sŭprā, mĕmŏrēm, quŏdque āllŭĭt īnfrā? *V.* Mē lūdăt āmnĭs, ōră vīcīna āllŭēns. *Se. v. alludo.*

āllŭvĭēs. *Fēcĭt, ēt āllŭvĭē mōns ēst dēdŭctŭs īn aēquŏr.* O. SY. āllŭvĭo, āllŭvĭum, ēlŭvĭo. PH. Infūsō stāgnāntēs aēquŏrĕ cāmpī. *O.* Illōs tērră fŭgĭt dŏmĭnōs, hīs jūră cŏlōnīs Accēdūnt, dōnāntĕ Pădō. *L. v. diluvium.*

Ālmo. — *In Tĭbĕrĭm quā lūbrĭcŭs īnflŭĭt Ālmō.* O. EP. săcĕr, Ităl ŭs, părvŭs, tĕpĭdŭs.

ālmŭs. SY. ălēns, fĕrāx, foecūndŭs; fēlīx, faūstŭs. PH. Lībĕr ĕt ālmă Cĕrēs. *V.* Nūtrĭt rūră Cĕrēs ālmăque Faūstĭtās. *H.* Pārtūrĭt ālmŭs ăgĕr. *V.* Ut prīmŭm lūx ālmă dăta ēst. *V.* Dĭēm mōrtālĭbŭs ālmŭm. *V.* Lĭquŏr ālmŭs ăquārŭm. *Lr.* Almă nĭhīl mājŭs Caesărĕ tērră fĕrăt. *O.* Almĕ Sōl. *H.*

ālnŭs. EP. prōcēră, vĭrĭdĭs, flūmĭnĕă, prŏcēllōsă, vĭrēns, tĕrēs, ŏpācă, Phăĕthŏnthĕă, frōndēns, flŭvĭālĭs, āltă, āĕrĭă, vĭrĭdāns, lōngă, ēlēctrĭfĕră. PH. Flūctĭbŭs āptĭŏr ālnŭs, ămīcă frĕtīs, āptă mărī, ūndīs. Atquĕ sŏlō prōcērās ērĭgĭt ālnōs. *V.* Quāntum vērĕ nŏvō vĭrĭdīs sē sūrrĭgĭt ālnŭs. *V.* Flōrĭdĭŏr prātō, lōngā prōcērĭŏr ālnō. *V.* Sūbmīsĭt cānās ālnŭs ŏpācă cŏmās. *v. navis.*

ălo. — *Bīnōs ălĭt ūbĕrĕ foetŭs.* V. SY. nūtrīrĕ, pāscĕrĕ, ēdūcĕrĕ, fŏvērĕ. PH. Illō Vīrgĭlĭŭm mē tēmpŏrĕ dūlcĭs ălēbăt Pārthĕnŏpē. *V.* Unde ōmnēs nātūră crĕēt rēs, aūctĕt ălātquĕ. *Lr.* Amnĭs, īmbrēs Quēm sŭpĕr nŏtās ălŭērĕ rīpās. *H.* Mātĕr ălĭt tēllūs. *V.* Glāns ălŭĭt vĕtĕrēs. *T.* Fūlvōs tēllūs ălĭt īstă lĕōnēs. *O.* Tĕnĕbraeque hōrrēndă sĭlēntĭă ălēbānt. *S.* Sŏnĭtŭs ălĭt āĕrĭs ēchō. *V.* Spēs ălĭt āgrĭcŏlās. *T. v. alimentum, educare, nutrio.*

ălŏē, ēs. *Plūs ălŏēs, quăm mĕllĭs hăbĕt*, etc. J. EP. ămāră, āspĕră, trīstĭs, īngrātă.

Ălŏeūs. — *gĕnŭĭt quōs āspĕr Ălŏeūs.* Cl. PH. Hīnc ĕt Ălōĭdās gĕmĭnōs vīdī. *V.*

Ālpēs, ĭum. — *Ātque Ālpēs īmmīttĭt ăpĕrtās.* V. EP. āĕrĭae, gĕlĭdae, nūbĭfĕrae, cēlsae, ēxcēlsae, pătŭlae, cānae, vēntōsae, frōndōsae, ăpērtae, āltae, sīlvōsae, nīmbōsae, dēsērtae, aethĕrĭae, sŭpērbae, hōrrēndae, nūbĭlae, trīstēs, hōrrĭdae, īmmānēs, lătĕbrōsae, frōndĭfĕrae, Teūtŏnĭcae, frīgĭdae, Pȳrēnēae, prŭīnōsae, saēvae, nūbĭgĕnae. PH. Alpīnī mōntēs, Alpīnă rūră, căcūmĭnă, Alpīnae rūpēs. Ardŭă mōntĭs Alpīnī făcĭēs. Aēquāntēs gĕlĭdīs nūbĭlă sūmmă jŭgīs. Acrĭs saēvĭt ŭbī frīgŏrĕ sēmpĕr hĭēmis. Ārcēs Ālpĭbŭs īmpŏsĭtae. Aūstro ēxpŏsĭtae. *H.* Gĕlātās trānsvŏlăt Alpēs. Gĕlĭdās Caesăr cūrsū sŭpĕrāvĕrăt Alpēs. *L.* Săxă prŭīnōsās nūnquām cālcātă pĕr Alpēs. Ŭt prīmum aethĕrĕās trānscēndēns āttĭgĭt Alpēs. Alpīnūs rĭgŏr. *O.* Alpīnae nĭvēs. *V.* Alpīnă prŭīnă. *Cl.* Nēc quŏt ăpēs Hyblē, nēc quŏt ĭn Alpĕ fĕrae. *O.* Nūbĭfĕrām sŭpĕr ēvŏlăt Alpĕm. *L.* Descr. *S.* 3, 477 sqq. *Liv.* 21, 32 sqq.

ălphăbētŭm. *Pārs ălphăbētī fŭĕrĭt quŏtă līttĕră prīmă.* O.

Ălphēnŏr, ŏrĭs. *Ādspĭcĭt Ālphēnŏr, lănĭātăquĕ pēctŏră plāngēns.* O.

Ălphēnŭs. — *Ālphēnŭs văfĕr ōmnī.* H.

Ălphĕsĭboeă. *Ālphĕsĭboeă sŭās ūlta ēst prō cōnjŭgĕ frātrēs.* P.

Ălphēŭs. *Ōrtȳgĭam, Ālphēŭm fāma ēst hūc Ēlĭdis āmnĕm.* V. EP. ădvĕnă, cĕlĕr, răpāx, răpĭdŭs, Graēcŭs, ōccūltŭs, rĕcōndĭtŭs, fŭgāx, ābdĭtŭs. PH. Ēlĭdĭs āmnĭs, pūlvĕrĕ nōtŭs Ŏlȳmpĭcō. *Cl.* Ōccūltās ēgīssĕ vĭās sūbtĕr mărĕ, quī nūnc Ore, Ărĕthūsă, tŭo Sĭcŭlīs cōnfūndĭtŭr ūndīs. *O.* Alphēŭs Gĕtĭcīs āngūstŭs ăcērvīs. Tārdĭŏr ăd Sĭcŭlōs ĕtĭāmnūm pērgĭt ămōrēs. *Cl.* Alphēŭm fāma ēst dūlcēm pĕr Tēthȳŏs ārvă Cūrrĕrĕ, nēc laedī gūrgĭtĭbūs pĕlăgī. *Anth.* Descr. *O.* M. 5, 599. A. 3, 6, 29. *S.* 14, 53. *V.* A. 3, 694. *St.* S. 1, 2, 203.

Ălpīnŭs. *Āddĕ trŭcēs Lĕpĭdī mōtūs Ālpīnăquĕ bēllă.* L.

āltārĕ. *Bīs sēnōs cuī nōstră dĭēs āltārĭă fūmānt.* V. *v. ara.*

āltē. *Nōn tămĕn haēc āltē vŏlŭcrīs sŭă cōrpŏră tōllĭt.* O. SY. ēxcēlsē, sūblīmĕ, prōfūndē. PH. Căpŭt āltĭŭs ēffert. *V.* Caūsās pĕtĭs āltĭŭs. *V.* Altĭŭs āc pĕnĭtūs tērrae dēfīgĭtŭr ārbŏr. *V.* Āltĭŭs ōmnĕm Expĕdĭām, prīmā rĕpĕtēns āb ōrĭgĭnĕ, fāmăm. *V.*

āltĕr. *Āltĕr ăb āltĕrĭūs fūnĕrĕ mērsŭs ĕrăt.* O. *Alter-quam* pro *alius-ac*, v. c. forma *non altera* necis surgit, *quam.* Val. 6, 419. SY. ălĭŭs, dīvērsŭs, dīssĭmĭlĭs, dīspăr; sĕcūndŭs. PH. Tū mōx ĕrĭs āltĕr ăb īllō. *V.* Jāmquĕ dĭēs āltĕrquĕ dĭēs prōcēssĭt. *V.* Aūrĕă mālă dĕcēm mīsī, crās āltĕră mīttăm. *V.* Cuī plăcĕt āltĕrĭŭs, sŭă nīmĭrum ēst ōdĭō sōrs. *H.* Accēpĕrăt ūnŭs ĕt āltĕr. *V.* Quŏtĭēs tē spēcŭlō vĭdĕrĭs āltĕrŭm. *H.* Dīscĭte ăb āltĕrĭŭs vēstrīs tĭmŭīssĕ quĕrēlīs. *O.*

āltērcātĭo. *v. rixa.*

āltērcŏr. *v. rixor.*

āltērnātĭm. SY. āltērnīs, vĭcīssĭm, pēr vĭcēs, āltērnīs vĭcĭbŭs. PH. Āltērnīs dīcētĭs, ămānt āltērnă Cămoēnae. *V.* Altērnāntĕ vŏrāns vāstă Chărȳbdĭs ăquă. *P.* Implĭcăt āltērnē brāchĭă blāndă sŏrŏr. *Anth.* Altērnō tĕnĕbrās ĕt lūcēm tēmpŏrĕ gīgnī. *Lr.* Hūnc ĕt Pērsĕă vūltū Altērnō spēctāns. *O.* Altērnō tērrām quătĭūnt pĕdĕ. *H. v. alterno.*

āltērno, ās. SY. āltērnīs ăgĕrĕ, dīcĕrĕ, vărĭārĕ. PH. Illi āltērnāntēs mūltā vī proelĭă mīscēnt. *V.* Altērnātōs sŏcĭātō cōnsulĕ fāscēs. *S.* Altērnānt spēsquĕ tĭmōrquĕ fĭdĕm. *O.* Altērnāntquĕ vĭcēs. *V.* Sūccēdūnt vărĭāntquĕ vĭcēs: *V.* Sōrtĕ vĭcīssĭm Altērnăt pōrtae ēxcūbĭās. *V. v. alternatim.*

alternus. PH. Quŏd cărĕt āltērnā rĕquĭē, dūrābĭlĕ nōn ēst. *O.* Altērnōs ōrbĭbŭs ōrbēs Impĕdĭūnt. *V.* Altērnīs ĭgĭtŭr cōntēndĕrĕ vērsĭbŭs āmbō. *V.* Altērnā pĕrĭērĕ mănū. *V.* Frātrēm Pōllūx āltērnā mōrtĕ rĕdēmĭt. *V.*

āltĕrŭtĕr. *Quō cărĕt āltĕrŭtĕr, sūmĭt ăb āltĕrŭtrō.* Au. PH. Altĕrŭtrūm vēlōx vīctōrĭă frōndĕ cŏrōnĕt. *H.*

Althaeă. Descr. *O.* M. 8, 447 sqq.

āltĭlĭs. *Ād nōs jām vĕnĭēt mĭnŏr āltĭlĭs, īndĕ părūtō.* J. SY. săgīnātŭs. PH. Pāscĭtŭr dūlcī fărīnā.

āltĭsŏnŭs. *Āltĭsŏnūmque ĭtĕrūm fās ēst dĭdĭcīssĕ Mărōnĕm.* Au.

āltĭtŏnāns. *Nām pătĕr āltĭtŏnāns stēllāntī nīxŭs Ŏlȳmpō.* Cic.

āltĭtūdo. *v. cacumen.*

āltĭvŏlāns. *Āltĭvŏlāns pĕtĕrĕt, nēc măgnī sīdĕră mūndi.* Lr.

altŏr, ōrĭs. PH. Gaūdēns āltōrĕ rĕcēptō. *O.*

āltrīnsĕcŭs. *Invēctūmquĕ sĭbī cŏhĭbēns āltrīnsĕcŭs āmnĕm.* Av.

āltrīx. *Quĭd rĕfĕrām āltrīcūm vīctōs pĭĕtātĕ părēntēs?* St. PH. Altrīx Cōllātĭă Brūtī. *S.* Idāque āltrīcĕ rĕlīctā. *O.*

āltūm *et* āltă, ōrŭm. PH. Altūm nīdīs pĕtĭērĕ rĕlīctīs. *V.* Altă pĕtūnt. *O.* Omnēs sŭpĕra āltă tĕnēntēs. *V.* Armīs āltă tĕnēnt. *V.* Tērrīs jăctātūs ĕt āltō. *V.* Vēntūs ĭn āltă răpĭt. *V.*

āltŭs. SY. cēlsŭs, ēxcēlsŭs, īngēns, praēcēlsŭs, sūmmŭs, clārŭs, sūblīmĭs, prōcērŭs, sūprēmŭs, ēdĭtŭs, ārdŭŭs, āĕrĭŭs, prŏfūndŭs, īmŭs; măgnŭs, ēxcēllēns, ēmĭnēns, prŏcŭl cōnspĭcŭŭs. PH. Sīdĕră tāngēns. Nūbĭbŭs īnsērtāns āltīs căpŭt. *S.* Stăbăt ăcūtă sĭlēx āltīssĭmă vīsū. *V.* Aĕrĭī cūrsū pĕtĭt ārdŭă mōntĭs. *V.* Tūrrĭs ĕrăt vāstō sūspēctu ēt pōntĭbŭs āltīs. *V.* Aētnaēōs frātrēs, caēlō căpĭtă āltă fĕrēntēs. *V.* Ipse ārdŭŭs, āltăquĕ pūlsăt Sīdĕră. *V.* Cōnsūrgūnt gĕmĭnae quērcūs īntōnsăquĕ caēlō Attōllūnt căpĭta, ēt sūblīmī vērtĭcĕ nūtānt. *V.* Hīnc ātquĕ hīnc vāstae rūpēs, gĕmĭnīquĕ mĭnāntŭr In coēlūm scŏpŭlī. *V.* Sēsē āttōllĭt ĭn aūrās, Ingrĕdĭtūrquĕ sŏlo ēt căpŭt īntĕr nūbĭlă cōndĭt. *V.* Tūrrim ĭn praēcĭpĭtī stāntēm, sūmmīsquĕ sūb āstră Edūctām tēctīs. *V.* Rēgĭă sōlĭs ĕrăt sūblīmĭbŭs āltă cŏlūmnīs. *O.* Mōns ĭbĭ vēr-

tĭcĭbŭs pĕtĭt ărdŭŭs āstră dŭōbŭs, Nōmĭnĕ Pārnāssŭs, sŭpĕrātquĕ căcūmĭnĕ nūbēs. Ūrbs ĕrăt ĭn sūmmō nūbĭbŭs aequā jŭgō. *O.* Mōlēs prŏpĭnquae nūbĭbŭs ărdŭĭs. *H.* Alta ăd sīdĕră pīnŭs. *V.* Altĭssĭmă vīsū. Quāntŭs ăd aethĕrĕŭm coelī cōnspĕctŭs ŏlўmpŭm. Nūllō quā vērtĭcĕ tēllūs Altĭŭs īntŭmŭĭt, prŏpĭŭsque ăccēssĭt ŏlўmpō. Dūm pĕtĭt īnfīrmīs nĭmĭūm sūblīmĭă pēnnīs. Sūblīmĭquĕ mĭnāns īrrūmpĭt ĭn aethĕră tēctō. *O.* Ōstēntāns āltām Phărŏs ŭt Mēmphĭtĭcă tūrrĭm. Sīc tūrrĭbŭs āltīs Ardŭa, ŭt āĕrĭās īntrēnt fāstīgĭă nūbēs. *Au.* Tē sĭnĕ nīl āltŭm mēns īnchŏăt. *V.* Sīc pătĕr īllĕ dĕūm făcĭăt, sīc āltŭs Apōllo. *V.* Quĭd me āltă sĭlēntĭă cōgĭs Rūmpĕrĕ? *V.* Mănĕt, āltā mēntĕ rĕpōstŭm. *V.* Haec fātŭs āltā vōcĕ. *Se. v. mons.*

ālvĕārĭŭm. *Seū lēntō fŭĕrĭnt ālveārĭă vīmĭnĕ tēxtă.* V. SY. ālvĕārĕ, ālvĕăr, ālvĕŭs, ălvŭs. EP. ŏlēns, rĕdŏlēns, pīnguĕ, ŏdōrĭfĕrŭm, ŏdorum, vīmĭnĕum, mēllĭflŭum, lĭquēns, căpāx, dūlcĕ, Cēcrŏpĭum, Hўblaeŭm, ŏpĕrōsum, căvum. PH. ăpŭm sēdēs, dŏmŭs, cŭbīlĕ. Cērĕă tēctă. Rūrĕ lĕvĭs vērnō flōrēs ăpĭs Īngĕrĭt ālveō. *T.* Apēs dūlcī dīstēndūnt nēctărĕ cēllās. *V.* Ignāvŭm fūcōs pĕcŭs ā praesēpĭbŭs ārcēnt. *V.* Īllae īntŭs pĕr cērĕă căstră Dīscŭrrŭnt. Apēs ĕxāmĭnă cōndūnt Cōrtĭcĭbŭsquĕ căvīs vĭtĭōsaeque īlĭcĭs ālveō. *V.* Fāgīquĕ căvā dēmīssŭs ăb ālvō Mēllĭfĕr ēlēctīs ĕxĕrcĭtŭs ōbstrĕpĭt hērbīs. *Cl.* Sēdēs ăpĭbŭs stătĭōquĕ pĕtēndă. *V.* Intrā sēptă dŏmōrŭm. *V.* Et flōrĭbŭs hōrrĕă tēxūnt. *V.* Sēse ĭn cūnābŭlă cōndēnt. *V.* Cōrtĭcĭbŭs sūtă căvātīs. *V.* Et mūnīrĕ făvōs ēt daedălă fīngĕrĕ tēctă. *V. v. apes, mel.*

ālvĕŏlŭs. *Cūjŭs ēt ālvĕŏlōs ēt lānăm pīgnĕrăt Ātreŭs.* J.

ālvĕŭs. — *prōnō răpĭt ālvĕŭs āmnī.* V. — *ŏptātō cōndūntŭr Tībrĭdĭs ālveō.* V. EP. flŭĭdŭs, căvŭs, ōblīquŭs, lātŭs, ăngūstŭs, sērpēns, ērrātĭcŭs, spătĭōsŭs, hūmĭdŭs, ūdŭs, bĭbŭlŭs, ărēnōsŭs, sĭnŭōsŭs. PH. Spūmāntĭque īncŭbăt ālveō. Īncrēvĭt vāstīs spătĭōsŭs ĭn ūndīs Alvĕŭs. Quāquĕ cĕlĕr lātō Nīlŭs dēlāpsŭs ĭn ālveō. *V.* Sūstĭnĕt īmpŏsĭtōs sūmmā căvŭs ālvĕŭs ūndā. Assuētae rīpīs vŏlŭcrēs ēt flūmĭnĭs ālveō. *V.* Rēctī lēgĭbŭs lĭgāstī. *St.* Sōlĭtārŭm līmēs ăquārŭm. *O.*

ālūmĕn. — *cūm nĭtrō vĕnĭēns ēt ălūmĭnĕ sūlphŭr.* Mac.

ălūmnŭs. *Ēbĭbĭt īndĕ sŭaē răbĭēm nūtrīcĭs ălūmnŭs.* O. SY. āltŏr, faūtŏr; dīscĭpŭlŭs. PH. Quĭd vŏvĕăt mājŭs nūtrīcŭlă dūlcĭs ălūmnō? *H.*

ălūtă. — *rūptă cūm pēs vāgŭs ēxĭt ălūtă.* M. EP. nigră, ālbă, Sĭcўōnĭă. PH. Sūccīnctŭs nīgrā tĭbĭ sērvŭs ălūtā. *M.* Pēs mălŭs ĭn nĭvĕā sēmpēr cēlētŭr ălūtā. *O.* Appŏsĭtām nīgrae lūnām sūbtēxĭt ălūtae. *I.* Pĕdēs Sĭcўōnĭă vīnxĭt ălūtă.

ālvŭs. *Ārgūtūmquĕ căpŭt, brĕvĭs ālvŭs, ŏbēsăquĕ tērgă.* V. PH. Tūmĭdām sīc ēxplĭcăt ālvūm. Cĭbōs ăvĭdām cōndēbăt ĭn ālvūm. *O.* Sī dūră mŏrābĭtŭr ālvŭs. *H. v. abdomen.*

Ălўăcmŏn. *Ēt frūstrā răpĭdūm dāmnānt Ălўăcmŏnă Bēssī.* Cl. EP. răpĭdŭs, praecēps, flŭĭdŭs, pūrpŭrĕŭs.

Ălўxŏthŏē. *Fērtŭr Ălўxŏthŏē* etc. O. M. 11, 762.

ămābĭlĭs. — *ŭt ămērĭs, ămābĭlĭs ēstō.* O. SY. ămāndŭs, suāvĭs, dūlcĭs, grātŭs, jūcūndŭs, cōmĭs, grātĭōsŭs, ăccēptŭs, ăccēptābĭlĭs, ăffābĭlĭs, făcĭlĭs, ūrbānŭs, ămoenŭs. PH. Dīgnŭs ămārī. Fēllĕ cărēns, fēstīvī sērmōnĭs hŏmō. Frōntĕ ēt mēntĕ bĕnīgnŭs. Vītā frātĕr ămābĭlĭŏr. *C.* Ŏcŭlīs quī spīrăt ămōrĕm. Sĭbĭ quaēquĕ vĭdētŭr ămāndă. *O.* Cūnctīs ŭt ămābĭlĭs ēssĕt. *S.*

āmābĭlĭtĕr. *Lūsĭt ămābĭlĭtĕr, dōnēc jām saēvŭs ăpērtăm.* H.

ămābo. *Dīc vērŭm mĭhĭ, Mārcĕ, dīc, ămābō.* (Phal.) M. SY. prĕcŏr, sōdēs, quaēsō.

Amālĕc. *Sūblīmĭs Ămālēc prĕmĭt.* (iamb.) Pr. — *vīvēntĭs ăquaē cēlātŏr Ămālēc.* Paul. Nol.

Ămālthēă. *Nāĭs Ămālthēē, Crētaēă nōbĭlĭs Īdā.* O. SY. Jŏvĭs nūtrīx, ălūmnă. PH. Dīvĕs Ămālthēae cōrnū. Sīdĕră nūtrīcēm, nūtrīcĭs fērtĭlĕ cōrnū Fēcĭt, quŏd dŏmĭnae nūnc quŏquĕ nōmĕn hăbĕt. *O.*

āmāndo. *Lōngĭŭs āmāndăt, vāstāsquĕ rēlēgăt ĭn ōrās.* V. SY. āblēgārĕ, rēlēgārĕ, pēllĕrĕ, ēxpēllĕrĕ, ējĭcĕrĕ, āmŏvērĕ, ēxtūrbārĕ, ēxtrūdĕrĕ.

ămāns. — *Quĭd nōn spērāmŭs ămāntēs?* V. SY. ămātŏr, prŏcŭs. EP. stūltŭs, āmēns, īnsōmnĭs, sōllĭcĭtŭs, lānguēns, trīstĭs, gĕmēns, īnsānŭs, mĭsĕrāndŭs, lānguĭdŭs, īmpătĭēns, īncērtŭs, căptīvŭs, pērvĭgĭl, dĕcŏrŭs, īrrĕquĭētŭs, pāllĭdŭs, īmprūdēns, pērjūrŭs, ēxcōrs, fĭdēlĭs, mītĭs, dŏlōsŭs, īnsĭdĭōsŭs, fūcātŭs, ūrbānŭs, mēndāx, dēmēns, coecŭs, ōccaēcātŭs, sōmnĭāns. *v. amo, amicus.* — amans, *amatrix.* SY. ămīcă, ămātrīx, ămāsĭă, cōncŭbīnă, Glўcĕrĭŭm. EP. pūlchră, vĕnūstă, fūcātă, ōrnātă, cōmptă, splēndĭdă, āmbĭtĭōsă, tŭmĭdă, lĕvĭs, sŭpērbă, stŏlĭdă, pĕrēnnĭs, rĕbēllĭs, īngrātă, cāră, sīncēră, cōnstāns, fĭdēlĭs, mūtābĭlĭs, fīdă, fōrmōsă, blāndŭlă, mălēsānă, dēmēns. PH. Sēntĭēns grātām sūb pēctŏrĕ flāmmăm. Quām fŭrŏr ĕxērcĕt nōctēsquĕ dĭēsquĕ. Cūjŭs ōssĭbŭs tăcĭtŭs īgnĭs glīscĭt. Quām mōllĭtĕr ūrĭt ămŏr. Cŭī sūnt gaūdĭă rāră, Cūră dŏlōrquĕ frĕquēns. *v. amo.*

Ămānŭs, mons. — *dūrī pŏpŭlŭs nūnc cūltŏr Ămānī.* L.

ămārăcŭs. — *praētēxĭt ămārăcĭs ūmbrās.* Col. EP. mōllĭs, gĕnĭālĭs, suāvĭs, nōbĭlĭs, praēmōllĭs, dūlcĭs, ŏlēns. PH. Cāmpōs praēmōllĭs ămārăcŭs āmbĭt. Mōllĭs ămārăcŭs īllŭm Flōrĭbŭs ēt dūlci ăspīrāns cōmplēctĭtŭr ūmbrā. *V.*

ămārăcĭnŭm. *Pōstēsquĕ sŭpērbōs Ūngĭt ămārăcĭnō.* Lr.

ămărāntŭs. *Hās, hўăcīnthĕ, tĕnēs, īllās, ămărāntĕ, mŏrārĭs.* O. EP. īmmōrtālĭs, flōrēns, pūrpŭrĕŭs, ŏlēns, aētērnŭs, pērpĕtŭŭs, pĕrēnnĭs, pūlchĕr, ămoenŭs, grātŭs. PH. Mārcēscĕrĕ nēscĭŭs. Nūnquām ŭmīttēns flōrĭs hŏnōrĕm, mārcēscēns. Cŭī flōs pērpĕtŭŭs.

Sūstĭnĕt ūrēntēs aēstūs, nēc frīgŏrĕ laēsūs Brūmālī mŏrĭtūr. Cōntēxūnt ămărāntĭs ălbă pŭēllaē Līlĭă. *T.*

ămārĭtĭēs. ***Quaē dūlcēm cūrīs mīscēt ămārĭtĭēm.*** C. SY. ămārŏr, ăcērbĭtās. EP. āspĕră, īngrātă, mōrōsă.

ămārŭs. ***Nūnc ĕt ămāră dĭēs, ēt nōctĭs ămārĭŏr ūmbră.*** T. ***amara curarum*** *H.* SY. ămārĭŏr, ămārŭlēntŭs, ăcērbŭs; moēstŭs, trīstĭs, īngrātŭs, mŏlēstŭs. PH. Sārdōīs vĭdĕŏr tĭbi ămārĭŏr hērbīs. *V.* Fērt cāsūs pătĭēntĕr ămārōs. *O.* Ămāră laētō Tēmpĕrĕt rīsū. *H.*

Ămăryllĭs. ***Fōrmōsām rĕsŏnārĕ dŏcēs Ămăryllĭdă sylvās.*** V. EP. fōrmōsă, tĕnĕră, pūlchră, sylvēstrĭs, vĕnūstă, sĭmplēx, īncōmptă, blāndŭlă, tĭmĭdă, hĭlărĭs, vĕrēcūndă, cāntātrīx, īncūltă. PH. Pōstquām nōs Ămăryllĭs hăbēt, Gălătēă rĕlīquĭt. *V.*

Ămăsēnŭs. — ***Sĭcănĭūs vōlvēns Ămăsēnŭs ărēnās.*** O.

Ămāsĭs. ***Nōn mĭhī pȳrămĭdūm tŭmŭlīs ēvūlsūs Ămāsĭs.*** L.

ămāsĭŭs. ***Ămāsĭōrūm cōmprĭmūntūr fraūdĭbŭs.*** (iamb.) Pr.

Ămăthūs. ***Ēst Ămăthūs, ēst cēlsă mĭhī Păphŏs ātquĕ Cythērē.*** V. ***Pīscōsāmquĕ Gnĭdōn grăvĭdāmque Ămăthūntă mĕtāllīs.*** O. EP. foēcūndă, mĕtāllĭfĕră, nōbĭlĭs, clāră. PH. Lāctēntēs vĭtŭlōs ***Ămăthūntēāsquĕ*** bĭdēntēs. *O.* Dĕdĕrāt dūplēx ***Ămăthūsĭă*** cūrăm. *C.*

ămātŏr. ***Urbĭs ămātōrēm Fūscūm sălvērĕ jŭbēmŭs Rūrĭs ămātōrēs.*** H. SY. ămāns, ămīcŭs, stŭdĭōsŭs. PH. Nōn ūnquām dēĕrĭt ămātŏr. *I.* Nōn sūm dē nĭhĭlō blāndŭs ămātŏr ĕgō. *P. v. amans.*

ămātrīx. ***Cārmĭnă fīngēntēm Sāpphō laūdāvĭt ămātrīx.*** M. *v. amans, amica.*

ămātŭs. ***Sūblīmĭs, cŭpĭdūsque ĕt ămātă rĕlīnquĕrĕ pērnīx.*** H. SY. dīlēctŭs, cārŭs, ămīcŭs, āccēptŭs, āccēptābĭlĭs, grātŭs, grātĭōsŭs, suāvĭs. *v. carus.*

Ămāzōn. ***Ăt mĕdĭās īntēr caēdēs ēxsūltăt Ămāzōn.*** V. — ***Sūppŏsĭtīs ĕpŭlāntūr Ămāzōnĕs ārmīs.*** St. EP. sĕcūrĭgĕraē, Māvōrtĭaē, trŭcēs, fĕrōcēs, Scythĭcaē, Thrēĭcĭaē, aūdācēs, īntrĕpĭdaē, vĭrīlēs, māscŭlaē, mărĭtaē, crūdēlēs, dīraē, Thērmōdōntĭăcaē, pēltātaē, pēltĭgĕraē, Mārtĭaē, fōrtēs, fĕraē, īmpăvĭdaē, săgĭttĭfĕraē, bēllĭgĕraē, sŭpērbaē, nōbĭlēs, bēllĭcaē, īmmĭtēs, crŭēntaē, fŭrēntēs, bēllātrīcēs, māgnănĭmaē, īnsīgnēs, bēllĭcōsaē, āntīquaē, crīstātaē, pŏtēntēs, scūtĭfĕraē, fŭrĭōsaē, phărētrātaē. PH. Tūrmă, cŏhōrs, cătērvă Thērmōdōntĭăcă, pēltĭgĕră, pēltātă. Scythĭcae pŭēllaē. Pīctīs bēllāntūr Ămāzŏnĕs ārmīs. *V.* Pēltīs ārmātă cătērvă. Dūcĭt Amāzŏnĭdūm lūnātīs āgmĭnă pēltīs. *V.* Māscŭlă pēltātās cŏmĭtēs ēdūxĭt Amāzōn. Scythĭcaē lōngīs bēllāntūr Amāzŏnĕs hāstīs. Altĕr ***Ămāzŏnĭām*** phărētrām plēnāmquĕ săgīttīs. *V.* Quālĭs ***Ămāzŏnĭdūm*** pēltīs ēxūltăt ădēmtīs Pūlcră cŏhōrs. *Mn.* Cōnnūbĭă vītăt; gĕnŭs Amāzŏnĭūm scĭās. *Se.*

āmbāgēs. ***Dūcĭt ĭn ērrōrēm văriārum Ambāgĕ vĭārūm.*** O. ***Ōbscūraē sōrtīs pātrēs ămbāgĭbūs ērrānt.*** O. SY. āmbāgo, ĭnĭs, Maeāndrī, sĭnūs, flēxūs, gyrī, spīraē, ānfrāctūs, cīrcūĭtūs, cīrcūĭtĭo. EP. lōngaē, dīffĭcĭlēs, ōbscūraē, mŏlēstaē, ōblīquaē, hōrrēndaē, mūltĭvĭaē, Lăbyrīnthĭăcaē, pērplēxaē, flēxaē, īnvĭaē, caēcaē, lūbrĭcaē, fāllācēs, nēxaē, cōnnēxaē, mūltĭfōrmēs, lātĕbrōsaē, fraūdŭlēntaē, mūltĭnōdaē. PH. Hōrrēndās cănĭt āmbāgēs āntrōquĕ rĕmūgĭt. *V.* Dēcēptūs mūlta āmbāgĕ vĭārūm. Cōnnēxās rērum āmbāgēs āc fātă rĕsōlvĭt. Nōn hīc tē cārmĭnĕ fīctō Atquĕ pĕr āmbāgēs ēt lōnga ēxōrsă tĕnĕbō. *V.* Quāndō paūpĕrĭēm mīssīs āmbāgĭbūs hōrrēs. *H.* Immĕmŏr āmbāgūm vātēs ōbscūră sŭārūm. *O.* Vērbōrum āmbāgĕ nŏvōrūm. *O.* Mūltā cūm ***āmbāgĭnĕ*** rērūm. *Mn.* Ambāgĭbūs, īnvōlūcrō vērbōrūm ūtī; pērplēxē lŏquī; vērbă īn lōngūm sūbdūcĕrĕ, trăhĕrĕ, īmplĭcārĕ. *v. labyrinthus.*

āmbārvālĭă. Descr. *V.* G. 1, 345. *V.* E. 3, 77. 5, 75. *T.* 2, 1.

āmbĕdo: āmbēsŭs. — ***Flāmmīs āmbēsă rĕpōnūnt.*** V. SY. rōdĕrĕ, ădrōdĕrĕ, cōrrōdĕrĕ, cīrcūmrōdĕrĕ.

āmbĭgo. ***Ămbĭgĕrēs, răpĕrētnĕ rŏsīs aūrōră rŭbōrēm.*** Au. PH. Vīcīni āmbĭgūnt dē fīnĭbūs. *Te.* Ambĭgĭtūr saēvā dē mōrtĕ. *St.* Ambĭgĭtūr, quŏtĭēs ŭtĕr ūtrō sīt prĭŏr. *H. v. certo, dubito.*

āmbĭgŭŭs. ***In vūlgum āmbĭgŭās, ēt quaērĕrĕ cōnscĭŭs ārmă.*** V. PH. Agnōvĭt prōlem āmbĭgŭām gĕmĭnōsquĕ părēntēs. *V.* Dŏmūm tĭmĕt āmbĭgŭām Tyrĭōsquĕ bĭlīnguēs. *V.* Ambĭgŭā dātquĕ nĕgātquĕ fĭdē. *O.* Ambĭgŭō spēs mĭhī mīxtă mĕtū. *O.* Ambĭgŭūs vītaē jăcŭĭt. *Cl.* Ambĭgŭum ēst, prĕcĭbūs Clymĕnē Phăĕthōntĭs, ăn īrā Mōtă măgĭs. *O.* Sērvăt īn āmbĭgŭō. *H.* Argŭĕt āmbĭgŭē dīctūm. *H.*

āmbĭo. — ***Quō nūnc rēgīnam āmbīrĕ fŭrēntēm.*** V. SY. cīrcūmdărĕ, cīngĕrĕ; sēctārī, căpĕrĕ, aūcŭpārī, pĕtĕrĕ, īntēndĕrĕ. PH. Ambĭbāt Sĭcŭlaē caūtēs fūndāmĭnă tērraē. *O.* Sērpēntēm, băcŭlūm quī nēxĭbūs āmbĭt. *O.* Răpĭdūs flāmmīs āmbĭt tōrrēntĭbūs āmnĭs. *V.* Lātām Nērēūs caērŭlŭs āmbĭt hŭmūm. *O.* Gūrgĭtĕ rūptō Ambĭtūr Mĕrŏē. *L.* Tē paūpĕr āmbĭt sōllĭcĭtā prĕcĕ. *H. v. cingo.*

āmbĭtĭo. ***Sōllĭcĭtaēquĕ fŭgāx āmbĭtĭōnĭs ĕrăm.*** O. SY. vānĭtās, fāstūs, sŭpērbĭă, āmbĭtūs. EP. īnānĭs, lĕvĭs, sōllĭcĭtă, īmpătĭēns, dēmēns, coēcă, tūrpĭs, īnfēlīx, vēsānă, ārdēns, vēntōsă, tŭmĭdă, mălĕsānă, pērvĭgĭl, īnsōmnĭs, īrrĕquĭētă, īnflātă, trŭcŭlēntă, ēlātă, pērnĭcĭōsă, trūx, fĕră, vānă, īnsānă, īnīquă, mĭsĕră, nĕfāndă, mălă, prāvă, pēndŭlă, dĕgĕnĕr, īmpŏtēns, īnvĭdă, līvēns, īmpĕrĭōsă, tĕmĕrārĭă, aūdāx, scĕlĕrātă, tābĭfĭcă, aēstŭāns, īnfāmĭs. PH. Hŏnōrūm dīră cŭpīdo. Quaērēndī nōmĭnĭs ārdŏr; āmbĭtĭōsŭs ămŏr. Dŏmĭnāndī vēsānă sĭtĭs, lĭbīdo; īmmēnsŭs ămŏr laūdĭs. Lĕvĭs āmbĭtĭō, pērfūsăquĕ glōrĭă fūcō. *O.* Ambĭtĭō mēntēs ăgĭtăt vēsānă sŭpērbās. Laūdĭs tĭtŭlīquĕ cŭpīdo; laūdum ārrēctă cŭpīdō. *V.* Vānō splēndĭdă fāstū; coēcă sŭpērbī Pēctŏrĭs āmbĭtĭo. Quaē māgnōs sĭbĭ pōscĭt hŏnōrēs. Quaē tērgĕmĭnōs sūspīrăt hŏnōrēs. Pērvĭgĭl āmbĭtĭō coēcīquĕ sŭpēr-

bĭlĭ cōrdĭs, Ēt sĭtĭs, aētērnā quaē spē sŭccēndĭt hăbēndī. Mōrtālēsque ănĭmōs ūrĭt Ambĭtĭō, quaē vēstĭbŭlīs fŏrĭbŭsquĕ pŏtēntŭm Ēxcŭbăt, ēt prĕtĭīs cōmmērcĭă pōscĭt hŏnōrŭm. *Cl.* Nĭmĭŭm mōrtālĭă cōrdă vŏlūtăt Ambĭtĭo. Heū, pēstĭs dămnōsa hŏmĭni ēt fūnēstă lĭbīdō Nōmĭnĭs. Ambĭtĭōnĕ măla aūt ărgēntī păllĕt ămōrĕ. *H.* Căptārĕ laūdēm, făvōrēm, glōrĭăm, aūrăm pŏpŭlārēm, vēnārī glōrĭăm; hŏnōrŭm cŭpĭdĭtātĕ tĕnērī, īllĭcī, căpī, dūcī; pēndĕrĕ ēx laūdĕ. Descr. *Milieu* in carm. Moses viator l. 17. *v. superbia.*

ămbĭtĭōsŭs. *Nōtă quĭdēm, sēd nōn ămbĭtĭōsă dŏmŭs.* O. SY. vānŭs, sŭpērbŭs, tŭmĭdŭs. PH. Ambĭtĭōnĕ lăbōrāns, fŭrēns, tŭmēns. Vānīs hŏnōrĭbŭs īnhĭāns. Căptātŏr pŏpŭlārĭs aūraē. Laūdŭm măgnō pērcŭlsŭs ămōrĕ. Laūdĭs ămōrĕ căptŭs, flăgrāns, ăccēnsŭs, aēstŭāns. Vărĭō jăctātŭs laūdĭs ămōrĕ. Quēm ămbĭtĭo tōrquĕt, sōllĭcĭtăt. Quēm tāngĭt quaērēndī nōmĭnĭs ārdŏr. Quī vānōs hŏnōrēs ămbĭt, căptăt, sēctātŭr, sĕquĭtŭr. Mēndīcŭs hŏnōrŭm. Fāmăm căptāns ēt nōmĭnĭs aūrăm. Quēm laūdĭs ămŏr īncēndĭt, ăgĭtăt, tĭtĭllăt, pērcēllĭt, ēxcĭtăt, īmpēllĭt. Quēm fāmaē laūdŭmvĕ cŭpīdo Exăgĭtăt. Aētērnaē quaērēns praēcōnĭă fāmaē. Cūjŭs ănĭmŭs spērātaē laūdĭs ămōrĕ Ignēscĭt. Quēm prĕmĭt laūdĭs ănhēlă sĭtĭs. Cūjŭs ūrĭt mĭsĕrŭm glōrĭă pēctŭs. *Se.* Illŭm nōn pŏpŭlī fāscēs, nōn pūrpŭră rēgŭm Flēxĭt. *V.* Nōn īllum ăvāraē mēntĭs īnflămmăt fŭrŏr, Nōn aūră pŏpŭlī ēt vūlgŭs īnfĭdŭm bŏnĭs. *Se. v. ambitio, superbus.*

ămbĭtŭs, ūs. *Ēt prŏpĕrāntĭs ăquaē pēr ămoēnōs ămbĭtŭs ăgrōs.* H. *v. ambitio.*

ămbītŭs, *part. Iūssĭt ēt ămbītaē cīrcūmdărĕ līttŏră tērraē.* O.

ămbo. SY. dŭo, ŭtērquĕ. PH. Ambō flōrēntēs aētātĭbŭs, Ārcădēs ămbō. *V.* Ambōs ūnă fĭdēs aūfērĕt, ūnă dĭēs. *P.* *Āmbŏ* trŭcēs, ămbo ābscēssērĕ mĭnāntēs. *Va.* Pārtēs ŭbĭ sē vĭă scīndĭt īn ămbās. *V. Ambŏ* pĭī. *Au.*

Āmbrăcĭă. *Ūrĕrĭs, Āmbrăcĭa ēst tērră pĕtēndă tĭbi.* O.

ămbrŏsĭă. *Nēctăr ēt ămbrŏsĭăm, lātīcēs ēpŭlāsquĕ dĕōrŭm.* O. EP. coēlēstĭs, dūlcĭs, ŏdōră, ŏdōrātă, aēthĕrĕă, ŏptĭmă, ŏdōrĭfĕră, săcră, sălūbrĭs. PH. Dīvûm, dĕōrŭm cĭbŭs, cĭbī. Coēlēstĭă păbŭlă. Sălūbrĭs Āmbrŏsĭaē sūccī. *V.* Iūpĭtĕr ămbrŏsĭā sătŭr ēst, ēt nēctărĕ vīvĭt. *M.* Dūlcī dūlcĭŭs ămbrŏsĭā. *C.* Lĭquĭdum ămbrŏsĭaē dīffūndĭt ŏdōrēm. *V.*

ămbrŏsĭŭs. *Āmbrŏsĭaēquĕ cŏmaē dīvīnŭm vērtĭce ŏdōrēm.* V. SY. īmmōrtālĭs; dūlcĭs, frāgrāns.

ămbŭlācrŭm. *In ămbŭlācrĭs, rīvŭlōs ăquaē prŏptēr.* (Scaz.) SY. ārĕă, pōrtĭcŭs, xўstŭs. EP. ămoēnŭm, jūcūndŭm, grātŭm. PH. Trītŭm spătĭŭm. Arbŏrĭbŭs tēxtŭm grātĭs ĭtĕr. Sēmĭtă trītă. Vĭrēns quā sēmĭtă dūcĭt, Jūcūndīquĕ fĕrūnt căllēs, ădĭtūsquĕ pătēntēs. Grātă pēr ŏptātōs dūcēbăt sēmĭtă cōllēs. *v. porticus.*

ămbŭlātĭo. *In măgnā sĭmŭl ămbŭlātĭōnĕ.* (Phal.) C.

ămbŭlātŏr. *Hōc quōd Trānstĭbĕrīnŭs ămbŭlātŏr.* (Phal.) M.

ămbŭlo. *Āmbŭlăt, ēt sŭbĭtō mīrăntŭr fūnŭs ămīcī.* P. SY. īnămbŭlārĕ, īncēdĕrĕ, dēămbŭlārĕ, īngrĕdī, grădī, spătĭārī, prōgrĕdī. PH. Ipse ūnō grădĭtŭr cŏmĭtātŭs Āchātĕ. *V.* Ītquĕ rĕdītquĕ vĭăm. *V.* Pēr līttŏră lēntīs Pāssĭbŭs, ūt sŏlĕō, lēntā spătĭābăr ărēnā. *O.* Tālēm sē laētă fĕrēbăt. *V.* Pāssūque īncēdĭt īnērtī. *V.* Grēssūmque ād moēnĭă tēndĭt. *V.* Lōngam īncŏmĭtātă vĭdētŭr Īrĕ vĭăm. *V.* Hōc ūtĭnăm spătĭērĕ lŏcō! *P.* Fīxŭs lătĕrī spătĭāntĭs ădhaēsī. *O.* Sērmōnēs vărĭōs grēssū spătĭāntĕ sĕrāmŭs. *P. Nol.* Iām dĭū lātō spătĭātă cămpō. *St.* Pŏpŭlūm vĭdĕās spătĭārĕ pĕr ūrbēm. *Fort.* Ambŭlātŏr pōrtĭcŭm tĕrĭt. *M.* Ēt sōla īn sīccā sēcŭm spătĭātŭr ărēnā. Ītĕ, pĕdēs quōcūmquĕ fĕrēnt. Quō tē, Moērī, pĕdēs? *V.* Pēr tăcĭtŭm nĕmŭs ītĕ. Lēntŭm fērtquĕ rĕfērtquĕ grădŭm. Ōptātās ītquĕ rĕdītquĕ vĭās. Tū mŏdŏ Pōmpējā lēntŭs spătĭārĕ sŭb ŭmbrā. *P.* Īnstăbĭlī grēssū mētĭtŭr līttŏră cōnjŭx. *L. v. spatior.*

ămbūro. *v. uro.*

ămbūstŭs. SY. ūstŭs, ădūstŭs, ēxūstŭs.

ămēllŭs. — *flōs cuī nōmĕn ămēllō | Fēcēre ăgrĭcŏlaē.* V.

amēn. *Ēt rēspōnsūrĭs fĕrĭt aēthĕră vōcĭbŭs ămēn.* Au. *Quī mĭhĭ spēs vĕnĭaē, caūsă sălūtĭs, ămēn.* Fort.

āmēns. *Cōllĭgĭt āmēntēs, ēt ădhūc tērrōrĕ păvēntēs.* O. SY. cērrĭtŭs, vēsānŭs, īnsānŭs, dēlīrŭs, tĕmĕrārĭŭs, īnsānŭs, dēmēns, stūltŭs, stŏlĭdŭs, fŭrĭōsŭs, mălĕsānŭs, fŭrēns, ĭnānĭs, lўmphātŭs, fătŭŭs, vēcōrs, ēxcōrs, stŭpĭdŭs, īnsĭpĭēns. PH. Ābdērītĭcăm mēntēm hăbēns. Dēlīrŭs ēt āmēns Undĭquĕ dīcātŭr mĕrĭtō. *H.* Vīx sŭă, vīx sānaē vīrgō Nўsēĭă cōmpōs Mēntĭs ĕrăt. *V. v. furens, stultus.*

āmēntĭă. — *quaē tānta ănĭmōs āmēntĭă cēpĭt?* V. SY. dēmēntĭă, īnsānĭă, fŭrŏr, stūltĭtĭă, vēcōrdĭă, dēlīrātĭo, dēlīrāmēntŭm, răbĭēs, vēsānĭă, tĕmĕrĭtās. EP. praēcēps, pĕtŭlāns, caēcă, aūdāx, tĕmĕrārĭă, mălĕsānă, văgă, grăvĭs, fŭrēns, răbĭdă, fŭrĭbūndă. *v. furor, stultitia.*

ămēnto. *Cūm jăcŭlūm părvā Lĭbўs ămēntāvĭt hăbēnā.* L.

ămēntŭm. *Intēndūnt ăcrēs ărcūs, ămēntăquĕ tōrquēnt.* V. SY. lōrŭm, vīncŭlŭm, lĭgămēn, lĭgātūră, vīmēn, fūnĭs, fūnĭcŭlŭs, lăquĕŭs, rĕtĭnăcŭlŭm.

Āmerică. *Ēt quĭdquĭd rŭtĭlĭs Āmĕrĭca ēxpāndĭt ărēnĭs.* Ruae. — *jăcŭlĭs quaē sēpĭt Āmĕrĭcă crīnēs.* P. Luc. EP. Nēptūnĭă, īgnōtă, ābscōndĭtă, fĕrāx, rĕcēns, ūltĭmă, fĕră, bārbără, īncūltă, nĕmŏrōsă.

Āmĕrīnŭs. *Ātque Āmĕrīnă părānt lēntaē rĕtĭnăcŭlă vĭtī.* V.

ămĕs, ĭtĭs. *Aūt ămĭtĕ laēvī rāră tēndĭt rētĭă.* (iamb.) H.

ămĕthўstŭs. — *Hīc pūrpŭrĕōs ămĕthўstōs.* O. PH. Vēndūnt ămĕthўstĭnă. I. *v. gemma.*

ămīcă. *Ebrĭŭs ăd dūrŭm fōrmōsaē līmĕn ămīcaē.* O. EP. fōrmōsă, mōllĭs, fāllāx, tĕ-

nera, dilecta, venalis, blanda, turpis, culta, levis. PH. Levior foliis, auraque incertior, blandis verbis animos mulcens. Quae incautos didicit fallere amantes. Flexanimis mulcens verbis. Verbis blandiloquis docta movere. *v. amans, meretrix.*

amicio. ***Et piper, et quicquid chartis amicitur ineptis.*** H. SY. vestire, convestire, tegere, operire, involvere, velare, induere, ornare. PH. Amicitur vitibus ulmus. *O.* Ibat ovis lana corpus amicta sua. *O.*

amicitia. ***Nomen amicitiae barbara corda movet.*** O. SY. concordia, conjunctio, foedus, amor, usus, familiaritas, consuetudo, necessitudo. EP. socialis, sancta, tenera, sincera, pudica, vera, fidelis, honesta, constans, fraterna, pacifica, jugalis, immortalis, intemerata, perpetua, antiqua, tenax, firma, mutua, optata, fida, familiaris, indeclinata, dulcis, amoena. PH. Foedus amoris. Vincula amoris. Foedus, nexus amicitiae. Longa fides. Nullus amor tali conjunxit foedere amantes. Qualis adest Thetidi, qualis concordia Peleo. Rebus in humanis nil dulcius experiere Alterno convictu, et fido pectore amici. *Lr.* Usus amicitiae vinclis, et foedere certo. Haec viridi concordia coepta juventa, Venit ad albentes illabefacta comas. *O.* Te movit amicitiae constantia longae, Ante tuos ortus quae mihi coepta fuit. Vulgus amicitias utilitate probat. *O.* Foedus amicitiae non vis, carissime, nostrae, Nec, si forte velis, dissimulare potes. *O.* Qui duo corporibus, mentibus unus erant. Velle ac nolle ambobus idem, sociataque toto Mens aevo ac parvis dives concordia rebus. *S.* Plena fuit vobis omni concordia voto, Et stetit ad finem longa tenaxque fides. *Cl.* Fratrum quoque gratia rara est. *O.* Si quid longa fides, canaque jura valent. Illud amicitiae sanctum et venerabile nomen. *O.* Dic, in amicitiam coeant. *V.* His amor unus erat. *V.* Par amor est illis. *V.* Spes animi credula mutui. *H.* Bene mutuis Fidum pectus amoribus. *H.* Talis Amyclaeos non junxit gratia fratres. *O.* Sincero colui foedere amicitias. *Au.* Idcirco nihil ex semet natura creavit Pectore amicitiae majus nec rarius unquam. *Mn.* Voluptas Suavis amicitiae quemvis perferre laborem Suadet. *Lr.* Ni me complexus vinclis propioribus esses. *O.* Et quamvis tecum multo conjungerer usu. *C.* Iubesque Esse in amicorum numero. *H.* Iure sodalitii qui mihi junctus erat. *O.* Vilis amicorum est annona. *H.* Patiens ad mala perstat amor. *T.* Socii desertor amoris. *O.* Diffugiunt cadis Cum faece siccatis amici, Ferre jugum pariter, dolosi. *H.* Ut cecidi, cunctique mei fugere ruinam, Versaque amicitiae terga dedere meae. *O.* Descr. *O.* T. 1, 5. 1, 8. *O.* F. 1, 217. *O.* P. 4, 3. *H.* O. 1, 35. *v. amicus, amor.*

amico. ***Ac prior Oeclides solita prece numen amicat.*** St.

amictus, us. — ***Duplicem ex humeris rejecit amictum.*** V. SY. vestis, chlamys, velamen, tegmen, tunica, vestimentum, toga, pallium, habitus, ornatus, indumentum, induviae, induvium. *Mulierum:* palla, carbasus, linum, peplum, stola, fasciae, mitrae, vittae, flammea, instita. *v. vestis.*

amiculus. ***Disce, docendus adhuc quae censet amiculus, ut si.*** H.

amicus. ***Donec eris felix, multos numerabis amicos.*** O. SY. carus, dilectus. EP. fidus, memor, purus, certus, unanimis, constans, tenax, fidelis, immutabilis, candidus, perennis, concors, aeternus, carus, sincerus, dulcis, officiosus. PH. Junctus amicitia, devinctus amore. Longo devinctus, conjunctus amore. *O.* Vita Frater amabilior. *C.* Nostrae pars maxima mentis. *O.* Fidusque vetusque sodalis, *M.* Pars animae. Vetusta Pene puer puero junctus amicitia. *O.* Quo non est carior alter. Longo cognitus usu. *O.* Primis junctus ab annis. Caros non ultimus inter amicos. Animae dimidium meae. *H.* His amor unus erat. O luce magis dilecta sorori. *V.* Magnus mihi tecum Usus amicitiae. O mihi dilectos inter sors prima sodales. *O.* Pars animi; animae pars melior; Thesea fide pectora juncta gerens. Rebus in adversis constans. Duris in rebus remanens. *O.* O penitus toto corde recepte mihi! *O.* Tu quoque, nostrarum quondam fiducia rerum, Qui mihi confugium, qui mihi portus eras. Tu tamen, o nobis usu junctissime longo, Pars desiderii maxima pene mei. *O.* Non unquam fratri frater amate minus. *O.* O mihi care quidem semper, sed tempore duro Cognite, res postquam procubuere meae. *O.* Nullus disjunget amores. Ibimus una ambo flentes et passibus isdem, Ibimus aeterno connexi foedere. *O.* Tu comes antiquus, tu primis junctus ab annis. O mihi post ullos nunquam memorande sodales; o cui praecipue sors mea visa sua est! *O.* Quid nisi convictu causisque valentibus essem, Temporis et longi junctus amore tibi? Quid nisi tot lusus, et tot mea seria nosses? *O.* Quosque ego dilexi fraterno more sodales. *O.* O mihi Thesea pectora juncta fide. *O.* Et comes et veri non dissimulator amoris. *O.* Animae, quales neque candidiores Terra tulit, neque queis mihi sit devinctior alter. *H.* Si quis erat caros inter numerandus amicos, Quales prisca fides famaque novit anus. *M.* Ille tuus quondam non ultimus inter amicos. *O.* Amicorum dulcissima cura tuorum. *H.* Hic tibi curarum socius blandumque levamen. *M.* Cedere de nostris nulli te dicis amicis. *M.* Verbisque precatur Et lacrimis, animasque duas ut servet in una. *O.* Aegrotat amicus; Phoebe, veni, laus magna tibi tribuetur, in uno Corpore servato restituisse duos. *T.* Care mihi ante alios. Tunc quoque, si forsan nostrum delevit amorem Tempus, eram nimio junctus amore tibi. *O. v. amicitia, amor.* — ***Amicorum paria:*** Achilles et Patroclus, Nisus et Euryalus, Damon et Pythias (s. Phinthias), Castor et Pollux, Menelaus et Agamemnon. Pylades et Orestes, Theseus et Pirithous. Teque Menoetiaden, te, qui comitatus Ore-

stĕm, Tē vŏcăt Aegīdēn Eŭryălūmquĕ sŭŭm. *O.* Addĕ, quŏd ēst frātĕr tāntō mĭhĭ jūnctŭs ămōrĕ, Quāntŭs ĭn Ātrīdīs Tȳndărĭdīsquĕ fŭĭt. *O.* Nōn ĭtă vīxērūnt Strŏphĭo ātque Agămēmnŏnĕ nātī, Nōn haec Aegīdae Pīrĭthŏīquĕ fĭdēs. *O.* Dēnĭquĕ tāntŭs ămŏr nōbīs, cārĭssĭmĕ, sēmpĕr, Quāntŭs ĭn Aeăcĭdēn Actŏrĭdēnquĕ fŭĭt. *O.*

ămīcŭs, *adj.* — ***Tăcĭtaē pĕr ămīcă sĭlēntĭă Lūnaē.*** V. SY. grātŭs, jūcūndŭs, dīlēctŭs, cārŭs; ūtĭlĭs, āptŭs. PH. Nēc Dīs ***ămīcum ēst,*** nēc mĭhĭ. *H.* Ĕgŏ Dīs ***ămīcŭm*** Rēddĭdī cārmĕn. *H.* Dĕōrūm sī quĭs ămīcĭŏr. *H.* Dīctīs āffātŭr ămīcīs. *V.* Nāvīs vēntō fērrētŭr ămīcō. *V.* Tēmpŭs ămīcŭm Fraūdĭbŭs. *St.* Pōrtŭs īntrāmŭs ămīcōs. *V.* Amīcă lūtō sŭs. *H.* Aeŏlĭae Lēsbĭs ămīcă lȳrae. *O.*

Ămĭlcăr, ăris. — ***Sĭcŭlīs ēxŭltăt Ămĭlcăr ĭn ārvīs.*** *S.* — ***gĕnĕrātŭs Ămĭlcărĕ saēvĭt.*** *S.*

ămĭtă. — ***Jăm rĕlĭqua ēx ămĭtīs, pătrŭēlīs nūllă, prŏnēptĭs.*** Pe.

Amĭtērnŭm. ***Nōs Amĭtērnŭs ăgēr*** etc. *M.*

ămīttō. — ***Tŭm quōs āmīsĭt ĭnūltŭs ămōrēs.*** V. SY. dīmīttĕrĕ, pērdĕrĕ, ăbjĭcĕrĕ; rāptŭs, ērēptŭs, ēlāpsŭs.

Ammĭānŭs. ***Quăm blānda ēst tĭbĭ mātĕr, Ammĭānĕ.*** (phal.) M.

Āmmōn. ***Hīc Āmmōnĕ sătŭs rāpta*** etc. V. SY. Jūpĭtĕr. EP. cōrnĭgĕr, Sȳrtĭcŭs, Lĭbȳs, Gărămāntĭcŭs, Mārmărĭcŭs; cōnfīnĭs sȳrtĭbŭs; tōrtīs cōrnĭbŭs. *L.* PH. Lĭbȳcūm mĕmŏrātă pĕr ōrbĕm Nūmĭnă. *L.* Ărēnōsūm Lĭbȳcī Jŏvĭs āntrūm. *P.* Lūcōs nĕmŏrōsăquĕ rēgnă Cōrnĭgĕrī Jŏvĭs. *S.* Descr. *L.* 9, 511. *O.* M. 5, 327. *S.* 1, 414. 3, 666. 9, 298. *St.* T. 3, 475. Cūmque Āmmōnĭăcō māscŭlă tūră sălĕ. *O.*

āmnĭcŏlă. ***Āmnĭcŏlaēquĕ sĭmŭl sălĭcēs,*** etc. O. SY. flŭvĭālĭs.

āmnĭs. ***v. fluvius.***

ămo. ***Nōn, ŭt ămēs, ōrăt, vērum, ŭt ămārĕ sĭnās.*** O. Aurum *perrumpere amat* saxa. *H. Tac.* Ann. ***Amant consociare*** H. SY. dīlĭgĕrĕ, ārdērĕ, dēpĕrīrĕ. PH. Amōrĕ flăgrārĕ, ūtī, īncēndī, tĕnērī, căpī, cōrrĭpī, īnflāmmārī, ēxārdēscĕrĕ, tōrquērī. Dūm jŭgă mōrtĭs ăpēr, flŭvĭōs dūm pĭscĭs ămābĭt. *V.* Pōllĭo ămāt nōstrām, quāmvīs ēst rūstĭcă, Mūsăm. *V.* Amāt bŏnŭs ōtĭă Dāphnĭs. *V.* Līttŭs ămā. *V.* Sī nēmō praēstĕt, quēm nōn mĕrĕārĭs, ămōrĕm. *H.* Mĕrĭtō pĭĕtās ĭn tē prōclīvĭŏr ĭbăt. *Cl.* Phȳllĭda ămo ănte ălĭās. *V.* Dūm mē Gălătēă tĕnēbăt. *V.* Ardēt ĭn ăbdūctā Brīsēĭdĕ. Nōn ămō tē Săbĭdī, nēc pōssŭm dīcĕrĕ, quārē. *M.* Rūmpĭtŭr īnvĭdĭă, quŏd ămāmŭr, quŏdquĕ prŏbāmŭr. *O.* Sī quĭs ămăt, quŏd ămārĕ jŭvăt, fēlīcĭtĕr ārdĕt. *O.* Fēlīx, quī, quŏd ămăt, dēfēndĕrĕ fōrtĭtĕr aūdĕt. Bēllă gĕrānt ălĭī, tū, Părī, sēmpĕr ămā. *O.* Quīsquĭs ămōrĕ tĕnētŭr, ĕăt tūtūsquĕ săcērquĕ. *T.* Dūm fātă sĭnūnt, jūngāmŭs ămōrēs. *T.* Vīvāmŭs, mĕă Lēsbĭa, ātque ămēmŭs. *C.* Ŭt vĭdi, ŭt pĕrĭī, ŭt mē mălŭs ābstŭlĭt ērrŏr. *V.* Quŭm vēsānă mĕās ārdērĕt flāmmă mĕdūllās. *C.* Cārŭm hăbērĕ; cōmplēctī ămōrĕ. Vĕnĕrāndĕ pŭĕr, quēm pēctŏrĕ tōtō Accĭpĭo.

Fōrmōsŭm pāstŏr Cŏrȳdōn ārdēbăt Ălēxĭn. *V.* Ăcĕr ĭn ēxtrēmīs ōssĭbŭs haēsĭt ămŏr. Ardĕt ămāns Dīdō trāxītquĕ pĕr ōssă fŭrōrĕm. *V.* Īllūm tŭrbăt, ŭrgĕt ămŏr; sŭccūmbĕrĕ ămōrī. Tōtō pēctŏrĕ flāmmās cōncĭpĕrĕ. Pēctŏrĕ spīrăt ămōrĕm. Tăcĭtūm nūtrĭt sŭb pēctŏrĕ vūlnŭs. Dīlĭgō lūcĕ măgĭs; Īn pēctŏrĕ rēgnăt ămŏr. Hūnc ămŏr ēxērcĕt nōctēsquĕ dĭēsquĕ. Mōllĭtĕr ūrĭt ămŏr. Māgnūm hŭīc vērsăt ĭn ōssĭbŭs īgnēm Īnfēlīx ămŏr. Ămōrī īndūlgĕrĕ. Flāmmīs tăcĭtīs, ārdēntĭbŭs ūrī. Tōtīs ōssĭbŭs īgnēs pērcĭpĕrĕ, sēntīrĕ; gĕrĕrĕ saūcĭă cōrdă tēlīs Cŭpīdĭnĭs; sēntīrĕ Cŭpīdĭnĭs ārcŭs. Nŏvās āssūmĕrĕ flāmmās. Răpī, cōrrĭpī ĭmāgĭnĕ fōrmaē frātērnō mōrĕ. Thēsēă fĭdē dīlĭgĕrĕ. Sŭccēndī cŭpīdĭnĕ. Ante ălĭōs ămăt Āscănĭŭm. *V.* Cŏlĭs măgĭs ōmnĭbŭs ūnŭm. Tēquĕ sŭīs jūrăt cārŭm măgĭs ēssĕ mĕdūllīs. *T.* Haēsērūnt tĕnŭēs ĭn cōrdĕ săgĭttaē, Ēt pōssēssă fĕrŭs pēctŏră vērsăt ămŏr. Flāmmă ēxtīnctă rĕlūcĕt. Tăcĭtaē sērpūnt ĭn vīscĕră flāmmaē. *O.* Rūrsŭs rĕsūrgēns saēvĭt ămŏr. Īgnēs ĭn pēctŏrĕ crēscūnt, Ut sŏlĕt āccēnsō crēscĕrĕ flāmmă rŏgō. Pēctŏră mōrdĕt ămŏr; blāndă Vĕnŭs stĭmŭlăt praēcōrdĭă. Sōllĭcĭtō ămōrĕ īmplĭcĭtŭm ēssĕ. Răpĭdō īgnĕ cŏquī. — ***Amans.*** Stĭmŭlīs ăgĭtātŭs ămōrĭs; ămōrĕ căptŭs, rāptŭs, cōrrēptŭs, āttĕnŭātŭs, călēns; saūcĭŭs cŭpīdĭnĕ. Mīlĕs, mŏdŏ fāctŭs ămōrĭs. Quēm dūrŭs ămŏr crūdēlī tābĕ pĕrēdĭt. Pāllĕăt ōmnĭs ămāns, cŏlŏr ēst hīc āptŭs ămāntī. *O.* Dūră pătī dīscĭt plūrĭmă, quīsquĭs ămăt. Mīlĭtăt ōmnĭs ămāns, ĕt hăbĕt sŭă cāstră Cŭpīdō. *O.* Flūctŭăt īncērtīs ērrōrĭbŭs ērrŏr ămāntŭm. *Lr.* Ămāntŭm rīxae ămōrĭs rĕdīntĕgrātĭō. *Te.* Quăm făcĭle īrātī vērbō mūtāntŭr ămāntēs *P.* Mĕmĭnērūnt ōmnĭa ămāntēs. *O.* Sĭbi ămāntēs ōmnĭă fīngūnt. *O.* Oblītī fāmaē mĕlĭōrĭs ămāntēs. *V.* Quĭs fāllĕrĕ pōssĭt ămāntĕm? *V. v.* ***amans, amicitia, amor.*** Descr. *V.* A. 4, 66 sqq. 528 sqq. *O.* H. 19, 39. M. 7, 706. ***Semper sibi imaginem dilectam fingit.*** *O.* P. 1, 9, 7. H. 7, 25. ***Periculorum contemtor.*** *O.* Am. 2, 16, 21. ***Consueta studia dimittit.*** *O.* M. 2, 685. *H.* O. 1, 8.

ămoenŭs. ***Dēvēnērĕ lŏcōs laētōs ĕt ămoēnă vĭrētă*** V. SY. jūcūndŭs, grātŭs, dēlĭcātŭs. PH. Amoēnām fōntĭbŭs Īdēn. *O.* Flōrēs ămoēnaē fērrĕ jŭbĕ rŏsaē. *H.* Dīgnŭs ămōrĕ lŏcŭs. *Pe.* Hīc mĭhĭ praētĕr ōmnēs Angŭlŭs rīdĕt. *H.* Pĕr ămoēnūm Tībrĭdĭs āmnĕm. *M.* v. ***amabilis, gratus.***

āmōlĭŏr. ***Āmōlītŭr ŏnŭs spērāntēs ōmnĭă dēxtrās.*** L. SY. āvērtĕrĕ, āmŏvērĕ, rĕmŏvērĕ, ārcērĕ, prŏhĭbērĕ.

ămōmum. ***Spīssăquĕ dē nĭtĭdīs tērgĭt ămōmă cŏmīs.*** O. EP. Āssȳrĭŭm, Sȳrĭŭm, frăgrāns, pīnguĕ, ŏdōrĭfĕrŭm, Ārmĕnĭŭm, spīrāns, rĕdŏlēns, grātŭm, crāssŭm, ŏlēns, ŏdōrŭm, Săbaeŭm, spīssŭm, mītĕ, Arăbŭm, ŏdōrātŭm. PH. Āssȳrĭŭm vūlgō nāscētŭr ămōmŭm. *V.* Īndŭs ŏdōrĭfĕrō crīnēm mădĕfāctŭs ămōmō. *Sid.* Aūrāmquĕ prŏcŭl spīrāntĭs ămōmī Cōngĕrĭt. *Lact.* Ŏlēnti āspērsŭs ămōmō.

Mant. Vīcūs ŏdōrātō lātē spīrābĭt ămōmō. *Ma. v. unguentum.*

ămŏr. *Hīs ămŏr ūnŭs ĕrăt* etc. *V. Sĕmpĕr ămēt, fructū sĕmpĕr ămōrĭs ĕgēns.* P. Comp. c. *hedera C.* 58, 33. *H.* O. 1, 36, 20. c. *ulmo vitem amante St.* S. 5, 1, 46. c. *cera et pruina sensim liquescente O.* M. 3, 487. c. *ture ac taedis incensis O. H.* 7, 23. c. *segete incensa O.* H. 15, 9. c. *plumbo funda ejecto O.* M. 2, 727. c. *Hercule Oetaeo et Aetnae incendio H.* E. 17, 30. *O.* H. 15, 11. Descr. amoris affectus: *Te.* Eu. 1, 1, 14. And. 1, 2, 5. *Se.* Hipp. 102. 360 sqq. *V.* A. 4, 66 sqq. 528 sqq. *O.* H. 19, 39. M. 2, 685. 7, 706. P. 1, 9, 7. *Cl.* n. H. in. *H.* O. 1, 8. **SY.** cārĭtās, bĕnĕvŏlentĭă, făvŏr, stŭdĭŭm, cŭpīdo; pŭĕr phărĕtrātŭs, fīlĭŭs Vĕnĕrĭs. **EP.** dulcĭs, blandŭs, jūcundŭs, suāvĭs, grātŭs, tĕnĕr, mollĭs, plăcĭdŭs, magnŭs, ingens, flăgrāns, ăcĕr, fervĭdŭs, vĕhĕmēns, indŏmĭtŭs, fervēns, ūrēns, arctŭs, ignĭpŏtēns, sollĭcĭtŭs, sēdŭlŭs, gnāvŭs, tĭmĭdŭs, vĭgĭl, ingĕnĭōsŭs, saevŭs, vērŭs, fictŭs, antīquŭs, anxĭŭs, săgittĭfĕr, ālĭgĕr, pennātŭs, phărĕtrātŭs, sŏcĭālĭs, sŏcĭŭs, vĭgĭlāns, nūdŭs, ăpertŭs, impĭgĕr, formōsŭs, dĕcōrŭs, dēmulcēns, arcĭtĕnēns, arrīdēns, officĭōsŭs, mūtŭŭs, festīvŭs, frāternŭs, singŭlārĭs. **PH.** Ignĭs, ardŏr, flammă, fāx, incendĭă ămōrĭs. Pectŏrĭs aestŭs. Vīs ămōrĭs pectŭs ădūrēns, praecordĭă inflammāns, ūrēns mĕdullās. Ardōrem cŭpĭēns dissĭmŭlārĕ mĕŭm. Omnĭă vincĭt ămŏr. *V.* Occultō pectŭs combūrĭtŭr ignĕ. Illĕ mĕōs, prīmŭs quī mē sĭbĭ junxĭt, ămōrēs Abstŭlĭt. — ***Amor honestus.*** **SY.** stŭdĭŭm, cārĭtās, pĭĕtās, castŭs ignĭs. **EP.** sanctŭs, castŭs, constāns, pĕrennĭs, concŏrs, pācĭfĭcŭs, fīdŭs, sincērŭs, fĭdēlĭs, immūtābĭlĭs, aeternŭs, vērŭs, tĕnāx, pūrŭs, suāvĭs, mūtŭŭs, săcĕr, sŏcĭālĭs. **PH.** Sincērī ămōrĭs ardŏr. Vincŭlă ămōrĭs. Lēgĭtĭmō foedĕrĕ junctŭs ămŏr. Hīs ămŏr ūnŭs ĕrăt. Pār fŭĭt hīs aetās ĕt ămŏr. Ex aequō captĭs ardēbant mentĭbŭs ambō. *O.* Castō mentem dēvictŭs ămōrĕ. Fēlīcēs tĕr, ĕt amplĭŭs, Quōs irruptă tĕnĕt cōpŭlă. *H.* Pectŏră lēgĭtĭmŭs castă mŏmordĭt ămŏr. *O.* Sanctusquĕ pŭdīcae Servăt ămīcĭtĭae lēgēs ămŏr. *St.* Pectŏrĭbŭs tū nostrĭs, uxŏr inhaerēs. *O.* Amŏr pătrĭae rătĭōnĕ vălentĭŏr omnī. *O.* Pŭĕr īrĕ părăt, mĕă maxĭmă cūră. *V.* Omnĭs in Ascănĭō cārī stăt cūră părentĭs. *V.* — ***Amor immodicus.*** **SY.** cŭpīdo, lĭbīdo, ardŏr, aestŭs, Vĕnŭs, ignĭs, făcēs, călŏr, incendĭă. Păphĭae făcēs Flammae Idălĭae, Dĭōnaeae. Cyprĭdĭs ignēs. Amōrĭs spīcŭlă. Cŭpīdĭneae săgittae. **EP.** Aegĕr, insānŭs, vēsānŭs, vĭgĭlāns, turpĭs, impătĭēns, irrĕquĭētŭs, effrēnŭs, infēlix, fallāx, văgŭs, mălĕsānŭs, indŏmĭtŭs, spurcŭs, foedŭs, mălĕsuādŭs, vĕnēnōsŭs, vulnĕrōsŭs, stultŭs, sollĭcĭtŭs, dŏlōsŭs, scĕlĕrātŭs, āmēns, dēmēns, impĭŭs, imprŏbŭs, saevŭs, fervĭdŭs, tŭmĭdŭs, pătĭēns, fēmĭnĕŭs, ăvĭdŭs, pestĭfĕr, crūdēlĭs, sĭmŭlātŭs, mellītŭs, flammĕŭs, subdŏlŭs. **PH.** Caecŭs ignĭs. Vĕnĕrĭs damnōsă vŏluptās.

V. Crēdŭlă rēs ămŏr est. *O.* Vĕnĭt ămŏr grăvĭŭs, quō sērĭŭs. *O.* Lascīvŭs fŭrŏr; ămōrĭs stĭmŭlī. Caecī Cŭpīdĭnĭs ignēs. Pectŏrĭs aestŭs. Tēlă Cŭpīdĭnĭs. Flammĕŭs accensīs ignĭbŭs ardĕt ămŏr; est mollĭs flammă mĕdullĭs. At rēgīnă, grăvī jăm dūdŭm saucĭă cūrā, Vulnŭs ălĭt vēnĭs et coecō carpĭtŭr ignī. *V.* Nullā sēdĕ mănēns, mōbĭlĭs errăt ămŏr. *O.* Imprŏbe ămŏr, quĭd nōn mortālĭă pectŏră cōgĭs! *V.* Afflŭĭt incautĭs insĭdĭōsŭs ămŏr. *P.* Amŏr surdĭs aurĭbŭs essĕ sŏlĕt. *P.* Impĭă sŭb dulcī mellĕ vĕnēnă lătent. *O.* Nunc scĭō, quĭd sĭt ămŏr. *V.* Quĭd sĭt ămŏr, sentĭt. *V.* Mollĕ mĕŭm lĕvĭbŭs cŏr est vĭŏlābĭlĕ tēlĭs. *O.* Intrăt ămīcĭtĭae nōmĭnĕ tectŭs ămŏr. *O.* — Tŭm Vĕnŭs ĕt călĭdī scintillăt fervŏr ămōrĭs. Nostră Cŭpīdĭnĕŭs pectŏră torquĕt ămŏr. Ūrŏr ŭt inductō cērātae sulphŭrĕ taedae. Nōn sĕcŭs exarsĭt conspectă vĭrgĭnĕ Tēreŭs, quăm sī quĭs cānĭs ignem suppōnăt ărĭstĭs. Nōtăquĕ purpŭrĕŭs tēlă rĕsūmĭt ămŏr. Ūrĭtŭr infēlix Dīdō, tōtăquĕ văgātŭr Urbĕ fŭrēns. *V.* Ūt sŏlĕt ā ventĭs ălĭmentă rĕsūmĕrĕ, quaequĕ Parvă sŭb inductā lătŭĭt scintillă făvillā, Crescĕre, ĕt in vĕtĕrēs ăgĭtātă rĕsurgĕrĕ vīrēs: Sīc jăm lĕnĭs ămŏr, jăm quem languērĕ pŭtārēs, Ūt vīdĭt jŭvĕnem, spĕcĭē praesentĭs ĭnarsĭt. Ūt, pēne extinctŭm cĭnĕrem sī sulphŭrĕ tangās, Vīvĕt, ĕt ex mĭnĭmō maxĭmŭs ignĭs ĕrĭt: Sīc, nĭsĭ vītātĭs, quĭdquĭd rĕvŏcārĭt ămōrem, Flammă rĕardescĕt, quae mŏdŏ nullă fŭĭt. *v. amans, libido.* — ***Amore incendo.*** **PH.** Pectŭs ămōrĕ vulnĕrārĕ, torquērĕ. Caecum infīgĕrĕ vulnŭs ămōrĭs; addĕrĕ stĭmŭlōs ămōrĭs; ănĭmum inflammārĕ ămōrĕ. Dictĭs dīvīnum inspīrăt ămōrem. Occultum inspīrăt ignem fallāxquĕ vĕnēnō, ătque ossĭbŭs implĭcăt ignem. Dărĕ ignēs. Incendĭă praebērĕ. Subdĕrĕ calcăr. Allĭcĕrĕ, făcĕrĕ, dărĕ ămōrem. Nŏvō ignī carpī. Trăhĕrĕ pĕr ossă fŭrōrem. Tōtō pectŏrĕ percĭpĕrĕ flammam. Concĭpĕrĕ, haurīrĕ ignēs. Incălescĕrĕ ignī. Incendī cŭpīdĭnĕ. Prīmă sŭīs mē cēpĭt ŏcellīs, Contactŭm nullīs antĕ cŭpīdĭnĭbŭs. *P.* Grātā compĕdĕ dētĭnĕt. *H.* Flectĕrĕ mollĭbŭs Iăm dūrum impĕrĭīs. *H.* Artĭbŭs innŭmĕrĭs mēns oppugnātŭr ămantŭm. *O. v. amo.* — ***Amori resisto.*** **PH.** excŭtĕrĕ ignēs, flammās, ămōrēs; extinguĕrĕ flammās. Frēnārĕ cŭpīdĭnĭs aestŭs; ămōrĭs flammās compescĕrĕ, ăbrumpĕrĕ, attĕnŭārĕ, subdūcĕrĕ ămōrēs. Aestŭs compressĭt ămōrĭs. Vincĭmŭs, ĕt dŏmĭtŭm pĕdĭbŭs calcāmŭs ămōrem. Est omnī partĕ fŭgandŭs ămŏr. Ūtĭlĕ prŏpŏsĭtum est, saevās extinguĕrĕ flammās. *O.* Dum nŏvŭs est, coeptō pŏtĭŭs pugnēmŭs ămōrī. Quĭs ĕnĭm mŏdŭs adsĭt ămōrī? *V.* Ōtĭă sī tollās, pĕrĭērĕ Cŭpīdĭnĭs arcŭs. *O.* Clāmāvĭt cĕlĕr, hinc fŭgĭās, scĕlĕrātĕ cŭpīdo. Ĕt tantōs rumpī nōn spērĕt ămōrēs. Plăcĭdōne ĕtĭam pugnābĭs ămōrī? Amōrī adversārī, rĕpugnārĕ, obsistĕrĕ, rĕsistĕrĕ, obstārĕ, rĕnītī, rĕluctārī. Amōrem inhĭbērĕ; rĕfrāgārī ămōrī. Spătĭō dēbĭlĭtātŭr ămŏr. *St.* Diffĭcĭle est, sŭbĭtō longŭm dēpōnĕre ămōrem. *C.* Laesūrō

sŭbtrăhĕ cōllă jŭgō. *O.* Prīncĭpĭīs ōbstā, sērō mĕdĭcīnă părātŭr. *O.* Omnēs hūmānōs sānāt mĕdĭcīnă dŏlōrēs, Sōlŭs ămōr mōrbī nōn ămăt ārtĭfĭcĕm. *P.* Nūllīs ămŏr ēst sānābĭlĭs hērbīs. *O.* — *Amori respondeo.* PH. Rēspōndēt cūrīs aēquātquĕ Sĭchaeŭs ămōrĕm. *V.* Mē tōrrēt făcĕ mūtŭā. *H.* Et bĕnĕ mūtŭīs Fīdūm pēctŭs ămōrĭbŭs. *H.* Amōrēm quaerĭt ămāndō. *O.* Rēddĕ vĭcĕm. *O.* Ut ămērĭs, ămā. *M.* Mūtŭŭs ābsēntī tē mĭhĭ sērvĕt ămŏr. *A.* Sī quĭs ămāt, quŏd ămārĕ jŭvāt, fēlīcĭtĕr ārdĕt. *O.* — *Amorem patefacio.* Vūlnĕrĭs īndĭcĭūm fēcī. *O.* Nūtrīcī cōnfēssŭs ămōrĕm. *O.* Tĭmĭdē prŏfĭtētŭr ămōrĕm. *O.* Appārēt dīssĭmŭlātŭs ămŏr. *O.* Quĭs ĕnĭm bĕnĕ cēlăt ămōrĕm? *O.* Nēc lătĕt haŭstŭs ămŏr, sēd făx vĭbrātă mĕdūllīs In vūltŭs ātque ōră rĕdĭt, lūcēmquĕ gĕnārŭm Tīngĭt. *St.* — *Amor Deus, v. Cupido.*

Amōrgŭs. — *ōccūrrēntĭs Ămōrgi.* S.

Amōrrhaeī. — *Rēgĭs Ămōrrhaei* etc. Pr.

āmŏvĕo. — *quaecūnquĕ vĕtūstāte āmŏvĕt aetās.* Lr. PH. Sēd tămĕn āmōtō quaerāmūs sērĭă lūdō. *H. v. removeo.*

Ampĕlĭŭs. *Paulīnum Ămpĕlĭūmquĕ Sy̆mmăchūmquĕ* (phal.) *Sid.*

Amphĭărāŭs. *Nōtŭs hūmō mērsīs Amphĭărāŭs ĕquīs.* O. EP. laurĭgĕr, Ārgŏlĭcŭs, aŭgŭr, săcĕr, Phoebēŭs. PH. Quēm īmpĭă prōdĭdĭt ūxŏr, Hōstĭcăque haŭsĭt hŭmŭs. Ignĭbŭs Oīclīdēs vīsīs vēntūră cănēbāt. Descr. *St.* Th. 1, 398. 3, 451. 6, 327. 7 extr.

āmphĭbĭŭm. *Ămphĭbĭŭm nūmĕn tērrās ătque aequŏră mīscĕt.* Mil.

Amphĭdămās, āntĭs. *Iŭvĭt ĕt Amphĭdămās* etc. Va.

Amphĭlŏchŭs. *Amphĭlŏchī frātĕr* etc. O.

Amphĭmĕdōn. *Et Lĭby̆s Amphĭmĕdōn* etc. O.

Amphīōn, ŏnĭs. *Ad chĕly̆n ĕt dūrās ănĭmāntem Ămphīŏnĭ cautēs.* St. EP. Dīrcaeŭs, cĭthăroedŭs, mūsĭcŭs, fācūndŭs, dūlcĭsŏnŭs, Āŏnĭŭs, Apōllĭnēŭs, grātŭs, săcĕr, dŏcĭlĭs, lĕpĭdŭs, Phoebēŭs. PH. Nātŭs Jŏvĕ, dūcēns dūrā tēstūdĭnĕ cautēs. Quī lăpĭdēs flēxīssĕ cănēndō Dīcĭtŭr. *St.* Āŏnĭŭs vātēs ănĭmāns tēstūdĭnĕ sāxă. Ātque Ămphīŏnĭae moenĭă flērĕ ly̆rae. *P.* Nōn *Amphīŏnĭae* stĕtĕrīnt tēstūdĭnĭs ārcēs. *St.* Descr. *H.* A. P. 394 sqq. *P.* 3, 1, 43. *V.* E. 2, 24. *Va.* 1, 367. 3, 479. *Se.* H. f. 262. Ph. 566.

Āmphīsă. *Phōcăĭcās Ămphīsă mănūs* etc. L.

āmphĭthĕātrŭm. *Omnīs Caesărĕō cēdăt lăbŏr āmphĭthĕātrō.* M. EP. cōnspĭcŭŭm, āltŭm, sūblīmĕ, māgnŭm, praeclārŭm, īngēns, rŏtūndŭm. PH. Hīc ŭbĭ cōnspĭcŭī vĕnĕrābĭlĭs āmphĭthĕātrī Ērĭgĭtŭr mōlēs. *M.* Ēxtēndĭt sēsē prōcŭl āmphĭthĕātrĭcŭs ōrbĭs. *Sid.* — *Āmphĭthĕātrālēs* īntĕr nūtrĭtă măgīstrōs. *M.* Mōlĭbŭs aequŏrĕŭm cōnclūdĭtŭr āmphĭthĕātrŭm. *Rut.* 1, 239. Nātūrālĕ thĕātrŭm. *Au.* Tūm sĭlvīs scēnă cŏrŭscīs Dēsŭpĕr. *V.* Descr. *M.* 1, 7. 14, 137. *Cl.* cons. Mall. Th. 293.

Āmphĭtrītē. — *Āquīs ăccēpĕrĭt Āmphĭtrītē.* O. EP. Nēptūnĭă, flūctĭvŏmă, Nērēĭă, caerŭlĕă, aequŏrĕă, ūndĭvăgă, mărīnă. PH. Dĕă mărĭs. Nēptūnĭă, Nēptūnī cōnjūx, ūxŏr. Dīvēs ăquīs. Caerŭlĕō pōllēns cōnjūx Nēptūnĭă rēgnō. Nēptūnūm grĕmĭō cōmplēctĭtŭr Amphĭtrītē. *Cl. v. mare.*

Āmphĭtry̆ō. *Nēc pătĕr Āmphĭtry̆ō, nēc pŭĕr Hy̆llŭs ădēst.* O. PH. *Āmphĭtry̆ōnĭădēs ārmēnta ăbĭtūmquĕ părābăt.* V. Alcīdae, Hērcŭlĭs pătĕr.

āmphŏră. *Āmphŏră nōn mĕrŭĭt tām prĕtĭōsă mŏrī.* M. EP. aūrĕă, ărgēntĕă, căpāx, căvă, cōncăvă, pŭlchră, aŭrātă, vīnārĭă, prĕtĭōsă, Māmērtīnă. PH. Amphŏră coepĭt Instĭtŭī; cūrrēntĕ rŏtā cūr ūrcĕŭs ēxĭt? *H.*

Āmphry̆sŭs. *Irrĭgăt Āmphry̆sŭs fāmŭlāntĭs pāscŭă Phoebī.* L. EP. lēnĭs, grātŭs, īrrĭgŭŭs, stāgnāns. PH. Fātă ēst Amphry̆sĭă vātēs. *V.* Aūt Amphry̆sĭăcō pāstŏr dē grāmĭnĕ cārpĭt. *St.*

āmplēctŏr. *Nŏx rŭĭt ĕt fūscīs tēllūrēm āmplēctĭtŭr ālīs.* V. SY. āmplēxārī, cōmplēctī; cīngĕrĕ, āmbīrĕ, cīrcūmdărĕ, īnclūdĕrĕ, īmplĭcārī. PH. Cōmplēxū tĕnērĕ, fŏvērĕ, ēxcĭpĕrĕ; āmplēxŭs pĕtĕrĕ, dărĕ. Dărĕ cīrcūm brāchĭă cōllō. Fŏvērĕ ĭn ūlnīs. Cōllō haerērĕ; īrĕ ĭn āmplēxūs; cōllă īnvādĕrĕ, pĕtĕrĕ, tĕnērĕ. Hŭmĕrīs, cōllō brāchĭă pōnĕrĕ, īmpōnĕrĕ, fērrĕ, īnjĭcĕrĕ, īmplĭcārĕ; cōllă lăcērtīs căptārĕ, cōmplēcti, īmplĭcārĕ; nēctĕrĕ, īnnēctĕrĕ, prĕmĕrĕ. Optātōs dĕdĭt āmplēxūs. *V.* Implĭcŭĭt mātērnō brāchĭă cōllō. *O.* Tĕr cōnātŭs ĭbī cōllō dărĕ brāchĭă cīrcūm. *V.* Sēmĭănĭmēmquĕ sĭnū gērmānam āmplēxă tĕnēbāt. *V.* Ille ŭbĭ cōmplēxu Aēnēae cōllōquĕ pĕpēndĭt. *V.* Cōmplēxi īntĕr sē nōctēmquĕ dĭēmquĕ mŏrāntŭr. Nōn sīc āppŏsĭtīs vīncītŭr vĭtĭbŭs ūlmŭs, Ut tŭă sūnt cōllō brāchĭă nēxă mĕō. *O.* Tē tĕnĕt, āmplēxū pērfrŭĭtūrquĕ tŭō. *O.* Vūltquĕ sŭb āmplēxūs īrĕ pŭēllă tŭōs. Dēquĕ vĭrī cōllō dūlcĕ pĕpēndĭt ŏnŭs. Sīc mĕmŏrāns hŭmĕrōs dēxtrāsquĕ tĕnēbāt Ambōrŭm. *V.* Trĕpĭdae mātrēs prēssēre ăd pēctŏră nātōs. *V.* Hīc ălăcĕr cōlla āmplēxū mātērnă pĕtēbăt. *S.* Cōllō pēndŭlŭs haerĕt. Irrŭĭt īn cōllŭm. *V.* Amplēxŭs nātī Cy̆thĕrēă pĕtīvĭt. Avĭdīs āmplēxĭbŭs haerēnt. *O.* Tĕnĕ mănŭs ŭnquām nōstrae dīmīttĕrĕ vēllēnt? Tĕnĕ mĕō pătĕrēr vīvŭs ăbīrĕ sĭnū? *O.* Excĭpĭt āmplēxū fēlīcĭăque ōscŭlă jūngĭt. Vīvĭs tōtŭm cōmplēxĭbŭs āmbĭt. *Cl.* Cōmplēxū fŏvērūnt pēctŏră. *L.* Inquĕ pătrīs blāndīs haesĭt cērvīcĕ lăcērtīs. *O.* Cōllōque īnfūsă mărītī. *O.* Dēxtrām cōmplēxŭs ĕūntĭs. *V.* Innēctēns āmbōbŭs cōllă lăcērtīs. *V.* In āmplēxūs ēffūsās tēndĕrĕ pălmās. *L.* Et tĕnĕrā mātrĭs cērvīcĕ pĕpēndĭt Blāndŭs. *St.* Fās tămĕn ēst, cōnfērrĕ gĕnās, fās, jūngĕrĕ tēcŭm Pēctŏra ĕt ēxsānguēs mīscēre āmplēxĭbŭs ārtŭs. *Va.* Trūncŭm rāmōsque āmplēxă mŏrābăr. *O.* Amplēxŭs ĕt haerēns. *Va.* Itĕrŭmquĕ rĕfūsă Cōnjŭgĭs īn grĕmĭŭm. *L. v. amplexus* et *osculor.*

āmplēxŭs, ūs. SY. cōmplēxŭs. EP. mōllĭs, dūlcĭs, tĕnāx, fūrtīvŭs, ăvĭdŭs, cārŭs, plăcĭdŭs, mūtŭŭs, cāstŭs, fēlīx, sānctŭs, cōncōrs, ĭtĕrātŭs, grātŭs, sĭmŭlātŭs, vērŭs, fĭdēlĭs, strīctŭs, ōptātŭs, vĕnĕrĕŭs, răpĭdŭs, jŭgălĭs.

PH. Quis tē nōstrīs ămplexĭbŭs ărcĕt? *V.* Tē cōmplexū nē sŭbtrăhĕ nōstro. *V.* Nōn ĕgŏ nūnc dūlci ămplexū dīvēllĕrĕr ūnquăm, Nātĕ, tŭō. *V.* Amplexūs nātī Cȳthĕrēă pĕtēbăt. *V.* Nīvĕīs hīnc ătque hīnc dīvă lăcertīs Cūnctāntem ămplexū mōllī fŏvĕt. *V.* Excŭtĭt ămplexūs ăddūctăquĕ brāchĭă sōlvĭt. *O.* Vāllĭs ĭn ămplexū nĕmŏrūm sĕdĕt. *V.*

ămplĭfĭco. *Pōrrĭgĕre ĕt fātīs ămplĭfĭcārĕ mŏrās.* Au. SY. aŭgĕrĕ, ĕxtēndĕrĕ, ădaŭgĕrĕ, dīlātārĕ, dīdūcĕrĕ, prōtrăhĕrĕ, prōdūcĕrĕ, pōrrĭgĕrĕ, ămplĭārĕ. PH. Laūdĭbŭs ămplĭfĭcăt vĭrtūtem. *H.* Dŭplĭcĕ mūrō Amplĭfĭcātă lŏcī spĕcĭēs. *Au.* Amplĭăt aētātīs spătĭūm sĭbĭ vĭr bŏnŭs. *M.* Aŭt ămplĭĕt ŭt rĕm. *H.* Lēgĭs ămplĭātă rūră. *Sid.*

ămplĭo. *v. amplifico.*

ămplĭŭs. *Cuī sătĭs ēst, quŏd cōntĭngĭt, nĭhĭl ămplĭŭs ŏptĕt.* H. SY. măgĭs, plūs; īnsŭpĕr, dĕīncĕps, pōsthāc; nōn jăm, ūltrā. PH. Sī nĭhĭl ămplĭŭs, ŏbstĕm? *O.* Nēc pōrtĭtŏr Ōrcī Amplĭŭs ŏbjĕctăm păssŭs trānsīrĕ pălūdĕm. *V.*

ămplŭs. SY. lātŭs, măgnŭs, spătĭōsŭs, lātē pătēns, lāxŭs, prōlīxŭs; hŏnōrātŭs, īnsīgnĭs, dīvĕs, ŏpŭlēntŭs, lŏcŭplēs. PH. Pĕr ămplŭm Mīttĭmŭr Elȳsĭūm. *V.* Illōs pōrtĭcĭbŭs rēx ăccĭpĭēbăt ĭn ămplĭs. *V.* Spŏlĭa ămplă rĕfĕrtĭs. *V.* Amplĭs ĕt hŏnōrĭbŭs aūctŭs. *H.* Amplĭŏr, ōrō, sīs pătrĭō dĕcŏrĕ. *S.* Nīl ămplĭŭs ōrō. *H.*

ămpūllă. SY. ămphŏră, lăgēnă; vērbōrūm tŭmŏr, sēsquĭpĕdālĭă vērbă. EP. căvă, tŭmĭdă, căpāx, tūrgĭdă. PH. Ampūllĭs pōtās sēmĭsŭpīnŭs ăquăm. *M.* Prōjĭcĭt ămpūllās ĕt sēsquĭpĕdālĭă vērbă. *H.* Trăgĭcā dēsaēvĭt ĕt ămpūllātŭr ĭn ărtĕ. *H.*

ămpŭto. *Ampŭtăt ēnsĕ mănūs, căpŭt ŏbtĕrĭt ōssăquĕ săxō.* L. SY, sĕcārĕ, ēxsĕcārĕ, rĕsĕcārĕ, rēscīndĕrĕ, ăbscīndĕrĕ, īncīdĕrĕ. PH. Inūtĭlēsquĕ fălcĕ rāmōs ămpŭtāns. *H.* Lōngă cōllŏquĭă ămpŭtā. *Se. v. scindo.*

Amsānctŭs. *Amsānctī vāllēs: dēnsīs hūnc frōndĭbŭs ātrŭm.* V. A. 7, 563. 599.

Amstĕlŏdămŭm *vel* Amstĕrŏd. PH. Haēc ĭlla ēst Bătāvaē nōn ūltĭmă glōrĭă gēntĭs, Dīvĕs ăgrī, dīvēs prĕtĭōsaē vēstĭs ĕt aūrī, Urbs spătĭōsă, pŏtēns ŏpĭbŭs tēctīsquĕ sŭpērbă. *Bart.*

amŭlētum. *Amŭlētă gĕrĭt cōllō sŭspēnsă, nĕc aŭdĕt.* Ma. *Quŏd sĭbi ămŭlētūm vĕlŭtī vīcīnĭă quaērĭt.* Fil. SY. āntĭdŏtŭm, phārmăcŭm, mĭthrĭdātĭcŭm. *v. medicamen.*

Amūlĭus. *Rōmŭlĕōquĕ cădĭt trājĕctŭs Amūlĭŭs ēnsĕ.* O. *v. Ilia, Romulus.* Descr. *S.* 8, 295.

ămūrcă. — *Et nĭgrā pērfūndĕre ămūrcā.* V. SY. faēx ŏlĕī. EP. ātră, spīssă, nĭgră, pūtrĭs, pāllădĭă, īnĭmīcă ŏlĕō, īnsūlsă.

ămūssĭs. *Pārtĭbŭs ŭt cŏĕăt, nĭhĭl ŭt dēlīrĕt ămūssĭs.* Au. SY. Līnĕă rēctă, rēgŭlă, gnōmōn, pĕrpēndĭcŭlŭm. EP. rēctă, ĕxāctă, ăccūrātă, strēnŭă.

Amȳclaē. — *tăcĭtĭs rēgnāvĭt Amȳclīs.* V. EP. tăcĭtaē, āntīquaē, ărmĭgĕraē, Lēdaēaē, Apōllĭnĕaē, vĭrĭdēs, Thĕrāpnaēaē, tĕtrĭcaē, aĕrĭsŏnaē; Fūndānaē, Grājaē, ărmĭfĕraē. PH. Armăque *Amȳclaēŭmque* cănĕm. *V.* Tē quŏque, *Amȳclīdē,* pŏsŭīssĕt ĭn aēthĕrĕ Phoēbŭs. *O.*

Amȳcŭs. *Văstātōrem Amȳcŭm* etc. V.

Amȳdōn. — *ăst hīc Amȳdōnĕ rĕlīctă.* I.

ămygdălă. *Nēc glăndēs, Amăryllĭ, tŭaē, nĕc ămygdălă dēsūnt.* O. SY. Phȳllĭdĭs ărbŏr, ămygdălŭm, nūx Thăsĭă, Graēcă. EP. vĭrĭdĭs, vĭrēns, pătŭlă, frōndōsă. *v. arbor.* PH. *Quĭn ĕt* ămygdălĕōs *sŭbĕūnt pīstăcĭă rāmōs.* Pall. *Fērtŭr* ămygdălĭnaē *sūccŭs nŭcĭs* etc. Ser.

Amȳmōnē, ēs. *Tēstĭs Amȳmōnē, lătĭcēs quŭm fērrĕt* etc. P. 2, 20, 47. *Va.* 4, 374. *v. Danaides.*

Amȳntās, aē. — *Quĭd tŭm, sī flāvŭs Amȳntās?* V. PH. Aūt ŭt *Amȳntĭădēn* etc. *O.*

Amȳntŏr. — *bēllō sŭpĕrātŭs Amȳntŏr.* O. — *crētŭs Amȳntŏrĕ Phoēnīx.* O. PH. Flēvĭt *Amȳntŏrĭdēs* etc. *O.*

Amȳthāōn. — *mĕmŏrānt, Amȳthāŏnĕ nātŭs.* O. PH. Tūnc *Amȳthāŏnĭŭs* etc. *St.*

ăn. *Quĭs scĭt, ăn ădjĭcĭānt hŏdĭērnaē crāstĭnă sūmmaē?* H. SY. ūtrŭm, ănnĕ, nūmquĭd, ănnōn, nĕ, ēcquĭd. PH. Pācĕmnĕ hūc fērtĭs, ăn ărmă? *V.*

Ană *et* Anās, ae. *Ana ămnĭs īllĭc pĕr Cȳrĕtăs ēfflŭĭt.* Av. *Emĕrĭtēnsĭs Anaē* etc. Au.

Anăchārsĭs, ĭs. *Quĭdquĭd laūdāvĭt Scȳthĭcīs Anăchārsĭs ĭn ārvĭs.* Sid.

anăchorētă. *Anăchōrētă trĕmĭt, quī quăndōquăm frīgŏră pōrtĕt.* Sid. Rectius: *Nīl ănăchōrētaē sprēta īntĕr cūnctă rĕsērvānt.* Prosp. *v. eremus.*

Anăcrĕōn, ōntĭs. *Nēc sī quĭd ōlĭm lūsĭt Anăcrĕōn.* (alc.) H. EP. Tēĭŭs, lȳrĭcŭs, vīnōsŭs, cŭpīdĭnĕŭs. PH. Praēcēpĭt lȳrĭcī Tēĭă Mūsă sĕnĭs. *O.*

Anăctŏrĭă. *Vĭlĭs Anăctŏrĭē* etc. O.

ănădēmă. *Et bĕnĕ pārtă pătrŭm fīūnt ănădēmătă mĭtraē.* Lr.

ănăglyphă *vel* ănăglyptă, ōrŭm. *Nēc mēnsīs ănăglyptă dē pătĕrnīs.* (phal.) M. SY. tŏreŭmă; caēlātŭm, scŭlptŭm ŏpŭs.

ănălēctă. *Sēd prĕtĭŭm scōpĭs nŭnc ănălēctă dăbŭnt.* M.

Anănĭās. *Occĭdĭt īnfēlīx Anănĭās* etc. Ar.

ănăpaēstŭs. *Haēc cōntră vĭtĭănt īncŭrrēntēs ănăpaēstī.* Te. M. PH. Iŭnctŭs Lēsbĭăcō sīve ănăpaēstĭcō. *Sid.*

Anăphē. *Hīnc Anăphēn sĭbĭ jŭngĭt* etc. O.

Anăpĭs. — *cūr nōn tĭbĭ, fōrtĭs Anăpĭ.* Cl.

Anăpŭs. *Quaēquĕ sŭīs Cȳănēn mīscĕt Anăpŭs ăquĭs.* O.

ănăs, ătĭs. *Ut pīctīs ănăs ēnŏtătă pēnnīs.* Petr. *Lătĭpĕdēmque ănătēm cērnās* etc. Av. EP. lătĭpēs, rēmĭpēs, ūndĭvăgă, flūvĭālĭs, ăquātĭcă, pălūstrĭs, tārdŭs, ămnĭcŏlă. PH. Tōtă mĭhī pōnātŭr ănās, sĕd pēctŏrĕ tāntŭm. *M.*

Anăstăsĭŭs. *Pānge ĕt Anăstăsĭō* etc. Au.

ănăthēmă. — *Insīgnĕ lĕgēns ănăthēmă făvīllīs.* Pr. PH. Vōtīvă tăbēllă. *H.* Mĕmŏrēs tăbēllaē. *O.* Vōti ărgŭmēntă pŏtēntĭs. *O. v. donarium.*

ănăthĕmă. SY. mălĕdĭctĭo, ĕxsĕcrātĭo, ĭmprĕcātĭo, dēvōtĭo, dīrae.

ănătŏmē. SY. sēctĭō, prōsēctĭō. EP. dōctă, sōlērs. PH. Artĕ măgĭstrā mĕmbră sĕcāns. Hīc lŏcŭs ĕst, ŭbĭ mōrs vīvĭs sūccŭrrĕrĕ gaūdĕt. *Fill.*

Ānaūrŭs. — *vēntōs ădspīrăt Ānaūrŭs.* L.

Ānāxăgŏrās. *Nūnc ĕt Ānāxăgŏrae* etc. Lr. EP. phўsĭcŭs, măgnănĭmŭs, Clāzŏmĕnĭŭs.

Anāxărĕtē. *Iphĭs Ānāxărĕtēn* etc. O.

Anāxĭmĕnēs. *Quĭdquĭd Ānāxĭmĕnēs* etc. Sid.

Ancaeŭs. PH. Cērnĭmŭs Aeăcĭdās, mūrĭsque ĭmmānĕ mĭnāntĕm Ancaeūm. *St.* Th. 5, 398.

ăncēps, ĭpĭtĭs. *Tūm vēro ăncĭpĭtī mēntĕm* etc. V. PH. Ancĭpĭtī mīrāndŭs ĭmāgĭnĕ Jānŭs. *O.* Iūstūm gĕmĭnā sūspēndĕrĕ lāncĕ Ancĭpĭtĭs lĭbrae. *I.* Iūs ăncēps nŏvĭ. *H.* Lūcānŭs ăn Appŭlŭs, ăncēps. *H. v. ambiguus, dubius.*

Anchĭălē.— *Măllŏs ĕt Anchĭălēn.* Av.

Anchĭălŭs. *Altă sŭb Anchĭălī moenĭă tēndĭt ĭtĕr.* O.

Anchīsēs. *At pătĕr Anchīsēs, ŏcŭlōs ăd sīdĕră laetŭs.* V. EP. Dārdănĭŭs, pĭŭs, măgnănĭmŭs, Phrўx, Phrўgĭŭs, grăvĭs, sĕnēx, ānnōsŭs. PH. Aeneae pătĕr, gĕnĭtŏr. Cuī mātĕr Ămōrŭm Gaūdĕt ĭn Īdaeīs cōncŭbŭīssĕ jŭgĭs. Cōnjŭgĭo, Anchīsē, Vĕnĕrĭs dīgnātĕ sŭpērbō. *V.* Vĕtĕrem Anchīsēn ăgnōscĭt ămīcŭm. *V.* Cūm quō cōmmūnĕ pārēntĭs Nōn dēdīgnāta ēst nōmĕn hăbērĕ Vĕnŭs. *O.* Cūm pătĕr ĭn nātī trĕmŭlūs cērvīcĕ pĕpēndĭt, Et vĕtĭta ēst hŭmĕrōs ūrĕrĕ flāmmă pĭōs. *P.* Tŭmŭlōquĕ săcērdōs Et lūcŭs lātē săcĕr ăddĭtŭr *Anchīsaeō. V.* Trōs *Anchīsĭădēs. V.*

ăncīlĕ. — *laevāque ăncīlĕ gĕrēbăt.* V. *Sūdāvĭt clўpĕĭs ăncīlĭbŭs, ō pătĕr ūrbĭs.* J. PH. Lānĭgĕrōsque ăpĭcēs ēt lāpsa ăncīlĭă coelō. *V.* Ancīlĭōrum ēt nōmĭnĭs ēt tŏgae Oblītŭs. *H.*

ăncīllă. SY. sērvă, vērnă, pĕdīssĕquă, fămŭlă, ăncīllŭlă, mĭnĭstră. EP. fĭdēlĭs, fīdă, strēnŭă, prōmtă, vīlĭs, ăbjēctă, pērfĭdă, hŭmĭlĭs, sōrdĭdă, vĭgĭl, sōllĭcĭtă, īnsōmnĭs, ĭndĭgă, ĭmpĭgră, sēdŭlă. PH. Ŏpĕrum haūd ĭgnāră Mĭnērvae. *V.* Dŏmĭnae māndātă ŏbsērvans, ăd nūtūm părātă. Fāllĭtŭr ăncīllae dēcĭpĭtūrquĕ lăbŏr. *O.* Extrēmo ēst ăncīllă lŏcō. *M. v. famula, serva.*

ăncīllŏr. *v. servio.*

ăncōn, ōnĭs. *Lintĕăque ēxtrītĭs lūcēnt ăncōnĭbŭs ărmă.* Gr.

Ancōn. *Illīc Dălmătĭcĭs ŏbnōxĭă flūctĭbŭs Ancōn.* L. PH. ŏlīvĭfĕrĭs laetīssĭmă cōllĭbŭs Ancōn. Quaēque Ancōnă Gnĭdūmque ărūndĭnōsăm Cōlĭs. *C.*

ăncŏră. *Ancŏră dē prōră iăcĭtŭr, stānt lĭttŏrĕ pūppēs.* V. SY. ūncŭs, dēns fērrĕŭs. EP. ūncă, ădūncă, cūrvă, fērrĕă, grăvĭs, tĕnāx, mērsă, mōrdāx, fīrmă. PH. Dēntĕ tĕnācī Ancŏră fūndābāt nāvēs. *V.* Hīc tĕnĕāt nōstrās ăncŏră iāctă rătēs. *O.* Tĕnāx ūncō clāssēm pĕtĭt ăncŏră rōstrō. *Va.* Ancŏră iām nōstrām nōn tĕnĕt ūllă rătēm. *O.* Fēssās nōn vĭncŭlă nāvēs Ūllă tĕnēnt, ūncō nōn ăllĭgăt ăncŏră mōrsū. *V.* Rĕtĭnēnt fēlīcēs vĭncŭlă prōrās. *L.*

Ancŭs. EP. paūpĕr, gĕnĕrōsŭs, măgnănĭmŭs, fōrtĭs, pŏtēns. PH. Irĕ tămēn rēstăt, Nūmă quō dēvēnĭt ĕt Ancŭs. *H.* Quō pĭŭs Aenēās, quō dīvēs Tūllŭs ĕt Ancŭs. *H.* Moenĭă paūpĕrĭs Ancī. *Cl.*

Ancўră. *Ad mūrōs, Ancўră, tŭōs* etc. Cl. PH. *Ancўrănīquĕ* trĭūmphī. *Cl.*

Āndrăgŏrās. — *mōrtŭŭs Āndrăgŏrās.* M.

Āndrĕās. *Nōbĭlĭs Āndrĕām mīttĭt Achaeă sŭŭm.* F. PH. Pĕtrī frātĕr. Bēthsăĭdā crētŭs. Āndrĕā, gērmānĕ Pĕtrī, sānctīssĭmĕ Jōnae Prōgĕnĭēs.

Andrĭă. *Mĕnāndĕr fēcĭt Āndrĭam ēt Pĕrīnthĭăm* (iamb.) Te.

Āndrŏgĕōn, ōnĭs *vel* Āndrŏgĕŭs, ī. *Āndrŏgĕīquĕ nĕcēm jūstīs ŭlcīscĭtŭr ărmīs.* O. *Rēstĭtŭĭt pătrĭīs Āndrŏgĕōnă fŏcīs.* P. *Vīvĕrĕt Āndrŏgĕōn ŭtĭnām!* etc. *O.* SY. Mīnōĭă prōlēs.

ăndrŏgўnŭs. *Vīdĭt nūbēntēm Plīnĭŭs Āndrŏgўnūm.* Au.

Āndrŏmăchē. *Lībābăt cĭnĕrī Āndrŏmăchē mānēsquĕ vŏcābăt.* V. EP. fīdă, moēstă, mĭsĕră, căptīvă, ēxsŭl. PH. Hēctŏrĭs ŭxŏr. Descr. *V.* A. 3, 303. *O.* M. 13, 420 sqq.

Āndrŏmĕdē. — *Āndrŏmĕdēque ĕt Hўpērmnēstrē, sĭnĕ fraūdĕ mărĭtae.* P. SY. Pērsēĭă cōnjūx, Cēphēĭs. EP. Cēphēĭă, fōrmōsă, trīstĭs, vĕnūstă, pūlchră, moērēns, fāmōsă, īnfēlīx. PH. Poēnās mātērnae pēndĕrĕ līnguae jūssă. Trīstĭs ŭt Āndrŏmĕdē mōnstrĭs ŏbjēctă mărīnĭs *P.* Plăcŭĭt Cēphēĭă Pērseō Āndrŏmĕdē, pătrĭae fūscă cŏlōrĕ sŭae. *O.* Descr. *P.* 4, 7, 63. 3, 20, 29. *O.* M. 4, 668. *Mn.* 5, 538.

ănēllŭs. *Cūm trĭbŭs ănēllīs mŏdŏ laevă Prīscŭs ĭnānī.* H. *v. annulus.*

ănĕmōnē. *Nāmque ĕt ămăt Zĕphўrōs ănĕmōne ĕt ămātŭr ăb īllīs.* Rap. EP. pūrpŭrĕă, pūnĭcĕă, rŏsĕă. PH. Flōs nĭmĭă lēvĭtātĕ cădūcŭs. *O.* Hīēmĭs vūltum hōrrēntēm sōlābĭtŭr ŏstrō. Descr. *Rap.* in hort. *O.* M. 10, extr.

Ănĕmōrĭă. — *taūrĭs Anĕmōrĭāmquĕ sŭpīnānt.* St.

ănēthŭm. *Nārcīssum ĕt flōrēm jūngĭt bĕne ŏlēntĭs ănēthī.* V. EP. ŏlēns, ŏdōrŭm, ŏdōrĭfĕrŭm, rĕdŏlēns, vĭrĭdĕ.

ānfrāctŭs, ūs. SY. ămbāgēs, flēxŭs, cīrcŭĭtŭs, cīrcŭĭtĭo. EP. cūrvŭs, ĭnăccēssŭs, lōngŭs, ŏbscūrŭs, coēcŭs, īnflēxŭs, ōblīquŭs, dīffĭcĭlĭs, tōrtŭs, ĭrrĕmĕābĭlĭs, ĭnēxtrīcābĭlĭs, ămbĭgŭŭs. PH. Angūstānt ădĭtūm cūrvĭs ānfrāctĭbŭs Alpēs. *Cl.* Anfrāctū lătŭērĕ vĭae. *L.* Est cūrvo ānfrāctū vāllēs ăccōmmŏdă fraūdī. *V.* Anfrāctū lēvĭōrĭs ĕquī dēlūdĭt ănhēlōs. *Va. v. flexus, gyrus.*

ăngĕlĭcŭs. *Āngĕlĭcī Chrīstō fămŭlāntŭr rītĕ mĭnīstrī.* Sed.

ăngĕlŭs. *Invēntŏr vĭtĭī nōn ēst Dĕŭs, ăngĕlŭs īllŭd.* Pr. SY. ālēs, ālĭgĕr, nūntĭŭs, gĕnĭŭs, coēlēstĭs nūntĭŭs aūlae, aēthĕrĕŭs, pēnnĭpŏtēns jŭvĕnĭs, aūlae coēlēstĭs ălūmnŭs,

ālĭtĭbŭs dē frātrĭbŭs ūnŭs, mīlĭtĭă coelī ălātă. EP. coelēstĭs, aethĕrĕŭs, fōrmōsŭs, cĭtŭs, vēlōx, praepĕs, sīdĕrĕŭs, pēnnĭgĕr, cĕlĕr, ālĭpēs. PH. Sīdĕrĕā mīssŭs tĭbĭ nūntĭŭs ārcĕ. Ōră dĕō prŏpĭŏr iŭvĕnĭs. *V.* Quī jūssă Dĕī rĭtĕ mĭnĭstĕr ăgĭt. Ālēs jŭvĕnĭs coelō dēmĭssŭs ăb āltō. Vŏlŭcĕr dēmĭssŭs ăb aethĕrĕ praecō. Dĕī pōrtāns māndātă pĕr aŭrās. Vīsŭs coelō dēscēndĕre ăpērtō nūntĭŭs, pŭĕr ăb aethĕrĕ praepĕs, pūlchĕr ădēst. Ēcce aŭtem, ēffūlgēns sŭbĭtō dēlāpsŭs ăb āxĕ Stēllĭgĕrō pīctĭs jūxtā pŭĕr ăstĭtĭt ālĭs. Nūntĭŭs ālbĭs Āĕră scīndēbāt pēnnĭs ēt rēmĭgĕ dēxtrā. Frāncĭgĕnĭs īllāpsŭs ăgrĭs, māndātă tŏnāntĭs Pōrtābāt. *Sant.* Descr. *Vid.* Christ. 3, .— ***Angelicus coetus.*** PH. Coelēstēs Gĕnĭī. Vŏlŭcrēs sĭnĕ cŏrpŏrĕ mēntēs. Ālĭgĕrī chŏrī. Ālĭpĕdēs coelī jŭvĕnēs. Tūrbă mĭnĭstră Dĕī. Sīdĕrĕaĕ mēntēs, tūrmaĕ, phălāngēs. Coelĭvăgī jŭvĕnēs, sānctīquĕ vŏlŭcrēs; ālĭgĕrūm pēnnātă mănŭs. Āngĕlĭcō cŏmĭtātă chŏrō. *Pr.* Cīngĭtŭr āngĕlĭcō sŭpĕr āstră bĕātă sĕnātŭ. *F.* Gēns īncŏlă coelī, ālĭtŭŭm coelēstĭŭm ăcĭēs; gēns aethĕrĕ nătă. Vĭdĕō mĕdĭŭm dīscīndĕrĕ caelŭm, Pēnnātāsque ăcĭēs, pŏpŭlōs fēlīcĭs ŏlȳmpī, Ēxūltārĕ pŏlō, Sŭpĕrūmque āpplaŭdĕrĕ Rēgī. Caelĭtŭŭm glŏmĕrātă phălānx, căvă nūbĭlă pēnnĭs Plaŭdĭt. Ēt jām pēnnĭpŏtēns lĭquĭdĭs ēxērcĭtŭs ĭbăt Trāctĭbŭs, āc vŏlŭcrī cīngēbānt āgmĭnĕ caelŭm. Aethĕrĕī gēns īncŏlă caelī. Flāmmāns ăcĭēs sŭpĕrŭm. Cŏhōrs spīrĭtŭŭm plēnă cāstō nūmĭnĕ.— ***Angelus custos.*** PH. Fīdŭs nōbĭs cŏmĕs, tūtŏr. Cuī cūstōdĭă crēdĭtă nōstrī. Nōbĭs quī dătŭs haerēt jām vītae ā līmĭnĕ cūstōs. Quī nōstraē sălūtī vĭgĭl ēxcŭbăt. Cuī Tārtărĕōs prŏcŭl ā nōbĭs ăvērtĕrĕ mānēs Cūra ēst. Tūtēlă nōstraē pērvĭgĭl ālĭgĕr Cūstōsquĕ vītaē. Nāscēntīquĕ dătŭs quōndām cŏmĕs. ***Ruae.***

āngīnă. ***Vērum āngīnă sĭbī mīstūm sălĕ pŏscĭt ăcētūm.*** Ser.

āngĭpōrtŭs. ***Flēbĭs īn sōlō lĕvĭs āngĭpōrtū.*** (Sapph.) H.

Āngli. EP. Brūtĭădaē, bēllācēs, mărīnī, gĕnĕrōsī, ārmĭpŏtēntēs, Anglĭgĕnaē, Nēptūnĭcŏlae, Albĭŏnēs, cŏlēntēs rēgnă praecīnctă ōcĕănō. PH. Īn ādvērsā pōntī rĕgĭōnĕ jăcēntēs. *v.* ***Britanni.***

Ānglĭă. ***Ānglĭă cōnvēntūs tōt hăbēt, tōt Scōtĭă tēllŭs.*** Ma. SY. Brĭtānnĭă, tērră Brĭtānnĭs, Ālbĭōn. EP. dīvĕs ăgrī, nōstrō dīdūctă Brĭtānnĭă mūndō. Dīvēs pĕcŏrŭm, ŏvĭŭm, dītīssĭmă nūmmŭm, clāra ŏpĭbŭs; cīrcŭmdătă pōntō; īgnāră lŭpōrŭm. *v.* ***Britannia.***

āngō. SY. gŭlām cōmprĭmĕrĕ, sūffōcārĕ, tōrquērĕ, vēxārĕ, crŭcĭārĕ, ēxcrŭcĭārĕ, ānxĭūm, sōllĭcĭtŭm rēddĕrĕ. PH. Hāc ūrgēt lŭpŭs, hāc cănĭs āngĭt. *H.* Angĭtŭr ūndĭs. *L.*

āngŏr. SY. moerŏr, trīstĭtĭă. EP. ānxĭŭs, pērvĭgĭl, trīstĭs, flēbĭlĭs. PH. Quĭd mē nĭsī flēbĭlĭs āngŏr Extĕnŭăt. *v.* ***dolor.***

ānguĭcŏmŭs. ***Gōrgŏnĭs ānguĭcŏmaē Pērseĭă*** etc. O.

ānguĭfĕr. ***Gōrgŏnĭs ānguĭfĕraē pēctŭs ŏpērtă cŏmĭs.*** P.

ānguĭgĕnă. ***Quĭs fŭrŏr, ānguĭgĕnaē, prōlēs Māvōrtĭă, vēstrās.*** O.

ānguīllă. EP. lūbrĭcă, ōblōngă, vŏlūbĭlĭs. PH. Cŏgnātă cŏlŭbraē. Flēxĭbŭs īnnŭmĕrĭs ānguīllaē īn līttŏrĕ rēpūnt.

ānguĭmănŭs. ***Īn gĕnĕre ānguĭmănōs ĕlĕphāntēs, Indĭă quōrŭm.*** Lr.

ānguĭnĕŭs *et* ānguīnŭs. ***Eūmĕnĭdēs, quĭbŭs ānguĭnĕō rēdĭmītă căpīllō.*** C. ***Tōrtăque īn ānguīnōs dūcĭt vēstīgĭă grēssūs.*** M.

ānguĭpēs. ***Injĭcĕre ānguĭpĕdūm căptīvō brăchĭă cōllō.*** O.

ānguĭs. ***Frīgĭdŭs, ō pŭĕrī, fŭgĭte hīnc, lătēt ānguĭs īn hērbā.*** V. *v.* ***serpens.***

ānguĭtĕnēns. ***Anguĭtĕnēns māgnō*** etc. Mn.

āngŭlŭs. ***Inquĕ dŏmō lăcrȳmās āngŭlŭs ōmnĭs hăbĕt.*** *O.* EP. sēcrētŭs, ăbdĭtŭs, ŏccūltŭs, lătēns, rĕmōtŭs, rēctŭs, ŏbtūsŭs. PH. Īllĕ tērrārŭm mĭhĭ praetĕr ŏmnēs Angŭlŭs rīdĕt. *H.* Nē quĭd hĭĕt, nē quĭd prōtūbĕrĕt, āngŭlŭs aequĭs Pārtĭbŭs ŭt cŏĕăt. ***Au.***

āngūstĭă. SY. moerŏr, āngŏr, trīstĭtĭă, aerūmnă, āfflīctātĭo, aegrĭtūdo, aegrĭmōnĭă, ānxĭĕtās, moestĭtĭă. PH. Angūstă vĭārŭm. *V.* Gĕmĭnī prŏcŭl īndĕ mălīgnĭs Faŭcĭbŭs ūrgēntŭr cōllēs. *St.* Mĕdĭās ārctē sĕcăt āspĕră rūpēs Sēmĭtă. *St.* Angūstaēquĕ tĕrūnt faŭcēs ădĭtūsquĕ mălīgnī. *V.* Rēbŭs īn āngūstĭs. *M.* Quā mărĭs āngūstăt faŭcēs săxōsă Cărȳstŏs. *L. v.* ***dolor.***

āngūstŭs. SY. ārctŭs, cōntrāctŭs, brĕvĭs. PH. Angūstă dĭēs, nōx; angustum tēmpŭs. Ingēntēs ănĭmōs āngūsto īn pēctŏrĕ vērsānt. *V.* Jūpĭtĕr āngūstā vīx tōtŭs stăbăt īn aedĕ. *O.* Rēbŭs āngūstĭs ănĭmōsŭs Appārĕ. *H.* Rēs āngūstă dŏmī. *I.* Spēs āngūstaē. *S.*

ănhēlĭtŭs.— ***Fēssōs quătĭt aegĕr ănhēlĭtŭs ārtūs.*** V. SY. hālĭtŭs, spīrĭtŭs, flātŭs. EP. aegĕr, crēbĕr, lānguĭdŭs, foetĭdŭs, dĭffĭcĭlĭs, lēntŭs, lēnĭs, ārĭdŭs, tĕpĭdŭs, călĭdŭs, fērvēns, fērvĭdŭs, vīvĭdŭs. PH. Pēctŏră raŭcă gĕmūnt, quaē crēbĕr ănhēlĭtŭs ūrgĕt. *L, v.* ***anhelo.***

ănhēlo. ***Nūllŭs ănhēlābăt sŭb ădūncō vōmĕrĕ taŭrŭs.*** O. SY. rēspīrārĕ, spīrārĕ, hālārĕ, ēfflārĕ. PH. Spīrĭtŭm, aŭram trăhĕrĕ, dūcĕrĕ. Aŭrās căpĕrĕ, căptārĕ, haŭrīrĕ. Nōn taŭrī spīrāntēs nārĭbŭs īgnĕm. Būcŭlă caelŭm Sūspĭcĭēns pătŭlīs căptāvĭt nārĭbŭs aŭrās. *V.* Prīncĭpĭō clīvī nōstĕr ănhēlăt ĕquŭs. *O.* Antrăquĕ lētĭfĕrī răbĭēm Tȳphōnĭs ănhēlānt. *L.* Lōngī sūspēndūnt īlĭă flātŭs. *St.* Fōrnācĭbŭs īgnĭs ănhēlăt. *V.* Ăcĕr, ănhēlāntī sĭmĭlĭs. *V.*

ănhēlŭs. ***Nōsque ŭbĭ prīmŭs ĕquĭs ŏrĭēns āfflāvĭt ănhēlĭs.*** V. PH. Fēbrĭbŭs ūrŏr ănhēlĭs. *O.* Cūrsū fēstīnŭs ănhēlō Advŏlăt. *O.* Fāstīgĭă mōntĭs ănhēlī. *Cl.*

Ănĭēn *vel* Ănĭō *vel* Ănĭēnŭs. ***Rāmōsĭs Ănĭō quā pōmĭfĕr īncŭbăt ărvĭs.*** P. EP. Tībūrnŭs, pōmĭfĕr, praecēps, gĕlĭdŭs. PH. Ăccēssĭt rīpaē laŭs, ***Ănĭēnĕ***, tŭaē. *P.* Et cădĭt īn pătŭlōs lȳmpha ***Ănĭēnĭ*** lăcŭs. P. Praecēps ād rīpās īmmānī tūrbĭnĕ fērtŭr. Quās

praecēps *Ăniēn* ătque ēxcēptūră nătātūs Vīrgŏ jŭvăt. *St.* *Ăniēnis* ăquaē. *O.* *Aniēnă* fluēntă. *V.* Nūnc *Ăniēnĭcŏlis* stătŭant āltāriă Nўmphīs. *St.* Descr. *H.* O. 1, 7, 10. *St.* S. 1, 5, 25. *P.* 4, 7, 86. *S.* 10,

ănīlis. *Contŭdĭt ēt rūgīs pērărāvĭt ănīlĭbŭs ōră.* O.

ănīlĭtās. *Cānă tēmpŭs ănīlĭtās.* (dact.) C.

ănĭmă. *Sūmmūm crēdĕ nĕfās, ănĭmām praefērrĕ pŭdōri.* I. SY. ănĭmŭs, vītă, spīrĭtŭs, mōtrīx mēmbrōrŭm, cōrpŏrĭs rēctrīx, nēscĭă fātī, mōrtĕ cărēns, pōst būstă sŭpērstēs, dīvīnaē pārtĭcŭlă aūraē. *H.* EP. vīvāx, īmmōrtālĭs, dīvīnă, aētērnă, pērēnnĭs, mīrābĭlĭs, vĭgĭl, pērvĭgĭl, īrrĕquĭētă, īnsōmnĭs, coēlēstĭs, aēthĕrĕă, fōrtĭs, săgāx, sōllērs, mĕmŏr. PH. Spīrācŭlă vītaē. Spīrāmēnta ănĭmaē. Quaē dīffūsă pĕr ărtūs, cōrpŏrĕām mōlēm rĕgĭt, ăgĭtăt, ĕt tōtō sē cōrpŏrĕ mīscĕt. *V.* Vītaē fōns, ŏrīgŏ. Spīrĭtŭs īntŭs ălēns cōrpŏră. *V.* Vīs ărtūs ănĭmāns, vĕgĕtāns. Īgnĕŭs ēst ōllīs vĭgŏr ēt coēlēstĭs ŏrīgō. *V.* Quōd mīssum ēst, ēx aēthĕrĭs ōrīs. Īd rūrsŭm coēlī stēllāntĭă tēmplă rĕcēptānt. *Lr.* Haēc sōlă mānēt būstōquĕ sŭpērstēs Ēvŏlăt; hānc āltā căpĭtĭs fūndāvĭt ĭn ărcĕ, Māndātrīcem ŏpĕrūm prōspēctūrāmquĕ lăbōrī. *Cl.* Cōrpŭs ŏnūstŭm Hēstērnīs vĭtĭīs ănĭmām quŏquĕ praegrăvăt ūnā. *H.* Mēntem ĕgŏ dīvīnām trĭbŭō, quaē lībĕră mōrtēm Dēspĭcĕrēt, quaē mē, quaē coēli ēdīscĕrĕt ōrbēs. Māgnaē coēlēstĭă sēmĭnă mēntĭs. *S. v. animus.* — *Animam efflare.* PH. ănĭmăm ăgĕrĕ, rēddĕrĕ, ēxhālārĕ. Pūrpŭrĕām vōmĭt īlle ănĭmām. *V.* Līnquēbānt dūlcēs ănĭmās. *V.* Ŭndāntī quĕ ănĭmām dīffūndĭt ĭn ărmă crŭōrĕ. *V.* Īnquĕ lĕvēs ăbĭĭt paūlātīm spīrĭtŭs aūrās. *V.* Lōngāque ănĭmām sŭb mōrtĕ trăhēbăt. *St.* Anĭmām sŭbdūcĕrĕ mōrtī. *O. v. mors.* — *Animae mortuorum.* Vōs, ănĭmaē tĕnŭēs et cōrpŏră fūnctă sĕpŭlcrīs. *O.* Tĕnŭēs sĭnĕ cōrpŏrĕ vītaē. *V.* Mānēs Achĕrōntĕ rĕmīssī. *V.* Sĭmŭlācrăquĕ lūcĕ cărēntŭm. *V.* Pāllēntēs ănĭmās ĭtĕrŭm sŭb tārtără mīttĭt. *V.* Dī, quĭbŭs īmpĕrĭum ēst ănĭmārum, ŭmbraēquĕ sĭlēntēs. *V.* Lĕmŭrēs ănĭmās dīxērĕ sĭlēntŭm. *O.* Anĭmārŭm tūrbă pĭārŭm. *Au. v. manes.* — SY. spīrĭtŭs. *v. halitus.*

ănĭmădvērto. *His ănĭmādvērsīs tērrām etc.* V. SY. ădvērtĕrĕ, ōbsērvārĕ, pērspĭcĕrĕ, cōgnōscĕrĕ, īntēllĭgĕrĕ, vĭdērĕ, sŭbŏdōrārī, sēntīrĕ, praesēntīrĕ, sūspĭcārī. *v. observo.*

ănĭmăl. *Prōnăquĕ cūm spēctēnt ănĭmālĭă caētĕră tērrās.* O. SY. ănĭmāns, pĕcŭs, brūtŭm, fĕră, bēllŭă, bēstĭă. EP. īmmānĕ, tērrēstrĕ, saēvŭm, fĕrōx, īndŏmĭtŭm, ăgrēstĕ, dŏmēstĭcŭm, păvĭdŭm, cōrnĭgĕrŭm, sўlvēstrĕ, văgŭm, ērrāns, răpāx, aūdāx. PH. Sānctĭŭs hīs ănĭmāl mēntĭsquĕ căpācĭŭs āltaē Deērăt ădhūc. *O.* Nē rĕgĭō fōrĕt ūllă sŭīs ănĭmālĭbŭs ōrbă. *O.* Hīc stĭlŭs haūd ūltrō pĕtĕt Quēmquam ănĭmāntŭm. *H. v. fera, grex.*

ănĭmālĭs. — *cōrpŭsque ănĭmālĕ fĭgūrăt. Mn.*

ănĭmāns. *Dīssĭpăt īn cōrpŭs sēsē cĭbŭs ōmne ănĭmāntŭm.* Lr. *v. animal.*

ănĭmo. *Quās hŭmŭs ēxcēptās vărĭōs ănĭmāvĭt ĭn ănguēs.* O. *v. excito, hortor.*

ănĭmōsŭs. *Āt frātrēs, ănĭmōsă phălānx, ăccēnsăquĕ lūctū.* V. PH. Anĭmōsi Eūrī frāngūntquĕ fĕrūntquĕ. *V.* Īmpŭlsa ēst ănĭmōsō jānŭă vēntō. *O.* Mārtĭs ŏpŭs jŭvĕnēs ănĭmōsăquĕ bēllă gĕrēbānt. *O.* Nōn sĭnĕ dīs ănĭmōsŭs īnfāns. *H.* Anĭmōsŭs ătquĕ Fōrtĭs ăppārĕ. *H.* Praebēnt ănĭmōsă sĕcūrī Cōllă. *O. v. fortis, generosus.*

ănĭmŭs. *Intēndūnt ănĭmōs stŭdĭīs ēt rēbŭs hŏnēstīs.* O. *Mens animi.* Lr. *reminisci animo.* O. *secum animo.* V. *Caelo* animum ferre. *O.* *Animus arboris* pro natura *V.* SY. ănĭmă, mēns, rătĭo, fōrtĭtūdo, vĭrtūs ănĭmī, rōbŭr, cōnstāntĭă, vĭgŏr, vīs, ărdŏr. EP. īmpăvĭdŭs, māscŭlŭs, vĭrīlĭs, nōbĭlĭs, ārdēns, dūrŭs, fērrĕŭs, saēvŭs, crūdēlĭs, ătrōx, trūx, crŭēntŭs, sānguĭnĕŭs īmmītĭs, īmpērtērrĭtŭs, ăbjēctŭs, īgnāvŭs, īnērs, mōllĭs, lēntŭs, īncōncūssŭs, Hērcŭlĕŭs, bărbărŭs, Mārtĭŭs, sōllērs, mĕmŏr, sŭbtīlĭs, ăcĕr, dīvīnŭs, īmmōrtālĭs, săgāx, vŏlŭcĕr, ăvārŭs. PH. Mūndī cōndĭtŏr īllīs Tāntum ănĭmās, nōbīs ănĭmŭm quŏquĕ etc. *I. O.* M. 1, 84. *Lr.* 3, 94. 135. 4, 884. Pārtēm dīvīnaē mēntĭs ĕt haūstūs Aēthĕrĭōs dīxērĕ. *V.* Dīvīnō sēmĭnĕ fēcĭt Īlle ŏpĭfēx rērŭm. *O.* Ā coēlēstī dēmīssŭm trāxĭmŭs ărcĕ. *I.* Dĕŭs claūsĭt mēmbrīs ănĭmōs cēlsā dē sēdĕ pĕtītōs. *Boe.* Tēmpĕrĭē coēlī cōrpŭsque ănĭmŭsquĕ jŭvătŭr. *O.* ănĭmī vīs, vĭgŏr. Fātī nēscĭŭs. Dīvīnō sēmĭnĕ crētŭs. Pārs mĕlĭŏr nōstrī; pārs īgnĕă nōstrī. Mēns cōgnātă pŏlō, dīvīnĭtŭs ōrtă, coēlō dēbĭtă, aēthĕrĕ nātă. Mōrtĕ cărēns. Pōst fātă sŭpērstēs. *V.* Nūnc sī cuī vīrtūs, ănĭmŭsque īn pēctŏrĕ praesēns Adsĭt. Īngēntēs ănĭmōs āngŭsto īn pēctŏrĕ vērsānt. Nūnc ănĭmīs ŏpŭs, Aēnēā, nūnc pēctŏrĕ fīrmō. *V.* Vīnă dăbānt ănĭmōs. *O.* Ipsĕ dŏlŏr vīrēs ănĭmō dăbăt. *O.* Āddīs cōrnŭă paūpĕrī. *H.* Vīrēs ănĭmŭmquĕ mĭnīstrăt. *V.* Īncēndĭt vīrtūte ănĭmōs. *L.* Mānsēre ănĭmī vīrtūsquĕ cădēntī. *St.* Sī pătrĭī quĭd Mārtĭs hăbēs. *V.* Māiŏr ĭn ēxĭgŭō rēgnābăt cōrpŏrĕ vīrtūs. *St.* Fōrtēm pōsce ănĭmum ēt mōrtĭs tērrōrĕ cărēntēm. *I.* Rĕgēns īmpĕrĭō mōtūs īn cōrdĕ văgūntēs. Dīrĭgēns nērvīs flēctēntĭbŭs ărtūs, ne ērrāntēs tēmĕrē ēt sĭnĕ lēgĕ rŭānt. Rĭgēntem ănĭmŭm dōnā. *S.* Hōc ănĭma ătque ănĭmus vīnctī sūnt foēdĕrĕ sēmpĕr. *Lr.* Anĭmŭm rĕgĕ, quī, nĭsĭ pārēt, Īmpĕrăt. Vīnce ănĭmōs īrāmquĕ tŭām, quī caētĕră vīncĭs. *O.* Et cŏhĭbēre ănĭmŭm multa īn dīvērsă rŭēntēm. *S.* Quĭd mĭhĭ tūnc ănĭmī crēdēs, gērmānă, fŭīssĕ? Anĭmŭmque ēxplēssĕ jŭvăbĭt. *V.* Accĭpĭs fālsīs ănĭmŭs mĕlĭōră rĕcūsăt. *H.* Ad praecēptă căpāx. *O.* Omnĭă praecēpi ătque ănĭmō mēcum āntĕ pĕrēgī. *V.* Īgnōtās ănĭmŭm dēmīttēre ĭn ărtēs. *O.* Anĭmōquĕ rŏtūndŭm Pērcūrrīssĕ pŏlŭm. *H.* Anĭmōs ădhĭbētĕ, dŏcēbō. *V.* Anĭmō rĕpĕtēntem ēxēmplă tŭōrŭm. *V.* Anĭmōquĕ dŏmōquĕ Excĭpĭt Aēnēān. *O.* Rīsĭt ĕt ēx ănĭmō dēdĭt

optima. O. Atque id sincere dixit et ex animo. C. Manus fugient haeredis, amico quae dederis animo. H. v. *anima, mens, ratio.*

anisum. *Sive vaporifero tunicas induerit aniso.* Mil. EP. Fragrans, dulce.

Anisum. — *Anisenaque fluminis cursu.* O.

Anna. EP. Sidonia. PH. Infelix Elisae soror. Amne perenne latens *Anna Perenna* vocor. Descr. O. F. 3, 546. S. 8, 50. V. A. 4, 20.

annales. *Sacra recognosces annalibus eruta priscis.* O. SY. historiae scripta, fasti, vetustatis monumenta. EP. veri, antiqui, memores, prisci, immortales, veraces. PH. Annales lubeat si volvere priscos. Cl. Res memoranda novis annalibus atque recenti Historia. I. Comprensa est Latiis quaecunque annalibus aetas. L. Si vacet, annales nostrorum audire laborum. V. Antiqui monumenta perennia facti. O. v. *historia.*

annecto. SY. nectere, obnectere, ligare, alligare, obligare, adstringere, obstringere.

Annibal. *Cum ferus Ausonias perfringeret Annibal arces.* Cl. *Annibalem vobis comitem dabit* etc. S. EP. Poenus, Afer, cruentus, durus, dirus, perfidus, trux, Puniceus, belliger, furibundus, Eliseus, Tyrius, infestus, barbatus, magnanimus, crudelis, atrox, callidus, immanis, indocilis pacis, Barcaeus, luscus, fulmineus, audax, vagus. Rector Libyae, ductor, tyrannus Sidonius, Punicus, Libycus, Nasamoniacus, Agenoreus, spoliis insignis opimis. Natus Amilcare. PH. Haud aliter quam si Poenus transcenderet Alpes Annibal. L. Semper atrox dextra perjuroque ense superbus. St. Annibalemque Lares Romana sede fugantem. P. Rejectaeque retrorsum Annibalis minae. H. Iuratumque viro bellum puerilibus annis. S. Postquam Tyrio gentes cessere superbo, timet ipse Tyranni Fortunam Libyci Mavors. Dirus Afer. H. Saguntii domitor, vastator. Ille Saguntinae vastator barbarus urbis. Ibat Agenorius praefulgens ductor in auro. S. Descr. I. 10, 147 sqq. *P. Lindeb.*

anniculus. *Anniculus, sacer ille tibi redeuntibus annis.* Pr.

annitor. v. *nitor.*

annona. *His opibus nunquam cara est annona veneni.* J. SY. annuae agrorum fruges, stipendium, commeatus, alimentum, nutrimentum, cibus, cibarium, pabulum. EP. copiosa, commoda, abundans, larga, utilis, modica, cara, abscondita, brevis, domestica. PH. Vilis amicorum est annona. H.

annosus. *Pontificum libros, annosa volumina vatum.* H. SY. antiquus, vetustus, priscus, longaevus, grandaevus, cascus, avitus, vetus. v. *senex, vetus.*

annoto. *Annotet et grandes* etc. I. SY. notare, observare, animadvertere, inscribere, describere, perscribere, conscribere, referre, recensere, consignare. v. *noto, numero.*

annulus. *Annulus ut fiat, primo colliditur aurum.* O. SY. annellus, catena, compedes. EP. levis, aureus, pretiosus, jugalis. PH. Auctorisque sui si non est annulus index. O. Per digitos currit levis annulus. I. Gemmato nitet annulus auro. S. Digitos circumligat auro. M. Nunc signat meus annulus lagenam. M.

annumero. *Dum properat versus annumerare tibi.* M. SY. adscribere, accensere, in numerum referre, in numero ponere, numerare, attribuere, addere, adsignare. PH. Se quoque in exemplis annumerare solet. O. Quum vivis annumerarer. O. v. *numero.*

annuo. SY. assentire, assentiri, concedere, adstipulari, accipere conditionem. PH. Annuit et totum nutu tremefecit Olympum. V. Annuimus pariter vetuli notique columbi. H. Audacibus annue coeptis. V. Ingentibus annuat ausis. O. v. *faveo.*

annus. SY. tempus, spatium anni. EP. labens, lubricus, vertens, labilis, fugax, volucer, fragilis, velox, praeceps, mobilis, properans, profugus, revertens, irrevocabilis, fertilis, floriger, pomifer, triticeus, vinifer, tacitus, fugiens, variabilis, rediens, recurrens, means, remeans, volubilis, fatalis, mordax, omnia consumens. PH. anni vices, spatium, mora, cursus, tempora; annua mora, annuus orbis, cursus revolubilis anni, annua spatia. Annorum series et fuga temporum. H. Extra anni solisque vias. V. Festior annus erat. Cl. Fluminis instar Labitur. V. Post aliquot messes. V. Post certas hiemes. V. In se sua per vestigia volvitur annus. V. Annus agit certa lucida signa vice. Interea magnum Sol circumvolvitur annum. V. Fluminis instar labens. Ipse tamen redit in gyrum viresque resumit Impiger, aeterno semper remeabilis ortu. Auratis aperit Taurus quum cornibus annum. V. Annuus exactis completur messibus orbis. V. Tempora labuntur, tacitisque senescimus annis, Et fugiunt freno non remorante dies. O. Lumina, labentem coelo quae ducitis annum. V. Velox in terga revolvitur annus. St. — *Anni horas quatuor* v. in singulis vv. Temporibusque parem diversis quatuor annum Fecit. Descr. L. 5, 737 sqq. H. O. 4, 7, 9. O. M. 2, 27 sqq. 15, 201 sqq. — *Annorum periphrasis.* 1. Annuus exactis bis senis mensibus orbis. Sol duodena peregit Signa. Bis senos lunae nondum compleverat orbes. O. Is decies senos ter centum et quinque diebus Iunxit. O. Uno quamvis tu consule maior eras. Au. Astriferum velox iam circulus orbem Torsit, et amissae redierunt montibus umbrae. St. Completo justius anno. St. Spatio longius annuo. H. Annus abit. M. Quum se renovat decursis mensibus annus. Pr. Acer curas venientem extendit in annum Rusticus. V. Donec sol annuus omnes Conficeret metas. St. Tu cursu dea menstruo Metiens iter annuum. C. Annua nos illic tenuit mora. Emeritis ibat cursibus annus. Signa Deus bis sex acto lustraverat anno.

O. — 2. Ut pātriă cărĕō, bĭs frūgĭbŭs ārĕă trīta ēst, Dīssĭlŭĭt nūdō prēssă bĭs ūvă pĕdĕ. *O.* Hīc tĭbĭ bīsque aēstās, bĭsquĕ cūcūrrĭt hўēms. *O.* Bīs Sōl dŭŏdēnă pĕrēgĭt Sīgnă. *V.* Bīs mē Sōl ădĭĭt gĕlĭdae pōst frīgŏră brūmae, Bīsquĕ sŭūm tāctō Pīscĕ pĕrēgĭt ĭtĕr. *O.* Sīgnă rĕcēnsēbāt bĭs Sōl sŭă, tērtĭŭs ībăt Ānnŭs. *V.* Āltĕră quūm vŏlŭcrĭs Phoebī rŏtă tōrquĕăt ānnŭm. *St.* — 3. Ut sŭmŭs īn Pōntō, tēr frīgŏrĕ cōnstĭtĭt Īstĕr. *O.* Tērtĭŭs ēxāctīs cōmplētŭr mēnsĭbŭs ānnŭs. Brūmă tēr pŏsŭĭt nĭvēs, Et tērtĭā jām fālcĕ dēcŭbŭĭt Cĕrēs. *Se.* Tērtĭŭs ībăt Annŭs. *O.* Tērtĭă mēssĭs ĕrăt, nĕque ădhūc trĭĕtērĭdĕ plēnā. *M.* Cīrcūm trĭbŭs āctīs īmpĭgĕr ānnīs Flōrĕt ĕquŭs. *Lr.* Tērtĭŭs aēquŏrĕīs īnclūsūm pīscĭbŭs ānnŭm Fīnĭĕrāt Tītān. Jām tērtĭŭs Dĕcēmbēr Sīlvīs hŏnōrēm dēcŭtĭt. *H.* Tērtĭă nūdāndās āccēpĕrăt ārĕă mēssēs, Īnquĕ căvōs ĭĕrānt tērtĭă mūstă lăcūs. *O.* Tērtĭă dūm Lătĭō rēgnāntēm vīdĕrĭt aēstās, Tērnăquĕ trānsĭĕrīnt Rŭtŭlīs hībērnă sŭbāctīs. *V.* — 4. Quārtă rĕdīt dūrīs haēc jām mēssōrĭbŭs aēstās, Et tōtĭēs cānō brūmă gĕlū rĭgŭĭt. *Au.* Jām quārta Eleusīn dōnă Trīptŏlĕmī sĕcăt. *Se.* Ut mē Pōntŭs hăbēt, quătĕr ārvă cŏlōnŭs ărīstīs Nūdāvīt, quătĕr ēst fālcĕ rĕsēctă Cĕrēs. *O.* Quātŭŏr aūctūmnōs Plēĭăs ōrtă făcĭt. *O.* Āt trĭbŭs ēxāctīs ŭbĭ quārta āccēssĕrĭt aēstās. *V.* — 5. In Scўthĭā nōbīs quīnquēnnĭs ŏlўmpĭăs ācta ēst; Jām tēmpŭs lūstrī trānsĭt ĭn āltĕrĭŭs. *O.* Quīnquĕ pĕr aūctūmnōs rĕpĕtītīs dūxĕrăt ānnīs Sīgnă Dĕŭs. *O.* Bīs trĭĕtērĭdĕ iūnctā. *M.* Aūctūmnīs quīnquĕ pĕrāctīs. *v. lustrum.* — 6. Mē jām, Cārĕ, nĭvālī Sēxtă rĕlēgātūm brūmă sŭb āxĕ vĭdĕt. *O.* Bīs tērtĭă dūcĭtŭr aēstās. *O.* Sēx mĭhĭ nātālēs ĭĕrānt. *O.* — 7. Jām sēptĭmă vērtĭtŭr aēstās. *V.* Pēr mărĕ, pēr tērrās sēptĭmă jāctăt hĭēms. *O.* Tērtĭă pōst quārtăm aēstās, brūmă. Sēptĭmă pōst Trōjae ēxcĭdĭūm jām vōlvĭtŭr aēstās. *V.* Sēptĭmŭs ōctāvō prŏpĭŏr jām fūgĕrĭt ānnŭs. *H.* Sēptĭmŭs haēc sĕquĭtŭr rĕpĕtītīs fāscĭbŭs ānnŭs. *L.* Tē iām sēptĭmă pōrtăt Omnĭbŭs ērrāntēm tērrīs ēt flūctĭbŭs aēstās. *V.* Ultĭmă cuī pārvaē sēptĭmă vēnĭt hĭēms. *M.* — 8. In sēse ōctāvŭs vōlvĭtŭr ānnŭs. Jām mĭhĭ pōst lūstrūm tērtĭă mēnsĭs ĕrăt. *O.* Jāmque ōctāvă mĭhī rĕvŏlūtīs mēnsĭbŭs aēstās Ībăt, ēt ōctāvīs aēvūm flōrēbăt ărīstīs. *O.* Aēstās pōst prīmūm tērtĭă lūstrŭm. — 9. Annŭŭs et nōnūm jām Sōl cōnfēcĕrăt ōrbēm. Jām nŏvĭēs ēmēnsŭs ĭtĕr coēlēstĭă Phoebŭs Trānsĭĕrăt sīgna ēt cūrsū lūstrārăt ănhēlō. Nōnūmquĕ prĕmātŭr ĭn ānnŭm. *H.* Nōnūm sŭpĕrāns ānnŭm. *H.* Annūs jām tĭbĭ nōnŭs ĕăt. *Rut.* Smўrnă mĕī Cīnnaē nōnām pōst dēnĭquĕ mēssĕm, Quām coēpta ēst, nōnāmque ēdĭtă pōst hĭĕmĕm. *C.* — 10. Dĕcĭmūm mŏdŏ coēpĕrăt ānnŭm Excēssīssĕ pŭĕr. *S.* Jāmquĕ fĕrē trāctō dŭŏ pĕr quīnquēnnĭă bēllō. *O.* Jāctātŭs dŭbĭō pĕr dŭō lūstră mărī. *O.* Dĕcĭmūm cūm, Phoebĕ, rĕcēpĕrĭs ōrbēm. Bēllāntēm gĕmĭnīs tĕnŭĭt tē Gāllĭă lūstrīs. *L.* Dĕcĭmō iām vīncītŭs ānnō. *L.* Pōst hĭĕmēs dĕcĕm Tōtĭdēmquĕ mēssēs. *Se.* Dĕcĭēs nĭvĭbŭs cānŭĭt Idē, Dĕcĭmās sĕcŭĭt mēssŏr ărīstās. *Se.* Bēllă bĭs quīnīs ŏpĕrātŭs ānnīs. *Boe.* — 11. Jāmque ūnŭs lūstrīs gĕmĭnīs āccēssĕrăt ānnŭs. *S.* Altĕr pōst dĕcĭmūm jām coēpĕrăt īre Annŭs. Undĕcĭmŭs pōstquām Sōl cīrcūmvōlvĭtŭr ōrbēm. Undĕcĭmum ăggŏmĕrăt rĕvŏlūtīs mēnsĭbŭs ānnŭm Phoebŭs. Undĕcĭmī mētām Sōl cīrcūmflēxĕrăt ānnī. Undĕcĭmum ēxāctīs cōmplērăt cūrsĭbŭs ŏrbēm Phoebŭs. *O.* — 12. Altĕr ăb ūndĕcĭmō tūm mē jām cēpĕrăt ānnŭs. *V.* Bīs sēnīs mŏdŏ mēssĭbŭs pĕrāctīs Vīx ūnūm pŭĕr āpplĭcābăt ānnŭm. *M.* Āddĭdĕrātque ānnōs ād dŭō lūstră dŭōs. *O.* Vīx mĭhĭ bīs sēnōs ānnōrūm tōrsĕrăt ōrbēs Vītă rŭdĭs. *St.* — 13. Tērtĭŭs īntĕrĕā dĕcĭmō sūccēssĕrăt ānnŭs. *O.* Sēptĭmŭs ā sēxtō glŏmĕrātīs ōrbĭbŭs ānnŭs Lābĭtŭr. *O.* — 14. Bīs sēptēm flōrŭĭt ānnōs. Jām bīs sēptēnō pūbēs īncēpĕrăt ānnō. Jām pōst lūstră dŭō quārtūs mĭhĭ lābĭtŭr ānnŭs. Bīs sēptĭmă dūcĭtŭr aēstās. *L.* Jāmque ăd lūstră dŭō quārtŭs sūccēssĕrăt ānnŭs. *O.* — 15. Tēr quīnquĕ fĕrēns nātālĭbŭs ānnōs. *O.* Jām trĭă lūstră pŭĕr ăgēbăt. *O.* Fōrtūnă lūstrō prōspĕră tērtĭō. *H.* — 16. Jāmquĕ tēr ād quīnōs ūnūm Cēphīsĭŭs ānnōs Āddĭdĕrăt. *O.* Bīs ădhūc ōctōnīs īntĕgĕr ānnīs. Ōctōnīs nātālĭbŭs āctīs. *O.* Octōnōs bīs iām tĭbĭ cīrcŭĭt ōrbēs Vītă. *St.* Laētă bīs ōctōnīs āccēdĭt pūrpŭră fāstīs. *St.* Laētă bīs ōctōnō tĭbĭ jām sŭb cōnsŭlĕ pūbēs. *Au.* — 17. Sēptĭmŭs ā dĕcĭmō iām tūnc īncēpĕrăt ānnŭs. *L.* — 18. Mārtĭă tēr sēnōs prōlēs ădŏlēvĕrăt ānnōs. *V.* Cūm trĭbŭs Elĕīs ūnām trĭĕtērĭdĕ lūstrīs Nēctĕrĕ. *St.* Sēxtă tĭbi haēc prīmō rĕmĕăt trĭĕtērĭs ăb ānnō. *Au.* — 19. Quārtă trĭbŭs lūstrīs āddĭtă mēssĭs ĕrăt. *M.* — 20. Jāmquĕ dĕcēm vītaē frātĕr gĕmĭnāvĕrăt ānnōs. *O.* Ōccĭdĭt, ēt mĭsĕrō stĕtĕrāt vīgēsĭmŭs ānnŭs. *P.* Bīs dēnōs sālvă pĕr ānnōs. *P.* Nōndūm vīcēsĭmă vēnĕrăt aēstās. *L.* Līs tē bīs dĕcĭmae nŭmĕrāntēm frīgŏră brūmae Cōntĕrĭt. *M.* Bīs dēnōs pŭĕrūm nŭmĕrāntēm pērdĭdĭt ānnōs. *M.* Āntĕ quătĕr plēnŭm cōnsūmsĭt Ārĭcĭă lūstrŭm. *Au.* Quātŭŏr ēmĕrĭtīs pĕr bēllă, pĕr aēquŏră lūstrīs. *St.* Iām plēnă quătĕr quīnquēnnĭă pērgŭnt. *St.* — 25. Vīdĕrăt Alphēī praemĭă quīnquĕ mŏdŏ. *M.* — 30. Tēcūm tēr dēnās nŭmĕrāvī, Pōsthŭmĕ, brūmās. Trīgīntā māgnōs vōlvēndīs mēnsĭbŭs ōrbēs Impĕrĭō ēxplēbĭt. *V.* Trīcēsĭmă cūrrĭt Brūmă fĕrē. *Cl.* Frīgĭdă tēr dĕcĭēs nūdātūm frōndĭbŭs Haēmūm Tēndĭt hĭēms vēstīrĕ gĕlū, tŏtĭēsquĕ sŏlūtīs Vēr nĭvĭbŭs vĭrĭdēm mōntī rĕpārāvĭt ămīctūm. *Cl.* Tēr dēnīs rĕdĕūntĭbŭs ānnīs. *V.* Amīssūm flēstī pōst trīnă dĕcēnnĭă nātūm. *Au.* Exāctīsquĕ dĕhīnc pĕr trīnă dĕcēnnĭă fāstīs. *Au.* Tēcūm tēr dēnās nŭmĕrāvī, Pōstŭmĕ, brūmās. *M.* — 40. Jām quătĕr īn sēsē dĕcĭmī rĕdĭĕrĕ lăbōrēs Sōlĭs. Jām quătĕr īn dĕcĭmūm sōl sē cōnvōlvĕrăt ōrbēm. Cūjŭs ōctāvūm trĕpĭdāvĭt aētās Claūdĕrĕ lūstrŭm. *H.* — 50. Jāmquĕ mĭhī lūstrīs bīs quīnquĕ pĕrāctīs. *O.* Jām Sōl lūstră dĕcēm cōnfēcĕ-

rāt. *O.* Jāmquĕ dĕcēm lūstrīs sĭnĕ lābĕ pĕrāctīs. *O.* Pōst dēnă Phoebī lūstră. *Se.* — 60. Hīc prŏpĕ tēr sēnās vīdĭt ŏlympĭădăs. Bīs sēx lūstră. *M.* Bīs sēnă lūstră. *St.* Prōdūxīt cĕlĕrēm pēr sēnă dĕcēnnĭă vītăm. *Au.* Bīs sēx quīnquēnnĭă fūnctŭs. *Au.* Quūm sēxāgīntā nŭmĕrĕt Cāscēllĭŭs ānnōs. *M.* Bīs iām paenĕ tĭbī cōnsŭl trīcēsĭmŭs īnstăt. Cōndĭtă quūm tĭbĭ sīt iām sēxāgēsĭmă mēssĭs. — 70. Quātŭŏr ātquĕ dĕcēm cūrsū quīnquēnnĭă Phoebūs Addĭdĕrăt. *Ma.* — 80. Sīc mūltās hĭĕmēs ătque ōctōgēsĭmă vīdĭt Sōlstĭtĭă. *I.* Dēxtră bīs ōctōnīs flūxērūnt saecŭlă lūstrīs. *St.* — 90. Ēt jām cōmplērăt gĕnĭtōr sŭă fātă, nŏvēmquĕ Āddĭdĕrăt lūstrīs āltĕră lūstră nŏvēm. *O.* Nōnāgīnta ānnōs băcŭlō sĭnĕ, cōrpŏrĕ tōtō Ēxēgī. *Au.* Hīc prŏpĕ tēr sēnās vīdĭt ŏlympĭădăs. *M.* Tū nŏvĭēs dēnōs vītăm quūm dūxĕrĭs ānnōs. *Au.* Dĕcĭēs nŏvēnās fūnctŭs ānnōrūm vĭcēs. — 100. Tītān cēntūm rĕnŏvāvĕrăt ānnōs. *T.* Sī nŭmĕrō nōn fāllŏr, ăīt, cēntēsĭmă cūrrĭt Brūmă. *v. saeculum.* — 200. Vīxī Annōs bīs cēntūm, nūnc tērtĭă vīvĭtŭr aetās. *O.* — 300. Tēr cēntūm mēssēs, tēr cēntūm mūstă vĭdērĕ. *O.* Hīc jām tēr cēntūm tōtōs rēgnābĭtŭr ānnōs. *V.* Dūm tērnă pēr ōrbēm Saecŭlă fērtĭlĭbūs Tītān dēcūrrĕrĭt hōrīs. *Cl.* — 1000. Dēna ēmēnsŭs ĕrăt Sōl saecŭlă cūrsū. Nāmque ŭbĭ mīllĕ vĭās lōngīnquă rĕtōrsĕrĭt aestās. *Cl.* — *Longa annorum series.* Olīm vōlvēntĭbŭs ānnīs. *V.* Tōt jām lābēntĭbŭs ānnīs. *V.* Vĕnĭēt lūstrīs lābēntĭbŭs aetās. *V.* Et nōmēn fāmā tōt fērrĕ pēr ānnōs, Tīthōnī prīmā quŏd ăbēst ăb ŏrīgĭnĕ mūndŭs. *V.* Innŭmĕra aētērnō vōlvūntŭr saecŭlă lāpsū. *v. aevum, vetustas.*

ānnūto. *Sīc ăĭt ānnūtāns.* Ma. *v. annuo.*

ānnŭŭs. PH. Nūmĭnĭbūs nōstrīs ānnŭă fēstă fŏvēnt. *O.* Dēpōnĭt flāvās ānnŭă tērră cŏmās. *T.* Annŭă māgnae Sācră rĕfēr Cĕrĕrī. *O.* Hīnc ŭbĭ pērsŏnŭīt sōlēnnī tībĭă cāntū, It pēr vēlātās ānnŭă pōmpă vĭās. *O.* Sēmpĕr hŏnōrātăm dēmēnsīs ōrbĭbŭs ānnī Tē dŏmŭs īstă cŏlĕt. *St.* Annŭă nē tăcĭtŭs mūnĕră praētĕrĕăs. *Au.* Annŭŭs īt grātā rĕlĭgĭōnĕ dĭēs. Sānctă sălūtĭfĕrī rĕdĕūnt sōlēnnĭă Chrīstī. *v. solennia.*

ānquīnă. *Ātque ānquīnă rĕgĭt.* Helv. Cinn. SY. fūnĭs, rŭdēns.

ānquīro. — *ōmnēs ānquīrĕrĕ nīsŭs.* Lr. *v. quaero.*

ānsă. EP. pāndă, ārctă, āttrītă, tōrtĭlĭs, dūră, fērrĕă. PH. Tōrtĭlĭs ā dĭgĭtīs ēxcĭdĭt ānsă mĕīs. *O.* Crūstātūm strīngĭt tōrtĭlĭs ānsă lătŭs. Ēt grăvĭs āttrītā pēndēbăt cānthărŭs ānsā. *V.*

ānsĕr. *Ūnĭcŭs ānsĕr ĕrăt, mĭnĭmae cŭstōdĭă villae.* O. *Ānsĕrĭs ēt tūtūm vōcĕ fŭīssĕ Jŏvēm.* P. EP. gārrŭlŭs, raŭcŭs, strīdŭlŭs, cānōrŭs, ārgūtŭs, pălūstrĭs, flŭvĭālĭs, grăvĭs, ăquōsŭs, ăquātĭcŭs, īmprŏbŭs, ĕdāx, īnglŭvĭōsŭs, clāmōsŭs, sĕgnĭs, tārdŭs, ĭnērs, vŏlŭcĕr, tĭmĭdŭs, lātĭpēs, āmnĭcŏlă, clāngēns, săgīnātŭs, plānĭpēs, pērvĭgĭl. PH. Ānsĕr ăquīs gaŭdēns. Tārpējae quōndām fēlīx cŭstōdĭă rūpĭs. Cānĭbūsquĕ săgācĭŏr ānsĕr. *O.* Rōmŭlĭdārum ārcīs sērvātŏr cāndĭdŭs. *Lr.* Quae sērvāvĭt ăvīs Tārpējī tēmplă tŏnāntĭs. *I.* Strĕpĭt hīc ēt ăquātĭcŭs ānsĕr. Sĕnōnēs dūm gārrŭlŭs ānsĕr Nūncĭăt. *Sid.* Et dēfēnsūrīs vĭgĭlī Căpĭtōlĭă vōcĕ Ansĕrĭbŭs. *L.* Ārgūtōs īntēr strĕpĭt ānsĕr ŏlōrēs. *V.* Nēc dēfēnsă jŭvānt Căpĭtōlĭă, quō mĭnŭs ānsĕr Dēt jĕcŭr īn lāncēs. *O.* Pīnguĭbŭs ēt fīcīs pāstūm jĕcŭr ānsĕrĭs ālbī. *H.*

Antaeŭs. PH. Hērcŭlĭs Antaeūm prŏcŭl ā tēllūrĕ tĕnēntĕm. *I.* 3, 89. *St.* Th. 6, 893. *O.* M. 9, 184. *O.* H. 9, 71.

āntĕ. *Āntĕ Jŏvēm nūllī sŭbĭgēbānt ārvă cŏlōnī.* V. SY. āntĕā, prĭŭs, ōlĭm. PH. Ante ŏcŭlōs cōnstĭtĭt īpsĕ mĕōs. *O.* Hās pōno āntĕ tŭām tĭbĭ, dīvă, Prŏpērtĭŭs aedĕm Exŭvĭās. *P.* Ante īpsūm pĕnĕtrālĕ dĕae. *L.* Ante ōră părēntŭm. *V.* Antĕ sŭōs ānnōs. *V.* Antĕ dĭēm. *V.* Cāră mĭhi ānte ălĭās. *O.* Dūlcēs ānte ōmnĭă Mūsae. *V.* Pāscĭte, ŭt āntĕ, bŏvēs, pŭĕrī. *V.* Nĕque ĕnim īgnārī sŭmŭs āntĕ mălōrŭm. *V.*

āntĕā *vel* ānteā. *Pĕctī, nĭhĭl mē, sīcŭt āntĕā, jŭvăt.* (iamb.) H. *Anteā fērrātō lūstrāntēm moenĭă cūrrū.* St. *v. impossibilis, nunquam.*

āntĕāctŭs. *Dīxĭt ēt āntĕāctīs vĕlŭtī mīllĕ crēdĕrĕt, hāstăm.* O. SY. praētĕrĭtŭs, ĕlāpsŭs, ēxāctŭs, trānsāctŭs. PH. Indēx ānteāctă fătēbŏr. *O.* Et vĕlŭt ānteāctō nīl tĕmpŏrĕ. *Lr.* Anteāctōs sēmpĕr dŏlŏr ādmŏnĕt ānnōs. *T.* Crīnĕ sŏlūtō Anteăgĭtŭr cōnjŭx. *S.*

āntĕāmbŭlo *vel* ānteāmbŭlo, ōnĭs. *Āntĕāmbŭlōnēs ēt tŏgātŭlōs īntĕr.* (Scaz.)

āntĕcăpĭo. *Āntĕ lŏcūm căpĭēs ŏcŭlīs* etc. V. *v. occupo.*

āntĕcēdo. *Sūccīnctŭs nĕquĕ cūrsŏr āntĕcēdĭt.* (Phal.) M. SY. praecēdĕrĕ, praeīrĕ, āntĕīrĕ, āntĕgrĕdī, āntĕvērtĕrĕ, praevērtĕrĕ, praegrĕdī; āntĕcēllĕrĕ, sŭpĕrārĕ. PH. Sī mŏrĕrĭs, āntĕcēdŏ; sī vīvĭs, sĕquŏr. *Se.*

āntĕcēllo. SY. āntĕīrĕ, praestārĕ, ēxcēllĕrĕ, sŭpĕrārĕ, praecēdĕrĕ, praemĭnērĕ, ēmĭnērĕ, praevērtĕrĕ, āntĕvērtĕrĕ. *v. praecello.*

āntĕcēssŏr. *v. decessor.*

āntĕĕo. *Quī cāndōrĕ nĭvēs āntĕīrēnt, cūrsĭbŭs aūrās.* V. PH. Nēc cūrsūs āntĕĕăt īllă tŭōs. *O.* Tē sēmpĕr āntĕīt saevă Nĕcēssĭtās. *H.* Fāmā tăbŭlās āntĕīrĕ vĕtūstās. *P.* Gāngĕtĭcŭs āntĕĭt ălēs. *Au. v. antecedo.*

āntĕfĕro. *Quā quĭbŭs āntĕfĕrām* etc. V. *v. antepono.*

āntehāc. — *hŭmānīs āntehāc īncōgnĭtă mēnsīs.* Lr. *v. antea.*

āntēnnă. EP. vēlātă, vēlĭfĕră. PH. Cōrnŭă vēlātārum ōbvērtĭmŭs āntēnnārŭm. *V.* Antēnnaēquĕ gĕmūnt. *H.* Et fŭgĭt hībērnās dēmīssa āntēnnă prŏcēllās. *O.*

Āntēnŏr. *Āntēnŏr pŏtŭĭt mĕdĭōs ēlāpsŭs Āchīvōs.* V. *Ādjĭcĕ Trōjānae suāsōrem Āntēnŏrĭ pācĭs.* V. EP. Phrȳgĭŭs, prŏfŭgŭs, Māvōrtĭŭs, Trōjānŭs, Dārdănĭŭs, īnclȳtŭs. PH. Trōjānae prōdĭtŏr ūrbĭs. Pătăvī Māvōrtĭŭs ārcēs Cōndĭdĭt Āntēnŏr. Atque Āntēnŏrĕī dīspērgĭtŭr ūndă Tīmāvī. *L.* Māctĕ, Āntēnŏrĭdē. *S.*

āntĕpōno. *Lībātum ăgrĭcŏlaē pōnĭtŭr āntĕ dĕō.* T. SY. āntĕfērrĕ, praēfērrĕ, praēpōnĕrĕ, plūrĭs aēstĭmārĕ.

āntĕquăm. *Āntĕquăm, māgnŭm făbrĭcārĕt ŏrbĕm.* (Sapph.) Ma. SY. prĭūsquăm. PH. Antĕ, pŭdŏr, quām tē vĭŏlĕm. *V.* Āntĕ nŏvīs rŭbĕānt quām prātă cŏlōrĭbŭs. *V.* Vĭctrīcĕm Caūrŭm, quām vĕnĭt, āntĕ vĭdēs. *M.* Quām nāscĭmŭr, āntĕ. *Lr.*

āntĕrĭŏr. *Āntĕrĭŏr nŭmĕrō, cuī fīlĭŭs ūnĭcŭs ūni ĕst.* Pr. *v. antea.*

āntĕsīgnānŭs. *Āntĕāmbŭlōnī, vĕlĭtī, āntĕsīgnānō.* (Scaz.) SY. sīgnĭfĕr, vēxīllĭfĕr.

āntĕvĕnĭō. *Āntĕvĕnĭt tĕmpŭs nŏn ēxspēctāntĭbŭs ūltrō.* V. SY. praēvĕnīrĕ, praēvērtĕrĕ, āntĕcēdĕrĕ, āntĕgrĕdī. PH. Antĕvĕnīs tĕmpŭs. *Cl.* Antĕvĕni ĕt sōrtīrĕ quŏtānnīs. *V.*

āntĕvŏlo. *Tūrnŭs ŭt āntĕvŏlāns tārdŭm praēcēssĕrăt āgmĕn.* V. SY. praēvērtĕrĕ, praēcūrrĕrĕ, praēvĕnīrĕ. PH Antĕvŏlānt Zĕphўrōs pēnnaē. *Cl.* Antĕvŏlāt cūrrŭm. *St.*

Anthēdōn. — *Eŭbŏĭcă vīvāx Anthēdŏnĕ grāmĕn.* *O.* PH. Lўcān Anthēdŏnĭūmquĕ Lўcētŭm. *St.*

Anthĕmĭŭs. *Huīc sŏcĕr Anthĕmĭŭs* etc. Sid.

ănthrōpŏphăgŭs. *Saēvo ănthrōpŏphăgŭs dēvŏrăt ōrĕ vĭrōs.* EP. dīrŭs, ĭnhūmānŭs, crūdēlĭs. Descr. *V.* A. 3.

āntĭchrīstŭs. *ĔxtīnctŏrĀntĭchrīstī.*(iamb.) Pr. SY. crŭēntŭs, īmmītĭs, tērrĭbĭlĭs, pēssĭmŭs, īmpūrŭs, scĕlĕrātŭs, nĕfārĭŭs. PH. Chrīstĭădūm tērrŏr. Mōnstrum īmmānĕ fŭtūrŭm. Tĕrrēstrĭs Daēmŏn.

āntĭcĭpo. *Aēstīvām suādēs āntĭcĭpārĕ dĭēm.* V. Ros. SY. praēŏccŭpārĕ, āntĕŏccŭpārĕ, āntĕvērtĕrĕ, prĭŭs căpĕrĕ. PH. Antĭcĭpātă vĭa ĕst. *O.* Spērāvĭt flēxaē cīrcūm cŏmpēndĭă mētaē Antĭcĭpāssĕ vĭām. *St.* Antĭcĭpāssĕ dĕīs, quaē mŏdŏ pārtĭcĭpās. *Au.*

āntīcŭs. *Ĕt sŭpĕr āntīcōs īn frōntĭs ĭmāgĭnĕ crīnēs.* Mill. *v. anterior.*

Āntĭcўră. *Quĭdquĭd ĕt īn tōtā nāscĭtŭr Āntĭcўrā.* O. PH. Nāvĭgĕt Āntĭcўrān, hēllĕbŏrūmquĕ bĭbăt. Trĭbŭs Āntĭcўrīs căpŭt īnsānābĭlĕ. *H. v. helleborum.*

āntĭdŏtŭs *et* ŭm. *Quī făcĭlī pōtu āntĭdŏtōs ĭmĭtātŭr hŏnēstās.* Ser. SY. āntĭdŏtŭm, ălēxĭphārmăcŭm, mĕdĭcāmĕn, mĭthrĭdātĭcŭm. EP. ēffĭcāx, praēsēns, sălūtārĭs. *v. medicamen.*

Āntĭgĕnēs. *Nōn tŭlĭt Āntĭgĕnēs* — V.

Āntĭgŏnē. *Āntĭgŏnē dēvōtă mălĭs sŭspēctăquĕ rēgī.* St. PH. Frātrĕm Thēbānă pĕrēmtŭm Sŭppŏsŭĭt tŭmŭlō rēgĕ vĕtāntĕ sŏrŏr. *O.* Quĭd ? nōn Antĭgŏnēs tŭmŭlō Boēŏtĭŭs Haēmōn Cŏrrŭĭt ? *P.* 2, 7, 83. *St.* Th. 12, 350.

Āntĭlŏchŭs. *Sīvĕ quĭs Āntĭlŏchŭm nārrābăt ăb Hēctŏrĕ vīctŭm.* O. Descr. *H.* O. 2, 9, 14. *I.* 10, 2. *Au.* Ep. H. 7, 4.

Āntĭmăchŭs. *Ăt pŏpŭlŭs tŭmĭdō gaūdĕăt Āntĭmăchō.* C. PH. Tū nōn Antĭmăchō, nōn tūtĭŏr ībĭs Hŏmērō. *P.* 2, 25, 45.

Āntĭnŏŭs. *Nūbĕrĕ lāscīvō cōgĕrĕt Āntĭnŏō.* P. PH. Quĭd lŏquăr Antĭnŏūm coēlēstī sēdĕ lŏcātŭm ? *Pr.*

Antĭŏchīă. *Tērtĭă Phoēbēaē laūrī dŏmŭs Āntĭŏchīă.* Au. PH. *Antĭŏchēnŭs* ăgĕr. *Fort.*

Antĭŏchŭs. *Nĕc tămĕn Antĭŏchŭs* etc. I.

Āntĭŏpē. *Tū lĭcĕt Āntĭŏpēs fōrmām Nўctēĭdŏs* etc. P. PH. Invŏcĕt Antĭŏpē quĕm nĭsĭ vīnctă Iŏvĕm ? *P.* 3, 13, 19.

Āntĭphătēs. *Quĭs nōn Āntĭphătēn Laēstrўgŏnă* etc. O.

Antĭphō. *Nām jam Āntĭphōnĕm cōnvĕnī, ăffīnēm mĕŭm.* (iamb.) Pl.

Antĭphŭs. — *Antĭphŭs āltō.* St.

āntĭpŏdēs. *Nōn hīc āntĭpŏdēs sŏlūmquĕ rŭbrŭm.* (phal.) Sid. SY. āntĭchthŏnēs. PH. Quī nōstrīs ădvērsă prĕmūnt vēstīgĭă plāntīs. Vīvŭs ăd āntĭpŏdăs. *M.* Advērsa ūrgĕnt vēstīgĭă nōbīs. *Macr.* Imŭs ĭn ădvērsōs āxēs, nūnc fōrsĭtăn īpsa ĕst Sūb pĕdĭbŭs iām Rōmă sŭīs. *L.* Aūstrīnīs pārs ĕst hăbĭtābĭlĭs ōrīs, Sūb pĕdĭbŭsquĕ iăcĕt nōstrīs. *Mn.* Descr. *V.* A. 6, 532. *Lr.* 1.

āntīquārĭŭs. *Ignōtŏsquĕ mĭhī tĕnĕt āntīquārĭă vērsŭs.* J. EP. sēdŭlŭs, sōlērs, stŭdĭōsŭs.

āntīquĭtās. *Āntīquĭtātĕm Rōmŭli ĕt Măvōrtĭăm.* (iamb.) Pr. SY. vĕtūstās, sĕnēctūs, cānĭtĭēs ; vĕtĕrēs, prīscī. *v. vetustas.*

āntīquĭtŭs, *adv.* — *Căpўn pŏsŭīsse āntīquĭtŭs ūrbī.* S. SY. āntīquē, quōndăm, ōlĭm, ălĭās.

āntīquō. *v. abrogo.*

āntīquŭs. *Hōspĭtĭs āntīquī sŏlĭtās īntrāvĭmŭs aēdēs.* O. SY. prīscŭs, vĕtūstŭs, lōngaēvŭs ; sīmplēx, sīncērŭs. PH. Urbs āntīquă fŭĭt, Tўrĭī tĕnŭērĕ cŏlōnī. *V.* Antīquā pŏpŭlūm sūb rĕlĭgĭōnĕ tĕnērĕ. *V.* Vĕtŭs huīc nōmēn pŏsĭtăque āntīquĭŭs ūrbĕ. *O.* Mōrĭbŭs āntīquīs rēs stăt Rōmānă vĭrēsquĕ. *Enn.* Antīquī laūdābānt. *v. vetus.*

āntīstĕs, ĭtĭs. *Āntĕ fŏrēs tēmplī crātēr āntīstĭtĭs aūrō.* P. *Ūrbēm tū cūjŭs, mŏnăchōsque Āntīstĕs ĕt Ābbās.* Sid. SY. săcērdōs, praēsŭl, ĕpīscŏpŭs. EP. dīvīnŭs, săcĕr, cōnspĭcŭŭs, cāstŭs, pĭŭs, vĕnĕrābĭlĭs, vĕnĕrūndŭs, vĭttātŭs, īnfŭlātŭs. PH. Sacrōrŭm Antīstĕs. *I.* Săcrōrŭm mōrūmquĕ măgīstĕr. Iūssŭs sēdēs lāxārĕ vĕrēndās Antīstēs. *L.* Cūltŏr ĕt āntīstēs dōctōrŭm sānctĕ vĭrōrŭm. *O.* Hīc pĭŭs āntīstēs sŏphĭaē. *M.* Mītraē quĕm săcĕr ōrnăt hŏnōs. Mītrātī dĕcŏrat quĕm cūlmĕn hŏnōrĭs. Cuī tĕmpŏră mītră bĭcōrnĭs Ambĭt. Quēm săcĕr ōrnăt ăpēx. Quī dēxtră pāstōrālĕ pĕdūm gĕrĭt. Mītră lĭtŭŏquĕ dĕcōrŭs. Infŭlă cuī nĭtĭdōs ădvēlăt cāndĭdă crīnēs. Chrīstī quī sērvăt ŏvīlĕ. Dīvīnī cuī crēdĭtă cūră grĕgĭs. *v. episcopus, sacerdos.*

āntīstĭtă. *Stăbăt ăpŭd săcrās āntīstĭtă nŭmĭnĭs ārās.* C. Sev. PH. Trāctīsquĕ cŏmīs āntīstĭtă Phoēbī. *O. v. antistes.*

āntlĭă. *Cūrvă lăbōrāntēs āntlĭă tōllĭt ăquās.* M.

Antōnīnŭs. *Antōnīnŭs ăbhīnc rēgĭmēn căpĭt* etc. Au.

Āntōnĭŭs. *Hinc ŏpĕ bārbărĭcā vărĭīsque Āntōnĭŭs ārmīs.* V. PH. Antōnī nōn ŭt mă-

gĭs ălĭtĕr ămīcŭs. *H.* Antōnī scrīptă lĕgŭntŭr. *O.* Descr. *L.* 2. 121. 10, 70.

āntrŭm. SY. spĕcŭs, căvĕrnă, lūstrŭm, spēlūncă, spēlaeŭm, lătĕbră, crȳptă, fŏssă. EP. ŏpācŭm, caecŭm, ŏbscūrŭm, vāstŭm, dēclīvĕ, cūrvŭm, ārcānŭm, cōncăvŭm, frōndōsŭm, cōnvĕxŭm, ŭmbrōsŭm, sĭnŭōsŭm, prōfŭndŭm, fūrtīvŭm, ōccūltŭm, hōrrĕndŭm, căvĕrnōsŭm, pĭcĕŭm, fūscŭm, mōntānŭm, stŭpĕndŭm, văcŭŭm, ăbdĭtŭm, căpāx, ĭnhōspĭtŭm, vĭrĭdĕ, gĕlĭdŭm, ēffōssŭm, rōscĭdŭm, nĭgrŭm, nĭgrāns, sēcrētŭm, ūdŭm, mūscōsŭm, frīgēns, lătĕbrōsŭm, rōrāns, nĕmŏrōsŭm, sūlphŭrĕŭm, mōnstrĭfĕrŭm, fūmĭfĭcŭm, tĕnĕbrōsŭm, ŭmbrĭfĕrŭm, tăcĭtŭm. PH. Dŏmŭs ātră fĕrārŭm; ĭnăspēctī caelō rădĭīsquĕ pĕnātēs. *St.* Āntră, quĭbŭs nĕc sōl mĕdĭō sēntītŭr ĭn aestū. Āntrŭm lūcĕ cărēns. Sōlĭs ĭnāccēssŭm rădĭīs. *V.* Rūpĭs ĕxēsae căvŭm. *Se.* Lōngō spēlūncă rĕcēssū. *V.* Căvŭm săxŭm. Rōrāntĭă fōntĭbŭs āntră. *O.* Căvă rūpēs. Căvātă sĭlĕx. Āntră sŭbĭt tōphīs lăquĕāta ĕt pūmĭcĕ vīvō. *O.* Pēndēntĭă săxō Āntră. Spēlūnca āltă fŭĭt vāstōque īmmānĭs hĭātū, Scrūpĕă, tūtă lăcū nĭgrō nĕmŏrūmquĕ tĕnĕbrīs. *V.* Ēst spĕcŭs ĭn mĕdĭō, vĭrgīs et vīmĭnĕ dēnsŭs, Ēffĭcĭēns hŭmĭlēm lăpĭdŭm cōmpāgĭbŭs ārcŭm. *O.* Cūjŭs ĭn ēxtrēmo ēst āntrŭm nĕmŏrālĕ rĕcēssŭ, Artĕ lăbōrātŭm nūllā; sĭmŭlāvĕrăt ārtĕm Ĭngĕnĭō nātūră sŭō. Nām pūmĭcĕ vīvō Ĕt lĕvĭbŭs tōphīs nātīvŭm dūxĕrăt ārcŭm. *O.* Ĭn cōnvēxō nĕmŏrŭm sŭb rūpĕ căvātā. *V.* Vītam ĭn sȳlvīs ĭntĕr dēsērtă fĕrārŭm Lūstră dŏmōsquĕ trăho. *V.* Ĭn sēcēssū lōngō sŭb rūpĕ căvātā. Prōquĕ dŏmō lōngīs spēlūncă rĕcēssĭbŭs īngēns Abdĭtă, vīx īpsīs īnvĕnĭēndă fĕrīs. *O.* Gārrŭlŭs ĭn prīmō līmĭnĕ rīvŭs ĕrăt. Stăbăt ăcūtă sĭlĕx praecīsīs ŭndĭquĕ săxīs, Spēlūncae dŏrso īnsūrgēns āltīssĭmă vīsū. *V.* Sŭb terrā fŏdĕrĕ, pŏsŭĕrĕ lărĕm. *V.* Vērŭm mōrĕ fĕrae sȳlvīs dēgēbăt ĕt āntrīs. Āntră vĭrēntĭă mūscō. *S.* Scăbrō pēndēntĭă tōphō. *O.* Pēndēntĭă pūmĭcĕ tēctă. *V.* Prŏpĭŏrăquĕ mănĭbŭs āntră. *V.* Scŏpŭlīs pēndēntĭbŭs āntrŭm. *V.* Est spĕcŭs īngēns Exēsī lătĕre ĭn mōntĭs. *V.* Sŭbtĕr căvīs grăvĕ rūpĭbŭs āntrŭm It mōntem ĭn mĕdĭŭm. *St.* Sīlvēstrĭbŭs ăbdĭtŭs āntrīs. *O.* Coecās hăbĭtārĕ căvērnās. *L.* Sŭperque īmmānĕ bărăthrŭm Cĕrnātŭr. *V.* Pārs ēxhaūstă mănū, pārtēm sŭă rūpĕrăt aetās. *St.* Pūmĭcĭbūsquĕ căvīs ēxēsaeque ārbŏrĭs āntrō. *V.* Spēlūncaequĕ tĕgūnt ĕt săxĕă prōcŭbĕt ŭmbră. *V.* Rĕcēssūs Spēlūncae sĭmĭlīs, nātīvō pūmĭcĕ tēctŭs. *O.* Ipsi ĭn dēfōssīs spĕcŭbūs sēcūră sŭb āltā Ōtĭă ăgūnt tērrā. *V.* Coecīs dēprēssă căvērnīs. In praecĕps sŭbsēdĭt hŭmŭs. *L.* Tūm scĭssă vāllēs ăpĕrĭt īmmēnsōs spĕcŭs. *Se.* Descr. *O.* M. 2, 630. 3, 29. 155. 14, 104. F. 4, 473. *V.* A. 6, 42. *v. caverna, spelunca.*

Ănūbĭs. *Pĕr tŭă sīstră prĕcŏr, pĕr Ănūbĭdĭs ōră vĕrēndi.* O. EP. vĕrēndŭs, lātrātŏr, lātrāns. PH. Omnĭgĕnŭmquĕ Dĕŭm mōnstra, ĕt lātrātŏr Ănūbĭs. *V.*

ănŭs, ūs. *Ecce ănŭs ĭn mĕdĭīs rĕsĭdēns ănnōsă pŭēllīs.* O. *Anus mater, charta, fama* C. *cerva anus* O. *amphora* M. SY. vĕtŭlă. EP. trĕmēns, mārcĭdă, sēdŭlă, frīgĭdă, trīstĭs, rūgōsă, cūrvă, mōrbōsă, mūltĭlŏquă, lānguĭdă, dēlīrāns, ēxsānguĭs, sōrdĭdă, pārcă, ārĭdă, dēfōrmĭs, vĭgĭl, sĕvēră, ānnōsă, mārcēscēns, cāllĭdă, tūrpĭs, dēsĭpĭēns, ēnērvātă, ŏlēns, rāncĭdă, cădāvĕrōsă, vītae sătŭră, prōxĭmă lētō. PH. Grăvĭs ānnīs, ānnōsă părēns. Grāndĭŏr aevō. Cuī frōns rūgīs cōntrāctă. Īnvălĭdīs ănŭs ēnērvātă lăcērtīs. Lānguĭdă sōrdĕt ănŭs. Admōto ādmūrmŭrăt īgnī. Tūm sĭmŭlāvĭt ănŭm, pŏsŭītque ad tēmpŏră cānōs, Sūlcāvītquĕ cŭtēm rūgīs, ĕt cūrvă trĕmēntī Mēmbră tŭlīt grēssū; vōcēm quŏquĕ fēcĭt ănīlēm. *O.* Quătĭēns vōcĕ trĕmēntĕ căpŭt. *O.* Rūgīsquĕ sĕvērŭs Pērsūlcātă gĕnās. *Cl.* Nūtrīx ĭn trĕmŭlīs nē quĭd dēsīdĕrĕt ānnīs. *P.* Pāllăs ănŭm sĭmŭlăt, fālsōsque ĭn tēmpŏră cānōs Addĭt, ĕt īnfīrmās băcŭlō quŏquĕ sūstĭnĕt ărtūs. *O.* Paupĕr, sēd mūltae sēdŭlĭtātĭs ănŭs. *O. v. senex.*

ānŭs, ī. *Ĕxcrŭcĭānt tūrpēs ānŭm* — Ser. SY. pōdĕx, cūlŭs, sēdēs.

ānxĭĕtās. *Ānxĭĕtātĕ cărēns ănĭmŭs făcĭt, ŏmnĭs ăcērbi.* I. SY. cūră, sōllĭcĭtūdō. EP. trīstĭs, īnfōrmĭs, mōrdāx, mŏlēstă, păvĭdă, grăvĭs, stĭmŭlāns, mōrdēns. *v. cura, sollicitus.*

ānxĭŭs. — *Sōllĭcĭtām tĭmŏr ānxĭŭs ŭrgĕt.* V. SY. ămbĭgŭŭs, īncērtŭs, dŭbĭŭs, ănceps, sōllĭcĭtŭs. PH. Anxĭă fūrtī, mēntĭs. *O.* Anxĭă sūnt vītae pēctŏră nōstră tŭae. *O. v. sollicitus.*

Ānxŭr, ŭrĭs. *Sīvĕ sălūtĭfĕrīs cāndĭdŭs Ānxŭr ăquīs.* M. PH. Impŏsĭtūm săxīs lātē cāndēntĭbŭs Anxŭr. *H.* Iūpĭtĕr *Anxŭrŭs* ārvīs Praesĭdĕt. *V.*

Ănȳtŭs. *Pȳthăgŏrān, Ănȳtīquĕ rĕŭm dōctŭmquĕ Plătōnă.* H.

Āŏnĭă. *Āŏnĭam Eŭboeămque* etc. St. PH. Āŏnĭī mōntēs, Āŏnĭae sīlvae, āntră Mūsārŭm. Lŏcă Mūsīs cūltă, hăbĭtātă. Āŏnĭae ŭmbrae, vāllēs, ărvă, jŭgă, ŭndae. Āŏnĭŭs vērtĕx. Āŏnĭdŭm lŏcă. Āŏnĭō rĕdĭēns dēdūcām vērtĭcĕ Mūsās. *Āŏnĕs* huic lătĭcī pŏsŭērūnt nōmĕn ĕquīnō Pāstōrēs. *Av.* Cĕcrŏpĭōs sŭpĕrāvĭt ĕt *Āŏnăs* ăgrōs. *Av.* Tēllūs *Āŏnĭs.* *St.* Aŏnĭdŭm lārgītŏr ăquārŭm. *St.* Cādmŭs ĭn Aŏnĭă cōnstĭtĭt ēxŭl hŭmō. *O. v. Boeotia, Parnassus.*

Āŏnĭdēs. *Lūx rĕdĭt, Āŏnĭdŭm tūrbă, făvētĕ săcrīs.* M. *v. musa.*

Āŏnĭŭs. *Cūm lĕvĭs Āŏnĭās ŭngŭlă fŏdĭt ăquās.* O. SY. Hĕlĭcōnĭŭs, Pīĕrĭŭs, Cāstălĭŭs. Pērmēssĭŭs, Ăgănīppēŭs, Pārnāssĭŭs.

Āŏrnŭs. *Ūndĕ lŏcŭm Grājī dīxērūnt nōmĭne Āŏrnŏn.* V. *v. avernus.*

ăpăgĕ. SY hīnc, prōcŭl, prōcŭl hīnc, făcēssĕ hīnc. PH. Odī prŏfănŭm vūlgŭs ĕt ārcĕō. *H.* Prŏcul, prōcŭl ēstĕ, prŏfănī.

Ăpămēă. *Tērrārŭm mĕdĭīs Ăpămēae moenĭă clārae.* Prisc.

Ăpēlĭōtēs. *Nēc saevī Bŏrĕae aŭt Ăpēlĭōtae.* (phal.) C.

Ăpellēs. ***Sī nūnquām Vĕnĕrĕm Cōus pinxissĕt Ăpellēs.*** O. EP. Cōus, īnsīgnĭs, clārŭs, īnclȳtŭs, mīrāndŭs, fāmōsŭs, īllūstrĭs, praeclārŭs, nōbĭlĭs, pĕrĭtŭs, mīrābĭlĭs. PH. Pictōrūm lūmĕn, dĕcŭs, glōrĭă. Īngĕnĭō tăbŭlīsquĕ sŭīs īnsīgnĭs Ăpellēs. Sī quĭd *Apellēī* gaudĕnt ănĭmāssĕ cŏlōrēs. *St.* In Vĕnĕrĭs tăbŭlā sūmmām sĭbĭ pōscĭt Apellēs. *P. v. pictor.*

Ăpellēŭs. ***Quālĭs Ăpellēŭs ĕst cŏlŏr ĭn tăbŭlīs.*** P.

Ăpēnnīnĭgĕnă. ***Ăpēnnīnĭgĕnīs cūltās păstōrĭbŭs ārās.*** Cl.

Ăpēnnīnŭs. ***Īngēntēs īntērsĕrĭt Ăpēnnīnŭs hĭātūs.*** S. EP. cēlsŭs, nūbĭfĕr, gĕlĭdŭs, āĕrĭŭs, nĭvālĭs, lōngŭs, sāxōsŭs, frōndēns, ăspĕr, dĕclīvĭs, sūblīmĭs. PH. Āttōllītquĕ căpŭt pătĕr Ăpēnnīnŭs ăd aurās. *S.* Vērtĭcĕ se āttōllēns pătĕr Apēnnīnŭs ăd aurās. *V.* Āĕrĭaēque Alpēs ēt nūbĭfĕr Apēnnīnŭs. *O.* In mărĕ seu cēlsūs prōcūrrĕrĭt Apēnnīnŭs. *St. v. mons.*

ăpĕr. ***Trūx ăpĕr īnsĕquĭtŭr, tōtōsquĕ sŭb īnguĭnĕ dēntēs.*** O. ***Aūt spūmāntĭs ăprī cūrsūm clāmōrĕ prĕmēntēm.*** V. ***Sētōsī căpŭt hōc ăprī*** etc. V. SY. sūs, vērrēs. EP. spūmĕŭs, mĭnāx, fŭrĭbūndŭs, fŭrēns, īmmānĭs, fĕrōx, trŭcŭlēntŭs, frēndēns, hīrsūtŭs, fērvĭdŭs, vūlnĭfĭcŭs, sānguĭnĕŭs, īmpĕtŭōsŭs, sōrdĭdŭs, dēntātŭs, hīrtŭs, sĕtĭgĕr, sētōsŭs, crŭĕntŭs, hōrrĭdŭs, prōtērvŭs, audāx, īmpāvĭdŭs, spūmōsŭs, vāstātŏr, frĕmēns, răbĭdŭs, ācĕr, saevŭs, spūmāns, Arcădĭŭs, Maenălĭŭs, Mārsŭs, Ĕrȳmānthĭŭs, Călȳdōnĭŭs, Aētōlŭs, Ūmbĕr, Lūcānŭs, sētīs hōrrēns, nĕmŏrĭvăgŭs. PH. Oblīquō dēntĕ tĭmēndŭs ăpĕr. *O.* Dēntĕ mĭnāx. Vūlnĭfĭcōs ăcŭĭt dēntēs ăpĕr. Ēxĭlĭt ēxērtō dēntĕ prōtērvŭs ăpĕr. Vāstāns rūră cŏlōnĭs. Immēnsā mēmbrōrūm mōlĕ crŭēntŭs. Īndŏmĭtŭs rēgnābăt ăpĕr. *Cl.* Īllĕ rŭĭt, spārgĭtquĕ cănēs, ŭt quīsquĕ fŭrēntī Ōbstăt, ĕt ōblīquō lātrāntēs dīssĭpăt ĭctū. *O.* Vāstŭs ăpĕr nĭmĭō dēntēs cūrvāvĕrăt aevō. *Cl.* Hōrrēbānt trĭfĭdīs nĭgrāntĭă cōrpŏră sētīs. *Cl.* Saevŭs ăpĕr lōngē sĭlvīs lātrātĭbŭs āctŭs Fūlmĭnĕō cĕlĕrēs dīssĭpăt ōrĕ cănēs. Sānguĭne ĕt īgnĕ mĭcānt ŏcŭlī, rĭgĕt hōrrĭdă cērvīx, Ēt sētaē dēnsīs sĭmĭlēs hāstīlĭbŭs hōrrēnt. Stāntquĕ vĕlŭt vāllūm, vĕlŭt ālta hāstīlĭă, sētaē. Fūlmĕn hăbēnt ācrēs ĭn ădūncīs dēntĭbŭs āprī. *O.* Saēpĕ fĕrā tōrvōs cūspĭdĕ fīxĭt ăprōs. *O.* Lūnātăquĕ dēntĭbŭs ūncīs Ōră sŏnānt. *St.* Ut fĕrŭs īn sĭlvā fārră mĕtēbăt ăpĕr. *O.* Fūlmĭnĕō spūmāntĭs ăprī sūm dēntĕ pĕtītă. *M.* Sētĭgĕrā strīctūs lūnātā cūspĭdĕ frōntēm. *St.* Descr. *O.* M. 8, 284 sqq. *S.* 1, 420.

ăpĕrĭo. ***Ōrăquĕ vēntūrīs ăpĕrīrĕ rĕcēntĭă fātīs.*** O. SY. pāndĕrĕ, ēxplĭcārĕ, rĕsĕrārĕ, rĕclūdĕrĕ, dētĕgĕrĕ, rĕtĕgĕrĕ. ***Alpes aperire.*** V. PH. Lāxārĕ, ădăpĕrīrĕ fŏrēs. Pāndūntŭr pōrtaē; cārdĭnĕ vērtĕrĕ fŏrēs. Jānŭă vērsō Cārdĭne ăpērtă sŏnăt. Claūsūm lātō pătĕfēcĭt līmĭtĕ cāmpūm. *V.* Aūt ăpĕrĭt sī nūllă vĭām vīs. *V.* Dīvĭdĭmŭs mūrōs ēt moēnĭă pāndĭmŭs ūrbīs. *V.* Lāxăt claūstră Sĭnōn. *V.* Sĕrās dēmpsĕrăt āppŏsĭtās. *O.* Excŭtĕ pōstĕ sĕrām. *O.* Fātīs ăpĕrĭt Cāssāndră fŭtūrīs Ōră. *V.* Apĕrĭt vĕr ōmnĭă. *O.* Tāntăquĕ sē sĕrĭēs ăpĕrĭt. *V.*

ăpērtē. ***Tū mŏdŏ quēm pŏtĕrās vĕl ăpērtē tūtŭs ămārĕ.*** O. SY. mănĭfēstē, lĭquĭdō. ***v. ingenue, palam.*** -

ăpērtŭs. ***Quĭd mĭsĕrōs tōtĭēs ĭn ăpērtă pĕrīcŭlă cīvēs.*** V. SY. rĕclūsŭs, rĕsĕrātŭs, pătēns, mănĭfēstŭs, nōtŭs, pērspĭcŭŭs; sīmplēx, sīncērŭs. PH. Exĭĕrānt pōrtīs ĕquĭtātŭs ăpērtīs. *V.* Pĕr ăpērtă vŏlāns. ***V. v. planities.***

ăpēs, ĭs *et* ăpĭs, ĭs; ăpēs, ūm *vel* ĭūm. ***Nōn ăpĭs īndĕ tŭlĭt cōllēctōs sēdŭlă flōrēs.*** O. ***Cĕcrŏpĭās īnnātŭs ăpēs ămŏr ūrgĕt hăbēndī.*** V. Apium respbl. descr. *V.* A. 1, 430. 4, 156 sqq. 6, 707. *V.* G. 4, 1-311. SY. pŏpŭlātrīcēs Hȳmēttī; mēllĭgĕră ēxāmĭnă; flōrūm stŭdĭōsă cŏhōrs, tūrbă; mēllĕ grăvĭdaē cătērvaē; ăvēs Hyblaeaē, mēllĭfĭcaē. Apūm āgmĕn, ēxērcĭtŭs. EP. mēllĭfĕraē, sēdŭlaē, flōrĭgĕraē, fŭgācēs, īngĕnĭōsaē, stŭdĭōsaē, mēllĭflŭaē, cāstaē, vĭgĭlēs, sōllĭcĭtaē, īnnŭbaē, mēllītaē, văgaē, pērvĭgĭlēs, pārvaē, grăcĭlēs, īndūstrĭaē, Āttĭcaē, Cĕcrŏpĭaē, Sīcănĭaē, Hyblaeaē. PH. Cārpĭt ăpĭs stŭdĭōsă thȳmōs. Dēnsă pĕr hērbōsōs vŏlĭtānt ēxāmĭnă cāmpōs. Ăpēs thȳmō pāstaē, mēllĕ grăvĭdaē, crūră thȳmō plēnaē. *V.* Vērĭs pŏpŭlāntŭr ŏpēs. Aēstātĕ sĕrēnā Flōrĭbŭs īnsīdūnt vărĭīs, rōrēmquĕ mădēntēm Ōrĕ lĕgūnt. *V.* Mēllĭs ăpēs ăvĭdaē vŏlĭtānt pĕr ămoēnă vĭrētă Rūrĭs ŏdōrĭfĕrī. Sīcănĭās dētĭnĕt hōrtŭs ăpēs. Cērāsquĕ lĭquēntēs Cōnfĭcĭūnt, dūlcēsquĕ lărēs īn pūmĭcĕ fīgūnt. Īncūmbūnt ŏpĕrī, grātīsquĕ lăbōrĭbŭs īnstānt. Ămīssō dŭbĭaē rēgĕ văgāntŭr ăpēs. Ōmnĭbŭs ūnă quĭēs ŏpĕrūm, lăbŏr ōmnĭbŭs īdēm. *V.* Gēns dīvīnō ēbrĭă rōrĕ. Daēdălă sōmnĭfĕrōs pĕrăgūnt ēxāmĭnă bōmbōs. Mēllĭfĕr ēlēctīs ēxērcĭtŭs ōbstrĕpĭt hērbīs. *Cl.* Cūm brĕvĕ Sīcănĭaē vēr pŏpŭlāntŭr ăpēs. *M.* Strīdŭlă dūm trĕmŭlīs ăpĭs ēmĭcăt ūndĭquĕ pēnnīs. Rēspūblĭcă flōrĭlĕgă. Lĭquēntĭă mēllă Stīpānt ĕt dūlcī dīstēndūnt nēctărĕ cēllās. *V.* Quŏt ăpēs pāscūntŭr ĭn Hyblā. *O.* Stŭdĭūmquĕ lăbōrĭs Flōrĭgĕrī rĕpĕtūnt ēt spārsī mēllĭs ămōrēm. *L.* Ego ăpĭs Mātīnae Mōrĕ mŏdŏquĕ Grātă cārpēntĭs thȳmă pĕr lăbōrēm Plūrĭmūm. *H.* Hōc tĭbĭ Thēsēī pŏpŭlātrīx mīsĭt Hȳmēttī Pāllădĭs ā sĭlvīs nōbĭlĕ nēctăr ăpĭs. *M.* Aūt ŭbĭ Cēcrŏpĭŭs fōrmĭdĭnĕ nūbĭs ăquōsaē Spārsă sŭpĕr flōrēs ēxāmĭnă tōllĭt Hȳmēttŭs, Ad dūlcēs cērās ĕt ŏdōrī cōrtĭcĭs āntră Mēllĭs ăpēs grăvĭdaē prŏpĕrānt. ***S. v. alveare, examen, mel.***

ăpēx. ***Ōbsĕdēre ăpĭcem, ĕt, pĕdĭbūs pĕr mūtŭă nēxīs.*** V. SY. fāstīgĭūm, vērtēx, căcūmĕn, cūlmĕn. EP. āltŭs, cēlsŭs, ēxcēlsŭs, ārdŭŭs, ăpērtŭs, sūmmŭs, sŭpērbŭs, sŭblīmĭs. PH. Aētnaeōs ăpĭcēs sōlō cōgnōscĕrĕ vīsū. *Cl.* Sūrgĭt quā cēlsŭs ăd aūrās Mōntĭs ăpēx. *S.* Apĭcēm răpāx Fōrtūnă sūstŭlĭt. *H.* Trēmēndī rēgum ăpĭcēs. ***H. v. potentia.***

Āphărĕus. *Ultŏr ădĕst Āphărĕus* etc. O.

Āphĕsās. *Nōmĭnĕ Lĕrnaeī mĕmŏrānt Āphĕsāntĭă cŏlōnī.* St.

Āphĭdnă. *Nōmĕn Āphĭdnă lŏcō* etc. O.

Āphrŏdītă. *Dāt Vĕnŭs, ēst Mārtī nāmquĕ Āphrŏdītă cŏmĕs.* Au. *v. Venus.*

ăpĭārĭŭs. — *Cēcrŏpĭūm sērvāns ăpĭārĭŭs ăgmĕn.* S. SY. ăpĭŭm cŭstōs.

Āpĭcĭŭs. *Quă nōn Fābrĭcĭŭs, sēd vēllĕt Āpĭcĭŭs ūtī.* M. EP. dīvĕs, hēlŭo, gŭrgĕs, gŭlōsŭs. PH. cf. *M.* 2, 69, 3. 3, 22, 5.

Āpĭdănŭs. *Mūltă quŏquĕ Āpĭdănī plăcŭērūnt grāmĭnă rīpīs.* O.

Āpĭs. *Ēt cŏmĕs īn pōmpā cōrnĭgĕr Āpĭs ĕrĭt.* O. *v. Osiris.*

ăpĭŭm. *Ēt vĭrĭdēs ăpĭō rīpaē, tōrtŭsquĕ pĕr hērbām.* V. EP. ămārŭm, vĭrĭdĕ, vĭrēns, vĭrĭdāns, vĭvāx, ūdŭm, Īsthmĭăcŭm. PH. Flōrĭbŭs ātque ăpĭō crīnēs ōrnātŭs ămārō. *V.* Neū dēsĭnt ĕpŭlīs rŏsaē, Neū vīvāx ăpĭŭm. *H.*

ăplūstrĕ. *Ēt trānstră ēt mālī lăcĕrōquĕ ăplūstrĭă vēlō.* S. *Pĕr tērrārum ōmnēs ōrās fŭltāntĭă ăplūstră.* Lr. PH. Incōncūssă vĕhīt trānquīllŭs ăplūstrĭă flātŭs. *Rut.*

Āpōllĭnārĭs. *Ūt dŏctō plăcĕās Āpōllĭnārī.* (phal.) M.

Āpōllĭnĕŭs. *Aŭsŭs Āpōllĭnĕōs praē sē cōntēmnĕrĕ cāntŭs.* O. SY. Phoebēŭs. PH. Laūrĕă dōnāndŭs Āpōllĭnārī. *H.*

Āpōllo. *Sīc ĭgĭtūr dēxtrō făcĭātīs Āpōllĭnĕ vērsŭs.* O. Descr. *V.* A. 4, 143. *T.* 2, 3. 11. *Loca:* Grȳnēŭm nĕmŭs, Părŏs, Phăsēlĭs, Dēlŏs, Ortygĭă, Dēlphī, Cȳnthŭs, Clărŏs, Pătără, Tĕnĕdŏs, Sŏrāctĕ, Cyrrhă, Rhŏdŭs. *Aves:* cȳcnŭs, cōrvŭs. *Arbores:* lōtŏs, laūrŭs. SY. Phoebēŭs, Cȳnthĭŭs, Dēlĭŭs, Pȳthĭŭs, Tītān, Sōl. EP. ărcĭtĕnēns, fōrmōsŭs, pūlchĕr, īntōnsŭs, fācūndŭs, fātĭdĭcŭs, vērĭdĭcŭs, Smīnthĕŭs, mĕdĭcŭs, īmpĕrĭōsŭs, cĭthărœdŭs, pūlcrĭcŏmŭs, Lātōnĭŭs, Lŭcĭgĕr, Thymbraeŭs, dŏctŭs, Dēlphĭcŭs, Grȳnēŭs, Cynthĭŭs, Dēlĭŭs, Clărĭŭs, Pătărēŭs, Tĕgĕaeŭs, crīnītŭs, aūgŭr, rŏsĕŭs, flāvŭs, fātĭcĭnŭs, dīvīnŭs, săgāx, sōllērs, ĕphēbŭs, mūsĭcŭs, ărcĭpŏtēns, fĭdĕ cōnspĭcŭŭs, jūrĭs pĕrītŭs, săgīttĭgĕr, laūrĭpŏtēns, pāstōrālĭs, cănōrŭs, būbŭlcŭs, cērtŭs. PH. Mūsārŭm praēsĕs; vātŭm pătĕr, cārmĭnĭs aūctŏr. *T.* Lātōnĭă prōlēs. *O.* Crīnĭbŭs īnsīgnĭs. Cĭthăraē pūlsātŏr Āpōllo. *Va.* Quī cĭthărām nērvīs, quī nērvīs tēmpĕrăt ărcŭm. *O.* Īnclytŭs ărcū. Mĕdĭcīnae īnvēntŏr. Cuī Dēlphĭcă tēllŭs, Ēt Clărŏs ēt Tĕnĕdŏs Pătărēquĕ rēgĭă sērvĭt. *O.* Mĭhī flāvŭs Āpōllo Pŏcŭlă Cāstălĭă plēnă mĭnīstrăt ăquā. *O.* Māgnām cuī mēntem ănĭmūmquĕ Dēlĭŭs īnspīrăt vātēs ăpĕrītquĕ fŭtūră. *V.* Intōnsōsque ăgĭtārĭt Āpōllĭnĭs aūră căpīllōs. *H.* Dārdănă quī Părĭdĭs dīrēxtī tēlă mănūsquĕ Cŏrpŭs īn Aēăcĭdaē. *V.* Dōctŏr ārgūtaē fĭdĭcēn Thălīaē. *H.* Pĭĕrĭdŭm cŏlūmĕn, cūjŭs Părnāssīă māgnō Nūmĭnĕ tēmplă sŏnānt. *St.* Nūbĕ cāndēntēs hŭmĕrōs ămīctŭs. *H.* Ārcū fūlgēntĕ dĕcōrŭs. *H.* Āccēptūsquĕ nŏvēm Cămēnīs. *H.* Īpsĕ sŭās ărtēs, sŭă mūnĕră laētŭs Āpōllŏ Aūgŭrĭūm cĭthărāmquĕ dĕdīt, cĕlĕrēsquĕ săgīttās. *V. v. Musae, Paean, Sol.*

Āpōllōnĭŭs. *Āntĕ sălūtăbăt rhētŏr Āpōllōnĭŭs.* M. Licenter; *gr.* Ἀπολλώνιος.

ăpŏlŏgŭs. *Āpŏlŏgŏn aūdī, lēctŏr, ēt vērŭm pŭtā.* (iamb.) *v. fabula.*

Āpŏnŭs. *Cōllĕ sĕdēns, Apŏnŭs tērrīs ŭbī fūmĭfĕr ēxĭt.* L.

ăpŏstătă. *Tūnc vĭr ăpŏstŏlĭcŭs, nūnc vīlĭs ăpŏstătă făctŭs.* Sed.

ăpŏstătĭcŭs. *Plēbĭs ăpŏstătĭcaē, Dŏmĭnūm quaē caēcă nĕgāssĕt.* Sed.

ăpŏstŏlĭcŭs. *Ōrĭs ăpŏstŏlĭcī tēstēs* etc. Pr.

Āpŏstŏlŭs. — *Nĭsĭ dŏctŏr ăpŏstŏlŭs ōmnĕm.* Pr. EP. mūltĭlĭnguĭs, sānctŭs. PH. Bĭs sēnī cŏmĭtēs Chrīstī; bĭs sēnī prŏcĕrēs. Coētŭs ăpŏstŏlĭcŭs. Tūrbă dŭŏdēnă, bĭs sēnă vĭrŭm vīs. Chrīstī cŏmĭtēsquĕ vĭaē, tēstēsquĕ lăbōrŭm. Nōmĭnă ăpŏstŏlĭcī fūlgēnt bĭs sēnă sĕnātŭs. *Pr.* Bĭs sēnōs sĭbĭmēt Chrīstŭs dēlēgĕrăt ōmnī Ēx nŭmĕro. Āpŏstŏlĭcī dŭŏdēnŭs hŏnōrĭs Fūlgĕt ăpēx, nŭmĕrō mēnsēs ĭmĭtātŭs ēt hōrās. Mīllĕ tŭbīs tērrās Chrīstum īnsŏnŭērĕ pĕr ōmnēs. *Sant.*

ăpŏthĕōsĭs. PH. Ād āstră, sīdĕră fērrĕ, tōllĕrĕ. Āstrīs, coēlō īnfērrĕ, āddĕrĕ. In coēlŭm ēvĕhĕrĕ, coēlŭm rēclūdĕrĕ. Coēlō Mūsă bĕāt. *H.* Aenēān scīs īpsa ēt scīrĕ fătērĭs, Dēbērī coēlō. *V.* Āvŭm, quēm vĭrtŭs āddĭdĭt āstrīs. *O.* Inquĕ dŏmōs sŭpĕrās scāndĕrĕ cūră fŭīt. *O.* Dēfūnctŭm tērrā coēlēstĭbŭs ōrĭs Āccĭpĭām. *O.* Ēgrĕgĭī Caēsărĭs aūdĭăr Aētērnŭm mĕdĭtāns dĕcŭs Stēllīs īnsĕrĕre ēt cōncĭlĭō Jŏvĭs. *H.* Adscrībī quĭĕtĭs Ordĭnĭbŭs pătĭăr dĕōrŭm. *H.* Hāc ărtĕ Pōllūx ēt văgŭs Hērcŭlēs Enīsŭs ārcēs āttĭgĭt īgnĕās. *H.* Vĭrtŭs rēclūdēns īmmĕrĭtīs mŏrī Coēlŭm. *H.* Āstrĭfĕrōs coēlī tōllēndŭs īn āxēs. *St.* Āstrĭgĕrăm sēcăt ālmă vĭām, coēlōquĕ rĕcēptă Hīc vĭtaē mētās ēt īnānĭă mēmbră rĕlīquĭt. *Anth.*

ăpŏthēcă. *Aūt ăpŏthēcă prŏcīs īntăctă ēst* etc. H.

ăppărātŭs. *Pērsĭcŏs ōdī, pŭĕr, ăppărātŭs.* (Sapph.) H.

ăppārĕo. *Āppārēnt rārī nāntēs īn gūrgĭtĕ vāstō.* V. SY. cōmpārērĕ, ŏrīrī, ēxŏrīrī, sūrgĕrĕ, ēxsūrgĕrĕ, ēlūcērĕ, ād mănŭm ēssĕ. PH. Āppārēt Cămărīnă prŏcŭl. *V.* Ānte ŏcŭlōs ādstārĕ jăcēntĭs. *V.*

ăppārĭtŏr. *Āppārĭtōrēs sēd fŭrēntī sūggĕrŭnt.* (iamb.) Pr. SY. sătēllĕs, līctŏr, stĭpātŏr. EP. clāmōsŭs, saēvŭs, pēllĭtŭs, trŭx, răbĭdŭs, rĭgĭdŭs, prōmtŭs, cōmĭs, fīdŭs, fĭdēlĭs.

ăppăro. *Īncērtŭs, quĭd Jūnŏ fĕrăt, quās ăppărĕt īrās.* Va. SY. părārĕ, praēpărārĕ, cōmpărārĕ, ōrnārĕ, ădōrnārĕ, ăptārĕ, ădăptārĕ, īnstrŭĕrĕ, cōncīnnārĕ. PH. Dăpēs īnēmtās ăppărĕt. *H.* Pĕdēs ăppărăt īrĕ. *V.* *v. paro.*

ăppello, ās. SY. vŏcārĕ, prŏvŏcārĕ, nōmĭnārĕ, cōmpēllārĕ, āllŏquī, dēbĭtī ādmŏnērĕ. PH. Pălīnūrī nōmĕn hăbēbĭt. *V.* Urbem ăppēllābūnt pērmīssō nōmĭne Ācēstăm. *V.* Īllī fŭĕrăt Sātūrnĭă nōmĕn. *V.* Hīnc nōmēn Cāmpānaē dūcĭtŭr ūrbī. *V.* Et gēntī nōmĕn dĕdĭt. *V.* Sīc nōmĭnĕ dīcĭtŭr. *V.* Rōmānōsquĕ

sŭō dē nōmĭnĕ dīcĕt. *V.* Aēnĕădăsquĕ mĕō nōmĕn dē nōmĭnĕ fingō. *V. v. alloquor, nomino.*

ăppello, is. *Aūt quĭs tē gnātūm nōstrĭs Dĕūs ăppŭlĭt ōrĭs?* V. SY. ădmŏvērĕ, ăpplĭcārĕ. *v. attendo, navem appello.*

ăppēndo. SY. sūspēndĕrĕ; pōndĕrārĕ.

ăppĕtītŭs. SY. pĕtītŭs, ĕxpĕtītŭs, ŏptātŭs, īnvāsŭs.

ăppĕto. *Pāssīm quīn ŏcŭlōs ăppĕtĭt īllĕ mĕōs.* T. SY. cŭpĕrĕ, ŏptārĕ, ĕxŏptārĕ, pĕrŏptārĕ; īnvādĕrĕ, ădŏrīrī. PH. Appĕtĭtŭr pŏsĭtō vīlĭs ŏlīvă lŭpō. *M.*

Appĭă vĭă. PH. Cŭrvĭs Appĭă trītă rŏtīs. *O.* Et Appĭăm mānnīs tĕrĭt. *H.* Appĭă lōngārŭm tĕrĭtŭr rēgīnă vĭārŭm. *St.* Aūsŏnĭaē māxĭmă fāmă vĭaē. *M.*

ăppĭngo. SY. ăddĕrĕ, ădjūngĕrĕ, ăppōnĕrĕ, āffīngĕrĕ.

ăpplaūdo. *v. plaudo.*

ăpplĭco. — *Quaē vĭs īmmānĭbŭs ăpplĭcăt ōrĭs?* V. SY. jūngĕrĕ, ădjūngĕrĕ, ăddĕrĕ, āttēxĕrĕ, ădmŏvērĕ. PH. Vōtīs ămīcās Applĭcăt aūrēs. *H.* Oscŭlăque ăpplĭcŭĭt pŏsĭtō sŭprēmă fĕrĕtrō. *O.* Prōxĭmŭs ăpplĭcĭtō săxōsīs ăggĕrĕ sĭlvīs Tēndēbāt. *St.* Huic ēst pōrtĭcŭs ăpplĭcātă trĭplēx. *Sid.*

ăppōno. — *Pătrĭīsque ĕpŭlāndum ăppōnĕrĕ mēnsīs.* V. SY. āffīgĕrĕ, ădscrībĕrĕ, jūngĕrĕ, ădjūngĕrĕ, ădmŏvērĕ, jūxtā pōnĕrĕ. PH. Nōstrīs ăppōnĕ lĭbēllīs. *O.* Quēm fōrs dĭērūm cūnquĕ dăbĭt, lŭcrō Appōnĕ. *H.* Plēnīs ăppōnĕ cănīstrīs. *O.* Appŏsŭī mĕdĭō mēmbră lĕvāndă tŏrō. *O.* Et lĕvĭs ăppŏsĭtīs vēnātŭr ărānĕă tēlīs. *S.* Appŏsĭtō nārrābĭs mūltă Lyaēō. *O.*

ăpprĕhēndo. SY. ăpprēndĕrĕ, prĕhēndĕrĕ, răpĕrĕ, ărrĭpĕrĕ. PH. Et nĕbŭlīs sĭmĭlēs ănĭmās ăpprēndĕrĕ cērtăt. *S.*

ăpprīmē. SY. mūltūm, vāldē. PH. Flōs ăpprīmă tĕnāx. *V.*

ăpprŏbo. *Dūm pŭrăm cŭpĭs ăpprŏbārĕ cūnctĭs.* (phal.) M. SY. prŏbārĕ, cōmprŏbārĕ, ănnŭĕrĕ. PH. Prīmōsquĕ Jŏvī pŭĕr ăpprŏbăt ānnōs. *St.* Dēxtrăm stērnŭĭt ăpprŏbātĭōnĕm. *C. v. probo.*

ăpprŏpĕro. — *Ăpprŏpĕrēmŭs, ŭt hōstĭs.* S. SY. fēstīnārĕ, ăccĕlĕrārĕ, ădvŏlārĕ, cūrrĕrĕ, mātūrārĕ, ăccēdĕrĕ, grădum ūrgērĕ. *v. propero, festino.*

ăpprŏpīnquo. SY. prŏpīnquārĕ, ăccēdĕrĕ. PH. Rēspĭcĭt īnstāntēm tērgo, ēt prŏpĭōră tĕnēntēm. *v. advenio.*

Appŭlĭă. *v. Apulia.*

ăprīcŏr. *Tēmpŭs ăprīcārī vĭrĭdī sŭb grāmĭnĕ hērbă.* Ser.

aprīcus. — *ēt tērrīs īmmīttĭt ăprīcĭs.* V. *Dūcĕrĕt ăprīcīs īn cōllĭbŭs ūvă cŏlōrēm.* V. SY. sōli ĕxpŏsĭtŭs. PH. Quĭdquĭd sŭb tērra ēst, īn ăprīcūm prōfĕrĕt aētās. *H.* Mītīs īn ăprīcīs cŏquĭtŭr vīndēmĭă săxīs. *V.*

Aprīlĭs. *Aprīlēm mĕmŏrānt āb ăpērtō tēmpŏrĕ dĭctŭm.* O. — *Vīcīnō nōmĕn Aprīlī.* An. EP. hērbĭfĕr, flōrĭgĕr, ăpērtŭs, vĭrēns. PH. Mēnsīs Cythērēĭŭs. A Vĕnĕre hīc măgnā dēscēndĭt ŏrīgĭnĕ mēnsīs. Aprīlēm Vĕnĕrī săcrŭm fēcērĕ Quĭrītēs. Cūm laētīs dĕcōrāntŭr flōrĭbŭs hērtī. Cūm jām tĕnĕrĕ vŏlŭcrēs īncĭpĭūnt. Quō mēnse ărbŏr hăbĕt frōndēs, ēt pābŭlă tēllūs. Mēnsĭs, quō Vēr cūncta ăpĕrĭt. Fētĭfĕrum Aprīlēm vīndĭcăt ālmă Vĕnŭs. *Au.* Quī dĭēs mēnsēm Vĕnĕrĭs mărīnaē Fīndĭt Aprīlēm. *H.*

ăptē. *Sēmpĕr īn hīs ăptē nārrāntīs vērbă rĕsīstūnt.* O. SY. bĕnĕ, cōmmŏdē, cōnvĕnĭēntĕr. *v. aptus.*

ăpto. — *clāssēm vēlīs ăptārĕ jŭbēbăt.* V. SY. ăccōmmŏdārĕ, cōmpōnĕrĕ, ădăptārĕ. PH. Ensēm vāgīnae ăptārăt ĕbūrnŭm. *V.* Aptăt ăd ārmă mănŭs. *V.* Fĭdĭbŭsquĕ Lătīnīs Thēbānōs ăptārĕ mŏdōs stŭdĕt? *H.* In pāce, ŭt săpĭēns, ăptārĭt ĭdōnĕă bēllō. *H.* Aptăt sē pūgnaē. *V.* Nērvōque ăptārĕ săgīttăs. *V.* Dānăūmque īnsīgnĭă nōbīs Aptēmŭs. *V.* Lătĕrīque ăccōmmŏdăt ēnsēm. *V.*

ăptŭs. ST. ăccōmmŏdātŭs, hăbĭlĭs, ăppŏsĭtŭs, cōnvĕnĭēns, cōngrŭēns, cōngrŭŭs; cōnnēxŭs, cōhaērēns; cōmmŏdŭs, ŏppōrtūnŭs, ĭdōnĕŭs; ōrnātŭs. PH. Aptōs jūngĕ părēs. Sīlvă mōntānās ŏccŭlĕre ăptă fĕrās. *O.* Vēntŭs ĕrāt naūtīs ăptŭs. *O.* Aētās mōllĭs ĕt ăptă rĕgī. *O.* Aptūm dīcĭt ĕquīs Argōs. *H.* Rēmĭs ăptă pălŭs. *O.* Aptăm pāstōrĭbŭs ūmbrăm. *O.* Annī lūsĭbŭs ăptī. *O.* Aptă jŏcō vērbă. *O.* Vāllēs ăccōmmŏdă fraūdī. *V.* Nēc pĕcŏrī ŏppōrtūnă sĕgēs, nēc cōmmŏdă Bācchō. *V.* Nōn ădĭīt ăptē, nēc lĕgĭt, ĭdōnĕă crēdō, Tēmpŏră. *O. v. commodus.*

ăpŭd. *Scaēvŏlă, tū coēnās ăpŭd ōmnēs; nūllŭs ăpŭd tē.* M. SY. pĕnēs, jūxtā, īn, ăd. PH. Pūgnābānt ălĭī tārdīs ăpŭd Ilĭŏn ārmīs. *O.*

Apūlĭă, *vel* Appūlĭă. *Vēllĕrĭbŭs prīmīs Apūlĭă, Pārmă sĕcūndīs.* M. EP. sīccă, sĭtĭēns, sĭtĭcŭlōsă. SY. Daūnĭă; jūgĕră Daūnī. *St.* PH. Vēndĭt ăprōs, sēd mājōrēs Apūlĭă vēndĭt. Incĭpĭt ēx īllō mōntēs Appūlĭă nōtōs Ostēntārĕ mĭhī. *H.* Altrīcīs ēxtrā līmĕn Apūlĭaē. *H.*

Apūlŭs. *Sīvĕ quŏd Apūlă gēns, seū quŏd Lūcānĭă bēllūm.* H. SY. Jāpyx, Daūnĭŭs. PH. Appūlŭs Adrĭăcās ēxĭt Gārgānŭs ăd ūndās. *L.* Lūcānŭs ăn Appūlŭs, ăncēps. *H.* Appūlă nōn ūnō quaē grĕgĕ tērră tŭlĭt. *M.* Et mărĕ Apūlĭcūm. *H.*

ăquă. *Quaērĭt ăquās īn ăquīs, ēt pōmă fŭgācĭă căptăt.* O. SY. lymphă, ūndă, lătēx, hūmŏr, līquŏr, flūmĕn, rīvŭs, flŭvĭŭs, fōns, flūmĭnĕŭs lătēx, vĭtrĕaē lymphaē, pōcŭlă Achĕlōĭă. EP. dūlcĭs, tōrrēns, plŭvĭālĭs, sălĭēns, fōntānă, strĕpēns, aēquŏrĕă, prŏpĕrāns, cănōră, vīvă, clāră, ămoēnă, plăcĭdă, frīgĭdă, gĕlĭdă, flŭēns, līquĭdă, coēnōsă, lŭtōsă, cōrrūptă, dēsēs, quĭētă, pūră, īmmōtă, jăcēns, līmōsă, pălūstrĭs, īrrĭgŭă, līmpĭdă, sŏnōră, prōsĭlĭēns, stāgnāns, răpĭdă, pīscĭfĕră, dēsĭlĭēns, caērŭlĕă, tūmĭdă, nāvĭgĕră, lūstrālĭs. PH. Tērraē cīrcūmflŭŭs hūmŏr. Cōntrārĭŭs īgnĭbŭs hūmŏr. Lĭquōrēs gĕlĭdī. Flūmĭnĕī lătĭcēs. Aquă dē flūmĭnĕ sūmtă, fōntĭbŭs haūstă. Mōllī lāpsū pēr săxă sŏnāns. Rīvŭlŭs sērpēntīs lēnĭtĕr ăquaē. Seū fōns pūrŭs ăquīs lēnĕ sŏnāntĭbŭs. *H.* Rēstīnguĕrĕ fōntĭbŭs īgnēm. *V.* Nūnc ăd ăquaē lēnĕ că-

pŭnt săcrae. *H.* Fōntĭbŭs ŭt dūlcēs ērŭmpăt tērră lĭquōrēs. *T.* Fōntēsquĕ lўmphīs ōbstrĕpŭnt mānāntĭbŭs. *H.* Cālcŭlŭs īn nĭtĭdā sīc nŭmĕrātŭr ăquā. *M.* Nēc rĕdĭt īn fōntēs ŭndă sŭpīnă sŭōs. *O.* Pēllēbātquĕ sĭtīm sīmplĭcĭs hūmŏr ăquae. *O.* Quĭd prōhĭbētĭs ăquīs? Ūsŭs cōmmūnĭs ăquārum ēst. *O.* Īllĕ sŏnāns plăcĭdŭsquĕ sŏnōrae Lāpsŭs ăquae. Cŭrrēntem īlĭgnīs pōtārĕ cănālĭbŭs ŭndăm. *V.* Pĕtĕre ē vīvīs lĭbāndās fōntĭbŭs ŭndās. *O.* Sūmmōque haŭsīt dē gŭrgĭtĕ lўmphās. Lўmphīsque ā fōntĕ pĕtītīs. *O.* Tēllūrĕ rĕfōssā Ōccŭltōs lătĭcēs, ābstrūsăquĕ flūmĭnă quaerŭnt. *L.* Tēmpĕrĕt ānnōsŭm sōbrĭă lўmphă mĕrŭm. *T.* Dānt fămŭlī mănĭbŭs lўmphās. *V.* Mănĭbŭs lĭquĭdōs dānt ōrdĭnĕ fōntēs. *V.* Ăquā sŭffōcārī. Fātă nŏvīssĭmă claŭdĕrĕ ĭn aēquŏrĕ; răpĭdīs īnvŏlvī ēt sŭbmērgĭĕr ŭndīs; tŭmĭdīs ōbrŭī ēt mĭsĕrē ēxstĭnguĭĕr ŭndīs; īntĕr tŭmĭdōs flūctŭs sŭă claŭdĕrĕ fātă; mērgī sŭb aēquŏrĕīs ŭndīs. *v. fons, rivus, mare, palus, pluvia, sudor, thermae.* — ***Aquae lapsus*** v. *cataracta.* — ***Aquae salientes.*** Descr. *Plin.* ep. 5, 6, 24 sqq. Īntōrtīs ăssūrgēns ārdŭŭs ŭndīs. *Va.* Nōn ălĭtēr quăm cŭm vĭtĭātō fīstŭlă plūmbō Scīndĭtŭr, ēt tĕnŭī strīdēntĕ fōrāmĭnĕ lōngē Ējăcŭlātŭr ăquās ătque īctĭbŭs āĕră rŭmpĭt. *O.* Răpĭdō pĕtĭt āĕră jăctū. Rōrāntī pērplŭĭt īmbrĕ. Ērŭmpēns vēnīs būllāntĭbŭs ŭndă. Cōmprēssaēquĕ tŭbīs ăssūrgŭnt āltĭŭs ŭndae. *Rap.* Vĭtrĕōs sĭnŭātŭr ĭn ārcŭs Lўmphă fŭgāx sēsēque ŭrgēt, sēsēquĕ vŏlēntēm Īmplĭcăt, āĕrĭăquĕ dĭū tēstŭdĭnĕ pēndĕt. *P. Donat.* Īt laēvī dē rŭpĕ flŭēns, īntērquĕ flŭēndŭm Tēndĭtŭr, āttōnsīs ceū cŭm māntīlĭă vīllīs Cărbăsĕīvĕ sĭnŭs coēlō pāndŭntŭr ĭnānī; Sīc grăcĭlī lābēns sē tēxtĭlĭs ŭndă flŭēntō Explĭcăt, ēt lāto ēxŭndāns sē mārgĭnĕ tēndĭt. *Rap.* — ***Aquae ductus.*** PH. Aĕrĭō pēndēntēs fōrnĭcĕ rīvī. *Rut.* Lĕvēs āttōllĕre ĭn ŭndās Aĕrĭŭm pĕr ĭtēr sŭspēnsīs flŭctĭbŭs āmnēs. *Sant.* Plūmbō tēstāvĕ rĕcēptōs Vāllem īn sŭbjēctām fōntēs trādŭcĕrĕ. *Rap.* Dēdūxĭt ĭn ārcēm Pōntĭbŭs īmpŏsĭtōs tāntō mōlĭmĭnĕ fōntēs; Admīrāndi ŏpĕrĭs mōlēs praēcēlsă sŭpērbōs Părĭĕtĕ pērpĕtŭō sŭblīme ăssŭrgĭt ĭn ārcŭs. *Rap.*

ăquārĭŭs. *Jām cădĭt ēxtrēmōque īrrŏrăt Ăquārĭŭs ānnō.* V. SY. ŭndĕcĭmŭm sīgnŭm, Gănўmēdēs, fūsŏr ăquae, pŭĕr ŭrnĭgĕr. EP. frīgĭdŭs, hūmĭdŭs, rădĭāns, lĭquēns, gĕlĭdŭs, ĭnīquŭs, ŭdŭs, trīstĭs, ŭrnĭgĕr, nīmbĭfĕr, nīmbōsŭs, plŭvĭōsŭs, hŭmēns, frīgēns, pŭlchĕr, flŭvĭālĭs. PH. Pŭĕr Īlĭădēs, īnflēxām dĭffŭndĭt ăquārĭŭs ŭrnăm. Sīdŭs ăquārĭī. Phrўx pŭĕr īnflēxā lўmphās ēffŭndĭt ăb ŭrnā. Jŭvĕnīs gēstātŏr ăquae. Jŭvĕnīs sīgnă rĕgēntĭs ăquās. Gĕlĭdōs pōrtēndĭt ăquārĭŭs īmbrēs. Hўdrŏphŏrŭs jŭvĕnīs. Mădĭdaē prōdĭgŭs ŭrnaē. Īnvērsŭm cōntrīstăt ăquārĭŭs ānnŭm. *H.* Īnflēxā fōntēm quī prŏjĭcĭt ŭrnā. *Mn.* Jăm lĕvĭs ōblīquā sŭbsēdĭt Ăquārĭŭs ŭrnā. *O.*

ăquātĭcŭs. — *Quăm mōllĭt ăquātĭcŭs Aŭstĕr.* O.

ăquātĭlĭs. *Nўmphās nătāntēs īncŏlāsque ăquātĭlēs.* (iamb.) Pr.

ăquātŏr. *Ād Tārtēssĭăcŭm vēnĭt Īndŭs ăquātŏr Ībērŭm.* Sid.

ăquĭlă. *Sīc ăquĭlām fŭgĭŭnt pēnnā trĕpĭdāntĕ cŏlŭmbae.* O. SY. Jŏvĭs ārmĭgĕr. Jŏvĭs ālĕs ădŭncŭs. EP. rēgĭă, praēpēs, fĕrōx, flāmmĭgĕră, fŭlvă, āltĭvŏlāns, sŭblīmĭs, rēgālĭs, praēdātrīx, ădŭncă, vēnātrīx, bēllātrīx, vēlōx, nŭbĭvăgă, gĕnĕrōsă, īmpăvĭdă, cĕlĕr, praēcēps, āĕrĭă, văgă, cĭtă, răpĭdă, māgnănĭmă. PH. Jŏvĭs āltĭsŏnī pēnnātă sătēllĕs. *Cic.* Cŭstōs fŭlmĭnĭs. Ālēs săcră Jŏvī. Fĭdă mĭnīstră, nūntĭă fŭlvă Jŏvĭs. Tŏnāntĭs ārmĭgĕr. Ālĭtŭŭm rēgīnă. Rēgnātŏr vŏlŭcrŭm. Praēdātŏr, Flāmmĭgĕr Jŏvĭs ālĕs. Quae Sōlem āspēctū nōn călīgāntĕ tŭētŭr. Quae fŭlmĭnă cŭrvĭs Fērrĕ sŏlēt pĕdĭbŭs. Vēnātrīx praēdām rōstrō mĕdĭtātŭr ădŭncō. *O.* Īntēndēns ăcĭēm crīnītī lūmĭnă Sōlĭs Sŭspĭcĭt, ōbtūtūque ŏcŭlōs fīxa haērĕt ăcūtō. *Vid.* Vŏlŭcrĭs ămīcă Jŏvī, dīvūm grātīssĭmă rēgī. Praēpĕs ăb Īdā Sŭblīmēm pĕdĭbŭs răpŭĭt Jŏvĭs ārmĭgĕr ŭncīs. *V.* Sēd lĕpŏrem aŭt căprĕām fămŭlae Jŏvĭs ēt gĕnĕrōsaē Īn sāltū vēnāntŭr ăvēs. *I.* Cuī rēx dĕōrŭm rēgnum ĭn ăvēs văgās Pērmīsĭt. *H.* Nēc īmbēllēm Prōgĕnĕrānt ăquĭlae cŏlŭmbăm. *H.* Descr. *L.* 9, 902 sqp. *Cl.* Pr. III. cons. Hon. *Sannaz.* de part. virg. I. Vida Christ. IV. — ***Signum milit.*** PH. Īnfēstīs ōbvĭă sīgnīs Sīgnă, părēs ăquĭlās, ēt pīlă mĭnāntĭă pīlīs. *L.* Sīgnă dĕcūs bēllī Pārthŭs Rōmānă tĕnēbāt, Rōmānaēque ăquĭlae sīgnĭfĕr hōstĭs ĕrăt. *O.* Stānt bēllātrīcēs ăquĭlae. *Cl.* Ut nŏtaē fŭlsēre ăquĭlae Rōmānăquĕ sīgnă. *L.*

Ăquĭlējă *et* Ăquĭlēĭă. *Ēt tū Lēdaēō fēlīx Ăquĭlējă Tīmāvō.* M. *Nēc nōn cŭm Vĕnĕtīs Ăquĭlēĭă pērfŭrĭt ārmīs.* Si. PH. Nōna īntĕr clārās Ăquĭlējă cĭtābĕrĭs ŭrbēs. *Cl.*

ăquĭlēx, ēgĭs. *Ān Dĕŭs īpse ăquĭlēx caēcīs* etc. Mill.

ăquĭlīnŭs. *Nĭsī sĭt mīlvīnīs ēt ăquĭlīnīs ŭngŭlīs.* (iamb.) Pl.

ăquĭlō. *Frīgĭdŭs ēt sīlvīs Ăquĭlō dĕcŭssĭt hŏnōrēm.* V. *Aŭt āctŭm caēlō māgnīs ăquĭlōnĭbŭs īmbrēm.* V. SY. bŏrĕās. EP. frīgĭdŭs, nĭvālĭs, nŭbĭlŭs, ĭnīquŭs, rĭgĭdŭs, Scўthĭcŭs, gĕlĭdŭs, glăcĭālĭs, sŏnōrŭs, răpĭdŭs, Hўpērbŏrĕŭs, ālgēns, tērrĭbĭlĭs, mĭnāx, prōcēllōsŭs, Gĕtĭcŭs, Thrēĭcĭŭs, Thrăcĭŭs, saēvŭs, raŭcŭs, Rĭphaeŭs, ăcūtŭs, hōrrĭfĕr, nĭvōsŭs, īnsānŭs, praēcēps, ēffrēnŭs, sălūtĭfĕr, Bŏrĕālĭs, pūrŭs, sīccŭs, sĕrēnĭfĕr, dūrŭs, Ŏdrўsĭŭs, ārctōŭs, clārŭs, sĕrēnāns. PH. Vīs, răbĭēs, īmpĕtŭs ăquĭlōnĭs. Hўbērnō fŭrēns ăb āxĕ. Nĭvēs spārgēns. Gĕlĭdă bācchātŭs ăb ārctō. Ārmātŭs tŭrbĭnĕ. Cōncrētŭs grāndĭnĕ pēnnās. Quī gĕlĭdām spārgĭt ăb āxĕ nĭvēm. Quālĭs Hўpērbŏrĕīs ăquĭlō cŭm dēnsŭs ăb ōrīs Īncŭbŭĭt, Scўthĭaēque hĭĕmēs, ātque ārĭdă dĭffērt Nŭbĭlă. *V.* Āĕrĭōs răpĭdō pērvērtēns tŭrbĭnĕ cāmpōs. Cŭm dēfōrmĭs hĭēms răpĭdīs ăquĭlōnĭbŭs hōrrĕt. Cŭm glăcĭālĭs hĭēms ăquĭlōnĭbŭs āspĕrăt ŭndās. *V.* Tālĭă jāctāntī strīdēns ăquĭlōnĕ prōcēllă,

Vēla ădversă fĕrit, fluctūsque ăd sīdĕră tōllit. *V.* Tāntăquĕ cōmmōtī vīs ĕst ăquĭlōnĭs, ŭt āltās Aēquĕt hŭmō tūrrēs, tēctăquĕ rūptă fĕrăt. *O.* Ăquĭlōnĭs ănĭmōsă flābră. Frīgĭdŭs ūt Bŏrĕās ōbstŭpĕfēcĭt ăquās. Ĭtă fērtŭr, ŭt āctă Praecĭpĭtī pīnūs Bŏrĕā. Cūm grăvĭs ārmātūr Bŏrĕās glăcĭēquĕ nĭvālī Hīspĭdŭs. *Cl.* Brūmăquĕ Rhīpaeō strīdēns ăquĭlōnĕ rĕtārdăt. *Cl.* Quā gĕlĭdūs Bŏrĕās ăquĭlōnĭbŭs īnstăt ăcūtĭs. *Mn.* Rĭgĭdī quā spīrānt flābra ăquĭlōnĭs. *Av.* At Bŏrĕaē dē pārtĕ trŭcĭs quūm fūlmĭnăt. *V.* Cūm Bŏrĕās Scȳthĭcā strīdŭlŭs ārcĕ fŭrĭt. Bŏrĕās īncēndĭă mīscĕt, Flāmmārūmque aēstūs tōllĭt vĭŏlēntŭs ăd aūrās. Rĕsŏnānt Bŏrĕa īnsūltāntĕ rŭdēntēs. *v. Boreas, Septentrio.*

ăquĭlōnĭŭs. — *Nāvēs Ăquĭlōnĭŭs īmpĕtŭs ūrgĕt.* Ser. PH. Īsmărĭōs, Ăquĭlōnĭă pīgnŏră, frātrēs. *St.* Aūt Ĭtălūm pŏpŭlōs Aquĭlōnĭgĕnāsquĕ Brĭtānnōs. *Au.*

Ăquīnās. *Nēscĭt Ăquīnātēm pōtāntĭă vēllĕră fūcūm.* H.

Ăquīnūm. *Cōmmŏvĕt ātquĕ vĭrīs īngēns ĕxhaūsĭt Ăquīnūm.* S.

Ăquĭtānĭă. *Găllĭă queīs frŭĭtūr grĕmĭōque Ăquĭtānĭă laētō.* Au. et *Hūnc fŏre, Ăquĭtānās quī pŏssĕt vīncĕrĕ gēntēs.* T. *Et pŏpŭlōs* Ăquĭtānĭcă *rūră cŏlēntēs.* Au. *Stīrpĭs* Ăquĭtānae *mātēr tĭbĭ* etc. Au.

ăquŏr. — *Tūtaē sūb moēnĭbŭs ūrbĭs ăquāntŭr.* V. SY. ăquăm haūrīrĕ, trăhĕrĕ, ēxtrăhĕrĕ; ădăquārĕ, ăd ăquăm dūcĕrĕ, pōtūm dūcĕrĕ, ăquās mĭnīstrārĕ, praēbērĕ.

ăquōsŭs. *Dūm pĕlăgō dēsaēvĭt hĭēms ĕt ăquōsŭs Ŏrīōn.* V. PH. Pēlīgnīs nātŭs ăquōsīs. *H.* Crȳstāllūsquĕ tŭās ōrnĕt ăquōsă mănūs. *P.*

ără. *Fūmĭdă cīngātŭr flōrēntĭbŭs ără cŏrōnīs.* O. SY. āltārĕ, fŏcŭs. EP. vōtīvă, vĭrĭdĭs, cōmmūnĭs, vĕrēndă, rĕlĭgĭōsă, ŏdōrātă, sōlēmnĭs, pīnguĭs, flăgrāns, fūmĭdă, fūmōsă, fūlgēns, vĕnĕrābĭlĭs, măgnĭfĭcă, splēndĭdă, īnvĭŏlābĭlĭs, sānctă, săcră, pĭă, mārmŏrĕă, ŏdōră, frāgrāns, fūmāns, ērēctă, rŭtĭlă, fēstă, tūrĭcrĕmă, tūrĭfĕră, săcrĭfĭcă, ārdēns, cŏrōnātă, grāmĭnĕă, cāstă, vīnctă vĕrbēnīs, hŭmĭlĭs, cāndĭdă, plācābĭlĭs. PH. Tūrĕ călēns, flāmmīs lūcēns, tĕpĭdō taūrōrūm īmbūtă crŭōrĕ; mūltō quaē fūmăt ŏdōrĕ. Ārīs īmpōnĕrĕ dōnă, ărās frōndĭbŭs ōrnārĕ, frōndĕ cŏrōnārĕ; fūmāns săcrĭs īgnĭbŭs. Sūrgĭt ŏdōrātĭs sūblīmĭs fūmŭs ăb ārīs. *V.* Dīvūm fūmāntĭbŭs ārīs. *C.* Frōndēntĭbŭs īntŭlĭt ārīs. *Va.* Ārīs fāctŭs hŏnōs. *V.* Ut vĕtŭs āccēnsīs īncāndŭĭt īgnĭbŭs āră. *O.* Vīnăquĕ mārmŏrĕās pătĕrā lībābăt ĭn ārās. *V.* Āră mĭhī pŏsĭtă ĕst pārvō cōnjūnctă săcēllō. *O.* Tūm Stȳgĭō rēgī nōctūrnās īnchŏăt ārās. *V.* Saēpĕ dĕcēm nĕxīs ōrnātaē tōrquĭbŭs ārae. *V.* Tūrĕ călēnt ārae, sērtīsquĕ rĕcēntĭbŭs hālānt. *V.* Īndĕ cŏrōnātās ŭbĭ tūrĕ pĭāvĕrĭs ārās. *P.* Sōlēmnēs taūrum īngēntĕm māctābăt ăd ārās. *V.* Lūstrāmūsquĕ Jŏvī vōtīsque īncēndĭmŭs ārās. *V.* Jējūnă pĭūm dēsīdĕrăt ără crŭōrĕm. *O.* Tālĭbŭs ōrāntēm dīctīs ārāsquĕ tĕnēntēm Aūdĭĭt ōmnĭpŏtēns. *V.* Tāngo ārās mĕdĭōsque īgnēs ĕt nūmĭnă tēstŏr. *V.* Bīs sēnōs cuī nōstră dĭēs āltārĭă fūmānt. *V.* Ārgŏlĭcī rĕdĭērĕ dŭcēs: āltārĭă fūmānt. *O.* Tūrĕ văpōrātĭs lūcēnt āltārĭbŭs īgnēs. *St.* Cŭmŭlāntque āltārĭă dōnīs. *V.* Cāstīs ădŏlēnt āltārĭă taedīs. *V.* Īmpŏsĭtīs ārdēnt āltārĭă fībrīs. *V.* Āltārĭă fūmēnt Tēstă Jŏvī. *V.* Fēstăquĕ pāllēntēs hĭlărēnt āltārĭă lūcōs. *St.* Cūltăquĕ jām tŭmĭdīs fūmānt āltārĭă flāmmīs. *Cl. v. sacrifico, victima.*

Ărăbĭă. *Ēt dŏmŭs īntāctaē tē trĕmĭt Ărăbĭaē.* P. SY. Pānchāĭă. EP. dīvĕs, tūrĭfĕră, pālmĭfĕră. PH. Năbăthaeă rēgnă, Pānchāĭă rūră, ārvă, ŏdōrūm tērră fĕrāx, rēgĭo tūrĭs ăbūndāns. Ēōae dŏmŭs Ărăbūm. *V.* Ŏdōrēs, Quōs tĕnĕr ē tērrā dīvĭtĕ mīttĭt Ărābs. *T.*

Ărābs. *Cīnnămōn ēt mūltī pāstŏr ŏdōrĭs Ărābs.* P. *Nām mŏdŏ tūrĭlĕgōs Ărăbās, mŏdŏ dēspĭcĭt Īndōs.* O. *Arabes liquores* St. SY. Săbaeī, Pānchaeī. EP. mōllēs, tĕnĕrī, tūrĭlĕgī, ŏdōrātī, pīctī, pālmĭfĕrī, gēmmĭfĕrī, bārbărī, fĕrī, Ēōī, dīvĭtēs, nĭgrī, ŏpŭlēntī, ēxtrēmī, mĭtrātī, aēstŭōsī, lōngīnquī. PH. Īnnŭmĕrī dīvĕs ŏdōrĭs Ărābs. Tē Mēdŭs, tē mōllĭs Ărābs, tē Sērēs ădōrānt. *Cl.* Pālmĭfĕrōsque Ărăbēs Pānchaeăquĕ rūră rĕlīquĭt. *O.* Cūltŏr ŏdōrātaē dīvĕs Ărābs sĕgĕtĭs. *T.* Ōmnĭs Ărābs, ōmnēs vērtēbānt tērgă Săbaeī. *V.* Sīvĕ Gĕtīs īnfērrĕ mănū lăcrĭmābĭlĕ bēllūm, Hȳrcānīsve Ărăbīsvĕ părānt. *V.*

Ărăbĭcŭs *s.* Ărăbĭŭs. *Nēc sī qua Ărăbĭō lūcēt bōmbȳcĕ pŭēllă.* P. PH. Nōn Ărăbō nōstēr rōrĕ căpīllŭs ŏlēt. *O.* Cūrvă sĭnūs Ărăbī sūccēndēnt aēquŏră prōptēr. *Av.*

Ărăchnē. *Tēr quătēr Īdmŏnĭaē frōntēm pērcūssĭt Ărăchnēs.* EP. Maeŏnĭă, ŏpĕrōsă, sōllērs, aūdāx, ănĭmōsă, sŭpērbă, dōctă, Lȳdă, Lȳdĭă, pĕrĭtă, āmbĭtĭōsă. PH. Vĭrgo Īdmŏnĭă, Pāllădĭs aēmŭlă, īnvīsă Mĭnērvaē. Descr. *O.* M. 6. in. *Sant.* lus. alleg. *v. aranea.*

Ărăcȳnthŭs. *Paeāna Āmphīōn rūpe, Ărăcȳnthĕ, tŭā.* P.

Ărădŭs. *Nēc prŏcŭl ēst Ărădōs, Phoenīcēs aēquŏrĕ cīnctă.* Prisc.

ărānĕă. *In fŏrĭbŭs lăxōs sūspēndĭt ărānĕă cāssēs.* V. SY. ărānĕŭs. EP. văgă, pēndŭlă, sūblīmĭs, dōctă, ārĭdă, īngĕnĭōsă, ārtĭfēx, ēxĭlĭs, vĕnēnĭfĕră, īndūstrĭă, sūbdŏlă, ăĕrĭă, sūspēnsă, pēndēns, aūdāx, tūrpĭs, vĭgĭl, stŭdĭōsă, tŭmĭdă, ŏpĭfēx, pērvĭgĭl, ŏpĕrōsă, īnvīsă Mĭnērvaē, mūscīs īnsĭdĭāns, rētĭă tēndēns. PH. Stāmĕn dē pēctŏrĕ dūcēns. Pĕdĕ quaē grăcĭlī dēdūcĭt ărānĕă fīlŭm, Ēt lĕvĕ dēsērtā sūb trăbĕ fīgĭt ŏpŭs. *O.* Sūmmō quaē pēndĕt ărānĕă tīgnō. *O.* Incaūtās quaē fīgĭt ărānĕă mūscās. Āntīquās ēxērcĕt ărānĕă tēlās. *O.* Sēdĕt nīgrō vēnātŏr ărānĕŭs āntrō. Quaē lăquĕārĭbŭs āltīs Rētĭă sūspēndĭt, ĕt pĕr ĭnānĕ vŏlāntēs Īllăquĕăt mūscās, ăc cīrcŭmăgēns lēntō sūb tēgmĭnĕ īmplĭcăt ālās. Nēc nĕbŭlām nōctū, nēc ărāneī tĕnŭīă fīlă Ŏbvĭă sēntīmŭs. *Lr.* Tōllĕre haēc ărānĕă Quāntum ēst lăbōrĭs! *Ph.* Sŭbdŏlŭs ēxplĭcĭtōs glŏmĕrābăt ărānĕŭs ōrbēs, Et lĕvĕ sūb quērnō stīpĭtĕ nēbăt ŏpŭs. *Sant. v. Arachne.*

ărānĕŏlŭs. *Ătque ŭt ărānĕŏlī tĕnŭem fŏrmāvĭmŭs ōrsŭm.* V.

ărānĕōsŭs. *Ărānĕōsă, tŭrpĭs ĕt squālēns sĭtū.* (iamb.)

Ărăr s. Ărăris. *Aŭt Ărărĭm Părthŭs bĭbĕt, aŭt Gĕrmānĭă Tĭgrĭm.* V. EP. sēgnĭs, lēnĭs, tăcĭtŭs, pĭgĕr, tārdŭs, lēntŭs, lōngĭnquŭs, fĕrāx, Gāllŭs. PH. Caerŭlĕŭs plăcĭdīs pĕr vădă sērpĭt ăquīs. Rhŏdănō stĭmŭlātŭs Ărăr. Quōrŭm sērpĭt Ărăr pĕr rūră, pĭgērrĭmŭs ŭndaē. *Si.* Quōs Rhŏdănŭs vēlōx, Ărărĭs quōs tārdĭŏr ămbĭt. *Cl.*

ărātŏr. — *Quaē cŭrvŭs ărātŏr hăbērĕt.* V. PH. Stĭvaēve īnnīxŭs ărātŏr. *O.* Sēd rŭstĭcōrŭm māscŭlă Prōlēs, Săbēllĭs dŏctă lĭgōnĭbŭs Vērsārĕ glēbās. *H.* Vălĭdō cōnsuētă bĭdēntī Ingĕmĕre ĕt tērrām prēssĭs prōscīndĕre ărātrĭs. *Lr.* Fēlīx āgrēstŭm quōndŭm păcātă jŭvēntŭs. *P.* Prīmŭs ărātră mănū sōlērtī fēcĭt Ŏsīrĭs, Ēt tĕnĕrām fērrō sōllĭcĭtāvĭt hŭmŭm. *T.* Assĭdŭō sătĭātŭs ărātrō. *T. v. agricola, aratrum.*

ărātrŭm. *Ădspĭce, ărātră jŭgō rĕfĕrūnt sŭspēnsă jŭvēncī.* V. SY. vōmĕr. EP. flēxŭm, cŭrvŭm, īncŭrvŭm, dēprēssŭm, ŭncŭm, ōblīquŭm, vălĭdŭm, trāctābĭlĕ, mōrdāx, fērrĕŭm, ūtĭlĕ, īnflēxŭm, ădŭncŭm, dūrŭm, prēssŭm, rūstĭcŭm, sōrdĭdŭm. PH. Cŭrvī pōndŭs ărātrī. Inflēxī grăvĕ rōbŭr ărātrī. *V.* Dēns vōmĕrĭs, tērrām rĕnŏvāns, scīndēns, glēbās vērtēns. Sŭlcō āttrītŭs vōmĕr. Ădŭncī vŭlnĕra ărātrī. *V.* Cŭrvī fōrmam ăccĭpĭt ŭlmŭs ărātrī. *V.* Nōn ūllŭs ărātrō Dīgnŭs hŏnōs. *V.* Sōrdĭdă Sērrānŭs flēxĭt dīctātŏr ărātră. *Cl.* Tēmpŏrĕ rūrĭcŏlaē pătĭēns fĭt taŭrŭs ărātrī, Praēbĕt ĕt īncŭrvō cōllă tĕrēndă jŭgō. *O.* Quām măle īn aēquālēs vĕnĭūnt ăd ărātră jŭvēncī! *O.* Vĭdērĕ fēssōs vōmĕrem īnvērsŭm bŏvēs Cōllō trăhēntēs lāngŭĭdō. *H.* Ărātŏr Lībĕrăt ēmĕrĭtō fērvĭdă cōllă bŏvī. Sŭb jŭgă bōs vĕnĭăt, sŭb tērrās sēmĕn ărātās. *O.* Dŭm jūgĕră vērsăt ărātŏr. *Calp.* Vŭlnĕre īmmūnēm prĭŭs Sŭlcārĕ tērrăm. *Se.* Dūrōs sŭlcīs mōllīrĕ nŏvālēs. *Cl.* Jŭvăt ēffōssī tērgă mŏvērĕ sŏlī. *Pall.* Illĕ, grăvēm dūrō tērrām quī vērtĭt ărātrō. *H.* Nēc mĭhĭ māllĕ jŭgīs Cāmpānĭă pīnguĭs ărātŭr. *T.* Descr. *V.* G. 1, 169 sqq. *v. aro.*

Ărātŭs. *Cŭm sōle ĕt lūnā sēmpĕr Ărātŭs ĕrĭt.* O. EP. dŏctŭs, săgāx, āstrŏlŏgŭs, āstrĭlŏquŭs. PH. Dŏctīquĕ mŏdōs ēxtēndĭs Ărātī. *St.* Ab Jŏvĕ prīncĭpĭŭm măgnō dēdūcĭt Ărātŭs. *Germ.*

Ărausĭo, ōnĭs, urbs. *Excīsōquĕ jăcēns dēclīvĭs Ărausĭō cōllĕ.* Thuan.

Ărāxēs. — *Ēt pōntem īndīgnātŭs Ărāxēs.* V. EP. bārbărŭs, Ărmēnĭŭs, Mēdŭs, gĕlĭdŭs, văgŭs, īmplācātŭs, răpĭdŭs, nĭvālĭs, flŭĭtāns, Scythĭcŭs, fĕrŭs; Mēdŭm flūmĕn. *H. v. fluvius.*

ărbĭtĕr. *Ărbĭtĕr ēs fōrmaē, cērtāmĭnă sīstĕ Dĕārŭm.* O. SY. tēstĭs, cōnscĭŭs, spĕcŭlātŏr; jūdēx. PH. Prŏcŭl ēst, ăĭt, ărbĭtĕr ōmnĭs. *O.* Ēstō bŏnŭs cīvĭs, tūtŏr bŏnŭs, ărbĭtĕr īdēm Intĕgĕr. *I.* Quēm pĕnĕs ărbĭtrĭum ēst. *H.* O rēbŭs mēĭs Nōn īnfĭdēlēs ărbĭtraē. *H.* Rēs ēst ărbĭtrĭō nōn dĭrĭmēndă mĕō. *O. v. judex.*

ărbĭtrārĭŭs. *Nŭnc pŏl ĕgŏ pērĭī cērto, haŭd ărbĭtrārĭō.* (iamb.) Pl.

ărbĭtrĭŭm. *Quēm pĕnĕs ărbĭtrĭum ēst, ĕt jūs ĕt nōrmă lŏquēndī.* H. SY. vŏlūntās, lĭbīdo. PH. Fōrtūna ărbĭtrĭīs tēmpŭs dīspēnsăt ŭbīquĕ. *O.* Tē pĕnĕs ărbĭtrĭŭm nōstraē vītaēquĕ nĕcīsquĕ. *O.* Quŭm dē tē splēndĭdă Mīnōs Fēcĕrĭt ărbĭtrĭă. *H. v. judicium.*

ărbĭtrŏr. *Tēstēs făctōrŭm stāre ărbĭtrābĕrĕ Dīvōs.* Si. SY. pŭtārĕ, jūdĭcārĕ, cēnsērĕ, sēntīrĕ, crēdĕrĕ, ēxīstĭmārĕ.

ărbŏr *et* ōs. *Ēt mălă rādīcēs āltĭŭs ărbŏr ăgĭt.* O. Enumeratio arborum *O.* M. 10, 90 sqq. *Arboris caesae* descr. *V.* A. 2, 626. 6, 179. *Si.* 5, 481. 10, 526. *St.* 6, 88. SY. ărbōs, ărbŭtŭm, vīrgūltŭm, rămŭs, frōndēs. EP. sīlvēstrĭs, ŭmbrōsă, ŏpācă, pătŭlă, frūctĭfĕră, frōndēns, flōrēns, vĭrēns, fērtĭlĭs, fĕrāx, fŏlĭātă, āltă, prōcēră, rāmōsă, āltĭcŏmă, ārdŭă, vĭrĭdĭs, rĭgĭdă, foētă, cŭrvātă, nōbĭlĭs, ŏdōrĭfĕră, vĭrēscēns, cūltă, īncūltă, ămbĭtĭōsă, foēcūndă, cēlsă, rĕdĭvīvă, frūctŭōsă, ămoēnă, lūxŭrĭōsă, ānnōsă, cădūcă, aprīcă, căvă, prōlīxă, frŭtĭcōsă. PH. Păndēns, ēxtēndēns lātē sŭă brāchĭă. Rāmīs dīffūsă. Sŭblīmī vērtĭcĕ nŭtāns. Infīxīs āltē rādīcĭbŭs haērēns. Pătŭlīs lūxŭrĭōsă cŏmīs. Ingēntēm quaē sŭstĭnĕt ŭmbrăm. Bīs pōmīs ŭtĭlĭs. *V.* Nĭvĕĭs ūbērrĭmă pōmīs. *O.* Vĭrĭdī rāmōs cŭrvātă mĕtāllō. *Cl.* Tūrpĭs sĭnĕ frōndĭbŭs ărbŏr. *O.* Arbŏrĭs īnnīxŭs trūncō. *V.* Lārgīs frūctĭbŭs ŏnĕrātă, ŏnŭstă. Frōndĭbŭs ărbōs Lūxŭrĭăt foēcūndă nŏvīs. *O.* Fĕrēns praēstāntĭă mūnĕră dūlcīs Foētŭs. Inŭmbrāns flŭvĭŭm frōndōsīs cŏmīs. Nūbĭlă cēlsă pĕtēns crēscēndō. Tōllēns căcūmĭnă īn aŭrās. Ăvĭbŭs frōndōsă praēbēns hōspĭtĭă. Frūctĭbŭs dĕcōră, ēxcēlsōs tēndēns ăd sīdĕră rāmōs. Tōllēns sē vērtĭce ăd aŭrās. *V.* Nŏvīs cōllūcēns, dĕcŏrātă flōrĭbŭs ărbŏr. Exĭĭt ăd coēlŭm rāmīs fēlīcĭbŭs ărbŏr. *V.* Strātă jăcēnt păssĭm sŭă quaēquĕ sŭb ărbŏrĕ pōmă. *V.* Obvĭăque hōspĭtĭīs tĕnĕăt frōndēntĭbŭs ărbōs. *V.* Aēstŭăt īn rāmōs īncŭmbēns ărbŏrĭs ărbŏr. *L.* Pŭlsă gĕmĭt crēbrīs sŭccŭmbēns īctĭbŭs ărbōs. *O.* Mūgītŭsquĕ bŏŭm mōllēsquĕ sŭb ărbŏrĕ sōmnī. *V. v. malus, pomum, silva.* *Partes:* rādīx, stīrps, cōrtēx, rāmī, frōndēs. *Victoriis dedicatae:* laŭrŭs, mўrtŭs, pālmă. *Navibus aedificandis:* ăbĭēs, pīnŭs, ālnŭs. *Cariem non sentiunt:* cŭprēssŭs, cēdrŭs, jūnĭpĕrŭs. *Funestae:* tāxŭs, cŭprēssŭs, pĭcĕă. *Jaculis aptae:* cōrnŭs, frāxĭnŭs.

ărbŏrētŭm. SY. hōrtŭs cōnsĭtŭs ărbŏrĭbŭs, ărbūstŭm.

ărbŏrĕŭs. *Ărbŏrĕī foētŭs ălĭbī* etc. V.

ărbūstŭm. SY. vīrgūltŭm. EP. laētŭm, ŭmbrāns, ōrnātŭm, frūctĭfĕrŭm, vĭrēns, frōndōsŭm, vĭrĭdĕ, dēnsŭm, ŏpācŭm, ŭmbrĭfĕrŭm, frōndēns, grātŭm, ămoēnŭm, tĕnĕrŭm, vērnŭm, tūrgēscēns, sīlvĕtrĕ, frŭtĭcōsŭm. PH. Vīx aŭdēns tĕnŭēs āttōllĕrĕ rāmōs. Pūllŭlăt ărbūstŭm rāmīs fēlīcĭbŭs. Rĕsŏnānt ărbūstă cĭcādīs. *V.* Nōn ōmnēs ărbūstă jŭvānt

hŭmĭlēsquĕ mȳrīcaē. *V.* Ipsī tĕ fontēs, ipsa haēc ărbustă vŏcābant. *V.* Arbŭstīsquĕ tĕnēnt fēlīcĭbŭs ŏmnĭă cīrcūm. *L.*

ărbŭtĕŭs. *Ărbŭtĕīs tĕxūnt vīrgīs ĕt vīmĭnĕ quĕrnō.* V.

ărbŭtūm. *Glāndĕ sŭēs laētī rĕdĕūnt, dānt ărbŭtă sylvaē.* V. PH. Arbŭtă pūnĭcĕō fĭĕrī mātūră cŏlōrĕ. *Lr.*

ărbŭtŭs. *Ĕt quaē vōs rārā vĭrĭdīs tĕgĭt ărbŭtŭs ŭmbrā.* V. EP. vĭrĭdĭs, hōrrĭdă, foēcūndă, ŏpācă, ŭmbrōsă, ŭmbrĭfĕră, vĭrĭdāns, ŏnĕrātă, vīrēscēns, pōmĭfĕră, frōndēns, lătēns. PH. Pōmōque ŏnĕrātă rŭbēntī Arbŭtŭs. *O.* Dūlcĕ sătīs hūmōr, dēpūlsīs ărbŭtŭs hoēdīs. *V.*

ărcă. SY. căpsă, căpsŭlă, căpsēllă, ărcŭlă, scrīnĭŭm, scrīnĭŏlŭm, cīstă, cīstŭlă, cīstēllă. EP. fērrātă, aērātă, pătŭlă, sŭpērbă, plēnă, văcŭă, claūsă, ăpērtă, līgnĕă, aūrātă, dīvĕs, căpāx, pīctă, rĕfērtă, vēstĭārĭă. PH. Īgnōrās, quāntūm fērrātă dīstĕt ăb ărcā Săccŭlŭs. *I.* Sĭmŭlāc nūmōs cōntēmplōr ĭn ărcā. *H.*

Ārcădĭă. *Prōtĭnŭs Ărcădĭaē gĕlĭdōs ĭnvīsĕrĕ fīnēs.* V. SY. tēllūs Ĕrȳmānthĭdŏs ūrsaē, Maēnălĭă, Nōnăcrĭă; Maēnălĭs, Pārrhăsĭă ōră; Tēllūs prōxĭmă sīdĕrĭbŭs. PH. Cuī pĕcŭs ĕt nīgrī Cōllēs Arcădĭaē plăcēnt. *H.* Pān dĕŭs Arcădĭaē. *V.*

ărcānŭs. *Tē cŏlĕre, ărcānōs ĕtĭām tĭbĭ crēdĕrĕ sēnsūs.* V. SY. ăbdĭtŭs, rĕcōndĭtŭs, cēlātŭs, ŏbūmbrātŭs, ŏbnūbĭlŭs. PH. Arcānă quūm fīūnt săcră. *H.* Quaē nātūră nĕgāvĭt Vīsĭbŭs hūmānīs. *O.* Lōngĭŭs ēvŏlvēns fātōrūm ărcānă mŏvēbō. *V.* Nōx, ăĭt, ărcānīs fīdīssĭmă. *O.* Arcānūm nĕquĕ tū scrūtābĕrĭs ūllĭŭs ūnquăm. *H.* Pērĭērĕ lătĕbraē Tōt scĕlĕrūm. *L.* Arcānīquĕ fĭdēs prōdĭgă, pērlūcĭdĭōr vĭtrō. *H. v. abditus, obscurus.*

Ārcăs. *Ārcăs ĕquĕs* etc. V. *Āmbō flōrēntēs aētātĭbŭs, Ārcădĕs āmbō.* V. SY. Ārcădĭī, Ārcădĭcī, Maēnălĭī, Lȳcaēī, Pārrhăsĭī. EP. vĕtĕrēs, āntīquī. PH. Quōndām glāndĭbŭs ūsī; āstrīs lūnāquĕ prĭōrēs. Arcădăs āccēnsōs mŏnĭtū. *V.* Nĕmĕaē tērrōr ĕt Arcăs ăpĕr. *M.* Vīrgĭnĭs *Arcădĭaē* coēcŭs ădēgĭt ămōr. *O.* Nīl sălĭt *Arcădĭcō* jŭvĕnī. *I.*

ărcĕo. SY. āmŏvērĕ, āvērtĕrĕ, prŏhĭbērĕ, pēllĕrĕ, ēxpēllĕrĕ, cŏērcērĕ, rĕtĭnērĕ, rĕmŏvērĕ. PH. Arcērī pătrĭā. Īgnāvūm, fūcōs, pĕcŭs ā praēsēpĭbŭs ărcēnt. *V.* Quĭs tē nōstrīs āmplēxĭbŭs ărcĕt? *V.* Trōjānōsque ărcĕăt ŭrbĕ. *V.* Accĭpĭte Aēnēān ĕt tāndĕm ărcētĕ pērīclīs. *V.* Cōrpŭs rĕlĕvārĕ vŏlēntĕm Arcŭĭt. *O.* Nēc tē lūgērĕ sĕvērŭs ărcĕō. *St.*

Ārcĕsĭlās. *Ēssĕ quŏd Ārcĕsĭlās, aērŭmnōsīquĕ Sŏlōnĭs.* Pe.

Ārcĕsĭŭs. *Nām mĭhĭ Lāērtēs pătĕr ēst, Ārcĕsĭŭs īllī.* O.

ărcēsso, ĭs. *bēllāndo ărcēssĕrĕ mōrtĕm.* Si. SY. vŏcārĕ, ădvŏcārĕ, ăccĭērĕ; ăccūsārĕ. PH. Pŏtŭĭt mānēs ărcēssĕrĕ cōnjŭgĭs Orphĕŭs. *V.* Prīmūmquĕ ărcēssĭt Ăchātēn. *V.* Advĕnĭēt jūstūm pūgnaē, ne arcēssĭtĕ, tēmpŭs. *V.* Arcēssās dūm fātă mănū. *L.* *Arcēssītŭs* ĕrĭt sōmnŭs ĭn ōssă mĕă. *P.*

ărchāngĕlŭs. — *Sūmmŭsque ărchāngĕlŭs īllĕ.* Alc.

Archĕmŏrŭs. *Trīstĭs ăd Archĕmŏrī fūnĕră vīctŭs ĕquŭs.* P.

ărchĭātrŭs. *Archĭātrī fōmēntă pĭī* etc. Paul.

Archĭgĕnēs. *Advŏcăt Archĭgĕnĕn* etc. I.

ărchĕtȳpŭs; *Ēt jŭbĕt ărchĕtȳpōs plŭtĕŭm sērvārĕ Clĕānthās.* J. SY. exēmplăr.

Ārchĭlŏchŭs. *Ārchĭlŏchūm prŏprĭō rĕbĭēs ărmāvĭt ĭāmbō.* H. EP. Spārtānŭs, ŏbscēnŭs, īmmōrtālĭs, Părĭŭs, īrātŭs. PH. Fāmōsī cārmĭnĭs aūctŏr. Rĕpērtŏr pūgnācĭs ĭāmbī. *O.* Tīnctă Lȳcāmbĕō sānguĭnĕ tēlă. *O.* Descr. *H.* A. P. 79. Epod. 6, 3. Epist. 1, 19, 25.

Ārchĭmēdēs. *Haēc Ārchĭmēdēs ēdŏcēt cīvēs sŭōs.* (iamb.) EP. Sȳrăcŭsĭŭs, dŏctŭs, cĕlĕbĕr, īngĕnĭōsŭs, săgāx, sōllērs, mīrābĭlĭs, īllūstrĭs, sōllĭcĭtŭs, pŏtēns, īndūstrĭŭs, īnclȳtŭs, cēntĭmănŭs. PH. Sȳrăcŏsĭī trāxĭt cērtāmĭnă bēllī. Prīmă Sȳrăcŏsĭī mēns prōdĭĭt āltă măgīstrī. *H.* Descr. *Si.* 14, 341 sqq. *Cic.* Tusc. 1, 63.

ărchĭtēctŭs. *Praēcōnēm făcĭās, vĕl ărchĭtēctŭm.* (phal.) M. SY. māchĭnātŏr. Architecti insignes: *Daēdălŭs, Mĕnĕcrătēs, Ctēsĭphōn, Ĕpēŭs, Phĭlo, Ārchĭmēdēs.*

Ārchȳtās. *Mē crĕăt Ārchȳtaē sŏbŏlēs Băbȳlōnĭŭs hērōs.* P. EP. Tărēntīnŭs, sōllērs. PH. Mēnsŏr mărĭs ĕt tērraē nŭmĕrōquĕ cărēntĭs ărēnaē. *H.*

ărcĭpŏtēns. *Ārcĭpŏtēns, ădvērtĕ, prĕcŏr,* etc. Va.

ărcĭtĕnēns. *Quām prĭŭs ărcĭtĕnēns ŏrăt* etc. V. *v. Apollo, Chiron, Diana.*

ărctĭcŭs. *Ārctĭcŭs ēst prīmŭs glăcĭālĭ dĭctŭs ăb ărctō.* O. *v. arctous.*

ărcto, ās. SY. strīngĕrĕ, cōnstrīngĕrĕ, cŏārctārĕ, prĕmĕrĕ, cōmprĭmĕrĕ. PH. Hōs ĕmĕ, quōs ărctăt brĕvĭbŭs mēmbrānă tăbēllīs. *M.*

ărctŏphȳlāx. *A tērgō nĭtĕt Ārctŏphȳlāx, īdēmquĕ Bŏōtēs.* M. SY. Bŏōtēs, Ārctūrŭs. EP. glăcĭālĭs, tārdŭs, pĭgĕr, trīstĭs, rĭgēns, fĕrŭs, frīgēns, frīgĭdŭs, Scȳthĭcŭs. PH. Sīdŭs Hȳpērbŏrĕŭm. Cūstōs Ĕrȳmānthĭdŏs ūrsaē. *O.* Saēvĭs frīgŏrĭbŭs rĭgēns. Lānguĕt Hȳpērbŏrĕaē glăcĭālĭs pōrtĭtŏr ūrsaē. *St.* Plaūstrīquĕ prŏpīnquŭs Pārrhăsĭī. *Cl. v. Bootes.*

ărctŏs *et* ărctŭs, ī. *Vērsāque ăb āxĕ sŭō Pārrhăsĭs ărctŏs ĕrăt.* O. SY. ūrsă, Hĕlĭcē, plaūstrūm. EP. Pārrhăsĭs, Maēnălĭă, Maēnălĭs, Strȳmŏnĭă, Lȳcāŏnĭă, frīgēns, gĕlĭdă, īmmānĭs, trīstĭs, fūlgēns, fŭrĭbūndă, hōrrĭdă, nĭvōsă, ŏpācă, glăcĭālĭs, frĕmēns, vēntōsă, Scȳthĭcă, aūstrīnă, prŭīnōsă, aēthĕrĕă, ālgēns, Bŏrȳsthĕnĭă, hĭbērnă, Gĕtĭcă, Ĕrȳmānthĭs, Hȳpērbŏrĕă. PH. Gĕlĭdō prōxĭmă sīgnă pŏlō. *O.* Pārrhăsĭdēs stēllaē. *O.* Plaūstrī praēbēntĭă fōrmăm Sīdĕră. *O.* Altăquĕ caērŭlĕūm dūm Nērĕă nēscĭĕt ărctŏs. *V.* Arctŏs ōcĕānī mĕtŭēntēs aēquŏrĕ tīngī. *V.* Sēptēm stēllīs Arcădĕs ūrsaē Lūcēm vērsō tēmōnĕ vŏcānt. *Se.* Incērtūm pĕr ĭtĕr gĕlĭdās ērrāvĭt ăd ărctōs. *V.* Nōn mērgĭtŭr ūndĭs Axĭs ĭn ōccĭdŭīs gĕmĭnā clārīssĭmŭs ărctō. Tōllĭt

hȳĕms ănĭmōs vēntōsăquĕ sībĭlăt ărctōs. Descr. *O.* F. 3, 107. *v. ursa, Septemtrio.*

ărctōŭs. *Sōlĭbŭs ărctōis sīdĕrĭbŭsquĕ dŭcĕm.* M. SY. ărctĭcŭs, sĕptēntrĭōnālĭs, ăquĭlōnĭŭs, bŏrĕālĭs. PH. Quĭd jŭvăt Ărctōĭs Rhŏdănō Rhēnōquĕ sŭbāctĭs? *L. v. arcticus, borealis.*

ărctūrŭs. *Ārctūrŭm plŭvĭāsque Hўădās gĕlĭdōsquĕ Trĭōnĕs.* V. *v. Bootes.*

ărctŭs. SY. strĭctŭs, cōnstrĭctŭs, ărtātŭs, cŏmprĕssŭs. PH. Fĕrrō ĕt cŏmpāgĭbŭs ărctĭs Clăudēntŭr bēllī pŏrtae. *V.* Rēbŭs ĭn ărctĭs. *O.*

ărcŭlă. *Sīc mĭcăt ĭnnŭmĕrĭs ărcŭlă sўnthĕsĭbŭs.* M. *v. arca.*

ărcŭo, ās. SY. cŭrvārĕ, ĭncŭrvārĕ, cămĕrārĕ, sĭnŭārĕ, ŭncārĕ. PH. Ĭn ărcŭm sĭnŭārĕ, flēctĕrĕ, cŭrvārĕ.

ărcŭs, ŭs. SY. cōrnŭ, nērvŭs. EP. lētĭfĕr, flĕxŭs, flĕxĭlĭs, flĕxĭbĭlĭs, ĭncērtŭs, cōrnĕŭs, sĭnŭātŭs, ădūncŭs, ĭnīquŭs, tēnsŭs, dŭbĭŭs, hōrrĭsŏnŭs, hăbĭlĭs, fŭlgēns, lēntŭs, cŭrvŭs, Dīctaeŭs, Gnōssĭŭs, Cўdōnĭŭs, Gōrtўnĭŭs, Lўcĭŭs, Ăchaemĕnĭŭs, cŭrvātŭs, strĭctŭs, sŏnōrŭs, bēllĭgĕr, săgīttĭfĕr, aūrātŭs, Ăpōllĭnĕŭs, ēbūrnŭs, rĭgĭdŭs, Scўthĭcŭs, Hĕrcŭlĕŭs, nŏxĭŭs, vŭlnĭfĭcŭs, nŏcŭŭs, rĕmĭssŭs, Ărmĕnĭŭs, mĭnāx, sŭbdŏlŭs, aūrĕŭs, ăcĕr, Ēōŭs, Sărmătĭcŭs, Gnōsĭăcŭs, Ămāzŏnĭŭs, Maenălĭŭs, caedĭs sĭtĭēns. PH. Ārmă Dĭānae, flĕxĭlĕ cōrnŭ. Nĭtĭdō spēctābĭlĭs ărcŭ. Aūrĕŭs ēx hŭmĕrĭs sŏnăt ărcŭs, ĕt ārmă Dĭānae. *V.* Ĭncērtō dēbĭlĭs ărcŭ. *L.* Ărcŭ praesīgnĭs ădūncō. *O.* Nāmque hŭmĕrĭs dē mōre hăbĭlēm sŭspēndĕrăt ărcŭm. *V.* Cōnstĭtĭt hīc ărcŭmquĕ mănŭ, cĕlĕrēsquĕ săgīttās Cōrrĭpŭĭt, *V.* Sōlvĭ cŭrvātōs ĭmpĕrăt ărcŭs. Ăddūctō cŭrvāns sĕ ĭn cōrnŭă nērvō. Ărcŭm cōntēndĕrĕ nōvĭt ăddūctĭs ŭtrīnquĕ cōrnĭbŭs. — *Arcum tendere.* PH. Cōntēndĕrĕ, ĭntēndĕrĕ, lŭnārĕ, āddūcĕrĕ, sĭnŭārĕ, cŭrvārĕ, ĭncŭrvārĕ, flēctĕrĕ, āddūctō flēctĕrĕ nērvō. Spīcŭlă tēndĕrĕ cōrnū. *V.* Nērvōque āptārĕ săgīttās. *V.* Sŏnŭĭt cōntēntō nērvŭs ăb ărcŭ. *St.* Flĕxĭbĭlēs cŭrvāntŭr Ăpōllĭnĭs ărcŭs. *O.* Tŏrquēbăt rĕfŭgŭm Pārthĭs mīrāntĭbŭs ărcŭm. *Cl.* Ărmĕnĭōsque ărcŭs Gĕtĭcĭs ĭntēndĭtĕ nērvĭs. *L.* Vălĭdĭs ĭnflēctĕrĕ vīrĭbŭs ărcŭm. Ărcŭm ŏppŏsĭtō cŭrvārĕ gĕnŭ. Tŭm vălĭdĭs flĕxōs ĭncŭrvānt vīrĭbŭs ărcŭs. *V.* Mnēstheŭs āddūctō cōnstĭtĭt ărcŭ. *V.* Ărcŭ cōntēntă părātō Tēlă tĕnĕt. *V.* Ĭntēndūnt ăcrēs ărcŭs, ĕt spīcŭlă vĭbrānt. *V.* Nōn tŭlĭt Ăscănĭŭs, nērvōque ŏbvērsŭs ĕquīnō Cōntēndĭt tēlŭm, dīvērsăquĕ brāchĭă dūcēns, Cōnstĭtĭt āntĕ Jŏvĕm. *V.* Săgīttăm Dēprōmsĭt phărĕtrā, cōrnūque ĭnfēnsă tĕtēndĭt, Ĕt dūxĭt lōngē: dōnĕc cŭrvātă cŏīrēnt Ĭntĕr sē căpĭtă, ĕt mănĭbŭs jăm tāngĕrĕt aequĭs. *V.* Lūnāvĭtquĕ gĕnū sĭnŭōsŭm fōrtĭtĕr ărcŭm. *O.* Impŏsĭtō pătŭlōs călămō sĭnŭāvĕrăt ărcŭs. *O.* Vīdĕrăt āddūctō tŏrquēntĕm cōrnŭă nērvō. *O.* Strĭctō stăt prŏxĭmŭs ārmĭgĕr ărcŭ. *L.* — *Arcu sagittam emittere.* PH. Ărcŭ, nērvō, cōrnū, spīcŭlă, săgīttās, călămōs, tēlă mīttĕrĕ, tŏrquērĕ, dīrĭgĕrĕ, ĭmpēllĕrĕ, cōntōrquērĕ. Cŭrvō dīrēxĭt spīcŭlă cōrnū. *V.* Spīcŭlă tŏrquēbăt Lўcĭō Gōrtўnĭă cōrnū. *V.* Spīcŭlă cōnvērsō fŭgĭēntĭă dīrĭgĭt ărcŭ. *V.* Sĭnŭātōque ēxpŭlĭt ărcŭ Tēlă. *O.* Vŏlŭcrī quī fīxĭt ărūndĭnĕ mālŭm. *V.* Nōn sēmpĕr fĕrĭĕt, quīcūnquĕ mĭnābĭtŭr, ărcŭs. *H.* Ēccĕ, vīrō strīdēns ālĭs ăllāpsă săgīttă ēst. *V.* Gōrtўnĭăcō călămūs lēvĭs ēxĭt ăb ărcŭ. *O.* Nērvō pĕr nūbem ĭmpŭlsă săgīttă. *V.* Aethĕrĕās tēlŭm cōntōrsĭt ĭn aūrās, Ōstēntāns ārtēm părĭtĕr ărcŭmquĕ sŏnāntĕm. *V.* — *Arcum remittere.* PH. Sōlvĭ cŭrvātōs ĭmpĕrăt ărcŭs. *Cl.* Lăxōs rĕfĕrūnt hŭmĕrĭs lānguēntĭbŭs ărcŭs *V.* — *Arcus coelestis.* SY. Īrĭs, Thaūmăntĭs, Thaūmāntĭă prōlēs, vīrgo Thaūmăntēă, nūntĭă Jūnōnĭs, nīmbōrŭm gĕnĭtrīx, dĭscŏlŏr Īrĭs. EP. pīctŭs, plŭvĭŭs, nūbĭlŭs, ĭmbrĭfĕr, pūrpŭrĕŭs, mŭltĭcŏlŏr, āĕrĕŭs, rōscĭdŭs, Jūnōnĭŭs. PH. Nūbĭbŭs ărcŭs Mīllĕ trăhĭt vărĭōs ādvērsō sōlĕ cŏlōrēs. *V.* Ărcŭm vărĭātă lūcĕ rŭbēntĕm. *Cl.* Sŭōs ărcŭs pĕr nūbĭlă cīrcĭnăt Īrĭs. Pūrpŭrĕŭs plŭvĭās cūr bĭbĭt ărcŭs ăquās. *P.* Plŭvĭŭs dēscrībĭtŭr ărcŭs. *H.* Rŏsĕō Thaūmāntĭăs ōrĕ lŏcūtă ēst. Nūbēs rădĭĭs tĕtĭgĭt fŭlgēntĭbŭs ātrās Phoebŭs, ĕt ādvērsō lūmĕn rēsplēndŭĭt ĭmbrī. Ărcŭs pīctŭs. vărĭī cŏlōrĭs. *v. Iris.* — *Arcus triumphalis.* Stăt săcĕr ēdŏmĭtĭs gēntĭbŭs ărcŭs ŏvāns. *M.* Īnstrūctŭs spŏlĭĭs hōstīlĭbŭs ărcŭs. *L.* Sŭbstĭtŭĭt ăd vĕtĕrēs ărcŭs. *I.*

Ārdĕă. — *Lŏcŭs Ārdĕă quōndăm.* V.

ārdĕă. — *ĕt ĭpsă sŭĭs dēplāngĭtŭr ārdĕă pēnnĭs.* O. EP. tĕnŭĭs, āĕrĭă, āltĭvŏlāns, āltă pĕtēns, sē ĭntĕr nūbĭlă cōndēns. Descr. *O.* M. 14, 573.

ārdĕlĭo. *Ōmnīnō nĭhĭl ēst, ārdĕlĭōnĕ sĕnĕ.* M. SY. cīrcŭmfŏrānĕŭs. Descr. *Ph.* 2, 5.

ārdĕo. SY. crĕmārī, ĭncēndī, āccēndī, ĭnflāmmārī, flāgrārĕ, cōnflāgrārĕ, ārdēscĕrĕ, ēxārdēscĕrĕ, ūrī, fērvērĕ, aestŭārĕ, ĭncāndēscĕrĕ; cŭpĕrĕ, dēsīdĕrārĕ, ŏptārĕ, ēxŏptārĕ, āppĕtĕrĕ; dēpĕrīrĕ, ămārĕ; fŭlgērĕ, splēndērĕ, mĭcārĕ, splēndēscĕrĕ, īgnēscĕrĕ, dēflāgrārĕ, rŭtĭlārĕ, cŏrūscārĕ, rădĭārĕ. PH. Flāmmĭs, īgnĭbŭs cōrrĭpī, ūrī, cōnsūmī, ābsūmī, pĕrīrĕ, īgnem āccĭpĕrĕ, cōncĭpĕrĕ. Ōmnĕ mĭhī vīsŭm cōnsīdĕre ĭn īgnēs Īlĭŭm. Ĭncāndēscĕrĕ flāmmĭs. Cōncĭpĕrĕ flāmmās. Flāmmĭs crĕpĭtārĕ. Nē fōrtĕ săcĕr tŏt ăb īgnĭbŭs aethĕr Cōncĭpĕrĕt flāmmās, tōtŭsque ărdēscĕrĕt ăxĭs. *O.* Īgnēs ăd tēctă fĕrūntŭr. *V.* Ut quōndăm ĭn stĭpŭlĭs māgnŭs sĭnĕ vīrĭbŭs īgnĭs Ĭncāssŭm fŭrĭt. *V.* Ĭn sĕgĕtĕm vĕlŭtī cŭm flāmmă fŭrēntĭbŭs aūstrĭs Ĭncĭdĭt. *V.* Dŭm tăcĭtās vīrēs ĕt flāmmăm cōncĭpĭt īgnĭs. *Si.* Tŭm făcĕ cōnjēctă pŏpŭlātŭr fērvĭdŭs īgnĭs Flāgrāntĕm mōlĕm. *Si.* Ūrŏr ŭt īndŏmĭtĭs īgnem ēxērcēntĭbŭs Eūrĭs. Fērtĭlĭs āccēnsĭs mēssĭbŭs ārdĕt ăgĕr. *O.* Pĭcĕă cālīgĭnĕ fērtŭr Ĭn caelŭm flāmmă. Fŭrĭt aestŭs ăd aūrās glŏmĕrātquĕ vĕhĕmēns ĭncēndĭă vēntŭs. Aestŭăt ĭnclūsŭs fōrnācĭbŭs īgnĭs. *v. flamma, ignis, incendium.* Cāmpīquĕ ārmĭs sŭblīmĭbŭs ārdēnt. *V.* Tўrĭōque ārdēbăt mūrĭcĕ lānă. *V.* Ārdēntēs clўpĕōs ātque aeră

micantia cerno. *V.* Cernis, odoratis ut luceat ignibus aether. *O.* Flamma nitore suo templorum verberat aurum Et tremulum summa spargit in aede jubar. *O.* Ardent tecta deum, respondet imagine flammae Aequor, et in tremulo vibrant incendia ponto. *Si. v. fulgeo.*

ardor. SY. aestus, calor, fervor; amor, desiderium, cupido. EP. flammeus, turbidus, vulcanius, anhelus, igneus, radians, nocuus, aestivus, sitibundus, fervidus, nimius, torrens, fervescens, urens, vehemens, iners, segnis, ignavus, repentinus, deses, morbosus, letifer, solaris, nativus, noxius, vorax, rutilans, fulgidus. PH. Igneus ardor inest. Terraeque ardore dehiscunt. *V.* Cum letiferos accendens Sirius ignes Torret anhelantem saevis ardoribus orbem. Ignis et insolitis radians splendoribus ardor. *v. calor, cupido, fervor.*

arduus. SY. celsus, aereus, excelsus, sublimis, altus; difficilis, molestus, laboriosus, operosus. PH. Bellator equus campo sese arduus infert. *V.* Ardua pennis Astra sequi. *V.* Abduxere retro capita ardua ab ictu. *V.* Ardua prima via est. *O.* Nil mortalibus arduum. *H.* Ardua res, vicisse alios. *O.* Aequam memento rebus in arduis. *H.* Ardua molimur, sed nulla, nisi ardua, vincunt. *O.*

area. *Nec quicquam pingues paleae teret area culmos.* V. SY. platea. EP. plana, strata, lata, patens, brevis, spatiosa, inanis, vacua, capax, magna, ampla, triticea, subdialis, subdivalis, planata. PH. Aequato plana area tergo. *Mant.* Strataque arenosis includitur area septis. Quidquid de Libycis verritur areis. *H.* Graviter tunsis gemit area frugibus. *V.* Et medio tostas aestu terit area fruges. *V.* Crebro sonat area pulsu; duri sub sole colori Alternis terram feriunt et adorea flagris. *Frac.* Ponendaeque domo quaerenda est area primum. *H.* Liber ab arboribus locus est, apta area pugnae. *O.* Haec animo, dices, area major equis. *O. v. planities.*

arefacio. *v. sicco.*

Arelas *vel* Arelate, atis. *Pande, duplex Arelate, tuas, blanda hospita, portas.* Au.

Aremorici. *Sunt et Aremorici.* etc. Au.

arena. *Collectum humorem bibula deducit arena.* V. SY. sabulum; litus; campus, saburra. EP. sterilis, bibula, fulva, flavens, gracilis, litorea, aequorea, mobilis, marina, attrita, limosa, mollis, gelida, humens, pulverea, uda, madens, madida, Libyca, ardens, sicca, arida, tosta, arens, torrida, spissa, suminea, fluvialis, saxifera, vilis. PH. Agger arenae. Numero carens. Spissa campos perfundit arena. Mobilibus turbatur arenis. Attritas versabat rivus arenas. *O.* Cumulos undantis arenae Aggerat. *St.* Zephyro turbantur arenae. *O.* Alta puellares tardat arena pedes. *O.* In nostras quoniam nova puppis arenas Venerat. Magno telluris amore Egressi optata potiuntur Troes arena. *V.* Hospitio prohibemur arenae. *V.* Arena potiri, advertit arenae. Contendunt ludo et fulva luctantur arena. *V.* Victus repetit gladiator arenam. *O.*

arenosus. *Litus arenosum Libyes ventosque secabat.* V. SY. arena tectus, obductus, mixtus, permixtus, commixtus.

areo. *Tantalus in media quaerulus arit aqua.* O. SY. arescere, arefieri, siccari, marcescere, torrescere, extorrescere. PH. Aret ager, vitio moriens sitit aeris herba. *V.* Fauces arent. *O. v. sitio.*

Areopagus. Gr. Ἄρειος πάγος. PH. Martisque forense tribunal. *O.* Curia Martis Athenis. *I.* Cecropia Mavortis in arce. *O.*

aretalogus. *Moverat ut mendax, aretalogus* etc. I.

Arethusa. *Ore, Arethusa, tuo Siculis confunditur undis.* V. EP. Arcadia, Sicula, frigida, fugax, velox. PH. Arcadia virgo. Fluit Siculis Arethusa sub undis. *O.* Quos Arethusaei latices. *Cl.* Erigitur subitas in spes *Arethusia* proles. *Si.* Utque Syracusas *Arethusidas* abstulit armis. *O.* Extremum hunc, Arethusa, mihi concede laborem. *V. v. Alpheus.*

Aretium. *Cilnius Areti Tyrrhenis ortus in oris.* Si. *Diruit Areti muros.* etc. Si. *Aretina nimis ne spernas vasa, monemus.* M.

Arevacus. *Iamque Ebusus Phoenissa movent et Arevacus arma.* Si.

Arganthonius. *Hesperiis quondam rex Arganthonius oris.* Si. EP. vetus, belliger, dives, potens, vivax. PH. Arganthoniacos armat Carteja nepotes. Descr. *Si.* 3, 396.

argentarius. *Argentaria, Polla, dat Poetas.* (phal.) Sid. SY. numularius, mensarius, trapezita, collybista.

argenteus. *Fons erat illimis, nitidis argenteus undis.* O. PH. Vasa Praetereo sapiens argentea. *H.* Argento caelata bipennis. *V.* Auratis volitans argenteus anser Porticibus. *V.*

argentum. SY. argenti metallum. EP. purum, solidum, clarum, dives, nitens, nitidum, splendens, gratum, pretiosum, pallidum, album, lentum, livens. PH. Argenti lamina, pondus, splendor; argenti vascula puri. *I.* Argento fulgebat opus. Cymbriaque argento perfecta atque aspera signis. Argenti magnum dat ferre talentum. *V.* Jacent penitus defossa talenta Caelati argenti. Argenti bifores radiabant lumine valvae. *O.* Vilius argentum est auro, virtutibus aurum. *H.* I nunc, argentum et marmor vetus aeraque et artes Suspice. *H.* Quem tenet argenti sitis importuna famesque. *H.* Argenti pallet amore. *H.* Miscuit argenti letalia pondera vivi. *Au. v. pecunia.*

Argeus. *Tiburis Argei spumifer arva rigas.* O. PH. Tibur Argeo positum colono. *H. v. Argivus.*

Argi, orum. PH. Pro caris gesserat Argis. *V.* Abanteis templo Iunonis in Argis. *O. v. Argos.*

Argia. *Quaerit inops Argia viam* etc. *St.* Th. 12, 113.

Argiletum. *Nec non et sacri monstrat nemus Argileti.* V.

ărgīllă. SY. lŭtŭm făcĭlĕ. *T.* EP. dŭlcĭs, tĕnŭĭs, ūdă, bĭbŭlă, tĕnāx, sĕquāx. PH. Argīllā quīdvĭs ĭmĭtābĭtŭr ūdā. *H.*

Ārgīvŭs. *Ĕt jam Ārgīvă phălānx īnstrūctĭs nāvĭbŭs ībăt.* V. SY. Ārgŏŭs, Ārgŏlĭcŭs, Graecŭs, Ăchīvŭs, Ăchaeŭs, Pĕlāsgŭs, Ăchāĭcŭs, Grājŭgĕnă. PH. Iūnōni Argīvae jūssōs ădŏlēmŭs hŏnōrēs. *V.* Dĭŏmēdem Argīvăquĕ cāstră. *V. v. Argolicus, Graeci.*

Ārgō. *Ārgō sāxă păvēns pōstquăm Scyllēĭă lēgĭt.* Ped. EP. aŭdāx, ārdŭă, Ārgīvă, Păgăsaeă, vēlōx, lĕvĭs, nōbĭlĭs, flūctĭvăgă, bēllĭgĕră, Thēssălĭcă, Ārgŏlĭcă, ĭmprŏbă, Ĭāsŏnĭă, Păgăsaeă, tĕmĕrārĭă, cĕlĕbrĭs, Aemŏnĭă, Ārgŏă. PH. Pūppĭs, rătĭs, nāvĭs, pīnŭs, cărīnă Thēssălă. Rătĭs Ārgŏlĭcă, Pĕlĭăcă, Ĭāsŏnĭă, rătĭs Mĭnērvae, nāvĭs, quae vēxĭt hērōăs ĕt Ĭāsŏnĕm. Pĕlĭăs ārbŏr. *O.* Aŭdāx hērōŭm nāvĭs. Cōnspĭcŭăm fūlvō vēllĕrĕ vēxĭt ŏvĕm. Mĭscŭĭt ĭgnōtās tĕmĕrātō lĭtŏrĕ gēntēs. *L.* Prīmă mălās dŏcŭĭt, mĭnĭtāntĭbŭs aequŏrĭs ŭndĭs, Pĕlĭăcō pīnŭs vērtĭcĕ caesă, vĭās. O ŭtĭnam Ārgō fūnĕstās prēssă bĭbīssĕt ăquās. Cūr ūnquăm Cŏlchī Măgnēsĭdă vĭdĭmŭs Ārgō? *O.* Quūm rŭdĭs *Argus* Dūx ĕrăt ĭgnōtō mīssă cŏlŭmbă mărī. *P.* Ārgō suētă lŏquī. *St.* Descr. *Va.* 1, in. *C.* 64. *Cl.* b. G. 16 sqq. *M.* 7, 18. *Anth.* 1, 94. *Si.* 12, 399 sqq. — Et ĭtūrum In sīdĕră pūppĭm. *St.* Et rătĭs hērōŭm, quae nŭnc quŏquĕ năvĭgăt āstrĭs. *Mn.* At Cănĭs ăd caŭdăm sĕrpēns praelābĭtŭr Ārgō. *Cic.* Tūm nōbĭlĭs Argō In coelŭm sŭbdŭctă. *Mn.*

Ārgŏlĭcŭs. *Ārgŏlĭcī rĕdĭērĕ dŭcēs, āltārĭă fūmănt.* O. PH. Ārgŏlĭcōvĕ mărī dēprēnsŭs. *V.* Nĕc pŏsse Ārgŏlĭcĭs ēxscīndī Pērgămă tēlĭs. *V. v. Argivus.*

Ārgŏlĭs. *Ārgŏlĭs Alcmēnē* etc. O. *Ārgŏlĭdēs pārs vĭrgĭnĭbŭs cĭrcum ŭndĭquĕ fūsae.* St. *v. Argivus.*

Ārgŏnaŭtae. *Ŭt Ārgŏnaŭtās praetĕr ōmnēs cāndĭdŭm.* (iamb.) *H.* SY. Mĭnyae, Aemŏnĭī naŭtae, jŭvĕnēs Pĕlāsgī. EP. sēmĭdĕī, Ĭāsŏnĭī, aŭdācēs, Pĕlāsgī, Thēssălī, Thēssălĭcī, Grājī, Ārgŏlĭcī, cōncŏrdēs, gĕnĕrōsī, ĭmpăvĭdī, măgnănĭmī, flūctĭvăgī, clārī, crīstātī, mĭnācēs, fōrtēs, Mārtĭī, ĭmmŏrtālēs, cĕlĕbrēs. PH. Hērōēs jŭvĕnēs, Ārgŏī, Ārgŏlĭcī, Ārgīvī, Pĕlāsgī, Ĭāsŏnĭī. Prīmī naŭtae. Grāĭă tŭrbă. Ārgīvae rŏbŏră pūbĭs. Vēllĕră quī Mĭnўĭs fūlvō rădĭāntĭă vīllō Pĕr mărĕ nōn nōtŭm prīmă pĕtīērĕ cărīnă. *O.* Aŭrĭcŏmam hērōēs cōnātī ăvēllĕrĕ pēllĕm, Insuētŭm pĕr ĭtĕr nōn nōta ăd līttŏră tēndŭnt. Et quī pĕr frĕtă dŭcĭt Ārgŏnaŭtās. *St.* Pĕr vădă tāntă nāvĭgāntēs Nōn naŭtās pŭtō vōs, sĕd Ārgŏnaŭtās. *M.* Āt sĕmĕl ĭn nōstrās quŏnĭăm nŏvă pūppĭs ărēnās Vĕnĕrăt, aŭdācēs āttŭlĕrătquĕ vĭrōs. *O. v. Argo, Jason.*

Ārgŏs. *Sēcūrŭmquĕ quĭēs āltă pĕr Ārgŏs ĕrăt.* O. EP. nōbĭlĕ, sŭpērbŭm, Ĭnăchĭŭm, dīvĕs, clārŭm, flōrēns, pŏtēns, ĭndŏmĭtŭm, āntīquŭm, măgnĭfĭcŭm, cĕlĕbrĕ, āptŭm ĕquĭs. PH. Ārgŏs nōbĭlĭbŭs nōbĭlĕ cīvĭbŭs. *Se.* Sī pătrĭōs ūnquăm rĕmĕāssĕm vīctŏr ăd Ārgŏs. *V.* Āptŭm dīcĭt ĕquĭs Ārgŏs dītēsquĕ Mўcēnās. *H.*

Ārgŏŭs. *Nōn hāc Ārgŏō cōntēndĭt rēmĭgĕ pīnŭs.* H. PH. Ārgŏī cŏrnŭă mālī. *Va. v. Argivus.*

ărgūmĕntŏr. SY. rătĭōcĭnārī, prŏbārĕ, cōmprŏbārĕ, dēmōnstrārĕ, cōnvīncĕrĕ. *v. dissero.*

ărgūmĕntŭm. *Cērtăquĕ pērpĕtŭī sīnt ărgūmēntă pŭdōrĭs.* Cl. SY. ărgūmēntātĭo, dēmōnstrātĭo, prŏbātĭo, sīgnŭm, ĭndĭcĭŭm. EP. fraŭdŭlēntŭm, cōntŏrtŭm. PH. Cāntŭs, ănĭmī fēlĭcĭă laetī Ārgūmēntă, sŏnānt. *H.* Ārgūmēntă fĭdēm nōstrĭs cōrrādĕrĕ dĭctĭs. *Lr.* Sūblātĭs cōrnĭbŭs Īō, Ārgūmēntum īngēns. *O.* Ārgūmēntă quĭdēm lĭbrōrŭm prīmă nŏtāvī. *M. v. signum.*

ărgŭo. SY. īnsĭmŭlārĕ, īncūsārĕ, ăccūsārĕ; ōstēndĕrĕ, rĕprĕhēndĕrĕ, īncrĕpārĕ, rĕdārgŭĕrĕ, cōnvīncĕrĕ, īncŭlpārĕ, crīmĭnārī, ēxprŏbrārĕ, ĭmprŏbārĕ, cāstīgārĕ, pūnīrĕ; crīmĕn ōbjĭcĕrĕ, īnfērrĕ, īntēndĕrĕ, cūlpăm ōbjĭcĕrĕ, īmpīngĕrĕ, poenă āffĭcĕrĕ, īnflīgĕrĕ poenăm. PH. Dĕgĕnĕrēs ănĭmōs tĭmŏr ārgŭĭt. *V.* Mē mīllĕ dĭēs tām fōrtĭbŭs ausĭs Dīssĭmĭlem ārgŭĕrĭt. *V.* Ārgŭĭtŭr tāmĕn ātque īnjūstă vŏcātŭr. *O.* Ārgŭĕt ămbĭgŭē dīctŭm, mūtāndă nŏtābĭt. *H. v. redarguo.*

Ārgŭs. SY. Ārīstŏrĭdēs. EP. stēllātŭs, vĭgĭl, vĭgĭlāns, Lўncēŭs, īnsōmnĭs, pērvĭgĭl, pērnōx, fīdŭs, fĭdēlĭs, cēntŏcŭlŭs. PH. Pāstŏr cēntŏcŭlŭs, Aemŏnĭŭs, Jūnōnĭŭs, cūstōs vīrgĭnĭs jŭvēncae. *V.* Cēntēnō lūmĭnĕ cīnctŭs. *O.* Cēntŭm lūmĭnĭbŭs cīnctŭm căpŭt Ārgŭs hăbēbăt, Īnquĕ sŭĭs vĭcĭbŭs căpĭēbānt bīnă quĭētĕm; Cētĕră sērvābānt, ātque īn stătĭōnĕ mănēbānt. Nōn, sī mĭhĭ lūmĭnă mīllĕ, Quae săcĕr āltērnă tāntŭm stătĭōnĕ tĕnēbăt Ārgŭs. *St.* Descr. *O.* M. 1, 625 sqq. *O.* A. 3, 4, 20. *O.* A. A. 3. 618. *Si.* 10, 345. *P.* 1, 3, 20.

ărgūtĭă. *Sēd tēmpĕrātae suāvēs sūnt ărgūtĭae.* (iamb.) Ph.

ărgūtŭs. *Fōrtĕ sŭb ārgūtā cōnsēdĕrăt īlĭcĕ Dăphnĭs.* V. SY. sŭbtīlĭs, sōllērs, īngĕnĭōsŭs, ăcūtŭs; sŏnōrŭs, strīdŭlŭs. PH. Ārgūtae lāmĭnă sērrae. *V.* Ārgūtō cōnjūx pērcūrrĭt pēctĭnĕ tēlās. *V.* Ārgūtōs īntĕr strĕpĕr ānsĕr ŏlōrēs. *V.* Dōctŏr ārgūtae fĭdĭcēn Ĭtălĭae. *H.* Spīrăt ĕt ārgūtā pīctă tăbēllă mănŭ. *M.* Jūdĭcĭs ārgūtŭm quae nōn fōrmīdăt ăcūmĕn. *H.*

Ārgўrĭpă. *Īllĕ ūrbĕm Ārgўrĭpăm* etc. V.

Ārĭādnă. *Īndŏmĭtōs īn cōrdĕ gĕrēns Ārĭādnă fŭrōrēs.* C. *O.* F. 3, 459. SY. Ārĭădnē, Gnōsĭăs, Gnōsĭs, Mīnōĭs. EP. Gnōsĭă, pūlchră, īngĕnĭōsă, Crētēnsĭs, fōrmōsă, dēcēptă, fĭdēlĭs, vĕnūstă. PH. Vīrgo, pŭēllă Crēssă, Gnōsĭă; Mīnōĭă vīrgo. Dēsērta īn lĭtŏrĕ quōndăm Gnōsĭă Thēsēae flēvĭt pērjūrĭă līnguae. *C.* Dīgnă vĭrō mĕlĭōrĕ. Sīccĭnĕ mē pătrĭīs ăbdūctăm, pērfĭde, ăb ōrĭs? *C.* Pērfĭdĕ, dēsērtō līquīsti īn lĭtŏrĕ, Thēseū? *O.* Cāllĭdă sōllĭcĭtō rĕvŏcāvĭt Thēsĕă fīlō. *St.* Flēvīsti ĭgnōtō sōlă rĕlīctă mărī. *T.* Ut rĕgērĕnt pāssūs, prō dŭcĕ fīlă dĕdĭt. *O.* Descr. *O.* H. 10. *O.* F. 3, 462 sqq. *C.* 64, 54 sqq.

P. 3, 15, 7. *Ma.* 1, 323. *v. corona, Labyrinthus, aberro.*

Ărĭānī. — *sŭb rūpe Ărĭānōs.* Prisc.

Ărĭcĭă. *Înspĭcĕ, quōs hăbĕānt nĕmŏrālĭa Ărĭcĭă fāstōs.* O. PH. Vāllĭs Ărĭcīnae sīlvā praecīnctŭs ŏpācā Ēst lŏcŭs. *O.* Ēgrĕssŭm māgnā me āccēpĭt Ărĭcĭă Rōmā. *H.*

ārĭdŭs. *Ārĭdŭs ā lāssō vĕnĭēbăt ănhēlĭtŭs ōrĕ.* O. SY. mārcĭdŭs, sīccŭs, sīccātŭs, ārēns, ārēscēns, tōrrĭdŭs, ēxūstŭs, stĕrĭlĭs, īnāmoenŭs, lĕvĭs. PH. Sīccō tērrām spŭĭt ōrĕ vĭātŏr Ārĭdŭs. *V.* Ārĭdă nēc plŭvĭō sŭpplīcăt hērbă Jŏvī. *T.* Exūstŭs ăgēr mŏrĭēntĭbŭs aēstŭăt hērbīs. Haūrĭt sĭtĭs ārĭdă cāmpōs, Dīffŭgĕre ūndaē, squālēnt fōntēsquĕ lăcūsquĕ, Et căvă fērvēntī dūrēscūnt flūmĭnă līmō. *St.* Descr. *V.* G. 4, 425 sqq. *O.* M. 2, 210. *St.* Th. 4, 697. *Se.* Oe. 37. *L.* 9, 431 sqq. *v. siccus, siccitas.*

ărĭēs, ărĭĕtĭs *et* ărjĕtĭs. — *Ipse ărĭēs ĕtĭāmnūnc vēllĕră sīccăt.* V. *Haē sācrĭs sēdēs ĕpŭlĭs, hīc ărjĕtĕ caēsō.* V. EP. cōrnĭgĕr, pĕtŭlcŭs, pūgnāx, trūx, tŏrvŭs, lānĭgĕr, vīllōsŭs, pĕtŭlāns, mītĭs, bālāns, cĕlĕr, praecēps, cōrnū fĕrōx, tōrtīs cōrnĭbŭs spēctābĭlĭs, vīllō dĕcōrŭs. PH. Dūx ŏvĭum, īnnŏcŭī pĕcŏrĭs tūtēlă. Lānĭgĕrī grĕgĭs dēfēnsŏr. Dūx ărĭēs sătŭrās īpsĕ rĕdūxĭt ŏvēs. *O.* Cōrnŭ pĕr tēmpŏră dūră rĕcūrvō Cūm mărĕ trūx ărĭēs dēcērtăt. *O.* — *Signum Zodiaci, in quod sol intrat m. Martio.* SY. sīgnōrŭm prīncēps. EP. vērnŭs, coelēstĭs, sūblīmĭs, aēthĕrĕŭs, cēlsŭs, ēxcēlsŭs, Nĕphĕlēĭŭs, ŏvĭs Phrȳxēă, ăquōsŭs. PH. Cōrnĭgĕr āstrōrŭm dūctŏr. Pōrtĭtŏr Hēllēs. Phrȳxēŭs rōsĕō prōdūcĭt fērtīlĕ cōrnū Vēr ărĭēs. *Cl.* Pīscīque ărĭēs sūccēdĭt ăquōsō. *O.* Arĭēs ōbscūrō lūmĭnĕ lābēns. *Cic.* Aūrātō prīncēps ărĭēs īn vēllĕrĕ fūlgĕt. Aūrātō īnsīgnĭs vīllō. Tēr sēx ēxĭgŭīs vărĭātŭs cŏrpŏră stēllīs. Tēmpŏră nōctūrnīs aēquă dĭūrnă fācĭt. Prīmŭs ăd Aūrōrām cīrcūm căvă tēmpŏră flēxā Cōrnŭă cōntōrquēns ărĭēs coelēstĭă pāndĭt Līmĭnă sīgnōrŭm, dūctŏrquĕ ĕt jānĭtŏr ānnī. Fūlgēns pĕcŭs aūrĕă coelō. Jām sōl Phrȳxēaē vēllĕră prēssĭt ŏvĭs. Descr. *O.* M. 10, 165. *Mn.* 2, 246. *Au.* ecl. 15, 4. *Cic.* Ar. 10 sqq. — *Machina bellica.* SY. bālīstă, cătăpūltă. EP. fērrĕŭs, dūrŭs, praecēps, fōrtĭs, Vūlcānĭŭs, mĭnāx, stŭpēndŭs, Māvōrtĭŭs, vălĭdŭs, mūrālĭs, fērrātŭs, tūrrĭfrăgŭs. PH. Māchĭnă bēllĭcă. Vīx mūrīs tŏlĕrāndă lŭēs. Sāxă rŏtāt praecēps ărĭēs. *Cl.* Arjĕtĕ crēbrō Pūlsāntūr mūrī. Lābăt ărjĕtĕ crēbrō Jānŭa, ēt ēmōtī prōcūmbūnt cārdĭnĕ pōstēs. *V.* Arjĕtĕ dīssĭlĭūnt mūrī, dīsjēctăquĕ sāxīs Sāxă lăbūnt. *Cl.* Arĭēs cōrnū mūrūm pūlsābăt ăhēnō. *P.* Tūrrĭfrăgīs ărĭēs ēxtēmplō cōrnĭbŭs āltă Sāxă quătĭt. *Barth.* Quūm lăcĕrās ărĭēs bālīstāvĕ cōncŭtĭt ārcēs. *O.* Sūspēnsō fōrtĭŏr īctū. *L.* Mūrālī lībrētŭr māchĭnă pūlsū. *L.* Rōbŏrĭs īmpāctī crēbrōs gĕmĭt āggĕr ăd īctūs. *L.* Hīs ărĭēs āctūs dīspērgĕt sāxă lăcērtīs. *L.* Arĭēs ūnō mōtūrŭs līmĭnă pūlsū. *L.* Imōs pūlsābānt ărjĕtĕ mūrōs. *V.* Descr. *Si.* 4, 149. *Va.* 6, 348.

ărjĕtō. *Arjĕtăt īn pōrtās ēt dŭplĭcēs pōstēs.* V. SY. quătĕrĕ, cōncŭtĕrĕ, cōrnĭbŭs īmpĕtĕrĕ, vērbĕrārĕ, fĕrīrĕ. *v. aries.*

Ărĭmāspŭs. *Quōdquĕ lĕgĭt dīvēs sūmmīs Ărĭmāspŭs ărēnīs.* L.

Ărĭmăthĭă. *Hīc ăb Ărĭmăthĭā nōmēn gĕstābăt Iōsēph.* Im. *Jōsēphŭs vĕnĭēns Ărĭmăthīdĕ ăb ōră.* Vid.

Ărĭmĭnŭm. — *īnvādĭt Ărĭmĭnum, ēt īgnēs.* L.

Ărīōn. *Quōd mărĕ nōn nōvĭt, quaē nēscĭt Ărīŏnă tēllŭs?* O. EP. vōcālĭs, Ăpōllĭnĕŭs, dōctŭs, dūlcĭs, cĭthărīstă, dūlcĭsŏnŭs, cānōrŭs, cĕlĕbrĭs, cĕlĕbrātŭs, blāndŭs, Lĕsbĭŭs, īnfēlīx, mīrābĭlĭs, Phoebēŭs. PH. Mēthȳmnaeŭs vātēs. Cāntū īnsīgnĭs Ărīōn. Quēm cĭthărae tāngēntēm fīlă cănōrae Impŏsĭtūm dōrsō vēxĭt pĕr caērŭlă dēlphīn. Dēlphīni īnsīdēns vădă caērŭlă sūlcăt Ărīōn. Lēsbĭō Cārmĭnĕ cūrrēntēs īllĕ tĕnēbăt ăquās. Ŏrphēŭs īn sīlvīs, īntĕr dēlphīnăs Ărīōn. *V.* Sīc Mēthȳmnaeō gāvīsūs Ărīŏnĕ dēlphīn Lānguĭdă nōn tăcĭtūm pĕr frĕtă vēxĭt ŏnŭs. *M.* Aēquŏrĕō pōrtāvĭt Ărīŏnă dōrsō. *Si.* Sī dūlcīs Ărīōn Mūlsīssēt pāndōs tŭmĭdīs dēlphīnăs īn ūndīs. *O.* Aūxĭlĭūmquĕ văgās, dēlphīn, lătūrĕ pĕr ūndās: Nāmquĕ tŭām pĕrĕgēnsīt ŏpēm dīs cārŭs Ărīōn, Quūm tŭă sūbdŭctō spūmōsă pĕr aēquŏră tērgō Illaēsūm vēctās, pātrĭăque ēxpōnīs ĭn āctă. *Anth.* Descr. *O.* F. 2, 80 sqq. *Herodot.* 1, 23.

Ărīsbă. — *glēbīs ēxīlīs Ărīsbē.* L.

ărīstă. *Mōllī paūlātīm flāvēscĕt cāmpŭs ărīstā.* V. SY. spīcae, cŭlmī, sĕgēs, mēssĭs, frūgēs, cūlmŭs. EP. mōllĭs, pīnguĭs, grăvĭdă, aēstīvă, tĕnĕră, cānă, flāvă, grăcĭlĭs, frăgĭlĭs, frūgĭfĕră, fēcūndă, laētă, ŏpīmă, Cĕrĕālĭs, jējūnă, flāvēns, fērtĭlĭs, aūrātă, aūrĕă, lōngă, grăvĭs, dīvēs, cūrvātă, pāndă, ŏdōrātă, ŏdōrĭfĕră, ēxīlĭs, mŏdĭcă, ēxĭgŭă, ānnŭă, mūltă, plūrĭmă, ēxspēctātă, tĕnŭĭs, rĭgĭdă. PH. Cānīs flāvēscĭt cūlmŭs ărīstīs. Ŭtquĕ lĕvī Zĕphȳrō grăcĭlēs lībrāntŭr ărīstae. *O.* Tēmpŭs ĕt īn cānās sēmēn prōdūcĕt ărīstās. *O.* Cĭtĭŭs nūmĕrābĭs ărīstās. *O.* Cōrtĭcĕ sūb mōllī tĕnŭēs glŏmĕrāntŭr ărīstae. *Mn. v. messis, seges.*

Ărīstaeŭs. *Pāstŏr Ărīstaeŭs fŭgĭēns Pēnēĭă Tēmpē.* V. EP. Ărcădĭŭs, prōcāx, Ăpōllĭnĕŭs, jŭvĕnĭs. PH. Cȳrēnĭŭs hērōs. Cūltŏr nĕmŏrŭm, rĕnŏvātŏr ăpŭm. Ărcădĭŭs măgĭstĕr. Descr. *V.* G. 4, 317 sqq. *O.* F. 1, 363 sqq. *Si.* 12, 368 sqq.

Ărīstăgŏrās. *Laētŭs Ărīstăgŏrās* etc. *Anth.*

Ărīstārchŭs. *Māgnŭs Ărīstārchō mājŏr Hŏmērŭs ĕrĭt.* O. EP. săgāx, sĕvērŭs, līmātŭs, dōctŭs, cēnsŏr. PH. Maeŏnĭō quālēm cūltūm quaesīvĭt Hŏmērō Cēnsŏr Ărīstārchŭs. *Au.* Fīĕt Ărīstārchŭs. *H.*

Ărīstīdēs. *Pūlsŭs Ărīstīdēs pātrĭă, Lăcĕdaēmŏnă fūgĭt.* O. EP. paūpĕr, aēquŭs, fōrtĭs, sĕvērŭs. PH. Jūstī spēctātŏr ĕt aēquī Pōllēt Ărīstīdēs, vĕtĕrēsque īllūstrăt Ăthēnās. *I.*

Ărīstīppŭs. *Ōmnĭs Ărīstīppŭm dĕcŭĭt stătŭs ēt cŏlŏr ēt rēs.* H. EP. ōbscēnŭs, tūrpĭs, Graecŭs, Ĕpĭcūrēŭs, Lăcĕdaēmŏnĭŭs,

Sŏcrătĭcŭs, Cyrēnaeŭs. PH. Nūnc in Ărĭstippī fūrtĭm praecēptă rĕlābŏr. H. Descr. H. ep. 1, 1, 18. 1, 17, 14. H. S. 2, 3, 10.

Ărĭstŏphănēs. *Eūpŏlĭs ătquĕ Crătīnŭs, Ărĭstŏphănēsquĕ pŏētaē.* H. EP. mōrdāx, praegrāndĭs, sālsŭs, dĭsērtŭs.

Ărĭstŏtĕlēs. *Sī quĭs Ărĭstŏtĕlēm, sĭmĭlēm, vĕl Pīttăcŏn ēmĭt.* I. SY. Stăgīrītēs, Stăgīraeŭs, sŏphŭs, sŏphōrŭm prīncēps, dŭx, vērtēx phĭlŏsŏphōrŭm. EP. dīvīnŭs, dŏctŭs, ĭngĕnĭōsŭs, mīrābĭlĭs, sŭbtīlĭs, săgāx, sōllērs, pĕrītŭs, cĕlĕbrĭs, īmmōrtālĭs; quō mĭnŏr ēst quīsquĭs; māxĭmŭs ēst hŏmĭnŭm; āntĕsīgnānŭs săpĭēntĭaē.

Ărĭstŏtĕlĭcŭs, -tĕlĭŭs, -tĕlēŭs.

ārmă. *Ārmă vĭrŭmquĕ cănō* etc. V. SY. fērrŭm, ēnsĭs, glădĭŭs, tēlŭm, hāstă, frāxĭnŭs, jăcŭlŭm. EP. dīscōrdĭă, fŭlgēntĭă, īmpĭă, saevă, Vŭlcānĭă, rădĭāntĭă, grăvĭă, fōrtĭă, pīctă, fŭrĭālĭă, ĭnĭmīcă, nŏcĭtūră, fūnēstă, hōrrĭdă, crŭēntă, călēntĭă, trĕpĭdāntĭă, lētālĭă, hōstīlĭă, īnsānă, sŏnāntĭă, aūrātă, Māvōrtĭă, bēllĭcă, sānguĭnŏlēntă, crŭēntātă, căstrēnsĭă, vīctrīcĭă, dīră, crūdēlĭă, īnfēstă, nĕfāndă, Mārtĭă, fātālĭă, hōrrēntĭă, grāssāntĭă, mĭnācĭă, strĕpēntĭă, ăhēnă, īmprŏbă, īnfēlīcĭă, īnfaūstă, trīstĭă, fērrĕă, răbĭdă, lūctŭōsă, vĭrĭlĭă, hōrrĭdă, crĕpĭtāntĭă, scĕlĕrātă, vălĭdă, vĭŏlēntă, rĕbēllĭă, Gĕtĭcă, pŏtēntĭă, pēstĭfĕră, moēstă, nĭtēntĭă, hōrrĭfĕră, vēsānă, trŭcŭlēntă, ūltrīcĭă, crūdēlĭă, hōrrĭsŏnă, ătrōcĭă, mĭcāntĭă. PH. Ārmōrŭm vīrēs. V. Invīsă mātrĭbŭs, ārmă. Caedĕ călēntĭă. Aūrō caelātă. Sānguĭnĕ pīctă. Īnfēctă tābō. Arma āntīquă mănŭs, ūnguēs dēntēsquĕ fŭērūnt, Et lăpĭdēs ĕt ĭtēm sīlvārŭm frāgmĭnă rāmī, Et flāmmae ātque īgnēs. *Lr.* Quĭs fŭĭt, hōrrēndōs prīmŭs quī prōtŭlĭt ēnsēs? Quām fĕrŭs ĕt vērē fērrĕŭs īllĕ fŭĭt! *T.* Pūlcrŭmquĕ mŏrī sŭccūrrĭt ĭn ārmĭs. *V.* Lōngă gĕrūnt pūgnācĭbŭs ārmĭs Bēllă. *O.* — *Armorum splendor.* Flāmmĕŭs aērātĭs trĕmŏr ērrăt ĭn ārmĭs. Lātē flūctŭăt ŏmnĭs Aērĕ rĕnīdēntī tēllŭs. *V.* Cāmpīque ārmĭs sūblīmĭbŭs ārdēnt. Nūdīquĕ sĕgĕs Māvōrtĭă fērrī Ingĕmĭnăt splēndōrĕ dĭēm. *Cl.* Ārmōrŭm fŭlgŭră. *St.* Armă rĕpērcŭssō fŭlgēnt rŭtĭlāntĭă Phoēbō. Armă rĕnīdēntēm tōllūnt ăd nūbĭlă flāmmăm. Armōrŭm crīspō rădĭātŭr lūmĭnĕ cāmpŭs. Cōntĭnŭō nŏvă lūx ŏcŭlĭs ēffŭlsĭt, ĕt ārmă Hōrrēndŭm sŏnŭērĕ, trĕmūnt īn vērtĭcĕ crīstaē Sānguĭnĕaē, clŭpĕōque mĭcāntĭă fŭlgŭră mīttĭt. *V.* Ārdĕt ăpēx căpĭtī, crīstīsque ā vērtĭcĕ flāmmă Fūndĭtŭr, ēt vāstōs ūmbō vŏmĭt aūrĕŭs īgnēs. *V.* Hōrrēscĭt strīctīs sĕgĕs ēnsĭbŭs, aērăquĕ fŭlgēnt Sōlĕ lăcēssīta, ĕt lūcēm sub nūbĭlă jăctānt. *V.* Sūmmăque īn cāssĭdĕ lārgŭs Ūndāntēs vōlvĭt flāmmās ăd sīdĕră vērtēx. Vĭbrāntĭbŭs aēr Fŭlgŭrăt ārmōrŭm rădĭīs. Flāmmĕŭs aērătĭs trĕmŏr ērrăt ĭn ārmĭs. Tūm lātē fērrĕŭs hāstĭs Hōrrĕt ăgēr, cāmpīque ārmĭs sūblīmĭbŭs ārdēnt. *V.* Trĕmŭlŭs vĭbrātŭr ĭn ārmĭs Ardŏr, ĕt ērrāntēs lūdūnt pēr căssĭdă flāmmaē. — *Armorum strepitus.* Sī quă sŏnūm prŏcŭl ārmă dĕdērĕ. *V.* Saevă sŏnōrĭbŭs ārmă. Mūrŭm cīrcŭmsŏnăt ārmĭs. Rĕsŏnānt crēbrīs tīnnĭtĭbŭs ārmă. Armă Hōrrēndŭm sŏnŭērĕ. Clārēscūnt sŏnĭtŭs, ārmōrŭmque īngrŭĭt hōrrŏr. *V.* Ēnsēsquĕ clŭpēīquĕ sŏnānt. *V.* Ārmĭs crĕpĭtāntĭbŭs īngēns Exŏrĭtŭr frāgŏr. *V.* Sŏnŭĭt tīnnĭtĭbŭs ēnsĭs ăcūtĭs. *O.* Sānguĭnĕăquĕ mănū crĕpĭtāntĭă cōncŭtĭt ārmă. *O.* Armōrŭm sŏnĭtŭm tōtō Gērmānĭă coēlō Aūdĭĭt, īnsŏlĭtīs trĕmŭērūnt mōtĭbŭs Alpēs. *V.* Itĕrŭm ātque ĭtĕrŭm frăgŏr īntŏnăt īngēns. *V.* Strĕpĭt āssĭdŭō căvă tēmpŏră cīrcŭm Tīnnĭtū gălĕa ĕt săxĭs sōlĭda aēră fătīscūnt. *V.* — *Arma capere v. armo.* — *Arma deponere.* Pŏsĭtĭs sēcēdĕrĕ ārmĭs, praelĭă rĕlīnquĕrĕ, claūdĕrĕ bēllī pōrtās, dēxtrās tēndĕrĕ ĭnērmēs, hŭmĕrĭs dēpōnĕrĕ scūtă. Cōmpŏsĭtĭs vĕnĕrāntŭr ārmĭs. *H.* Teūcrum ārmă quĭēscānt. *V.* Armă Dĕpŏsŭērĕ hŭmĕrĭs. *V.* Prōjĭcĕ tēlă mănū. *V.* Dēfīgūnt tēllūre hāstās ĕt scūtă rĕclīnānt. *V.* Aspĕră tūm pŏsĭtĭs mĭtēscēnt saecŭlă bēllĭs. *V.* — *Armorum* descr. *V.* A. 8, 625 sqq. *Si.* 2, 395 sqq. *Hom.* Il. Σ, 478 sqq. *v. Bellum.*

ārmāmēntārĭum. *Quīcquĭd hăbēnt tēlōrum ārmāmēntārĭă coēlī.* I. PH. Dŏmŭs hŏspĭtă Mārtĭs.

ārmāmēntum. *Āptārīquĕ sŭīs pīnūm jŭbĕt ārmāmēntĭs.* O.

ārmārĭum. *Stāntĭbŭs oēnŏphŏrŭm, trĭpŏdēs, ārmārĭă, cīstās.* J.

ārmātūră. *Spārsă pĕr ēxtrēmōs lĕvĭs ārmātūră mănĭplōs.* L.

ārmātŭs. — Descr. *V.* A. 9, 581. 731. *O.* M. 8, 24. 319. *Cl.* 4. cons. Hon. 523. PH. Ārmĭs īnstrūctŭs, mūnītŭs, tēctŭs, cīnctŭs, ăccīnctŭs, cīrcŭmdătŭs, sēptŭs, clŭpĕātŭs. Ārmōrŭm lūcĕ cŏrŭscāns. Īnstrūctŭs fērrō. Īnsīgnĭs gălĕa ĕt fŭlgēntĭbŭs ārmĭs. Pūlchrĭs cōnspēctŭs ĭn ārmĭs. *V.* Thōrācă īndūtŭs. Aērĕ căpŭt fŭlgēns crīstāque hīrsūtŭs ĕquīnā. *V.* Chălybĕ īndūtī ĕquĭtēs, ĕt ĭn aērĕ lătēntēs. *Cl.* Instrūctīque ŏmnĭbŭs ārmĭs. *St.* Exŭltāns fŭlgēntĭbŭs ārmĭs. *V.* Vĭdĭstĭs, quō Tūrnŭs ĕquō, quĭbŭs ībăt ĭn ārmĭs. *V.* Stābăt ĭn ēgrĕgĭĭs Arcēntĭs fīlĭŭs ārmĭs. *V.* Tōtŭs cōllūcēns vēste ātque īnsīgnĭbŭs ārmĭs. *V.* Sīdĕrĕō flăgrāns clŭpĕō ĕt coēlēstĭbŭs ārmĭs. *V.* Hĭc glădĭō fīdēns, hĭc ăcĕr ĕt ārdŭŭs hāstă. *V.* Quĭs dĕcŏr, īncēdĭs quŏtĭēs clŭpĕātŭs ĕt aūrō squāmĕŭs, ĕt rŭtĭlĭs crīstĭs ĕt cāssĭdĕ mājŏr. *Cl.* Hĭc tōrre ārmātŭs ŏbūstō, stīpĭtĭs hĭc grăvĭdī nōdĭs, quŏd cuīquĕ rĕpērtum ēst. *V.* Ultrīx ăcĭēs ōrnātū fŭlgĭdă fērrī. *Cl.* Fērrātā frōntĕ mĭnāntŭr, Fērrātōsquĕ mŏvēnt sēcūrī vūlnĕrĭs ārmŏs. *Cl.* Armātōsquĕ vĭdēnt stāntēs ĭn līmĭnĕ prīmō. *V.* Ipsi īntŭs dēxtra āc laevā prō tūrrĭbŭs ădstānt Armātī fērro, ĕt crīstĭs căpĭta āltă cŏrūscī. *V.* Tūnĭcā tēctŭs Mārs ădămāntĭnā. *H.* Ārdŭŭs ārmātōs mĕdĭĭs ĭn moēnĭbŭs ădstāns Fūndĭt ĕquŏs. *V. v. arma, bellicosus.*

Ărmĕnĭă. *Ărmĕnĭa ĕt pătĭēns Lătĭī jām pōntĭs Ărăxēs.* St. EP. mōntōsă, hōrrĭdă, hōrrēndă, ŏdōrātă. PH. Arcūmque hōrrēndă fŭgācī Armĕnĭă. *L.* Indŏcĭlēmquĕ fĕrō sērvīrĕ Nĕrōnī. *St.* Nūm pĕtĭt Armĕnĭŭs pācem? *O.* Armĕnĭaē vĭbrātĭs crīnĭbŭs ālaē. *Cl.*

ărmĕntārĭŭs. *Praetĕrĕā jăm pāstŏr ĕt ārmĕntārĭŭs ōmnĭs.* L. SY. būbŭlcŭs, pāstŏr, ăsĭnārĭŭs.

ărmĕntŭm. SY. grĕx, pĕcŭs. EP. laetŭm, vălĭdŭm, dīscŏlŏr, mōntānŭm, lānĭgĕrŭm, pīnguĕ, ērrāns, nŭmĕrōsŭm, cōāctŭm, spūmāns, fōrtĕ, cōrnĭgĕrŭm, mōntĭvăgŭm, tārdŭm, pĭgrŭm, ĕdāx, ōbēsŭm. PH. Vălĭda ĭn sĭlvĭs rĕbōānt ărmĕntă. Quīppe ĕquūs ĕt pĕcŭdēs ărmĕntăquĕ grāmĭnĕ vīvūnt. *O.* Lĭbўcārum ārmĕntă fĕrārŭm. *Si. v. grex.*

ărmĭfĕr. — *Ărmĭfĕrōs pŏtŭĭt mĕmŏrārĕ lăbōrēs.* St.

ărmĭgĕr. *Haec ĕst ărmĭgĕrae fēstĭs dĕ quīnquĕ Mĭnērvae.* O. PH. Achīllĭs Armĭgĕr Aūtŏmĕdōn. *V.* Rēgīsquĕ Thŏāctēs Armĭgĕr. *O.*

Ārmĭnĭŭs. *Ārmĭnĭūs Lătĭās dēlēvi ĕgŏ Săxŏ cătērvās. Rantz.*

ărmĭpŏtēns. — *Gĕnĭŭs ărmĭpŏtēntĭs Ăchīllĭs.* V.

ărmĭsŏnŭs. *Pāllădĭs ărmĭsŏnae, quaē prīmă* etc. V.

ărmo. PH. ărmĭs ĭndŭĕrĕ, cīngĕrĕ, īnstrŭĕrĕ, mūnīrĕ; ărmĭs cīrcŭmdărĕ, ĭn ărmă vĭrōs sŭscĭtārĕ, āccĭngĕrĕ fĕrrō; ărmă căpēssĕrĕ, căpĕrĕ, ĭndŭĕrĕ, sūmĕrĕ. Nōn prĭŭs ēnsĕ mănūs răptōque ărmābĭmŭs īgnĕ? *Va.* Armăt spīnă rŏsās. *Cl.* Sŏcĭōs sĭmŭl īnsrŭĭt ărmĭs. *V.* Unănĭmēs ĭn proelĭă frātrēs Armāntŭr. *V.* Cīngŏr fŭlgēntĭbŭs ărmĭs. *V.* Bello ărmāntŭr ĕquī. *V.* Armārī Vōlscōrum ēdīcĕ mănĭplĭs. *V.* Fūnēstă quĭd ĭndŭĭs ărmă? *O.* Cānĭtĭēm gălĕā prĕmĭmŭs. *V.* Cūr dēxtĕrĭs Aptāntŭr ēnsēs cōndĭtī? *H.* At sĭbĭ dăt clўpĕūm, dăt ăcūtae cŭspĭdĭs hāstăm, Dăt gălĕām căpĭtī, dēfēndĭtŭr aegĭdĕ pĕctŭs. *O.* Nĭvĕŭm lătŭs ēnsĕ rĕvīnxĭt. Vĭrgĭnĕūmquĕ căvō prōtēgĭt aērĕ lătŭs. *P.* Atque ănĭmōs ăptēnt ărmĭs, pŭgnaeque părēnt sē. *V.* Thōrāca ĭndūtŭs ăhēnĭs Hōrrēbăt squāmĭs, sŭrāsque ĭnclūsĕrăt aūrō, Tēmpŏră nūdŭs ădhūc, lătĕrīque āccīnxĕrăt ēnsēm. *V.* Cānĭtĭēm gălĕae sūbjĭcĭōquĕ mĕae. *O.* Armă cĭtī, fĕrte ărmă, vĭrī. *V.* Arma āmēns căpĭō. *V.* Rūrsŭs ĭn ărmă fĕrŏr. *V.* Cūnctī cŏĕāmŭs ăd ărmă. *O.* Dēnsĭs īncūrrĭmŭs ărmĭs. *V.* Armă sĕcūtī Impĭă. *V.* Agmĭna ĭn ărmă vŏcăt. *V.* Quae caūsă fŭĭt cōnsūrgĕre ĭn ărmă? *V.* Armă mănū trĕpĭdī pōscūnt, frĕmĭt ărmă jŭvēntūs. *V.* Cīngī fŭlgēntĭbŭs ărmĭs. Armă, ēnsēs hŭmĕrĭs ăptārĕ, cīrcŭmdărĕ; ărmārī ĭn praelĭă. Pūgnae sē părārĕ. Hīc fĕrro āccīngŏr rūrsŭs, clўpĕōquĕ sĭnĭstrăm Īnsērtābam ăptāns. *V.* Lătĕrīque āccōmmŏdăt ēnsēm. *V.* Ensēm cōllō sŭspēndĭt ĕbūrnŭm. *V.* Scūtŭm dīspōnĭt ĕt ărmă. Indŭĕre ărmă vĭrōs vĭŏlēntăquĕ sūmĕrĕ tēlă Rex jŭbĕt. Vălĭdăm vĭ cōrrĭpĭt hāstăm. *V.* Mīlĕs ĕt ărmĭfĕrās ăptăt ăd ărmă mănūs. *O. v. arma.* Hīc gălĕām tēctĭs trĕpĭdūs răpĭt, īllĕ frĕmēntēs Ad jŭgă cōgĭt ĕquōs, clўpĕūmque aūrōquĕ trĭlīcēm Lōrīcam ĭndūĭtŭr, fīdōque āccīngĭtŭr ēnsĕ. *V.* Amўclaeās hŭmĕrĭs ăptārĕ phărētrās. Pārs pĕdĕs īrĕ părăt cămpĭs, pārs ārdŭŭs ăltĭs Pŭlvĕrŭlēntŭs ĕquīs fŭrĭt, ōmnēs ārmă rĕquīrūnt. *V.* Arma ănĭmĭs, ărma ōrĕ frĕmūnt. Fĕrŭs ōmnī pĕctŏrĕ saevĭt Mārtĭs ămŏr. Cērtātĭm sēse ēxhōrtāntŭr ĭn ārmă. Sŭbĭtŭsquĕ pĕr ōmnĕm Aūsŏnĭăm Māvŏrs strĕpĭt ĕt cĭĕt ărmă vĭrōsquĕ. In ārmă vĭrōs sŭscĭtăt ātque ĭn praelĭă cōgĭt. Sīgnăquĕ fērrĕ jŭvăt sŏnĭtūsque aūdīrĕ tŭbārŭm. Jāmquĕ făcēs ĕt săxă vŏlānt, fŭrŏr ārmă mĭnīstrăt. Spŏlĭĭs sē quīsquĕ rĕcēntĭbŭs ārmăt. Pīlă nŏvānt, ăc dētērsă rūbīgĭnĕ saevŭs Indŭĭtŭr fērrō splēndŏr. Armă dĭū sĕnĭŏr dēfūnctă trĕmēntĭbŭs aevō Cīrcŭmdăt nēquīcquam hŭmĕrĭs, ĕt ĭnūtĭlĕ fērrŭm Cīngĭtŭr. *V.* Nāmquĕ dĕdĭt spĕcŭlae cūstōs ŭbĭ sīgnă tŭmūltŭs, Indŭĭmŭs trĕpĭdă prōtĭnŭs ārmă mănū. *O.* Ipsĕ dĕhīnc aūrō squālēntem ălbōque ŏrīchălcō Cīrcŭmdăt lōrīcam hŭmĕrĭs, sĭmŭl ăptăt hăbēndō Ensēmquĕ clўpĕūmque ĕt rūbrae cōrnŭă crīstae. *V.* Nēc gălĕā tĕgĭmŭr, nēc ăcūtō cīngĭmŭr ēnsĕ. *V.* Mănŭsque ămbās jăcŭlĭs ōnĕrāvĭt ăcūtĭs. Tērrĭbĭlī fūlmĭnăt ēnsĕ mănŭs. *v. arma, armatus.*

ārmŭs. PH. Cōlla ārmōsquĕ lăvānt. *V. v. humerus.*

Ārnŭs. EP. praecēps, Etrūscŭs, Tūscŭs, nŏbĭlĭs, vĭtrĕŭs, frīgĭdŭs, gĕlĭdŭs, lūcĭdŭs, flŭēns, răpĭdŭs, rĕsŏnāns. PH. Quăm răpĭdŭs cĕlĕrī pērflŭĭt Arnŭs ăquā.

ăro. *Frūgĭbŭs īnfēlīx, ĕă nēc mānsuēscĭt ărāndō.* V. PH. Tērrăm, sŏlŭm, tēllūrĕm, hŭmŭm, ăgrŭm, ărvă, ărātrō, vōmĕrĕ, fērrō, rāstrĭs, lĭgōnĕ cŏlĕrĕ, sŭbĭgĕrĕ, scīndĕrĕ, vērtĕrĕ, īnvērtĕrĕ, prōscīndĕrĕ, vērsārĕ, ēxērcērĕ, rūmpĕrĕ, fŏdĕrĕ, rĕnŏvārĕ, sōllĭcĭtārĕ, rĕclūdĕrĕ, prĕmĕrĕ, frāngĕrĕ, dŏmārĕ, pătĕfăcĕrĕ, īnsēctārī, saucĭārĕ, rūmpĕrĕ, sūlcārĕ. Sŏlŭm sŭb vōmĕrĕ. Vōmĕrĭs īctū ăgrōs sūlcārĕ. *V.* Jŭvēncĭs sŏlum ēxērcērĕ. Agrōs fīndĕrĕ sārcŭlō. *H.* Prīmă Cĕrēs ūncō glēbăm dīmōvĭt ărātrō. Antĕ Jŏvĕm nūllī sŭbĭgēbānt ărvă cŏlōnī. *V.* Hōrrēntĕm cămpŭm frūctĭs īnvērtĕrĕ glēbĭs. *V.* Incŭmbĕrĕ ărātrō. Vălĭdĭs tērrăm prōscīndĕ jŭvēncĭs. *O.* Pīnguĕ sŏlŭm prīmĭs ēxtēmplo ā mēnsĭbŭs ānnī Fōrtēs īnvērtūnt taūrī, glēbāsquĕ lĭgōnĕ. Rāstrō cōnvēllĕrĕ, dīsrūmpĕrĕ, āttrītō tērrăm rĕnŏvārĕ lĭgōnĕ. Rāstrĭs tērrăm rīmārī. Tēllūrī īnfīndĕrĕ sūlcōs. Dūcĕre ărātrŏs sŭb jŭgă cūrvă bŏvēs. *O.* Tĕnŭī vītēm cōmmīttĕrĕ sūlcō. Dūrīsquĕ lĭgōnĭbŭs ărvă Excŏlĭt. Exērcēnt vōmĕrĕ cōllēs. *V.* Tŭă cūm mūltī vērsārēnt rūră cŏlōnī. *P.* Rūrăquĕ cēntēnō scīndăt ŏpīmă bŏvĕ. *B.* Tērrăm cēntŭm vērtēbăt ărātrĭs. Sŭppŏsĭtōsquĕ jŭgō pōndŭs grăvĕ cōgĭt ărātrī Dūcĕre, ĕt īnsuētŭm fērrō prōscīndĕrĕ cămpŭm. *O.* Assĭdŭĭs tērram īnsēctābĕrĕ rāstrĭs. *V.* Dēprēsso īncĭpĭăt jăm tūm mĭhĭ taūrŭs ărātrō Ingĕmĕre, ĕt sūlcō āttrītŭs splēndēscĕrĕ vōmĕr. *V.* Cōllă jŭbĕ dŏmĭtōs ōnĕrī sŭppōnĕrĕ taūrōs, Saūcĭĕt ŭt dūrăm vōmĕr ădūncŭs hŭmŭm. *O.* Obrŭĕ vērsātă cĕrĕālĭă sēmĭnă tērrā, Quae tĭbĭ cūm mūltō foenŏrĕ rēddăt ăgĕr. *O.* Rāstrōque īntāctă, nēc ūllĭs Saūcĭă vōmĕrĭbŭs, pĕr sē dăbăt ōmnĭă tēllŭs. *O.* Instĕrĭlēs ăgrŏs

nōlūnt jŭgă fērrĕ jŭvēncī. *M.* Nūllō sūlcāntŭr vōmĕrĕ cāmpī. Nōn rāstrōs pătĭētŭr hŭmŭs, nōn vīnĕă fālcēm. Taūrōs ādjūngĭt ărātrō Tūm pătĭtŭr cūltūs ăgĕr, ēt rĕnŏvātŭr ărātrō. Fōrtĕ bŏvēs prēssō sŭbĭgēbānt vōmĕrĕ tērrām. Mūltă mĕī rĕnŏvābānt jūgĕră taūrī. *T.* Et fērrō coēpērĕ sŏlūm prōscīndĕrĕ tērrae. *Lr.* Dūcĭt rēmōs, ŭbī nūpĕr ărārăt. *O.* Sōllĭcĭtāndă tămēn tēllūs pŭlvīsquĕ mŏvēndŭs. *V.* At rŭdĭs ēnītŭĭt īmpūlsō vōmĕrĕ cāmpŭs. *V.* Nōn ĕrgō prēssō tēllūs cōnsūrgĭt ărātrō. *T.* Rūră cŏlĭt nēmō, mōllēscūnt cōllă jŭvēncīs, Nōn glēbām prōnō cōnvēllĭt vōmĕrĕ taūrŭs; Squālĭdă dēsērtīs rūbīgo īnfērtŭr ărātrīs. Fōrtĭs ărāt vălĭdō rūstĭcŭs ārvă bŏvĕ. Quām fōrtĭtĕr īllīc Vērsārēm vălĭdō pīnguĕ bĭdēntĕ sŏlūm. Arvăquĕ sī fīndānt pīnguĭă mīllĕ bŏvēs. Nōn tămĕn īntērdūm pŭdĕāt tĕnŭīssĕ bĭdēntĕm, Aūt stĭmŭlō tārdōs īncrĕpŭīssĕ bŏvēs. *T. v. arator.*

ărōmă. *Sōlŭs ŏdōr spārsī spīrāmĕn ărōmătĭs ēfflăt.* Pr. PH. Mēssĭs ărōmătĭcae vĕnĭūnt cūm mūnĕrĕ mātrēs. *Sed. v. odor.*

Ărpīnūm. *Sĭlĭŭs Ărpīnō tāndēm sŭccūrrĭt ăgēllō.* M. PH. *Arpīnās* ălĭŭs Vōlscōrum īn mōrtĕ sŏlēbăt. *I.*

ărrēctŭs. — *Laūdūmque ărrēctă cŭpīdo.* V. SY. ērēctŭs, rēctŭs, sūblātŭs, cēlsŭs, ēxcēlsŭs. PH. Arrēctīs aūrĭbŭs ādstāns. *V.* Arrēctaēque hōrrōrĕ cŏmae. *V.* Arrēctīs spēctāns ănĭmīs. *V.* Hīs ănĭmum ārrēctī dĭctīs. *V.* In dĭgĭtōs ārrēctŭs. *V.* Tōllĭt se ārrēctūm quădrŭpēs. *V.*

Arrĭă. EP. Rōmānă, cāstă, pĭă, cōnstāns, fīdă. PH. Cāstă sŭō glădĭūm quūm trādĕrĕt Arrĭă Paētō. *M.* 1, 14.

ărrīdĕo. *Hīs Dĕŭs ărrīsĭt, vĕlŭt ărrīdērĕ sŏlēmŭs.* M. SY. rīdērĕ, sūbrīdērĕ; plăcērĕ. PH. Laētŭs ĕt aūgūstō fēlīx ārrīdĕăt ōrĕ. *Calp.* Seū pŭĕr ārrīsĭt, sīvĕ pŭēllă tĭbī. Et quāndŏquĕ mĭhī fōrtūnae ārrīsĕrĭt hōră. *Pe.* Ut rīdēntĭbŭs ārrīdēnt, ĭtă flēntĭbŭs ādflēnt. *H.* Rīsĕrĭt, ārrīdĕ; sī flēbĭt, flērĕ mĕmēntō. *O.*

ārrĭgo. *Nūmquĭd sĕcūrŭs nōn pŏtĕs ārrĭgĕrĕ.* M. SY. ērĭgĕrĕ, tōllĕrĕ, āttōllĕrĕ, aūrēs, lūmĭnă, ŏcŭlōs; ănĭmūm ādvērtĕrĕ, āccōmmŏdārĕ, āpplĭcārĕ, ādhĭbērĕ, īntēndĕrĕ. *v. arrectus.*

ārrĭpĭo. *Ărrĭpŭītquĕ lŏcum ĕt sĭlvīs īnsēdĭt ĭnīquīs.* V. SY. sūrrĭpĕrĕ, răpĕrĕ, căpĕrĕ, prĕhēndĕrĕ, prēndĕrĕ, āpprēndĕrĕ. PH. Sĭmūl ārrĭpĭt ĭpsūm. *V.* Quēm vēro ārrĭpŭĭt, tĕnĕt ōccīdĭtquĕ lĕgēndō. *H.*

ārrŏgāns. *Tāngĕ Chlŏēn sĕmĕl ārrŏgāntĕm.* H. *v. superbus.*

ārrŏgo. *Jūră nĕgĕt sĭbĭ nātă, nĭhĭl nōn ārrŏgĕt ārmīs.* H. SY. āssūmĕrĕ, sūmĕrĕ, āscīscĕrĕ, vīndĭcārĕ, trĭbŭĕrĕ, ōccŭpārĕ, praērĭpĕrĕ.

ārs. *Quō nōn ārs pĕnĕtrăt? Dīscūnt lăcrymārĕ dĕcēntĕr.* O. SY. ārtĭfĭcĭūm, făcūltās, scĭēntĭă, dōctrīnă, stŭdĭūm; fraūs, dŏlŭs. EP. măgīstră, mīră, sălūtārĭs, āptă, dīvīnă, ŏpĕrōsă, praēclāră, ĭmĭtātrīx, mīrāndă, nŏvă, īngĕnĭōsă, sōllĭcĭtă, nōbĭlĭs, ābjēctă, cĕlĕbrĭs, dōctă, dŏlōsă, vērsūtă. PH. Invēntrīx ŏpĕrūm, īngĕnĭī foētŭs. Nātūrae aēmŭlă, ĭmĭtātrīx. Nātūrām quae sūpplĕt. Quae foētūm nātūrae mātrĭs ādūmbrăt. Sī lătĕt ārs, prōdēst. *O.* Arā pĕr āntīquās făctă sĭne ārtĕ mănŭs. *O.* Ennĭŭs īngĕnĭō māxĭmŭs, ārtĕ rŭdĭs. Nātūră fĭĕrĕt laūdābĭlĕ cārmĕn, ăn ārtĕ, Quaēsĭtum ēst. *H.* Sīve hōc nātūrae ēst, sīve ārtĭs, mīrŭs ŭtrōquĕ. *H.* Instār mōntĭs ĕquūm, dīvīnā Pāllădĭs ārtĕ, Aēdĭfĭcānt. *V.* Hīc ārtēm nāndī praēcĭpĭt, īllĕ trŏchī. *O.* Nēc sĭbĭ coēnārūm quĭvīs tĕmĕre ārrŏgĕt ārtĕm. *H.* Dī tĭbĭ dīvĭtĭās dĕdĕrūnt ārtēmquĕ frŭēndī. *H.* Ut vărĭās ūsŭs mĕdĭtāndo ēxtūndĕrĕt ārtēs. *V.* Daēdălŭs, īngĕnĭō fābrae cĕlĕbērrĭmŭs ārtĭs. *V.* Vīx hŭmĭlī dūrām rĕppŭlĭt ārtĕ fămĕm. *O.* Ars īllī sŭă cēnsŭs ĕrăt. *O.* Tūm vărĭae vĕnēre ārtēs. *V.* Nōn haēc hūmānīs ŏpĭbŭs, nōn ārtĕ măgīstrā Prōvĕnĭūnt. *V.* Quĭs Dĕŭs hānc, Mūsae, quĭs nōbīs ēxtūdĭt ārtĕm? Artĕ cĭtaē vēlōquĕ rătēs rēmōquĕ rĕgūntŭr; Artĕ lĕvēs cūrrŭs, ārtĕ rĕgēndŭs ămōr. *O.* Dŏlīs īnstrūctŭs ĕt ārtĕ Pĕlāsgā. *V. v. dolus.* — ***Artes liberales.*** EP. īngĕnŭaē, ēgrĕgĭaē, praēclāraē, dōctaē, dĕcōraē, dōctĭsŏnaē, quaēstŭōsaē, sōllērtēs, Pĭĕrĭaē. PH. Nērvī vītaē fōntēsquĕ bŏnōrūm. Mūsārum ĕt Ăpōllĭnĭs ārtēs. Quae pŏlĭūnt ănĭmōs hŏmĭnūm, vīlīquĕ cătērvā Dīstīnguūnt rŭdĭ pŏpēllō. Artĭbŭs īngĕnŭīs Pēctŏră mōllēscūnt, ăspĕrĭtāsquĕ fŭgĭt. *O.* Ipsĕ sŭās ārtēs, sŭă mūnĕră laētŭs Ăpōllo, Aūgŭrĭūm cĭthărāmquĕ dăbăt. *V.* Āddĕ, quŏd īngĕnŭās dĭdĭcīssĕ fĭdēlĭtĕr ārtēs, Ēmōllĭt mōrēs, nēc sĭnĭt ēssĕ fĕrōs. *O.* Dīscĕ bŏnās ārtēs, mŏnĕō, Rōmānă jŭvēntŭs. *O.* Ēxcūdēnt ălĭī spīrāntĭă mōllĭŭs aēră: Tū rĕgĕre īmpĕrĭō pŏpŭlōs, Rōmānĕ, mĕmēnto; Haē tĭbi ĕrūnt ārtēs. *V.* Artēs nŏvēm sŏrōrūm. Ūndĕ vītă căpĭt cūltūs ĕt ōmnĕ dĕcŭs; vītaē prōflŭĭt ūndĕ dĕcŭs. Ingĕnĭūm plăcĭdā mōllĭtŭr ăb ārtĕ. *O.* Invēntās mūltī vītam ēxcōlŭērĕ pĕr ārtēs. *V.* Artĭbŭs īngĕnŭīs quaēsīta ēst glōrĭă mūltīs. *O.* Pĕr ūrbēs Quaēsĭĕrāt stŭdĭō nōmĕn mĕmŏrābĭlĕ. *O.* Ārtēs quās dŏcĕăt quīvīs ĕquĕs ātquĕ sĕnātŏr Sēmĕt prōgnātōs. *H.* Artĭs ĕt īngĕnŭaē cūltŏr ŭtērquĕ sŭmŭs. *O.* Adjĕcērĕ bŏnaē paūlō plūs ārtĭs Ăthēnae. *H.* Inquĕ bŏnās ārtēs ĕt tŭă săcră rĕdī. *O.* Plūrĭmum ĕnim īntĕrĕrĭt, quĭbŭs ārtĭbŭs ĕt quĭbŭs hūnc tū Mōrĭbŭs īnstĭtŭās. *I.* Nātŭs mōllĭbŭs ānnīs In pătrĭās ārtēs ērŭdĭēndŭs ĕrăt. *O.* Quēm dŏcŭīt mūltāque īnsīgnēm rēddĭdĭt ārtĕ. *V.* — ***Artes contemnere.*** PH. Jăcēnt sĭnĕ laūdĕ Cămoēnae. Cūm cĭthărā pāssīm sprētŭs Ăpōllō jăcĕt. Nēmŏ făvēt stŭdĭīs. Haēc saēcŭlă sūnt īngrāta ĕt dūră Cămoēnīs. Ipsĕ lĭcēt vĕnĭās Mūsīs cōmĭtātŭs, Hŏmērĕ; Sī nĭhĭl āttŭlĕrĭs, ībĭs, Hŏmērĕ, fŏrās. *O.* Dōctă Thălīă jăcĕt; Mūsīs jām vīlĭŏr ālgā ēst. Hĕdĕraē nūnc sĭne hŏnōrĕ jăcēnt.

Arsăcĭdaē. *Arsăcĭdūm dŏmĭnŭs* etc. L. *Scĭs, quĭd ĭn Ărsăcĭā Păcŏrŭs dēlībĕrĕt aūlā.* M.

ārsĕnĭcum. *v. venenum.*

Ārsĭnŏē. *Arsĭnŏēn īllī* etc. Va.

Ārtăbrŭs. — *mŏvĕt Artăbrŭs ārmă.* Si.

Ărtĕmĭdōrŭs. — *cūm vincĕrĕt Ărtĕmĭdōrŭs.* M.

Ărtĕmĭsĭă. PH. Mausōlī cĭnĕrēs ŭxŏr cārissĭmă vīnō Cōmmĭstōs bĭbĭt, ĕt tŭmŭlō mĕlĭōrĕ rĕcōndĭt, Ŭt pōst fātă ŭnō cōnjŭx ĭn pĕctŏrĕ vīvăt.

ărtērĭă. — *grădĭēns ărtērĭă clāmŏr.* Lr.

ărthrītĭs. *Nōdōsă tōrquĕt quōs pŏdăgra ĕt ărthrītĭs.* (Scaz.) Pr.

ărtĭcŭlātim. — *dĭgĭtĭs nūmquĭd mănŭs ărtĭcŭlātĭm?* Pr.

ărtĭcŭlo. *Mōbĭlĭs ărtĭcŭlăt vĕrbōrŭm daedălă lĭnguă.* Lr.

ărtĭcŭlŭs. *Nĕc prĕmĭt ărtĭcŭlōs lūcĭdă gĕmmă mĕōs.* O. SY. Mēmbrŭm, ărtŭs. EP. mōllĭs, mōllĭcŭlŭs, tĕnŭĭs, rŏsĕŭs, nĭtĭdŭs, cāndĭdŭs, frăgĭlĭs, cădūcŭs, vălĭdŭs, rŏbŭstŭs, mŏrĭbŭndŭs. PH. Ăt rĕdĭtŭs jăm quĭsquĕ sŭōs ămăt, ĕt sĭbĭ quĭd sĭt Ūtĭlĕ, sōllĭcĭtĭs sŭppŭtăt ărtĭcŭlĭs. *O.* Jūstă chĭrăgră Cōntŭdĭt ărtĭcŭlōs. *H.*

ărtĭfex. *Ărtĭbŭs, ărtĭfĭcī quae nŏcŭĕrĕ sŭō.* O. SY. ŏpĭfĕx. EP. dŏctŭs, clārŭs, pĕrītŭs, mănŭālĭs, cĕlĕbrĭs, vĭgĭl, mātūtīnŭs, Ĭngĕnĭōsŭs, ēgrĕgĭŭs, nōbĭlĭs, săgāx, sōllĕrs, praeclārŭs, sōllĭcĭtŭs, mīrābĭlĭs. PH. Expĕrĭēntĭă dŏctī ărtĭfĭcĭs; ēgrĕgĭŭs lăbŏr ărtĭfĭcĭs. Vĕnĭs ărtĭfĭcĭs lăbŏr ēst ĕt glōrĭă Cŏī. *O.* Artĭfĭcēs nātūră mănūs ădmōvĭt. *O.* Ărtĕ lăbōrātae vēstēs. *V.* Tāntŭs dĕcŏr ădfŭĭt ărtī. *O.* Quālĕ mănŭs ăddūnt ĕbŏrī dĕcŭs. *V.* Mūltă quĕm fēcĕrăt ărtĕ. *V.*

ărtĭfĭcĭŭm. *v. ars.*

ărtŭs. *Mātūră virgo, ĕt fĭngĭtŭr ărtŭbŭs.* (Alc.) H. SY. mēmbră. EP. rŏbŭstī, fōrtēs, cădūcī, frăgĭlēs, mŏrĭbŭndī, pŭlchrī, vălĭdī, fōrmōsī, fēssī. PH. Māgnī mēmbrōrum ărtŭs. *V.* Cōngrŭă rŏbŭstōs prōpōrtĭŏ cōllĭgĭt ărtŭs. Cōrpŏrĭs ărtŭs, ănĭmae fămŭlōs. *Va.* Vĭrtūsque ărtŭs ănĭmōsă fătīgăt. *Nem.*

ărvīnă. *Ărvīnā pĭnguī sŭbĭgūntque ĭn cōtĕ sĕcūrēs.* V. EP. mōllĭs, pĭnguĭs, tĕnāx. PH. Ărvīnā tĕrgĕrĕ.

ărūndĭfĕr. *Tĭbrĭs ărūndĭfĕrŭm mĕdĭō căpŭt extŭlĭt ălveō.* O.

ărūndĭnĕŭs. *Pāstŏr ărūndĭnĕō cărmĭnĕ mūlcĕt ŏvēs.* O. SY. ărūndĭnōsŭs, crēbĕr ărūndĭnĭbŭs.

ărūndo. *Lūdĕrĕ păr ĭmpăr, ĕquĭtārĕ ĭn ărūndĭnĕ lōngā.* H. SY. ăvēnă, călămŭs, cānnă; fĭstŭlă. EP. tĕnĕră, flŭvĭālĭs, ŭmbrōsă, ēxĭlĭs, tĕnŭĭs, lōngă, dēfōrmĭs, pălūstrĭs, prōcēră, trĕmŭlă, frăgĭlĭs, lĕvĭs, ăquātĭcă, flūmĭnĕă, ăquōsă, vĭrēscēns, vĭrēns, vĭrĭdĭs, mōbĭlĭs, ĭncōnstāns, ăgĭtātă, glaucă. PH. Amnĭs ărūndĭnĭbŭs līmōsās ōbsĭtĕ rīpās. *O.* Sĕdĕăt sŭb ărūndĭnĕ rēmĕx. *P.* Atquĕ lĕvī Zĕphȳrō grăcĭlĭs fĭbrātŭr ărūndo. *O.* Hĭc vĭrĭdēs tĕnĕrā praetēxĭt ărūndĭnĕ rīpās. *V.* Crēbĕr ărūndĭnĭbŭs trĕmŭlīs ĭbĭ sūrgĕrĕ lūcŭs. *Hosp.* Pāstŏr ĭnaequālī mŏdŭlātŭr ărūndĭnĕ cărmĕn. Hōs ălĭquĭs trĕmŭlā dūm căptăt ărūndĭnĕ piscēs. *O. v. canna, fistula, sagitta.*

Arūns, ūntĭs. *Ărūns ĭncŏlŭĭt dēsērtae moenĭă Lūnae.* V.

ărūspĕx. — *Cēnsōre ŏpŭs ēst, ăn ărūspĭcĕ nōbĭs.* J. SY. ēxtīspĕx, măgŭs, ărĭŏlŭs, aūspĕx, aŭgŭr, vātēs. EP. Tūscŭs, Rōmānŭs, Etrūscŭs, săcĕr, vānŭs, vērŭs, fātĭdĭcŭs, ōbscūrŭs, Phoebēĭŭs, tērrĭfĭcŭs, sōllērs, săgāx, sēdŭlŭs, prōvĭdŭs, pĕrītŭs, ănceps, mēndāx, Ĭncērtŭs, dŭbĭŭs, dīvīnŭs, lōngaevŭs, ăltĭlŏquŭs, sānctŭs, vĕnĕrābĭlĭs, praenūntĭŭs, sĭnīstĕr. PH. Tyrrhēnae gēntĭs ărūspĕx. *O.* Săcră sĕcūndŭs ărūspĕx Nūntĭăt. *V.* Cuī pĕcŭdŭm fĭbrae, coelī cuī sīdĕră pārēnt. *V.* Pĕcŭdŭmquĕ rĕclūsīs Vīscĕrĭbŭs ĭnhĭāns, spīrāntĭă cōnsŭlĭt ēxtă. *V.* Vōs aŭgŭr ĕt ēxtīs Quaesītae fĭbrae vānūsquĕ mŏrātŭr ărūspĕx. *Si.* Utĭnăm pătrĭae sĭm vānŭs ărūspĕx. *P.* Ērēptās vīvēntī cōrpŏrĕ fĭbrās Inspĭcĭūnt, mēntēmquĕ dĕŭm scrūtāntŭr ĭn ĭllīs. *O. v. augur, vates.*

ărvŭm. *Āntĕ Jŏvem nūllī sŭbĭgēbānt ărvă cŏlōnī.* V. SY. ăgĕr. EP. dūlcĕ, pĭnguĕ, dūmōsŭm, hĭūlcŭm, frūgĭfĕrŭm, foecūndŭm, līmōsŭm, pōmĭfĕrŭm, ōlĭvĭfĕrŭm, ūbĕr, fērtĭlĕ, cĕrĕālĕ, flāvēns, flōrĭdŭm, flōrĭgĕnŭm, ămoenŭm, vĭrēns, fĕrāx, ŏpŭlēntŭm. PH. Extĕrnŭm pătrĭō cōntĭngăt ămĭcŭs ărvŭm. *O.* Squālēnt ăbdūctīs ărvă cŏlōnĭs. *V.* Flāvēntĭă mēssĭbŭs ărvă, ēxērcĭtă frūgĭbŭs ărvă. Optĭmă pĭnguī Arvă sŏlō. *O.* Impĕrăt ărvīs. *V.* Nōs pătrĭae fīnēs ĕt dūlcĭă līnquĭmŭs ărvă. *V. v. ager.*

ărx. SY. mūnīmĕn, vāllŭm, tūrrĭs, cāstrŭm, cāstēllŭm, prōpūgnācŭlŭm. EP. sūmmă, sŭpērbă, aērĭă, ēlātă, ĭnēxpūgnābĭlĭs, sŭblīmĭs, ārdŭă, āltă, cēlsă, ēxcēlsă, tūrrītă, tūrrĭgĕră, vălĭdă, fōrtĭs, mūnītă, vāllātă, sŏlĭdă, sēcūră, Māvōrtĭă. PH. Ad aūrās sūrgēns, ēdūctă sŭb aūrās; ūrbĭs tūtāmĕn. Tūrrĭgĕrae sūrgūnt ărcēs. Pĕnātēs rēgĭs. Rēgālĭă tēctă. Umbrōsă Pārnāssī cōnstĭtĭt ărcĕ. *O.* Prīmŭs Ĭnēxpērtēs ădĭĭt Tīrȳnthĭŭs ărcēs. *Si.* Trōjăquĕ nūnc stārēs, Prĭămīque ărx āltă mănērēs! *V.* Amphīōn Thēbānae cōndĭtŏr ărcĭs. *H.* Coelōquĕ mĭnāntĭă săxă, ĭpsō tūtă lŏcō, fōssīs praecīnctă ĕt tūrrĭbŭs āltīs. Ambĭt fĕrrĕŭs ăggĕr. *St.* Tūrrītăquĕ sūmmīs Dīspōnĭt cāstēllă jŭgĭs. *L.* Moenĭbŭs ĕt pŏsĭtă vīx ădĕūndă lŏcī. *O.* Lŏcŭs sŏlĭdae tūtŭs mūnīmĭnĕ mōlĭs. *O.* Dŭbĭum ēst, pŏsĭtū mĕlĭŭs dēfēnsă mănūvĕ, Urbs ĕrăt ĭn sūmmō nūbĭbŭs aequă jŭgō. *O.* Imbēllem ăvēctĭs Rōmānīs ărcĭbŭs Indŭm. *V.* Prōxĭmă pārs ūrbĭs cēlsăm cōnsūrgĭt ĭn ărcĕm. *L.* Cȳclōpŭm fīrmātă mănū stānt ārdŭă fērrō Moenĭă. *Cl.* Mūnīmĕn nūllō quāssābĭlĕ fērrō. *L.* Tērrĭbĭlēs sūstēntānt moenĭă caūtēs. *L. v. turris.*

ăs. PH. Naūfrăgŭs āssĕm Dūm rŏgăt. Pōscĭt mērsā rătĕ naūfrăgŭs āssĕm. *H.* Vīlĕm rĕdĭgātŭr ăd āssĕm. *H.* Unĭŭs aēstĭmĕmŭs āssĭs. *C.*

ăsărōtŭm. — *sŭbĕrāntquĕ nŏvīs ăsărōtă fĭgūrīs.* St.

Ascălăphŭs. *Ascălăphŭs vĭdĭt* etc. O. M. 5, 533 sqq.

Ascănĭŭs. *At pŭĕr Ascănĭŭs, cuī nūnc cōgnōmĕn Iūlō.* V. SY. Ilŭs, Iūlŭs, Aenēĭdēs. EP. rēgĭŭs, Dārdănĭŭs, dūlcĭs, bĭnōmĭ-

nis, pulcher Albanus. PH. Dardanius puer, conditor Albae. Magnae spes altera Romae. Veneris nepos. Ilus erat, dum res stetit Ilia regno. Omnis in Ascanio cari stat cura parentis. V. Inde sub Ascanii ditione binominis Alba Resque Latina fuit. V.

ascendo. SY. scandere, conscendere. PH. Ascensu superare, exsuperare. Cursu petit ardua montis. V. Ascensu vincere montem. Evado ad summi fastigia montis. Montis in ardua niti. Hoc superare jugum. Pedibus superare cacumina montis. Sese attollere ad supera, emergere ad, in auras. Superas evadere in auras. Summi fastigia tecti Ascensu supero. Celsam Buthroti adscendimus urbem. V. Saepe illuc solita est adscendere. Ite simul, pedites, ruiturum adscendite pontem. V. Ardua montis Per deserta jugi properans adventat ad urbem. Saltuque superbus Emicat in currum. Corpora saltu subjiciunt in equos. Assiluit defensae moenibus urbis. O. Quoque magis subiere jugo atque evadere nisi Erexere gradum, crescit labor. Si. Aspera primus Exsuperat. Late riget arduus alto Tmolus in ascensu. O. Crescebant montibus altis Ascensus. Lr. Inque domos superas scandere cura fuit. Tollimur in coelum. Se tollere sursum. Et se Protinus aetherea tollit in astra via. v. conscendo.

ascia. v. bipennis, securis.

Asclepius. *Nil Phoebi Asclepique tenet* etc. *Anth.*

ascisco. — *generumque asciverit urbi.* V. SY. vocare, advocare, convocare, accersere. ascire; ascribere, adjungere. v. accerso.

Ascra. EP. vetus, Parnassis, Heliconia. PH. Ascraei fontes. Ascraeum nemus. Ascraeumque cano Romana per oppida carmen. V. Praeferor Ascraeo Maeonioque seni. O. Intumuit vati non tamen Ascra suo. O. Servanti pecudes vallibus, Ascra, tuis. O.

ascribo. PH. subscribere, assignare, tribuere, attribuere, imponere, dare, addere, annumerare.

Asdrubal. *Et cecidit telis Asdrubal ipse suis.* O. *At non Asdrubalem fraudes latuere* etc. Si. PH. Occidit spes omnis Asdrubale interemto. H. O. 4, 4.

asellus. — *miserandae sortis asellus.* V. v. asinus.

Asia. — *Extremis Asiae jam victor in oris.* V. EP. magna, potens, dives, lata, spatiosa, ferax, foecunda, opulenta, fertilis. PH. Terra Asiae, Asiatica tellus, Asis ora, regio, plaga. Aurea orbis pars, qua nulla beatior ora. M. Jam super Europen sublimis et Asida terram. Te duce magnificas Asiae perreximus urbes. O. An pingues Asiae campi collesque morantur? H. Humanae cunabula gentis. Quondam clarissima tellus. Extremis Asiae victor ab oris. V.

Asiacus. — *Asianas casuras adspicis arces.* O. PH. In Asida terra. O. Haec Asianorum vetera ornamenta deorum. I. Frigoribus pigro veniunt Asiatica fetu. Col. Asia circum Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri. V. Jacet Asius et jacet Hector. Sab.

asilus. — *cui nomen asilo.* V. G. 3, 146. v. oestrum.

Asine. *Quas Asine cautes* etc. L.

Asinius. *Marrucine Asini* etc. C.

asinarius. v. agaso.

asinus. *Auriculas asini Mida rex habet* etc. Pe. EP. tardus, vilis, piger, deses, oneratus, iners, auritus, turpis, segnis, Arcadicus, gravis, rudens, stolidus, ignavus, villosus, tardigradus, lentu procedens passu, edens ingratos rauco ore sonos, horripilus, lentipes. PH. Arcadicum pecus. Assiduo verbere domitus. Induiturque aures tarde gradientis aselli. O. Ecce, rudens rauco Sileni vector asellus. Intempestivos edidit ore sonos. O. Aurito occidit delapsus asello. O. Ut rudit a scabra turpis asella mola. O. Saepe onerat tardi costas agitator aselli. V. Demitto auriculas, ut iniquae mentis asellus. H. Venerat et senior tardo Silenus asello. O. Hellespontiaco victima grata Deo. O. v. Midas.

Asopus. *Saepe virgo Asopi sonitu permota fluentis.* P. PH. Errare Asopide ripa. Si. Huic Asopiades. O. Danaen Asopida. O.

asparagus. *Non erit incultis gratior asparagis.* M.

aspectus. SY. facies, vultus, os, frons, oculi, lumina; conspectus, obtutus. EP. venustus, pulcher, gratus, benignus, amabilis, dulcis, ridens, laetus, serenus, amicus, hilaris, blandus, placidus, comis, mitis, jucundus, lascivus, terribilis, ferox, trux, ferus, torvus, metuendus, minax, severus, truculentus, horridus, horribilis, formidabilis. PH. Sic ista venusto Splenduit aspectu. Color aspectu jam lumina pulchro, Jam nares invitat odor. Laeto ridet aspectus. Dum vagor aspectu, visumque per omnia duco. St. Siste gradum, teque aspectu ne subtrahe nostro. V. Subitoque aspectu territus haesit. V. Horrescit visu subito. V. Pallor utrasque Fecerat horrendas aspectu. H. Obstupuit primo aspectu. V. Adspectus sustinet ille meos. O. v. aspicio.

asper. *Ah, tibi ne teneras glacies secet aspera plantas.* V. SY. scaber, salebrosus, acidus, acerbus, amarus; durus, molestus, arduus, difficilis, gravis, austerus, injucundus, ingratus. PH. Cymbiaque argento perfecta, atque aspera signis Pocula. V. Rebusque veni non asper egenis. V. Improvisum aspris veluti qui sentibus anguem Pressit humi nitens. V. Monitoribus asper. H. Mentes asperioribus Formandae studiis. H. Aspera confesso verba remittit reo. O. v. durus.

aspergo, inis. — *spumant aspergine cautes.* V. PH. Fumant aspergine postes. O.

aspergo. SY. spargere, rigare, irrigare, perfundere. PH. Adspergit sanguine mensas. O. Deterior canis adspergitur aetas. O. Non nihil adspersis gaudet amor lacrymis. T. Imbre lutoque Aspersus. H. v. rigo.

asperitas. *Asperitatis et invidiae corrector et irae.* H. SY. scabrities, gravitas,

acerbitas, difficultas, rusticitas, injucunditas. EP. agrestis, feralis, hostilis, flebilis, acerba, intolerabilis, dura, gravis. PH. Asperitas odium saevaque bella movet. *O.* Densaque cedit Frigoris asperitas. *O.* Asperitas agrestis et inconcinna. *H.* Mitis et acri Asperitate carens. *H.*

aspernor. *Nec Peliacae curam aspernabere lentis.* V. PH. Sordent tibi munera nostra. *V.* Illud amicitiae sanctum et venerabile nomen Nunc tibi pro vili sub pedibusque jacet. *O.* Atque metus omnes et inexorabile fatum Subjecit pedibus. *V.* Vultu non aspernata rogari. *St.* Projecta vilior alga. *V.* Illa aversata petentes. *O.* Nec tu aspernata vocantem. *V.* *v. contemno.*

aspero. *Et glacialis hiems aquilonibus asperat undas.* V. SY. durare, acerbare, exacerbare, exasperare. PH. Asperat indomitos praeceps discordia fratres. *St.*

aspicio. *Adspiciunt oculis superi mortalia justis.* O. SY. videre, tueri, intueri, cernere, conspicere, inspicere, respicere, spectare, aspectare. PH. Oculos, lumina vertere, convertere, flectere, conjicere, figere, defigere, oculis aspicere, lustrare, perlustrare. Usurpare oculis. *Lr.* Oculos ad sidera tollere, tendere, torquere. Oculis legere, sequi, prosequi. Oculos pascere, recreare, reficere pictura; oculos, vultus advertere. In te ora Latini, In te oculos referunt. *V.* Respicit et, quae sit me circum copia, lustro. Illa solo fixos oculos aversa tenebat. Cunctique Latini Convertere oculos. *V.* Coelum suspicere, oculos ad coelum, sidera tendere, tollere, attollere lumina coelo. Tollere ad aethera vultus. Lumina fixa tenere solo. In humum deflectere ocellos. Figere lumina terrae. Haec oculis pater aspicit aequis. *V.* Aspexit, pariterque animo est oculisque secutus. *O.* Huc geminas, huc flecte acies, hanc aspice gentem. *V.* Adspice me. *V.* Si genus adspicitur. *O.* Aspicimus solem, sidera, templa, deos. *M.* Non pugnam aspicere hanc oculis, non foedera possum. *V.* Aspicias utinam, quae sit scribentis imago. *O.* Mutua conspicuos habuerunt lumina vultus. *L.* Patriae quoque vellet ad oras Respicere, inque domum supremos vertere vultus. *O.* — *Aspicere amanter.* PH. Avidusque videndi Flexit amans oculos. *O.* Hunc simul ac cupido conspexit lumine virgo. *C.* Spectatosque diu vultus invita reliquit. *O.* Nec vaga dilecto satiantur lumina vultu. *P.* Oculis spectare fatentibus ignem. *O.* Alter in alterius jactantes lumina vultum. *O.* Lumina sunt nati cara saturata figura. *C.* Fixitque in virgine vultus. — *Aspicere torve.* PH. Torva tueri. *V.* Transversa tuentibus hircis. *V.* Illa feroces Torquet adhuc oculos. *L.* Visuque severo Lustrat. *Cl.* Sanguineam torquens aciem. *V.* Jamdudum lumine torvo spectat. *O.* Talia dicentem jamdudum aversa tuetur. *V.* Stupet in Turno, corpusque per ingens Lumina volvit, obitque truci procul omnia visu. *V.* Ardentes oculorum orbes ad moenia torsit. *V.* Vertit ad hunc torvi dea bellica luminis orbes. *O.* Adspicit hunc Pentheus oculis, quos ira trementes Fecerat. *O.* — *Adspicere intente.* PH. Nusquam lumen detorsit ab illo. *O.* Observans oculis. *V.* Soloque immobilis haeret, Intentos volvens oculos. *V.* Obtutu haeret defixus in uno. *V.* Immotosque oculos in se sine fine tenentem Extimuit. *V.* Ille os oculumque loquentis Jamdudum et totum lustrabat lumine corpus. *V.* Luminaque in vultu veluti defixa tenebam. Aeneasque oculis semper vigilantibus haeret. *V.* Huc illuc volvens oculos, totumque pererrat Luminibus tacitis. *V.* Solus ab Hesperia non flexit lumina terra. *L.* Haesit in opposita lumina fixus humo. *O.* Turnus ad haec oculos horrenda in virgine fixus. *V.* Nequeunt explere corda tuendo. *V.* Longo satiavit lumina visu. *St.* Libycaeque adspectus detinet urbis. *V.* Explere mentem nequit ardescitque tuendo. *V.* Nec vidisse semel satis est, juvat usque morari. *V.* Atque animum atque oculos pictura poscit inani. *V.* *v. circumspicio, conspicio, despicio, prospicio, respicio, specto, video.* — *Aspicior.* PH. Hic oculis subito objicitur. *O.* Os terris ostendit honestum. *V.* Nec post oculis est reddita nostris. *V.* Est vultus turba secuta tuos. *O.* Digito monstrari et dicier hic est. *P.* Siccine dignus eras, oculis occurrere nostris? *O.* Sed revocas oculos protinus ipsa meos. *O.* Inque meis oculis candida Delos erat. *O.* Illum esse potentem, Illum aspectari, claro qui incedit honore. *Lr.* Adspicitur toto purpura nulla foro. *O*

aspiramen. *Da, precor, artificis blanda aspiramina formae.* Va. SY. adspiratio, halitus, halatus, afflatus.

aspiro. *Vos, o Calliope, precor, adspirate canenti.* V. PH. Aspirat primo fortuna labori. *V.* Coeptis, Dii, aspirate meis. *O.* Lenius aspirans aura secunda venit. *C.* Creber et aspirans rursus vocat auster in altum. *V.* *v. flo, spiro; faveo.*

aspis. *Aspidis, in mediis sitiebant dipsades undis.* L. SY. serpens, anguis, coluber, hydra, hydrus, vipera, natrix, seps, dipsas. EP. somnifera, Pharia, letifera, sicca, venenosa, lubrica, horrida, turgida, tumescens, formidabilis, somniculosa, somnifica. PH. aspis formidabilis ictu. Stabant in margine siccae Aspides. Aspida somniferam tumida cervice levavit. *L.* *v. serpens.*

asporto. SY. auferre, avehere; alio transferre, portare.

Assaracus. *Et genus Assaraci* etc. V.

assecla. — *Pari subit assecla gressu.* Ser. *Vos humili asseclae, vos indulgebitis unquam.* J. SY. sectator, assectator, cliens, deductor, salutator. *v. comes, socius.*

assector. *Cum assectaretur, numquid vis? occupo; at ille.* H. SY. sequi, comitari. PH. Comes assectatur euntem.

assensus. SY. consensus, assensio, approbatio, suffragium, suffragatio. EP. liber, amicus, quaesitus, facilis, optatus, gratus

commūnis, hŏnōrĭfĭcās. PH. Cūnctīquĕ frĕmēbānt Caelĭcŏlae assēnsū vărĭō. V. Cōnsŏnăt assēnsū pŏpŭlī prĕcĭbūsquĕ făvēntūm Rēgĭă. O. Et vōx assēnsū nĕmŏrūm ingĕmĭnātă rĕmūgit. V. v. consentio.

assēntātĭo. v. adulatio.

assēntātŏr. Assēntātōrēs jŭbĕt ad lūcrum īrĕ pŏētās. H. v. adulator.

assēntĭŏr. v. consentio.

assēntŏr. v. adulor.

assĕquŏr. Assĕquĭtŭr nĕc ŏpīnāntem, in căpŭt īnsĭlĭt ĭpsŭm. Si. SY. cōnsĕquī, ădĭpīscī, ăcquīrĕrĕ, părārĕ, cŏmpărārĕ, nāncīscī, cŏnquīrĕrĕ, ŏbtĭnērĕ, cŏncĭlĭārĕ. v. acquiro, attingo.

assĕr. Quī sĕquĭtŭr: fĕrĭt hic cŭbĭtō, fĕrĭt assĕrĕ dūrō. J. SY. tăbŭlă. EP. quērnŭs, rōbŏrĕŭs.

assĕro. Scīlĭcĕt assĕrĭt jām mē, fŭgiquĕ cătēnās. O. SY. fīrmārĕ, cōnfīrmārĕ, āffīrmārĕ, fīrmŭm rĕddĕrĕ, assĕvērārĕ, jūrārĕ, vīndĭcārĕ, lībĕrārĕ, trĭbŭĕrĕ, ādscrībĕrĕ. PH. Haec ŭtrāquĕ mănū cŏmplēxūque assĕrĕ tōtō. J. Nĕc laūdēs assĕrĕ nōstrās. O.

assērtŏr. PH. Quī lŏquĭtŭr Cūrĭōs assērtōrēsquĕ Cămīllōs. M. v. defensor.

assērvo. v. servo.

assĕvēro. Prŏfĭtēbĭtŭr, jūrābĭt, assĕvērābĭt. (Scaz.) v. affirmo.

assībĭlo. Implōrāntem ănĭmām dŏmĭnīs assībĭlăt ōrīs. St. PH. Vībrāntĕ assībĭlăt ōrĕ. Si. v. sibilo.

assĭdĕo. Assĭdĕt īndĕ Jŏvī, Jŏvĭs ēst fīdīssĭmă cūstōs. O. PH. Cāsŭs lēctō tē āffīxĭt, hăbēs quī Assĭdĕăt, fōmēntă părēt. H. Assĭdĕt aegraē. O. Tē moēstaē dĕcĕt assĭdĕrĕ mātrī. M.

assīdo. v. assideo.

assĭdŭē. Hī bēllum assĭdŭē dūcūnt cūm gēntĕ Lătīnā. V. PH. Assĭdŭē vĕnĭēbăt. V. v. semper.

assĭdŭŭs. Ipsă quŏque assĭdŭō lābūntŭr tēmpŏră mōtū. O. SY. pērpĕtŭŭs, cōntĭnŭŭs, frĕquēns, dīlĭgēns, īndĕfēssŭs, sēdŭlŭs, īndūstrĭŭs. PH. Hīc vēr assĭdŭŭm. V. Assĭdŭā pŏstēs fūlīgĭnĕ nigrī. V. Fērrĕŭs assĭdŭō cōnsūmĭtŭr ānnŭlŭs ūsū. O.

assīgno. SY. ādscrībĕrĕ, āttrĭbŭĕrĕ, ăddĕrĕ, vīndĭcārĕ. PH. Agrōs assīgnānt, ŏppĭdă cōndūnt. H.

assĭlĭo. Cūm saepe assĭlŭīt dēfēnsaē moēnĭbŭs ūrbĭs. PH. Plāntā cūrrūm prĕmĭt ātquĕ vŏlāntī Assĭlĭt ā tērgō. Si. Assĭlĭūnt flūctūs. O. Jām cērnēs vāllo assūltārĕ lĕōnĕm. Si. v. accurro, aggredior.

assĭmĭlo. Grāndĭă sī pārvīs assĭmĭlārĕ lĭcĕt. O. PH. Assĭmĭlēmquĕ sŭī lōnga assuētūdĭnĕ fēcĭt. O. Assĭmĭlāvĭt ănūm. O. Inquĕ rĕpēntīnōs cōnvīvĭă vērsă tŭmūltūs Assĭmĭlārĕ frĕtō pŏssīs. O. v. comparo, similis.

assĭmŭlo. — fōrmām assĭmŭlātă Cămērtī. V. SY. fīngĕrĕ, sĭmŭlārĕ, ĭmĭtārī, ēxcōgĭtārĕ, ēffīngĕrĕ, īnvĕnīrĕ. PH. Fīctōsquĕ tĭmōrēs Assĭmŭlăt. Si.

assīsto. SY. ădēssĕ, īntērēssĕ, ādstārĕ, aūxĭlĭārī, ŏpēm fērrĕ. PH. Pĕrērrō saepĕ fŏrūm, assīstō dīvīnīs. H. Părĭbūsque ādsīstīt

ĭn ārmīs. V. Moēstām Lătōĭdă dūrō Incūmbit assīstēns. St.

ăsso. PH. Sūbjĭcĭūnt vĕrūbūs prūnās, ĕt vīscĕră tōrrēnt. V. Dūm tūrdōs vērsăt ĭn īgnĕ. H. Pīnguĭăque īn vĕrŭbūs tōrrēbĭmŭs ēxtă cŏlūrnīs. V. v. torreo.

assŏcĭo. Dūlcĭbŭs assŏcĭās lўmphīs, mĕlĭquĕ lĭquēntī. Ser. SY. ădjūngĕrĕ, cōnjūngĕrĕ, āddĕrĕ, sŏcĭŭm dărĕ, ādjĭcĕrĕ. PH. Phoēbōquĕ Mĕlāmpŭs Assŏcĭăt grēssūs. St. Cōrnŭă sūmmīs Assŏcĭānt mālīs. Cl. v. jungo, socio.

assŏlĕt. SY. sŏlĕt, cōnsuētŭm, sŏlĭtŭm, ūsĭtātŭm ēst. v. soleo.

assŏno. — Plāngēntĭbŭs assŏnăt Echō. O. v. Echo.

assuēfăcio. Assuēfăctă mālīs mēns stŭpĕt ĭpsă sŭīs. Au. SY. dŏcērĕ, cōnsuēfăcĕrĕ, ĭn cōnsuētūdĭnĕm āddūcĕrĕ. v. assuesco.

assuēsco. Plūrĭbŭs assuēvĭt mēntēm, cōrpūsquĕ sŭpērbŭm. Ma. SY. cōnsuēscĕrĕ, sŏlērĕ. PH. Adĕo ā tĕnĕrīs assuēscĕrĕ mūltŭm ēst. V. Illĕ mănūm pătĭēns, mēnsaēque assuētŭs hĕrīlī. V. Et pătĭēns ŏpĕrūm, pārvōque assuētă jŭvēntūs. V. Tŭă cērnĕrĕ fāctă Assuēscăt. V. Vīrgĭnĭbŭs Tўrĭīs mōs ēst gēstārĕ phărētrăm. V. Fōrtĭtĕr ēdīscō trīstĭă pŏssĕ păti. O. Atque hīnc, ātque īllīnc hŭmĕrōs ăd vūlnĕră dūrăt. V. Dūrātăquĕ mūltō Sōlĕ gĕlūquĕ cŭtīs. V. Quō mōrĕ sŏlēnt. Rĭtŭs ŭt ā prīscō trādĭtŭs ēxtăt ăvō. Sēnsūmquĕ mălī dētrāxĕrăt ūsŭs. L. Nām mōrēm fēcĕrăt ūsŭs. L. Saevōquĕ gĕlū nātōs dūrāmŭs ĕt ūndīs. V. Ad mălă jām prīdēm nōn sūmŭs īllă rŭdēs. O. Indūrŭĭt ūsū Cōrpŭs. O. Sīcŭt mĕŭs ēst mōs. H. Plūrĭbŭs assuēvĭt mēntēm cōrpūsquĕ sŭpērbŭm. H. Ubĭ lībĕră cōllă Sērvĭtĭō assuērĭnt. V. Assuēscīs fātīs tāntūmquĕ dŏlōrēm Crūdēlīs mē fērrĕ dŏcēs. L. Quŏd mălĕ fērs, assuēscĕ; fĕrēs bĕnĕ; mūltă vĕtūstās Lĕnĭĕt. O. Mōllĭbŭs assuētŭs stŭdĭīs. O. Assuētās ăd scēptră mănūs. St. Hīs ĕgŏ suētŭs. V. Assuētum ā pŭĕrō. O. Assuētae rīpīs vŏlŭcrēs ĕt flūmĭnĭs ălvĕō. V. Assuētōs taūrī sāltūs, assuētă lĕōnēs Antră pĕtūnt. O. v. mos, soleo.

assuētūdo. Făc tĭbi cōnsuēscăt, nīl assuētūdĭnĕ mājŭs. O. SY. mōs, ūsŭs, cōnsuētūdo, hăbĭtŭs. EP. lōngă, făcĭlĭs, ūtĭlĭs, tĕnāx. PH. Sōlŭs ĕt, ārtĭfĭcēs quī făcĭt, ūsŭs ădēst. O.

assuētŭs. Assuētōs taūrī sāltūs, assuētă lĕōnēs, O. v. assuesco.

assūlto. v. assilio.

assūltŭs. — crēbrīs assūltĭbŭs īrrĭtŭs ērgĕ. O.

assūmo. Praesērtĭm saūtŭm, dīgnŏs assūmĕrĕ, prāvă. H. SY. căpĕrĕ, āccĭpĕrĕ, sĭbī trĭbŭĕrĕ, ărrŏgārĕ, sūscĭpĕrĕ.

assŭo. Assŭĭtŭr pānnŭs, cūm lūcĕăt ĕt ūrĕ Dĭānaē. H. SY. ānnēctĕrĕ.

assūrgo. Aĕră pĕr văcŭŭm fērri, ātque assūrgĕrĕ ĭn aūrās. V. SY. sūrgĕrĕ, cōnsūrgĕrĕ, crēscĕrĕ, ēxcrēscĕrĕ, aūgērī; cēdĕrĕ. PH. Sē tōllĕrĕ sūrsŭm. Mōllĭbŭs assūrgĭt

strigis. *Cl.* Attollit in aegrum se femur. *V.* Tollit se arrectum quadrupes. *V.* Ter sese attollens, cubitoque innixa levavit. *V.* Fluctibus et fremitu assurgens, Benace, marino. *V.* Non coeptae assurgunt turres. *V.* Caput inter nubila condit. *V.* Surgentem in cornua cervum. *V.* Septemque assurgit in ulnas. *V.* Tentanda via est, qua me quoque possim Tollere humo. *V.* Exiit ad coelum ramis felicibus arbos. *V.* Surgens caput altius effert. *V.* Ter flamma ad summum tecti sublata reluxit. *V.* Imo consurgit ad aethera fundo. *V.* — Utque viro Phoebi chorus assurrexerit omnis. *V.* Trepidusque assurgit honori Numinis. *St.* Cedentes spatiis assurgentesque videbas. *Cl.* Si juvenis vetulo non assurrexerat. *I.* v. *cedo, surgo.*

Assyria. *Eoique Arabes, dives et Assyria.* T. EP. potens, dives, ferax, odora. PH. Alba nec *Assyrio* fucatur lana veneno. *V.* Assyria signatur acu. *Cl.*

ast. SY. sed, at; atque, autem.

Asteria. *Seu nemus Asteries, seu qua Parnassia rupes.* V.

asto. *Olli caeruleus supra caput astitit imber.* V. SY. stare, adesse, praesentem esse, interesse, assistere. PH. Aedibus astabat; validi astant. Arrectis auribus asto. *V.* Ante oculos adstare jacentis. *V.* Adstabat domini mensis pulcherrimus ille. *M.* Mors ad caput adstitit. *Lr.* Finis vitae mortalibus adstat. *Lr.*

Astraea. SY. justitia. EP. aequa, sancta, inclyta, divina, coelestis, exul, profligata, extincta, Themidos nata. PH. Ultima coelestum terras Astraea reliquit. *O.* M. 1, 150. Extrema per agros Justitia excedens terris vestigia fecit. *V.* Laetatur terra reverso Numine, quod prisci post tempora perdidit auri. *Cl.* Paulatim deinde ad superos Astraea recessit. *I.* 6, 19. *Sc.* H. f. 1068. Oct. 424.

astrifer et astriger. *Torquet, et astriferas inclinat Jupiter axes.* St. — *astrigera cum conjuge Cepheus.* Cl. SY. stellifer, coelestis.

astringo. SY. stringere, constringere, ligare, coarctare, cogere. PH. Arctare nexu, firmis vinclis retinere, coercere. Laqueo vincloque tenaci Nectere. Venas adstringit hiantes. *V.* Imaque pars ceris astringitur igne solutis. *O.* Et coit astrictis Ister aquis. *O.* Adstrictos refovet complexibus artus. *L.* Balteus haud fluxos gemmis adstrinxit amictus. *L.* Hedera procera adstringitur ilex. *H.* v. *obligo, vincio.*

astrologus. *Bellus Grammaticus, bellus es astrologus.* M. SY. conjector, hariolus, Chaldaeus, vates. EP. vigil, praesagus, fatidicus, dubius, incertus, mendax, nescius, insomnis, praescius, pervigil, attentus, vigilans, verax, sagax, peritus, anceps. PH. Vulgi credulitate sequaci Utitur astrologus, magna atque horrenda minatur: Insanamque famem populantemque omnia pestem, Et bella, et quidquid bellorum insania cladis Invehit humanis iratusque numinis rebus. Distinguens circumspicit astra, Et certis signis pluviasque praedicit et aestus. Quidquid Dixerit astrologus, credent a fonte relatum Ammonis. *H.* Praesagis quo nullus amicior astris. *St.* Deprendit tacitis dominantia legibus astra. *Mn.* Fata quoque et vitas hominum suspendit ab astris. *Mn.* Cui pecudum fibrae, coeli cui sidera parent. *V.* Quae ritis et coelo Phoenicum inventa sereno, Quae sit stella homini commoda, quaeve nocens. Quae Luna ferat, quid grando, quid aestus, Aut quid sanguineo praenuntiet igne cometes. Arbiter.

astronomus. EP. vigil, pervigil, vigilans, doctus, insomnis, sedulus, peritus. PH. Coeli astrorumque peritus; qui sidera signat; coeli observator, admirator, scrutator, contemplator. Magni admirator olympi. Coeli menses et sidera signat. Oculosque sub astra tenebat. *V.* Sidera cuncta notat tacito labentia coelo. *V.* Coelique meatus Describit radio, et surgentia sidera dicet. *V.* Si modo rite memor servata remetior astra. *V.* Describit radio totum qui gentibus orbem. *V.* Omnia qui magni despexit lumina mundi, Qui stellarum ortus comperit atque obitus. *C.* Felices animos, quibus haec cognoscere primis, Inque domos superos scandere cura fuit. Admovere oculis distantia sidera terris, Aetheraque ingenio supposuere suo. *O.* Sideribus novere vias. *L.* Erroresque vagosque docet fluxusque recursusque Astrorum innumeros solerti indagine novit. *Boe.* Qua venit exoriens, qua deficit, unde coactis Cornibus in plenum menstrua Luna redit? *Boe.* Cura poli coelique volubilis. *Lr.* Signorum obitus speculamur et ortus. *V.* Quae vis animaverit astra, Impleritque choros, quo vivat machina motu. *Cl.* Nec quidquam tibi prodest Aërias tentasse domos, animoque rotundum Percurrisse polum morituro. *H.* Stellis numeros et nomina fecit. *V.* Volucri petit ardua mente, Scrutaturque sagax, quae sit sententia divum, Quid quaeque emergens latitansve oriensve cadensve Stella paret, quid quadruplici celer afferat annus Cardine, quae sulcis, quae sint stata tempora messi. *Polit.* Descr. *Cl.* ep. de magn. 4, 48.

astrum: astra. SY. Stella, sidus, signum; fax. EP. coelestia, ignea, radiantia, lucida, ardentia, nitida, pura, rutila, pulchra, micantia, rorantia, insignia, conspicua, splendida, sublimia, radiosa, fatalia, noctivaga, clara, caelivaga, perennia, vaga, splendentia, aurea, lucentia, flammigera, flammivoma, aetherea, tremula, Titania, licentia, nimbosa, errantia, lucifera. PH. Rutilo sidere fixa polo. Aethereae faces, taedae, sidereae flammae, astrorum ignes. Siderei vaga lumina mundi. Signorum lucentes undique flammae. Signorum flammeus ordo. *Mn.* Ignes aetherei. Stellae liquidam per inane micantes. Inconcussa suo volvuntur sidera lapsu. *L.* Astrorum vices. *St.* Coeli subter labentia signa. *Lr.* Labentes aetheris ignes. *Lr.* Pallentesque polo stellae. *V.* Astra tenent coe-

lestē sōlum. O. Aethĕris ignēs. Ignĕus, flammĕus astrōrum chŏrus. Caelivăgae flammae. Aethĕrei, sīdĕrei, aeterni ignēs. Noctivăgaeque făces coeli, flammaeque vŏlantēs. L. Splendentia coeli sīdĕră, nūllis ŏbscūrātă tĕnĕbris; qui coelō lūcet jūcundior ignis; coelō fulgentia; noctĕ micantia; sparsā pŏlō; trĕmŭlās vibrantia sīdĕră flammās. Noctisque ŏrientis signā. Lūcentemque glŏbum Lūnae, Tītāniăque astră. Stellāsque văgās mīrātur ĕt astră Fixă pŏlis. Sīdĕră cunctă nŏtat tăcitō lābentia coelō. Pŏlus dum sīdĕră pascet. V. — Motus. Incŏncussă suō vŏlvuntur sīdĕră lapsū. L. Obliquus quă sē signōrum vertĕrĕt ōrdŏ. V. Annus ăgit certă lūcidă signă vicē. T. Signĭfĕrō quaecunquĕ fluunt lābentia coelō. L. Stellaeque mĭnōrēs Pĕr văcuum sŏlitae noctis dēcurrĕrĕ tempus. L. Orbem pĕr duŏdēnă rĕgit sōl aurĕus, astră. V. Quaeque diurnis Aurĕă cum lūnă succēdit ignibus astră. O. Glŏbŏs dierum noctiumque praesidēs. Pr. Quae jām nōn ūnō sempĕr pĕr ĭnānē fĕruntur Ordĭnĕ, nĕc coelum transcurrunt passibus aequis. — Ortus et obitus. Ecce, Diōnaei prŏcessit Caesăris astrum. V. Daphni, quid antiquōs signōrum suspicis ortus? V. Quid vĕtat, ĕt stellās, ŭt quaeque ŏriturque cădĭtque, Dicĕrĕ? O. Astrōrum flammae rĕnŏvant ŏccāsibus ortus. Rut. Noctem dūcentibus astris. V. Suādentque cădentia sīdĕră somnōs. V. Ignĕă pontum Astră pĕtunt. L. Prīmisque cădentibus astris. V. Astră Occĭduō gurgĭtĕ mersă cădunt. Averso cēdens Cănis ŏccĭdit astrō. V. — Splendor. Quŏt in aethĕrĕ sīdĕră lūcent. O. Clāră lūcĕ cŏruscum scintillat sīdus. Nĕc sparsō lūmĭnĕ lampăs Enituit coelō. L. Tollēbant rŭtĭlās astră dĕcōră făces. Fulgĭdă ceu clāră lūmĭnă noctĕ mĭcant. Quantum praecēdit clāră mĭnōrēs lūnă făces, quantumque ăliōs prĕmit hespĕrus ignēs. Si. Vĕlŭt inter ignēs Lūnă mĭnōrēs. H. Sīdĕră coepĕrant tōtō effervescĕrĕ coelō. O. Ut cum sparsă mĭcant stellārum lūmĭnă coelō. Si. Flammaeque mĭcantēs Quae mundi fēcēre ŏcŭlōs. Mn. Signōrumque chŏrōs ăc mundi flammeă tectă. Mn. — Usus nautarum. Albă nautis Stellă rĕfulsit. H. Nĕque certă fulgent Sīdĕră nautis. H. Jam sīdĕră quaerit ŏpācae Noctis ĭter. V. Succurrunt timidis sīdĕră nāvĭbus. St. Nāvită tum stellis nŭmĕrōs ĕt nōmĭnă fēcit. V. Nunquam stantĕ pŏlō misĕrōs fallentiă nautās Sīdĕră. Dr. Nocturnă suō sīdĕrĕ vēlă rĕgit. Certă nĕc incertis affulgent sīdĕră nautis. P. v. nauta, navigo. — v. sidus, stella.

astruo. SY. constrŭĕrĕ, condĕrĕ, compōnĕrĕ. PH. Adstruit audītis vulgi păvŏr. Si. v. addo, aedifico, exstruo.

Astŭr et Astŭrĭcus. Vĕnit ăb aurĭfĕris gentibus Astur ĕquus. M. 14, 199. — Astŭricŏ răpĭdōs dē gentĕ jŭgālēs. Si. 3, 336.

astutia. SY. astus, fraus, dŏlus, technae, fallacia, callĭdĭtās, argūtiae, fraudātio, fraudŭlentia, praestīgiae. EP. versūtă, păvĭdă, fallax, callĭdă, dŏlōsă, inīquă, lătens, tăcită, căpiōsă, subdŏlă, insĭdiōsă, inŏpīnă, arcānă, dētestandă, sollers, hostīlis, fictă, Atticā. PH. Astus exŭĕ nŏtōs. Si. Astu Dēcĭpiendă fuit. Si. v. fallacia.

astūtus. Astūta ingĕnium vulpes imitată lĕōnem. H. SY. versūtus, văfer, callĭdus, cautus, dŏlōsus, argūtus, vĕtĕrātor, subdŏlus, fraudŭlentus, insĭdiōsus. v. fallax.

Astyăgēs. Dum stŭpet Astyăgēs etc. O.

Astyănax. Mittitur Astyănax illis dē turrĭbus, undĕ. O. PH. O mihi sōlă mei sŭpĕr Astyănactis ĭmāgŏ. V. Spēs Trōjae miserăeque părentis. V. Et ăvō puĕrum Astyănactă trăhēbat. V. Partem ruentis ultimam Trōjae vident. Se. Descr. O. M. 13, 415 sqq. V. A. 3, 489 sqq.

Astydămia. Passa est Hercŭlĕās Astydămiă mănūs. An.

Astypălaea. Cinctăque piscōsis Astypălaeă vădis. O.

Asylās. — dīvumque interpres Asylās. O.

asylum. Et jam porticibus văcuis, Jūnōnis ăsylō. V. SY. perfŭgium, prŏfŭgium, rĕfŭgium. EP. infāmĕ, sacrum, tūtum, sēcūrum, fēlix, optābĭlĕ, optātum, quaesītum, quiētum, tranquillum. PH. Quō vĕlut ăd tūtum confūgĕrat hostis ăsylum. C. Hinc lūcum, quem Rōmŭlus ācer ăsylum Rĕtŭlit. V. Huc tandem concēde, haec ără tuēbĭtur omnēs. V. v. perfugium.

ăt. Dixit; ăt illă fŭrens ācrique incensă dŏlōrĕ. V. SY. ast, sĕd, vērum, autem, vērō, attămen, vēruntămen. Conjung. at vero, at enim, at etiam. Post quamvis pro tamen.

Atăcīnus. — expertō frustrā Varrōne Atăcīnō. H.

Atălanta, 1) Hippomenis uxor. Nil ŏpŭs est, Atălantă, tĭbi: fŭgĕ conjŭgis ūsum. O. M. 10, 565. EP. Schoenēiă, Schoenēis, virgo, puellă; pernix, cĭtă, vēlox, fŭgax. PH. Emĭcuit pernix pŏpŭlō trĕpĭdantĕ virāgo, Ut tŭlit Hippŏmĕnēs Schoenēidă praemĭă cursus. 2) Meleagri ux. O. M. 8, 317. EP. Nōnăcriă, fŭgax, Călydōniă, Mĕleăgriă, Iăsis, Tĕgĕaeă, Maenăliă. PH. Vēnātrix Arcădică, Parrhăsiă virgo.

Ataulphus. — rex Ataulphĕ, jăces. Anth.

ătăvus. Turnus ăvis ătăvisquĕ pŏtens, quem rēgiă conjux. V. v. avus.

Atăx. Mĭtis Atăx gaudet Latiās nōn ferrĕ cărīnās. L. Smyrnă căvās Atăcis pĕnĭtus, etc. C.

Atellă. Jamque Atellă suās etc. Si. — rīsum mŏvet Atellānae. I.

āter. Călcŭlus immittem dēmittĭtur āter in urnam. O. — ātri vellĕris agnam. V. PH. Mōs ĕrat antīquis nĭvĕis ātrisque lăpillis, His damnārĕ rĕōs, illōs absolvĕrĕ culpā. O. Horrentique ātrum nĕmus imminet umbrā. V. Pontō nox incŭbat ātrā. V. Spēluncis abdĭdit ātris. V. Noctēs atque diēs pătet ātri jānuă Dītis. V. Aăris immānis hiātibus hydră. V. Tempestās ātrăm Dēsinit in piscem mŭlier formōsă sŭpernē. H. Post ĕquitem sĕdet ātră cūra. H. Abstulit ātră diēs ĕt fū-

nere mitit acerbo. *V.* Albus an ater. *H. v. niger.*

Atestinus. *Egit Atestinus causas etc.* M.

Athaman. *Dispersus silvis Athaman et nomine prisco.* L. — *suus Athamantia fraudes.* Grat. *Admotis Athamanis aquis* etc. O.

Athamas, mantis. *Hic agitur furiis Athamas et imagine falsa.* O. M. 4, 467. — *Athamantia superbum.* O. EP. infelix, torvus, cruentus, insanus, ferox, furens, saevus. PH. Et frustra pecudem quaeras Athamantidos Helles. *O.* Inosque sinus Athamanteosque pererrant. *O.* Athamantiadesque Palaemon. *O. v. Helle.*

Athenae. *Quid Pandioniae restat, nisi nomen, Athenae?* O. EP. clarae, bonae, Palladiae, Cecropiae, Mopsopiae, Theseae, Pandioniae, doctae, sublimes, illustres, veteres, Grajae, celebres, altiloquae, antiquae, florentes, Erechtheae, fertiles, Actaeae. PH. Musarum urbs, nutrix, domus; urbs studii clarissima, altera Roma, Palladis, Tritonidos arces. Cecropii portus; artibus illustres; urbs addicta Minervae. Dictae a Pallade terrae. Gloria Graecorum; arces, queis Pallas praesidet. Armigerae rident Tritonidos arces. *Pet.* Adjecere bonae paulo plus artis Athenae. *H.* Sic male sublimes fregit Spartanus Athenas. *Cl.* Claraeque situ populoque frequentes. Est et Athenaeis in montibus, arcis in ipso. *Lr.* Gloria Athenaei cognita sede loci. *Au.*

Athenaeus. *Ducit Athenaeus* etc. An. SY. Cecropius, Pandionius, Palladius. *v. Atheniensis.*

Athenaeum. *v. academia, schola.*

Athenagoras. *Uxorem postquam duxit Athenagoras.* M.

Atheniensis. *Atheniensis dicit Euctemon item.* (iamb.) Av. SY. Cecropides, Theseidae. PH. Cecropii, Attici, Erechthei, Erechthidae, Mopsopii, Actaei. EP. fortes, generosi, docti, leves, facundi, loquaces, mendaces. *v. Atticus, Athenae.*

Athesis. *Sive Padi ripis, Athesim seu propter amoenum.* V. EP. amoenus, velox, caeruleus, limpidus, vitreus, cruentus, fremens. PH. Limpidus hanc Athesis percurrens dividit urbem. Tum Verona Athesi circumflua. *Si.* Athesis praecipitatus abit, Alpinasque replet stridenti murmure valles. *Fiedl.*

athleta. *Nunc athletarum studiis, nunc arsit equorum.* H. — *spectatur athletes.* St. SY. pugil, luctator, gladiator, lanista, mirmillo, retiarius, secutor, bestiarius. EP. gymnicus, levis, intrepidus, lacertosus, nervosus, magnanimus, potens, unctus, audax, robustus, ferus, saevus, immitis, horrendus, sanguineus, rapidus, cruentus, ferox, atrox, imperterritus. PH. Potens athleta lacertis, acer in hostem. *v. palaestra.*

Athos *et* Athon. *Quantus Athos, aut quantus Eryx* etc. V. *Utque ajunt montes Aetnae omnes, asperi Athones.* Lu. EP. vastus, Aemonius, praeruptus, salebrosus, gelidus, magnus, excelsus, sublimis. PH. Creditur olim velificatus Athos. *I.* Quot lepores in Atho. *O.* Nivibusque profundum Scandebat cristatus Athon. *Cl.* Quum Medi peperere novum mare, cumque juventus Per medium classi barbara venit Athon. *C.*

Atilius. — *Paulus, Atili.* M.

Atina. *Tela novant Atina potens* etc. V.

Atius. — *genus unde Atii duxere Latini.* V.

Atlantiades. *Venit Atlantiades positis caducifer alis.* O. PH. Mensis Atlantigenae. *Anth.* Atlantidos antra Calypsus. *P.* Circen Atlantiademque Calypso. *An.*

Atlanticus. *Et subit Aetolos Atlanticus accola campos.* Si. PH. Qualis Atlantiaco memoratur litore quondam. *Si.* Atlantia regna. *Si.* Gurgite Atlanteo. *St.* Anno revisens aequor Atlanticum. *H.* Septos Atlantide silva. *L.*

Atlantides. *Solis et adversas metuant Atlantides ortus.* Co. PH. Atlantiadum rubefecerat ora sororum. *Si. v. Pleiades.*

Atlas. *Quantus erat mons factus Atlas* etc. O. *Id metuens solidis pomaria clauserat Atlas.* O. EP. caelifer, validus, fortis, Libycus, arduus, pruinosus, gelidus, Maurusius, pinifer, sublimis, astrifer, stellifer, durus, asper, occiduus, nubifer, magnus, Maurus, Caspius, altus, ferreus, Poenus, longaevus, olympifer, nemorosus. PH. Humeris caelum qui sustinet. Tangens vertice caelum. Caput inter nubila condens, aeriis qui ferit astra jugis. Humeris qui sustinet astra. Humeros oneratus olympo. *O.* Astrorum pondere pressus, fessos excipit axes. Atlas subducto tracturus vertice caelum. Jamque volans apicem et latera ardua cernit Atlantis duri, coelum qui vertice fulcit. *V.* Stellifer Atlas Axem humero torquet stellis ardentibus aptum. *V.* Tempus, Atla, veniet, tua quo spoliabitur auro Arbor. *O.* Hesperiam Calpen summumque implevit Atlanta. *L.* Mercuri, facunde nepos Atlantis. *H.* Aethereos humero qui sustinet orbes. Aethereum qui fert cervicibus axem. *V.* Omne Cum tot sideribus coelum requievit in illo. *O.* Astriferumque domos Atlanta supernas Ferre laborantem. *St.* Astra gerens Libycus senior. Atlas, en, ipse laborat, Vixque suis humeris ardentem sustinet axem. *O.* Descr. *V.* A. 4, 247. *O.* M. 4, 627 sqq.

atomus. *Parvarum serie constant connexa atomorum.* An. EP. levis, volitans, parva, tenuis, subtilis.

atque. *Atque Deos, atque astra vocat crudelia mater.* V. Bis, ter repetitur. SY. ac, et, que, nec non.

atqui. *Invertisse graves, atqui non Massica Bacchi.* V. — *atqui licet esse beatis.* H. SY. sed, at, etenim, ast, verum, quin etiam, nunc, jam vero.

Atracis. *Atracis Haemonios* etc. O. *Atracia rubet arte* etc. St.

atramentum. *Atramenta fere scriptores carmine foedo.* H. SY. sepia, succus ater.

EP. nigrum, splendens. PH. Nigra quod infusa vanescat sepia lympha. *Pe.*

Atrebates. *Atrebatum terras pervaserat* etc. *Sid.*

Atreus *et* Atreus.—*Idem Pelopeius Atreus.* O. SY. Tantalides, Thyestae frater, Pelopeius heros. EP. ferus, dirus, nefarius, barbarus, immanis, truculentus, perfidus, atrox, sanguineus, subdolus, insidiosus, inhumanus, horrendus, cruentus, crudus, furens, ferox. PH. Cujus Solis equi stupuerunt facta rubentes. Ob cujus crimen converso tramite Phoebus, Ne sua tam turpi praeberet lumina facto, Flexit iter. Aut humana palam coquat exta nefarius Atreus. *H.* Aversumque diem mensis furialibus Atrei. *O.* Dignum est Thyeste facinus et dignum Atreo. *Se.* Neve Thyestea cumulemus viscera mensis. *O.* Atrei si quid tibi sanguinis unquam. *St.*

Atrides, ae. — *Trojae populator Atrides,* O. *Et gemini Atridae* etc. V. EP. geminus, fortis, magnanimus, generosus, clarus, gravis. PH. Argivum lumen. Trojae populator. *O.* Graecorum gloria quondam. Arsit Atrides medio in triumpho Virgine rapta. *H.* Dardanio gavisus Atrida triumpho. *P.* Non minor Atrides, non bello major et aevo. *O.* Magno mercentur Atridae. *V.* Et gemini Atridae Pelopeaque exercitus omnis. *V.*

Atrium. *Porticibus longis fugit et vacua atria lustrat.* V. SY. porticus, vestibulum, limen. EP. aeratum, marmoreum, pulchrum, fulgidum, sublime, nobile, latum, spatiosum, magnificum, nitidum, eximium, praeclarum, nitens. PH. Atria servantem postico falle clientem. *H.* Atria nobilium valvis celebrantur apertis. *O.* Apparet domus intus, et atria longa patescunt. *V.* Tota licet veteres exornent undique cerae Atria. *I.* Vidimus ornatos erecta per atria vultus. *O.* Atria cingit ebur. *O.* Reseratis aurea valvis Atria tota patent. *O.* Atria purpureis effulta columnis. *Cl.* Atria coeli. *St.*

Atropateni. — *sunt illic Atropateni.* Av.

Atropos. *Atropos et Lachesis jungebant stamina dictis.* Cl. PH. Hos ferrea neverat annos Atropos. *St.* At nutu funesta suo mea stamina rumpit Atropos. Dura mihi rapit Atropos annos. *St.* At non et stamina differt Atropos, atque omnis scribitur hora tibi. *M.* Manu scidit Atropos annos. *St.* Et semper de tribus una secat. *M. v. Parca.*

atrox. *Ecce, inimicus atrox magno stridore per auras.* V. *Hic atrox virtus* etc. *Si.* SY. dirus, crudelis, immitis, barbarus, inhumanus, ferox, asper, trux, truculentus, acer, ferus, torvus, severus. PH. Praeter atrocem animum Catonis. *H.* Atrox illa fides. *St.* Promittunt atrocem animum. *I.* Luctus atrox. *St.* Lux atrox micat. *Si.* Semper atrox dextra perjuroque ense superbus Annibal. *Si.* Flagrantis atrox hora Caniculae. *H.* Odiumque Exercebat atrox. *O.* An ultra majus aut atrocius Natura recipit? *Se.*

attigen *et* attagena. *Non Attagen Ionicus.* (iamb.) H.

Attalus. — *caussas agis, Attale, belle.* M. *Nec fit in Attalico mors mea nixa toro.* P. SY. splendidus, superbus, pretiosus, magnificus, Pergameus. PH. Nec Attali Ignotus haeres regiam occupavi. *H.* Porticus aulaeis nobilis Attalicis. *P.* Attalicis conditionibus. *H.*

attamen. *Nil bene cum facias, facis attamen omnia belle.* M. *v. tamen.*

attendo. SY. intendere, audire, advertere, auscultare. PH. Animum arrigere, aures offerre, adhibere, sensibus imis reponere. Pendere narrantis ab ore. Accipere docili mente. Voces percipere mente. Dictis adhibere, advertere mentem. Vocibus aures accommodare, praebere, mentem adjicere. Paucis, advertite, docebo. *V.* Quod si quis monitis tardas adverterit aures. Corda parumper Huc advertite libens. *V.* Accipite ergo animis, atque haec mea figite dicta. Nostram nunc accipe mentem. Si nostris praebere vocat tibi cantibus aures. Incipe, suspensis auribus ista bibam. His animum arrecti dictis, arrectis auribus, adstant. *V.* Conticuere omnes, intentique ora tenebant. *V.* Narrantis conjux pendet ab ore viri. Quae dicam, animis advertite vestris. *V.* Tu te attentum dictis praebere memento. Alio mentes, alio divisimus aures. *C.* Favete linguis, carmina non prius Audita virginibus puerisque canto. *H.* Saecula Romanos nunquam tacitura labores Attendunt. *L.* Verba per attentam non ibant Caesaris aurem. *H.* Obtutu defixus in uno. *V.* Obtutu intentus perstat. *Si.* Durus nimis attentusque videris. *H.* Nimium ad rem in senecta attenti sumus. *Te. v. audio, ausculto.*

attento. SY. tentare, aggredi, tangere, explorare. PH. Attentare dapes. *Si.* Digitisque attentat mollibus arcum. *Cl.* Tum precibus, tum me lacrimis et supplice dextra Attentare veto. *Va.*

attenuo. *Attenuant juvenum vigilatae corpora noctes.* O. SY. tenuare, extenuare, imminuere, deminuere. PH. Insignem attenuat deus. *H.*

attero. — *surgentes atterat herbas.* V. SY. terere, proterere, conterere, calcare, conculcare, proculcare. PH. Leniter atterens caudam Cerberus. *H.* Num gravis imbelles atterit hasta manus? *P.* Aut opere insuetas attrivisse manus. *T.* Hoc plus splendescet, quo magis atteritur. *P.*

attexo. SY. addere, adjungere, annectere, applicare.

Atthis. — *sive Atthide terra.* Ge.

Attica. *Sic venit ad portus, Attica terra, tuos.* O. SY. Atthis, Acte, Cecropia. PH. Finibus Atticis Reddas. *H. v. Athenae.*

Atticus. *Attica puppis adest* etc. O. SY. Cecropius, Actaeus, Atheniensis. PH. Melle, quod in ceris Attica ponit apis. *O.* Ut Attica virgo, Cum sacris Cereris. *H.* Attica lingua Suffecit culti vocibus eloquii. *Au.* Lepore tinctos Attico sales narras. *M.* Si vis Auribus Atticis probari. *M.* Romanus fuit Attico in lepore. *Sid.* Attice, facundae re-

Aōvās quī nōmĭnă gentis. *M.* Quum trīstem sērvĭtūtem flērent Attĭcī. *Ph. v. Atheniensis.*

āttĭgŭŭs. *Gūrgĭtĭs āttĭgŭŭm mĕdĭŭs hĕc īmpĭgra ĭn ărvīs.* Au.

Āttĭlă et Ātĭlă. — *tērrĭfĭcĭs dĭffūdĕrăt Āttĭlă tūrmĭs.* Sid. *Tărtărĕăs Ātĭlăm flămmās tōrvo ōrĕ vōmēntēm.* Ma. PH. Quī dĕī flăgĕllūm nōmĕn īndĭdĭt sĭbī.

Āttĭlĭŭs. *Cōnjŭgĭs īnfēlĭx Āttĭlĭī cūră mărĭtī. M.*

āttĭnĕt. *Cērvīcĕ tīngĕt, tĕ nĭhĭl āttĭnĕt.* (Alc.) H. SY. pērtĭnĕt, spēctăt. PH. Tănquam ăd rem āttĭnĕăt quĭdquăm. *H.* Sĕd quĭd praedīcĕrĕ poenăm Āttĭnĕt? *O.*

āttĭngo. — *nĕc grāmĭnĭs āttĭgĭt hērbăm.* V. SY. tāngĕrĕ, pērtīngĕrĕ, vĕnīrĕ, āccēdĕrĕ; brĕvĭtĕr, paucīs dīcĕrĕ, cōmplēctī. PH. Quōs dŏlŏr āttĭgĭt īdĕm. *O.* Hāc ărtĕ Pŏllūx ĕt văgŭs Hērcŭlēs Ēnīsŭs ārcēs āttĭgĭt īgnĕās. *H.* Vōx āttĭgĭt aurēs. *Va. v. assequor.*

Āttĭs. — *Cўbĕlēĭŭs Āttĭs.* O. M. 10, 104. *O.* F. 4, 223. EP. Cўbĕlēĭŭs, Bērĕcўnthĭŭs, Phrўx, sēmĭvĭr, pŭlchĕr, rŏsĕŭs, cāndĭdŭs.

Āttĭŭs. *Aūfert Păcŭvĭŭs dōctī fāmăm sĕnĭs, Āttĭŭs āltī.* H.

āttōllo. *Trānquīllō sĭlĕt, īmmōtāque āttōllĭtŭr ūndă.* V. SY. ērĭgĕrĕ, ēvĕhĕrĕ, ēffērrĕ, tōllĕrĕ, fērrĕ, ēlĕvārĕ, sŭblĕvārĕ, sūffērrĕ. PH. Vīx ŏcŭlōs āttōllĭt hŭmō. *O.* Āttōllĕrĕ lūmĭnă cŏelō. *O.* Āttōllĭtque ănĭmōs. *V.* Frāngĭt ĕt āttōllĭt vīrēs ĭn mīlĭtĕ caūsă. *H.* Mōllĭă crūră sŭpērbī Āttōllēns grēssūs. *Si.* Āttōllĭt sĕ dīvă Lăcīnĭă cōntră. *V.*

āttōndĕo. PH. Dūm tĕnĕra āttāndĕnt sīmaē vīrgūltă căpēllaē. *V.* Bēllĭgĕr āttōnsĭs sŏnĭpēs dēfĕssŭs ĭn ārvīs. *L. v. tondeo.*

āttŏnĭtŭs. *Gūttă pĕr āttŏnĭtās ībăt ŏbērtă gĕnās.* O. PH. Āttŏnĭtīs haesēre ănĭmīs. *V.* Ētĭam āttŏnĭtă laūdēs tĭbĭ mēntĕ cănēbăm. *T.* Tālĭbŭs āttŏnĭtŭs vīsīs ăc vōcĕ dĕōrŭm. *V. v. obstupefactus, territus.*

āttŏno. *Nūmĭnĕ cōntāctās āttŏnŭērĕ sŭō.* O. SY. tērrērĕ, pērtērrērĕ, tērrōrem īnjĭcĕrĕ, mŏvērĕ, āttŏnĭtŭm rēddĕrĕ.

āttrăho. *Āttrăhĭte hūnc vīnctŭm etc.* O. SY. āllĭcĕrĕ, trăhĕrĕ. PH. Āttrăhĕt īllĕ pŭĕr cōntēntōs fōrtĭŭs ārcŭs. *O.* Āttrăhĕ lōră Fōrtĭŭs. *O.* Dīscĭpŭlōs āttrăhĕt īllĕ nŏvōs. *O.* Āttrāctŭs ăb āltō spīrĭtŭs. *O.*

āttrēcto. SY. trāctārĕ, pălpārĕ.

āttrĭbŭo. *Ōmnĭbŭs āttrĭbŭĭt etc.* Lr. SY. trĭbŭĕrĕ, āssĭgnārĕ, āddīcĕrĕ, āscrībĕrĕ, cōncēdĕrĕ.

āttrītŭs. *Ēt grăvĭs āttrītā pēndēbăt cāntharŭs ānsā.* V. PH. Sūlco āttrītŭs splēndēscĕrĕ vōmĕr. *V.* Sīc dūctŏr fēssōs lūxu āttrītōsquĕ sĕcūndīs Exĕrĭt. *Si.*

Ātŭr. — *mīlĭtĕ vīctŭs Ātŭr.* T. *Tārbēllĭcŭs ībăt Ātŭrŭs.* Au. *Quī tĕnĕt ĕt rĭpās Ātŭrĭs* etc. *L.*

Ātўs. *Ērĭt Īndŭs Ātўs, quēm flŭmĭnĕ Găngĕ.* O. M. 5, 47.

Ăvărēs. — *Ēn Ăvărēs Frăncīque etc.* Coripp.

ăvārĭtĭă. *Fērvĕt ăvārĭtĭā mĭsĕrāquĕ cŭpīdĭnĕ pēctŭs.* H. *Dēnĭque ăvārĭtĭēs ĕt hŏnōrŭm coecă cŭpīdŏ.* L. EP. cŭpīdă, crŭēntă, hĭāns, răpĭdă, trīstĭs, sōllĭcĭtă, tūrpĭs, vīlĭs, foedă, īnēxplētă, sĭtĭbūndă, ārdēns, mĭsĕră, lānguĭdă, răbĭdă, īndĭgă, īnsōmnĭs, coecă, fŭrēns, īrrĕquĭētă, vĭgĭl, pērvĭgĭl, răpāx, pārcă, ĕgēnă, saevă, trūx, fĕrōx, vēsānă, mălĕsānă, fŭrĭōsă, prŏfūndă. PH. Ămŏr scĕlĕrātŭs hăbēndī, saevă lĭbīdo. Ŏpŭm fŭrĭōsă cŭpīdo. Nūmōrŭm, aūrī sĭtĭs, cŭpīdo. Aūrī săcră, īmpĕrĭōsă fămēs, ămŏr īmmŏdĕrātŭs, vēsānŭs hăbēndī. Tūrpĭs ămŏr nūmī; fŭrŏr ēxĭtĭālĭs hăbēndī. Aūrī caecŭs ămŏr. Saevă cŭpīdŏ Īndŏmĭtī cēnsŭs. *I.* Quĭsquĭs măgnī cēnsŭs praecēpĭt ămōrĕm. *I.* Trīstĭs ăvārĭtĭaē răbĭēs. Aūrī vēsānă cŭpīdŏ; ŏpŭm dīră fămēs. Vīlĭs ăvārĭtĭa, ēt nūmōrŭm foedă lĭbīdŏ. Pērgĭt īnēxplētaē pāllŏr ăvārĭtĭaē. Quĭd nōn mōrtālĭă pēctŏră cōgĭs, Aūrī săcră fămēs? *V.* Crēscĭt ămŏr nūmī, quāntum īpsă pĕcūnĭă crēscĭt. *I.* Mōrtēmquĕ tĭmērĕ Aūrī nēscĭt ămŏr. Ērgŏ sōllĭcĭtaē tū caūssă, pĕcūnĭă, vītaē ēs; Pēr te īmmātūrŭm mōrtĭs ădīmŭs ĭtēr? Īnsātĭābĭlĕ mōnstrŭm, Ōrcŭs Ăvārĭtĭām Stўgĭīs ēmīsĭt ăb āntrīs, Gērmănam Hārpўĭs; făcĭēs īncūltă sĭtūquĕ Trīstĭs, hĭānt rīctŭs, tĕtrĭcĭs frōns āspĕră rūgīs; Ōră fămĕ pāllēnt, cōrpŭs mĭsĕrābĭlĕ cūraē Āttĕnŭānt, vīrŭs prōmtam ĭn pērjūrĭă līnguăm Īnfĭcĭt, ēt trĕpĭdam ĕxĕrcēnt īnsōmnĭă mēntĕm. *G. Buchan.* Prōdĭgă nām vītaē sĭtĭs īnsātĭābĭlĭs aūrī. Lūgĕt Ăvārĭtĭēs Stўgĭīs īmnēxă cătēnīs. *Cl.* Crēvērŭnt ēt ŏpēs ēt ŏpŭm fŭrĭōsă cŭpīdŏ, Ēt quūm pōssĭdĕānt plūrĭmă, plūră vŏlūnt. *O.* Crēscēbăt scĕlĕrātă sĭtĭs, praedaĕquĕ rĕcēntĭs Īncēstŭs flăgrābăt ămŏr, nūllūsquĕ pĕtēndī Cōgēndīquĕ pŭdŏr. *Cl.* Nēc ĕnīm mĕ dīvĭtĭs aūrī Īmpĕrĭōsă fămēs ēt hăbēndī saevă cŭpīdŏ Īmpŭlĕrānt. Praecĭpĭtānt ănĭmās ĭn ăpērtă pĕrīcŭlă vīlēs, Aūspĭce ăvārĭtĭă. *I.* Aūrō pūlsă fĭdēs, aūrō vēnālĭă jūră, Aūrŭm lēx sĕquĭtŭr, mōx sĭnĕ lēgĕ pŭdŏr. *O.* Sĕd saevĭŏr īgnĭbŭs Aētnaē, Fērvēns ămŏr ārdĕt hăbēndī. *Boe.* Gūrgēs ăvārĭtĭaē, quĕm fīnĭs nūllŭs hăbēndī Tēmpĕrăt, āggēstĭs āddēntĕm vōtă tălēntĭs. *Pr. v. avarus.*

ăvārŭs. *Sēmpĕr ăvārŭs ĕgĕt; cērtŭm vōtō pĕtĕ fīnĕm.* H. Descr. *O.* F. 1, 193 sqq. *O.* M. 11, 100 sqq. *H.* O. 2. 16. 3, 1, 16. *T.* 3, 3. Comp. c. *Tantalo* *O.* Am. 3, 7, 51. c. *hydropico* *O.* F. 1, 6. SY. pārcŭs, tĕnāx, sōrdĭdŭs. EP. mēndīcŭs, paūpĕr, vĭgĭl, tūrpĭs, sōrdĭdŭs, sōllĭcĭtŭs, īnsātĭābĭlĭs, cŭpīdŭs, mĭsĕr, īnfēlīx, lānguĭdŭs, īnfāmĭs, dīvĕs, răbĭdŭs, sĭtĭbūndŭs, ĕgēnŭs, ĕgēns, trīstĭs, īnēxplētŭs, mĭsĕrāndŭs, pāllĭdŭs, ārdēns, cūnctāns, căllĭdŭs. PH. Grājī, praetĕr laūdĕm, nūllĭŭs ăvārī. *H.* Āddūnt ăvārō Dīvĭtĭās mărī. *H.* Quĭs mĕtŭs aūt pŭdŏr ēst ūnquăm prŏpĕrāntĭs ăvārī? *I.* Vīvĕrĕt ĭn tērrīs tĕ sī quĭs ăvārĭŏr ūnō. *H.* Sēmpĕr ĭn aūgēndā fēstīnăt ēt ŏbrŭĭtŭr rĕ. *H.* Cōngēstĭs ūndĭquĕ săccīs Īndŏrmīs īnhĭāns. *H.* Ārgēntī pāllĕt ămōrĕ. *H.* Hīc nūllō fīnĕ bĕātŭs Cōmpōnĭt ŏpēs, gāzīs īnhĭāns, Ēt cōngēstō paūpĕr ĭn aūro ēst. *Se.* Nōn īmplērūnt cŭpĭēntēs

omnia mentes, Quidquid fodit Iber, quidquid Tagus expulit auri. *L.* Amore senescit habendi. *Pr.* Sitiens patulis rimatur faucibus aurum. *Cl.* Quid juvat, immensum te argenti pondus et auri Furtim defossa timidum deponere terra? *H.* Auri quem dira cupido Sollicitat. Qui numos numinis instar habet. Inter opes mendicus opum. Cui pectus fervet avaritia. *H.* Noctes atque dies fervens amor urget habendi. Auri inflammatus amore. Qui amore senescit, tabescit habendi. Turpis avarus Quaerit, et inventis miser abstinet, ac timet uti. *H.* Congesto pauper in auro. Semper inops, quicunque cupit. *Cl.* Lucrique cupidine fervens, Immoriens lucris, cumulandi ardore senescens. Amor cui semper crescit habendi. Condit avarus opes, defossoque incubat auro. *V.* Non Tartessiacis illum satiaret arenis Tempestas pretiosa Tagi, non stagna rubentis Aurea Pactoli; totumque exhauserit Hermum: Ardebit majore siti. *Cl.* Parcum genus est patiensque laborum, Quaesitique tenax, et quod quaesita reservet. Est Scylla, est Charybda, est Orcus insatiabilis. Quem vesana cupido auri stimulat; inhians opibus; inter opes inops. *v. avaritia.*

aucеps. *Non avis aucupibus monstrat, qua parte petatur.* O. EP. callidus, versutus, insidiator, insidiosus, fallax, vigil, vigilans, pellax, astutus, promtus, sollers, dolosus, abditus, pervigil, animosus, avidus, impiger, properus, subdolus, insomnis. PH. Aucupii doctus, peritus. Fallaces tendens laqueos. Volucres fallens laqueis, viscoque tenaci. *Sant.* Qui cantu deludit aves. Qui fictae volucres deludit imagine vocis. *Vid.* Captat aves lino. Laqueis, quos callidus abdidit auceps. *O.* Praedo fuit volucrum. *M. v. aucupor.*

auctor. *Optime, tu proprii nominis auctor eris.* O. SY. suasor, impulsor, hortator; doctor, magister; caput, princeps, dux; nuntius; conditor. PH. Iliacae primus pater urbis et auctor. *V.* Et Trojae Cynthius auctor. *V.* Generis nec Dardanus auctor. *V.* At si quis vestrae deus esset originis auctor. *O.* Auctorem frugum tempestatumque potentem. *V.* Tulitque Muneris auctor opem. *O.* Obsunt auctoribus artes. *O.* Graecis intacti carminis auctor. *H.* Ille tuae felix Aeneidos auctor. *O.* Corrumpunt vitiorum exempla domestica, magnis Quum subeunt animos auctoribus. *I.* Habes auctorem, quo facias hoc. *H.* Consiliis habitus non futilis auctor. *V.* Auctor ego audendi. *V.* Nec jam fama mali tanti, sed certior auctor Advolat Aeneas. *V.* Certa feram certis auctoribus. *Pr.*

auctoritas. SY. pondus, momentum, vis; potestas, imperium; fides, nomen. PH. Senior cui plurima dictis Consiliisque fides. *Cl.* Quis regit ipse suam, nisi per tua pondera, mentem? *O.*

auctoro. *Auctoratus eas, an turpi clausus in arca.* H.

auctus. SY amplior, major. *v. augeo.*

aucupium. *Faunus plumoso sum Deus aucupio.* P. SY. avium venatio. EP. subtile, dolosum, fallax, astutum. *v. aucupor.*

aucupor. *Aucupor infelix incertae murmuris famae.* O. PH. Aves captare, illaqueare. Venatu aves sequi, agitare, insidias avibus ponere, moliri; aves laqueo, pedicis, calamo, amite, visco, lino capere. Volucres nodosis plagis decipere; avibus retia, laqueos tendere. Gruibus pedicas, et retia ponere cervis. *V.* Illa dolis, viscoque super correpta sequaci, Nexibus haerentes piceis frustra admovet alas. Retia cum pedicis laqueosque artesque dolosas Tollite, nec volucres viscata fallite virga. *O.* Alite capta Aut lino aut calamis praemia parva sequi. *O.* Nunc volucrem laqueo, nunc piscem ducitis hamo. *O.* Aut amite laevi rana tendit retia, Turdis edacibus dolos; Pavidumque leporem et advenam gruem Jucunda captat praemia. *H.* Haec laqueo volucres, haec captat arundine pisces. *T.* Descr. *Si.* 7, 674 sqq. *v. auceps.*

audacia. *Quodsi deficiant vires, audacia certe Laus erit.* P. SY. impatiens, indocilis animus; ingentes, audaces animi; ardor animi, virtus accensa, temeritas. EP. praesens, valida, praeceps, pugnax, fera, insolens, incauta, ferox, petulans, perdita, fidens, fortis, caeca, furens, furibunda, temeraria, insana, demens, terribilis, secura, malesana, horrenda, intrepida, crudelis, ardens, accensa, Martia, bellica, mascula, rapida, trux, metuenda. PH. Nulla meos traxit petulans audacia sensus. *Cl.* Nec caeca meas audacia vires Fallat. Ast ubi paulatim praeceps audacia crevit, Cordaque languentem dedidicere metum. *Cl.* In audaces non est audacia tuta. *O.* Si verbis audacia detur. In vultu est audacia mista pudori. *O.* Ruendi In ferrum mens prona viris. *L.* In primis titubans audacia furtis. *Cl.* Ingenium velox, audacia perdita. *I.* Menti timor atque audacia gliscit. *St. v. audeo.*

audax. *Audaces fortuna juvat* etc. V. SY. interritus, imperterritus, intrepidus, impavidus, audens, generosus, fortis; temerarius, inconsultus, animi praeceps. PH. Terroris expers. Terrore carens. Timere nescius. Fidens animi, animo fortis. *C.* Quem nullus urget metus. Qui metum pectore excussit, ejecit. Audax omnia perpeti. *H.* Pugnantes animis audacibus implent. *V.* Ingentes animos angusto in corpore versant. Minime anxius tremensque. Hostibus haud tergo, sed forti pectore notus. Impiger ad letum. *L.* Prodigus vitae. Spernax mortis. *Si.* Audacem reddere, animum ministrare, addere ardorem mentibus, accendere, jubere animum sumere. Audacibus annue coeptis. *V.* Audacem fecerat ipse timor. *O.* Casus audax spondere secundos. *L* Forsitan audacter faciam. *O.* Spectatus fortibus ausis. *Si.* Furit audacissimus omni De numero Lycabas. *O. v. audeo, fortis, generosus.*

audeo. SY. audax sum, non timere, sum

intrepidus; non dubitare; confidere. PH. Audendum est, fortes adjuvat ipse Deus. T. Tu ne cede malis, sed contra audentior ito. V. Audentes fortuna juvat. V. Pro te vel solus denis obsistere turmis. Quis te, juvenum confidentissime, nostras Jussit adire domos? V. Tantane vos generis tenuit fiducia vestri? Quod si deficiunt vires, audacia certe Laus erit; in magnis et voluisse sat est. P. Audendum dextra, nunc ipsa vocat res. V. Majoraque viribus audent. V. Primus et ire viam et fluvios tentare minaces Audet, et ignoto sese committere ponto. V. Quos ubi confertos audere in proelia vidi. V. Audendi pronior. Cl. Non ego mendosos ausim defendere mores. O. Ausus eram, memini, coelestia dicere bella. O.

audio. *Et vincet annales nostrorum audire laborum.* V. — *flatumque audivit equorum.* V. SY. auscultare; intelligere, capere, concipere. PH. Auribus captare. Bibere dicta avida, cupida aure, auribus condere, demittere in aures. Aure sonos, sonitum haurire, percipere, accipere, capere. Sonus ad aures fertur, venit, pervenit. Sonus, vox aures pulsat, penetrat, occupat, verberat. Vox reddita fertur ad aures. V. Vox auribus instrepit, increpuit. Cum gravior mihi nuntius aures Verberat. Praebere vocibus aurem, auribus aera captat. Iterum maternas impulit aures Luctus Aristaei. Pendet narrantis ab ore. Veras audire et reddere voces. V. Penetratque cavas vox omnis ad aures. O. Nostram nunc accipe mentem. V. Semper ad aures Tardius adveniunt. Lr. Verba refers aures non pervenientia nostras. O. — *Audire attente.* PH. Ne te morer, audi, Quo rem deducam. H. Constitit Aeneas sonitumque exterritus hausit. V. Vocemque his auribus hausi. V. Explorat ventos atque auribus aera captat. V. Accipite haec animis laetasque advertite mentes. V. Percipe porro, Quid dubitem. V. Arrectis auribus adsto. V. Nunc adbibe puro Pectore verba, puer. H. Exactos tyrannos Densum humeris bibit aure vulgus. H. Bibulas populo donaveris aures. Pe. Suspensis auribus ista bibam. P. Intentis omnibus unus Fata renarrabat. V. Jam dudum ausculto et cupiens tibi dicere servus Pauca reformido. H. Tu dictis adjice mentem. V. Pronis accipiunt animis. V. Dictis defixa Latinus Obtutu tenet ora. V. Corda parumper His advertе libens atque has bonus accipe voces. St. — *Audire benigne.* PH. Audivere, Lyce, di mea vota. H. Non audituri diripuere noti. P. Cur mea dicta negat duras demittere in aures? V. Accipe non dura supplicis aure preces. O. Pronasque ferox accommodat aures. Cl. Haud voces ullas tractabilis audit. V. — *Audire strepitum.* Tuba verberat aures. L. Subito quum creber ad aures Visus adesse pedum strepitus. V. Concipere aure sonos. Cl. Audit equos, audit strepitus et signa sequentum. V. Gemitus lacrymabilis imo Auditur tumulo, et vox reddita fertur ad aures. V. Accipiens sonitum saxi de vertice pastor. V. Pulsatque saxa Audimus longe, fractasque ad litora voces. V. Attulit hunc illi coecis terroribus aura Commistum clamorem, arrectasque impulit aures Confusae sonus urbis et illaetabile murmur. V. Securasque fragor concussit Caesaris aures. L. Auribus interdum voces captamus, et omnem Adventus strepitum credimus esse tui. O. Vox quoque per lucos vulgo exaudita silentes Ingens. V. Missumque capiat aure subjecta sonum. Se. Quis fremitus aures flebilis pepulit meas? Se. — *Audire famam.* PH. Audieras, et fama fuit. V. Vulgi vox venit ad aures. V. Fando si forte tuas pervenit ad aures. V. Vestras si forte per aures, Trojae nomen iit. V. Gravior ne nuntius aures Vulneret. V. Audiam, et haec manes veniet mihi fama sub imos. V. Non, ut rere, meas effugit nuntius aures. V. Hic incredibiles rerum fama occupat aures. V. Contigerat nostras infamia temporis auras. O. Factum mirabile cunctos Ceperat. O. Das aliquid famae, quae carmine gratior aurem Occupat humanam. H. v. attendo, ausculto.

auditor. *Excitat auditor studium laudatique virtus.* O. SY. audiens, discipulus, auscultator. EP. cupidus, frequens. PH. Semper ego auditor tantum, nunquamne reponam? I. Et quocunque volent, animum auditoris agunto. H. v. discipulus.

auditus. *Visus abit, fugit auditus, trahit omnia secum.* M.

ave. *Et matutinum portat ineptus ave.* M. SY. salve. PH. Jubeo salvere, salutem dicere, nuntiare, ferre, afferre, salutare. Marcus avere jubet. M. Non vis, Afer, avere; vale. M. Nunquam dicis ave, sed reddis, Naevole, semper. M. Suppliciter dominae nomine dicat ave. M. Atque in perpetuum, frater, ave atque vale. C. Sit tibi fausta dies; sit tibi prospera lux. v. saluto.

aveho. SY. vehere, devehere, abducere, exportare. PH. Tyrias retro pavor avehit alas. St. Curvis secum avexere carinis. V. Creditis avectos hostes? V.

avello. SY. vellere, convellere, exstirpare, abstrahere, auferre, carpere, decerpere, eximere, abrumpere. PH. Non potes avelli: simul, ah, simul ibimus ambo. O. Fixo dente tenacem Avulsitque manu. L. Sacrato avellere templo Palladium. V. Uno avulso non deficit alter. V. Complexo avulsus Iuli. V.

avena. *Et levis obsesso stabat avena solo.* O. SY. calamus, arundo, fistula, cicuta, culmus. EP. tenuis, exilis, exigua, gracilis, levis, teres, iners, uda, bibula, docilis, arguta, resonans, altisona, septiforis, Phoebea, rustica, silvestris, vana, Hyblaea. PH. Silvestrem tenui Musam meditaris avena. V. Infelix lolium et steriles dominantur avenae. V. Exspectata seges vanis eludit avenis. V. v. fistula.

Avenio. *Avenione sedens Rhodani spumantis ad undam.* Mant.

Aventinus. *Lucus Aventino suberat, ni-*

gĕr īlĭcĭs ŭmbrā. O. M. 14, 620. *V.* A. 8, 231. EP. cēlsŭs, Rōmānŭs.

ăvĕo. *Ē quĭbŭs ūnŭs ăvēt, quāvĭs ăspērgĕrĕ cūnctōs.* H. SY. cŭpĕrĕ, ŏptārĕ, ĕxŏptārĕ, vēllĕ dēsīdĕrārĕ, cŏncŭpīscĕrĕ, gēstīrĕ, ăffēctārĕ, īnhĭārĕ, ănhēlārĕ, pŏscĕrĕ, pŏstŭlārĕ, ōrārĕ. *v. ave, cupio.*

ăvērnŭs. *Trōs Ānchīsĭădē, făcĭlĭs dēscēnsŭs ăvērnī.* V. SY. ŏrcŭs, īnfērnŭs, Tārtărŭs, ĕrĕbŭs, jānŭă Dītĭs, Stȳgĭae fŏrēs, ăvērnī līmĕn, spĕcŭs; āntrŭm Tārtărĕŭm, Cīmmĕrĭī lăcŭs, vāstī sĭlēntĭă rēgnī; lūcĕ cărēntĭă rēgnă, ĕrĕbī nŏx, trīstēs sĭnĕ sōlĕ dŏmŭs, ŭmbrārŭm dŏmŭs, īnfērnae ŭndae, Tārtărī vădă, păllĭdă rēgnă, Stȳgĭī tēctă tўrānnī. EP. Tārtărĕŭs, ŏlēns, trīstĭs, foetēns, nĭgĕr, īmmītĭs, lūgēns, sĭlēns, pĭgĕr, tăcĭtŭs, văcŭŭs, pēstĭfĕr, īnvīsŭs, Stȳgĭŭs, īnēxplētŭs, tētĕr, prŏfŭndŭs, hŏrrĭbĭlĭs, caecŭs, squālēns, lūrĭdŭs, ŏbscūrŭs, ŭmbrōsŭs, Ăchĕrōntēŭs, foetĭdŭs. PH. Hūnc quŏquĕ sūmmă dĭēs nĭgrō sŭbmērsĭt ăvērnō. *V.* Dīvīnōsquĕ lăcŭs ĕt Ăvērnă sŏnāntĭă sīlvĭs. *V.* Sўlvă Jūnōnĭs Ăvērnae. *O.* Pēstĭfĕrī pācātŭm lūmĕn Ăvērnī. *Cl.* Coetūsquĕ sĭlēntĭs Ăvērnī. *St.* Faucēs grăveŏlēntĭs Ăvērnī. *V.* Descr. *V.* A. 3, 442 sqq. 6, 237 sqq. *Lr.* 6, 819 sqq. *O.* M. 10, 51 sqq. *v. infernus.*

ăvērnālĭs. *Īntĕr ăvērnālēs haŭd īgnōtīssĭmă Nўmphās.* O. SY. ăvērnŭs, ăvērnĭcŭs, Tārtărĕŭs, Stȳgĭŭs, īnfērnŭs, Taenărĭŭs, Phlĕgĕthŏntaeŭs, Ăchĕrōntĭcŭs.

ăvērsābĭlĭs. — *Incaŭtŭm scĕlŭs ăvērsābĭlĕ cŭmque ĕst.* Lr. *v. detestandus.*

ăvērsĭo. SY. fŭgă, ŏdĭŭm, dētēstātĭo, ăbŏmĭnātĭo, hŏrrŏr.

ăvērsŏr. *Ŏffĭcĭōquĕ lĕvĕm nōn ăvērsātŭr hŏnōrĕm.* O. SY. fŭgĕrĕ, rĕfŭgĕrĕ, ŏdīssĕ, dētēstārī, ăbŏmĭnārī, ĕxsĕcrārī. PH. Ăvērsŏr mōrŭm crīmĭnă. *O.* Dīs ăvērsāntĭbŭs ōmĕn. *O.* Afflīctŭm nōn ăvērsātŭs ămīcŭm. *H.* Ŏdĭō prōsĕquī, ŏdĭō hăbērĕ.

ăvērsŭs. SY. īnfēnsŭs, mălĭvŏlēns, īnĭmīcŭs. PH. Īllă sŏlō fīxōs ŏcŭlōs ăvērsă tĕnēbăt. *V.* Abstĭnŭīt tāctū pătĕr ăvērsūsquĕ rĕfūgĭt. *V.* sŭpĕrĭs ăvērsă vŏlūntās. *V.* Ăvērsă dĕaē mēns. *V.* Ăvērsōs sŏlĭtī cŏmpōnĕre ămīcōs. *H. v. averto.*

ăvērtŏ. SY. ăbdūcĕrĕ, ăvŏcārĕ, ămŏvērĕ, ăvērrūncārĕ. PH. Dĭī tālem ăvērtĭtĕ cāsŭm. *V.* Nĕc pŏssĕ Ĭtălĭā Teūcrōrum ăvērtĕrĕ rēgĕm. *V.* Dīxĭt ĕt ăvērtēns rŏsĕā cērvīcĕ rĕfūlsĭt. *V.*

aūfĕro. *Aūfĕrŏr, ŭt răpĭdā cŏncĭtă nāvĭs ăquā.* O. SY. tŏllĕrĕ, ērĭpĕrĕ, ăbrĭpĕrĕ, ădĭmĕrĕ. PH. Aūfĕr ăb ădspēctū nŏstrō. *L.* Rēbŭs nŏx ăbstŭlĭt ātră cŏlōrĕm. *V.* Tŏllĭtĕ cūncta, īnquĭt, coēptōsque aūfērtĕ lăbōrēs. *V.* Ut mē mălŭs ăbstŭlĭt ērrŏr! *V.* Nēc lĕvēs sŏmnōs tĭmŏr aūt cŭpīdō Sōrdĭdŭs aūfērt. *H.* Hūnc nĕquĕ dīră vĕnēnă, nĕc hŏstĭcŭs aūfĕrĕt ēnsĭs. *H.* Căpŭt ăbstŭlĭt ēnsĭs. *V.*

Aūfĭdĭŭs. *Fūndōs Aūfĭdĭō Lūscō* etc. H.

Aūfĭdŭs. — *Ădrĭăcās quī vērbĕrăt Aūfĭdŭs ŭndās.* L. EP. vĭŏlēntŭs, sŏnāns, taūrĭfŏrmĭs, tūrbĭdŭs, strĕpēns, raūcŭs, ātĕr, ăcĕr. PH. Dīcăr, quā vĭŏlēns ŏbstrĕpĭt Aūfĭdŭs. *H.* Jūxtā stāgna Aūfĭdă. *Si.*

aūfŭgĭo. *Quĭsquĭs ĕs, ăssĭdŭās aūfŭgĕ blāndĭtĭās.* P. SY. fŭgĕrĕ, dĭffŭgĕrĕ; vītārĕ, tērgĭvērsārī, prŏfŭgĕrĕ. PH. Pĕdĕm rĕtrōfērrĕ; fŭgām căpĕrĕ, căpēssĕrĕ; tērgă vērtĕrĕ, māndārĕ fŭgae; cōnjĭcĕrĕ sē īn fŭgam; pĕdĭbŭs sălūtēm quaērĕrĕ.

aūgĕo. SY. ădaūgērĕ, ēxaūgērĕ, ămplĭfĭcārĕ, ēxtēndĕrĕ. PH. Rēm strēnŭŭs aūgē. *H.* Īllĕ mĕmŏr māgnī gĕnĕrĭs, vĭrtūtĕ quŏd aūgĕt. *O.* At tĭbĭ sūccrēscăt prōlēs, quae făctă părēntĭs Aūgĕăt. *T.* Rōbŭr flōrēntĭbŭs aūxĭmŭs ānnĭs. *St.* Dīvĭtĭĭs ĕt hŏnōrĭbŭs aūctŭs. *O.* Aūctăquĕ flāmmă mŏrā. *O.* Et vĭdīssĕ bŏnōs, āmplĭs ĕt hŏnōrĭbŭs aūctōs. *H.* Aūctĭŭs ătquĕ Dī mĕlĭŭs fēcērĕ. *H. v. accumulo.*

Aūgĭās. *Sēptĭmŭs Aūgĭaē stăbŭlōrŭm lăbŏr ēgĕrĭt ŭndīs.* Anth. PH. Stăbŭlī fŭgāvĭt tūrpĭs Aūgĭae lăbŏr. *Se.* H. f. 248. Sēptĭma īn Aūgēaē stăbŭlīs īmpēnsă lăbōrĭs. *Au.*

aūgmēntŭm. PH. Grăvĭbūsque ŏdĭīs aūgmēntă mĭnīstrăt. *Cl.* Gīgnūntŭr ĕt aūgmĭnă sūmūnt. *Lr.*

aūgŭr. *Aūgŭrĭbŭs Phoēbŭs, Phoēbē vēnāntĭbŭs ădsĭt.* O. SY. ărūspĕx, vātēs, aūspĕx. EP. pĕrītŭs, prōvĭdŭs, fātĭdĭcŭs, Phoēbēŭs, praēscĭŭs, praēnūntĭŭs, vĭgĭl, cērtŭs, săcĕr. PH. Ōs fātĭdĭcum, praēscĭă lĭnguă, īntērprĕs dĭvûm. Săgāx vēntūră vĭdērĕ. *O.* Sēd tĭbĭ jām vĭdĕŏr Dōdōnā vērĭŏr aūgŭr. *P.* Et vīsām prīmūm cōnsŭlĭt aūgŭr ăvĕm. *O.* Quī sīdĕră sēntĭs, Et vŏlŭcrūm lĭnguās ĕt praēpĕtĭs ōmĭnă pēnnaē. *V.* Quĭs nōscĕrĕ fībrā Fātă quĕăt, quĭs nōscăt ăvēs. *L.* Et dōctŭs vŏlŭcrēs aūgŭr sērvārĕ sĭnīstrās. *L.* Omĭnă dōctŭs Aĕrĭs, ĕt nūllā dēcēptŭs ăb ālĭtĕ. *St.* Fātă cănēns, ēvēntūră vĭdēns, plēnŭs Phoēbō; vērī prōvĭdŭs aūgŭr. *O.* Quī vŏlŭcrūm trāctūs sōllērtī īndāgĭnĕ sīgnăt, Cuī pĕcŭdūm fībraē, caēlī cuī sīdĕră pătēnt, Et lĭnguaē vŏlŭcrum ĕt praēsāgī fūlmĭnĭs īgnēs. *V.* Nōvĭt, quaē mŏx vēntūră trăhāntŭr. *V.* O cuī fātōrŭm lēgēs, aēvīquĕ fŭtūrī Ēvēntūră pătēr pōssĕ vĭdērĕ dĕdĭt. *O.* Tū prŏcŭl ēvēntūră vĭdēs, tĭbĭ dēdĭtŭs aūgŭr Scĭt bĕnĕ, quĭd fātī prōvĭdă cāntĕt ăvĭs. *T.* Dūm săcră sĕcūndŭs ărūspĕx Nūntĭĕt. Illustres: *Etrusci.* (*O.* M. 15, 558), *Tiresias*, *Amphiaraus*, *Calchas*, *Manto*, *Helenus.* *v. aruspex*, *augurium*, *vates.*

aūgŭrĭum. *Nī frūstra aūgŭrĭŭm vānī dŏcŭērĕ părēntēs.* V. SY. vātĭcĭnĭum, praēsāgĭŭm, aūspĭcĭum; ōmĕn; ăvĭs, ālĕs. EP. fātĭdĭcŭm, trīstĕ, caēcŭm, īnfēlīx, bŏnŭm, mălŭm, cērtŭm, īncērtŭm, prōspĕrŭm, fātālĕ, fēlīx, ădvērsŭm, ăncēps, dŭbĭŭm, praēsāgŭm, tērrĭfĭcŭm, ŏptātŭm, sĭnīstrŭm. PH. Vātūm praēsāgĭă, praēdīctă, ōrācŭlă, dīvīnī mŏnĭtūs. Ars praēsāgă; cōnjēctūră fŭtūrī; praēpĕtĭs ōmĭnă pēnnaē. Mēns cōnscĭă fātûm. A laēvā moēstă vŏlāvĭt ăvĭs. *P.* Dā, pătĕr, aūgŭrĭŭm. *V.* Aūt ĕgŏ sūm caūsātŭs ăvēs, aūt ōmĭnă dīră. *O.* Māgnă fĭdēs ăvĭum ēst: ēxpĕrĭāmŭr ăvēs. Aĕrĭaē vōcĕ mŏnēmŭr ăvĭs. Et cĕcĭnĭt moēstŭm dēvĭă cārmĕn ăvĭs. Avi-

[illegible]que attendere cantus. *Mn.* Ominibus ventura notant, aut alite monstrant. *Cl.* Augurio laeti jaciunt fundamina cives. *O. v. augur.*

auguro *et* **auguror.** *Auguror, uxoris fidos optabis amores.* T. *Et reor, et, si quid veri mens augurat, opto.* V. SY. vaticinari, praedicere, ominari, auspicari, portendere. PH. Futura aperire, canere. Casus futuros pandere, aperire, nuntiare, denuntiare, expedire. Pandere fatidicis venientia saecula dictis. Per medias fuerat, divino concita motu, Vaticinata vias. *O.* Sic magna sacerdos Est mihi divino vaticinata sono. Talia divino fuderunt carmine fata. Tibi casus ante futuros Vaticinatus eram. Longosque sibi non auguret annos. *V.* Quum status urbis erit, qualem nunc auguror esse. *O.* Et tacita [illegible] videbant. *V. v. praedico, is.*

Augustinus. *Augustine pater, quo nil divinius orbi Post homines natos terra Libyssa tulit.* Ma. SY. Aurelius. EP. pius, divinus, doctus, inclytus, sacer, Afer, Hipponensis. PH. Hipponis praesul, antistes. Pelagii terror. Decus immortale Tagastae. Patricio generatus, satus. Sol ecclesiae. Doctorum princeps, qui fulmine mentis Antevolat reliquis mortalibus. Qui linguae ambrosiae flumine tractus erat. Quo Libye se jactat alumno.

Augustus. *Imp. Rom.* SY. Caesar, Octavius. EP. victor, felix, indomitus, generosus, pacificus, belliger, invictus, pius, mitis, fortis; divus, divinus; pater atque princeps. *H.* PH. Ortus ab Aenea. Caesar, divum genus. *V.* Hectoreis major avis. Ausoniae pater augustissimus urbis. *St.* Ultor successorque dehinc Octavius, idem Caesar, at Augusti nomine nobilior. *Au.* Quo praeside rerum Humano generi, superi, favistis abunde. *O.* Pace data terris, animum ad civilia vertet Jura suum, legesque feret mitissimus auctor, Exemploque suo mores reget. *O.* Post lustra decem sex prorogat annos. *Au.* Addidit Augustum divis matura senectus. *Au.* Divus habebitur Augustus adjectis Britannis. *H.* Descr. *O.* M. 15, 756 sqq. *O.* F. 1, 607 sqq. *P.* 2, 10, 15.

Augustus, *mensis.* SY. Sextilis. EP. spiceus, frugifer, calidus, torridus, aridus, ustus, fervens, sitibundus, iners, piger, ignavus, pulverulentus, triticeus, Cerealis, Caesareus. PH. Mensis, Arida quo sitiens excoquit arva Leo. Quo Phoebus sicci terga Leonis adit. Quo messis curva falce resecta cadit. Quo rapidis sol terga Leonis urit equis. Nomine Caesareo gaudens. Caesare ab Augusto ducens sua nomina mensis. *Au.* Leo fervidus igne perurit. *Au. v. mensis,* nr. 8.

augustus, *adj.* SY. venerandus, venerabilis, colendus, sanctus, sacer, sacratus, religiosus. PH. Tectum augustum ingens. *V.* Quis locus est templis augustior? *O.* Ausoniae pater augustissimus urbis. *St.* — *Augusta* notus in aula. *M.*

avia. *Hic aviae lateri proximus, ille patris.* *O. v. anus, us.*

aviarium. *Sanguineisque inculta rubent aviaria baccis.* V. G. 2, 430.

aviditas. SY. cupiditas, cupido, fames, sitis, ardor, desiderium, concupiscentia, libido, amor, appetentia, appetitus.

avidus. *Contemtrix Superum, saevaeque avidissima caedis.* V. SY. cupidus, avarus, vorax; studiosus, amans, appetens, pronus, proclivis, propensus. PH. Avidi conjungere dextras Ardebant. *V.* Avidis amplexibus haerens. *O.* Divitias avidus sine fine parandi. *O.* Avido convellere dente. *O.* Exitio est avidum mare nautis. *H.* Avidamque Charybdin Evicere rates. *V.* Aviditas dives, et pauper pudor. *Ph. v. avarus.*

Avienus. — *prolesque Avieni.* Anth.

avis. *Nunc avis in ramo tecta laremque parat.* O. Descr. *O.* F. 1, 440 sqq. avis *nidificans St.* A. 1, 212. *timens pullis Cl.* R. P. 3, 141. *pullis escam quaerens V. A.* 12, 473. SY. volucris, ales, praepes, oscinis, oscen. EP. aeria, canora, garrula, arguta, vaga, pavida, loquax, devia, nubivaga, aeria, aligera, querula, rapida, levis, timida, cita, fugitiva, pennata, pennigera, celer, velox, fugax, cicurata, pennipotens, versicolor, vocalis, picturata, bona, mala. PH. Aligerum genus, agmen; alituum pennata cohors. Pennigeri greges. Increpuit volucrum densis exercitus alis. *V.* Qui liquido libratis in aere cursus, *O.* Urgeri volucrum raucarum ad littora nubem. *V.* Et quaecunque vagis altum ferit aera pennis. *Ca.* — *Aves pictae.* PH. Aut variam plumae versicoloris avem. *P.* Quam non gemmata volucris Junonia cauda Vinceret aspectu. *St.* Aves solatia ruris, Assuetum silvis, innocuumque genus. *O.* Innumerae comitantur aves, stipatque volantum Alituum suspensa cohors. *Cl.* Quam multa in silvis avium se millia condunt. *V.* Quam multae glomerantur aves, et in aethere puro Adstringunt varios lusus. *V.* Turba sonans agminis aligeri. Proles quae librat in aere pennas. Volans stridentibus alis. Credens se aperto coelo remigio alarum. — *Avium cantus.* PH. Dulci modulamine mulcent. Ille avium concentus in agris. *V.* Tactae rore queruntur aves. *O.* Dulce queruntur aves. *St.* Totumque canora Voce nemus loquitur. *Mn.* Frondiferasque novis avibus canere undique silvas. *Lr.* Et tepidum volucres concentibus aera mulcent. *O.* Passimque vagantes Dulce sonant tenui gutture carmen aves. Resonant avibus virgulta canoris. *V.* Vernis suavem mensibus ales Garrula concentum resonans e frondibus edit. Aethera mulcebant cantu, lucoque volabant. *V.* Aera per vacuum liquidis loca cantibus opplent. Et liquidum tremulo fundit ab ore melos. Cantu nascentem solem lucemque salutant. Et cecinit moestum devia carmen avis. — *Avium omina.* O quali ducta est Dardana puppis avi. *O.* Ite bonis avibus. *O.* Mala ducis avi domum. *H. v. ales, volucris.*

avitus. — *Solio medius consedit avito.* V.

SY. pătrĭŭs, pătērnŭs, gēntīlĭs. PH. Ăvītō sānguĭnĕ nōbĭlĭs. *P.* Avītae laudĭs hŏnōrēs. *O.* Rēgnīs ēxcēssĭt ăvītīs. *O.* Mĭhĭ fūndăt ăvītŭm Cōnsŭlĭbŭs prīscīs cōndĭtă tēstă mĕrŭm. *O. v. vetus.*

ăvĭŭs. *Ăvĭă dūm rĕsŏnānt ăvĭbŭs vĭrgŭltă cănōrīs.* V. SY. învĭŭs, īmpērvĭŭs; dēvĭŭs; ăncēps, ămbĭgŭŭs, īncērtŭs, coēcŭs, ăvērsŭs, īnhŏspĭtŭs, īnăccēssŭs. PH. Plēnŭs ămbāgĭbŭs, dēcĭpĭēns ērrōrĕ lŏcōrŭm. Ădĭtūquĕ cărēntĭă săxă. *O.* Invĭă lūstrăt. *V.* Quāque ēst dīffĭcĭlĭs, quāque ēst vĭă nūllă, sĕquūntŭr. *O.* Cōntĭnŭō īn mōntēs sēse ăvĭŭs ābdĭdĭt āltōs. *V.* Avĭă clausō Mōlītŭr sāltū cērtāmĭnă. *S.* Avĭă coēptō Cōnsĭlĭă. *S.* Avĭŭs ā vērā lōngē rătĭōnĕ văgārĭs. *Lr.*

aulă. SY. rēgĭă, pălātĭŭm; stăbŭlŭm, sēptŭm. EP. văcŭă, nĭtĭdă, sŭblīmĭs, pŏtēns, vĕnĕrābĭlĭs, măgnĭfĭcă, aūgŭstă, vărĭă, praedīvĕs, spătĭōsă, pūlchră, splēndĭdă, aūrātă, pīctă, sŭpērbă, clāră, īllūstrĭs, mărmŏrĕă, părātă, ōrnātă, cŏrūscă. PH. Aūlāi īn mĕdĭō lībābānt pōcŭlă Bācchī. *V.* Illā sē jāctĕt īn aulā. *V.* Ōdĕrĭt hīc ūrbēs, nĭtĭdāquĕ rĕmōtŭs āb aulā. *O.* Cărĕt īnvĭdēndā sōbrĭŭs aulā. *H.* Sī quĭs mĭhĭ pārvŭlŭs aulā Lūdĕrĕt Aēnēās. *V.* Splēndĭdăque Āttălĭcās rēgĭă vīncĭt ŏpēs. Intrā līmĭnă sānctĭōrĭs aulae. *M.* Fraus sŭblīmī rēgnăt īn aulā. *St.* Mēntēs crēdŭlās Umbrīs dētĭnĕt aūrĕīs Et pīctīs ŏcŭlōs pāscĭt hŏnōrĭbŭs. Exĕāt aulā, Quī vūlt ēssĕ pĭŭs: vīrtŭs ēt sūmmă pŏtēstās Vīx cŏĕūnt. *L.* Jām cūrĭă mīlĭtăt aulae. *Cl.* Quī stăt aulae cūlmĭnĕ lūbrĭcō. *Se. v. aulicus, domus, regia.*

aulaeă, ōrŭm. *Nōbĭlĭs aulaeīs pōrtĭcŭs Āttălĭcīs.* P. SY. tăpētēs. EP. sŭspēnsă, sŭpērbă, Āttălĭcă, vărĭātă, pēndēntĭă, pīctă, pēndŭlă, īnsīgnĭă, Băbȳlōnĭă, Tȳrĭă, splēndēntĭă, aūrō grăvĭă, spīrāntĭă sīgnīs. PH. Aulaeīs jăm sē rēgīnă sŭpērbīs Aūrĕā cōmpŏsŭĭt spōndā. *V.* Intĕrĕā sŭspēnsă grăvēs aulaeă rŭīnās In pătĭnām fēcērĕ. *H.* Pūrpŭrĕa īntēxtī tōllānt aulaeă Brĭtānnī. *V.* — *Theatrum.* Descr. *O.* M. 3, 111 sqq. Quātŭŏr aut plūrēs aulaeă prĕmūntŭr īn hōrās. *H.* Aulaeă rĕcōndĭtă cēssānt. *I. v. tapetes, theatrum.*

aulĭcŭs. *Tūnc coētūs jŭvĕnŭm, sēd aulĭcōrŭm.* (phal.) *Sid.* PH. Quī sŭpērbōs ădĭtūs rēgŭm Dūrāsquĕ fŏrēs ēxpērs sōmnī cŏlĭt. *Se.* Nēmŏ sŭōs (haec ēst aulae nātūră pŏtēntĭs), sēd dŏmĭnī mōrēs Caēsărĭānŭs hăbĕt. *M. v. aula.*

Aulĭs, ĭs et ĭdĭs. *Aulĭdăque Eŭbŏĭcām cōmplērūnt māllĕ cărīnae.* O. EP. pīscōsă, Eŭbŏĭcă, Hĕcătēĭă, Cādmēă. PH. Eūrīpŭsquĕ trăhĭt, cūrsŭm mūtāntĭbŭs ūndīs, Chălcĭdĭcās pūppēs ăd ĭnīquām pūppĭbŭs Aulĭm. *L.* Bŏeōtăquĕ tēllŭs Aulĭdĕ pīscōsā pūppēs tĕnŭīssĕt ĭtūrās. *O.*

Aulōn. PH. Et ămīcŭs Aulōn Fērtĭlī Bācchō. *H.* Nōbĭlĭs ēt lānīs, ēt fēlīx vītĭbŭs Aulōn. *M.*

ăvŏco. SY. ăvērtĕrĕ, ăbdūcĕrĕ, ăbstrăhĕrĕ. ăvŏlo. SY. fŭgĭo. PH. Răpĭdō cĭtŭs ăvŏlăt īmpĕtĕ mīlĕs. *S.*

aură. SY. āēr, aethēr; vēntŭs, flātŭs, flāmĕn. EP. tĕpēns, dīffūsă, aethĕrĕă, spīrāns, flŭēns, lĭquĭdă, tĕnŭĭs, gĕlĭdă, frīgĭdă, lĕvĭs, văgă, mōbĭlĭs, fūmĭdă, cĭtă, nūbĭlă, nūbĭfĕră, mūtābĭlĭs, cīrcūmflŭă, bŏrĕālĭs, jūcūndă, nŏctūrnă, vītālĭs, aēstīvă, aprīcă, tĕnĕră, mītĭs, aēquātă, lēnĭs, foēcūndă, fŭrĭōsă, ōptātă, sĕcūndă, pĕtŭlāns, tŭmēns, sălūbrĭs, strīdēns, ărgūtă, flŭĭtāns, frīgēns, flŭĭdă, lūbrĭcă, spīrālĭs, sŭblīmĭs. PH. — *I. q. aer.* Cĕlĕrēs dēfēr mĕă dĭctă pĕr aurās. *V.* Cūrsūmquĕ pĕr aurās Dīrĭgĭte īn lūcōs. *V.* Sŭpĕrās ēdūxĭt prīmă sŭb aurās. *O.* Cōmmūnēs ēxĭt īn aurās. *O.* Vĭtĭāntŭr ŏdōrĭbŭs aurae. *O.* Fŏlĭĭs aurās Accĭpĭūnt rēddūntquĕ. *V.* Vērūntquĕ pĕr aurās. *V.* Tūnĭcīsquĕ flŭēntĭbŭs aurās Excĭpĭt. *O.* Vērnāque īncērtĭŏr aurā. *O.* Aēquŏr aurā strīngĭtŭr. *O.* — *I. q. ventus.* Pārcĕ, prĕcŏr, făcĭlēmquĕ mŏvē mŏdĕrāntĭŭs aurām. *O.* Coēlī vĭŏlēntĭŏr aură. *O.* Aurae vēlā vŏcānt. *V.* Vŏlūcrīquĕ fŭgācĭŏr aurā. *O.* Răpĭdā vēlōcĭŭs aurā. *O.* Lēnĭs ălĭt flāmmās, grāndĭŏr aură nĕcăt. *O.* Aură dăbĭt cūrsŭm, tū mŏdŏ sōlvĕ rătēm. *O.* Nūnc ōmnēs tērrēnt aurae, sŏnŭs ēxcĭtăt ōmnĭs sŭspēnsŭm. *O.* Lēnĭŭs ăspīrāns aură sĕcūndă vĕnĭt. *O.* Grātĭŏr aură Lēnĭĭt ēt răbĭēm Cănĭs ēt mŏmēntă Lĕōnĭs. *H.* Plăcĭdīquĕ tĕpēntĭbŭs aurīs Mūlcēbānt Zĕphȳrī. *O.* Lēnĭbŭs īmpŭlsae Zĕphȳrīs aurāquĕ sălūbrī. Et lĕvĭs īmpŭlsōs rĕtrō dăbăt aură căpīllōs. *O.* — *I. q. vita.* Aură vēscī, aurās vītālēs cārpĕrĕ. Sī vēscĭtŭr aurā Aethĕrĕā. *V.* In lūmĭnĭs aurās sē tōllĕrĕ. Atque āffīgĭt hŭmī dīvīnae pārtĭcŭlām aurae. *H.* — *Aura popularis.* Nĭmĭŭm gaudēns pŏpŭlārĭbŭs aurĭs. *V.* Arbĭtrĭō pŏpŭlārĭs aurae. *H.* Mōbĭlĕ vūlgŭs Aurā tŭmĭdŭm tōllĭt ĭnānī. — *Aura nympha* descr. *O.* M. 7, 810 sqq. *v. aer.*

aurātŭs. *Aurātī bĭs sēx rădĭī fūlgēntĭă cĭngūnt.* V. PH. Aurō īllĭtŭs, dĕcōrŭs, pērfūsŭs, ărdēns, squālĭdŭs, spēctābĭlĭs, īnsīgnĭs, fŭlgēns, fūlvŭs, flăvŭs, rŭtĭlāns, nĭtĭdŭs, tēctŭs, ŏpērtŭs, cīrcūmdătŭs, dīvĕs. Aurātō fūlgēbăt Ăpōllĭnĕ pūppĭs. *V.* Ut aurātōs gĕrĕrēs, Ĕrĭphȳlă, lăcērtōs. *O.* Aurātam ōptāntēs Cōlchĭs ăvērtĕrĕ pēllēm. *C.* Aurātīquĕ flŭūnt āmnēs. *Mn.*

Aurēlĭă. SY. Aurēlĭānŭm, Gĕnăbŏs. EP. cĕlĕbrĭs, clāră, sŭpērbă, īnsīgnĭs. PH. Caesărĭs Aurēlī dē nōmĭnĕ dĭctă vĕtūstō. Nōn pŏtŭĭt māgnī căpŭt ēsse *Aurēlĭă* rēgnī; Ergō, quŏd rĕlĭquŭm ēst, cŏrque ănĭmŭsquĕ fŭĭt. *Scal.* Dăt Bēllōna mănŭm, făcūndam Cūrĭă lĭnguăm. Quae tĭbĭ cēssĭt, tōtī nōn cēssĕrĭt ōrbī. Cēdĕrĕ nōn dēbēs tū, nĭsĭ sōlă tĭbi. —*Aurelianam puellam* descr. *Coffin.*

aurĕŏlŭs. *Aurĕŏlōs ūltrō quātŭŏr īpsĕ pĕtĭt.* M. *v. annulus.*

aurĕŭs. *Aurĕŭs ēt sĭmĭlĭs frōndēscĭt vĭrgă mĕtāllō.* V. SY. aurō fāctŭs, ēffīctŭs, sŏlĭdŭs, grăvĭs. PH. *Aetas aurea v. aetas.* Aurĕă nūnc vērē sūnt saecŭlă, plūrĭmŭs aurō Vĕnĭt hŏnōs, aurō cōncĭlĭātŭr ămŏr. *O.*

aurĭcŏlŏr. Scandĭtŭr aurĭcŏlŏr coelī etc. Juvc.

aurĭcŏmŭs. Aurĭcŏmōs cum quis dēcerpsĕrĭt arbŏrĕ foetūs. V. PH. Sōl aurĭcŏmŭs cingentĭbŭs Hōrīs. Va.

aurĭcŭlă. Dēmitto aurĭcŭlās, ŭt ĭnīquae mentis ăsellŭs. H. EP. mollĭs, tĕnĕră. PH. Sed quĭd ŏpŭs tĕnĕrās mordācī rādĕrĕ vērō Aurĭcŭlās? Pe.

aurĭcŭlārĭs. Octāvum praebĕt, summum dĭgĭtī aurĭcŭlārĭs. M.

aurĭfĕr. Quidquid ăb aurĭfĕrīs ējectăt Ibĕrĭă fossīs. St. PH. Terra aurif. Vēnĭt ăb aurĭfĕrīs gentĭbŭs Astŭr ĕquŭs, M. Quidquĭd fŏdĭt Ibēr, quĭdquĭd Tăgŭs expŭlĭt aurī, Quŏdquĕ lĕgĭt dīvĕs summīs Arĭmaspŭs ărēnīs. L. Dūcĭt ăd aurĭfĕrās quŏd mē Sălŏ Celtĭbĕr ōrās. M. v. aurifodina. — Fluvius aur. Aurĭfĕrī dē gentĕ Tăgī. M. Nēc mē rēgnă jŭvānt, nēc Lȳdĭŭs aurĭfĕr amnĭs. T. Cēdăt ĕt aurĭfĕrī rīpă beātă Tăgī. O. Atque aurŏ turbĭdŭs Haemŭs. V. Pāctōlōnquĕ pĕtĭt; quămvĭs nōn aurĕŭs īllō Tempŏrĕ, nĕc cārīs ĕrăt invĭdĭōsŭs ărēnīs. O. Hermŭm fulvŏquĕ Tăgum dēcurrĕrĕ līmŏ. St. Dēbŭĭt ĕt flāvīs Hermŭs concurrĕrĕ rīvīs, Et līmŏ splendentĕ Tăgŭs. St. Pāssăque ăb aurĭfĕrīs tellūs exīrĕ mĕtāllīs Pāctōlōn, quā cultă sĕcăt nōn vīlĭŏr Hermŭs. L. Dēspūmăt rŭtĭlās dīvĕs Pāctōlŭs ărēnās. Cl. Nōn Tartēssĭăcīs illum sătĭārĕt ărēnīs Tempēstās prĕtĭōsă Tăgī, nōn stāgnă rŭbentīs Aurĕă Pāctōlī; tōtumquĕ exhausĕrĭt Hermum, Ardēbĭt mājōrĕ sĭtī. Cl. Quā Tăgŭs aurĭfĕrīs pāllēt turbātŭs ărēnīs. S. Hinc certānt, Pāctōlĕ, tĭbī Dūrĭŭsquĕ Tăgŭsquĕ. S. Pāctōlī vĕnĭūnt sŭb tectă lĭquōrēs. P. Tāntī tĭbī nōn sĭt ŏpācī Omnĭs ărēnă Tăgī quŏdque ĭn mărĕ vŏlvĭtŭr aurum. I. Nōn suffēcĕrăt aurum, Quŏd Tăgŭs ĕt rŭtĭlā vŏlvĭt Pāctōlŭs ărēnā. I. Aurĕă quĭdquĭd hăbēt dīvĭtĭīs undă Tăgī. M. Nōn quĭdquĭd fŏdĭt occĭdēns, Aut undā Tăgŭs aurĕā Clārŏ dēvĕhĭt ālvĕŏ. Se. Nōn quĭdquĭd Tăgŭs aurĕīs ărēnīs Dōnăt, aut Hermŭs rŭtĭlāntĕ rīpā. Boe. Tartēssĭăcī glārĕă fulvă Tăgī. Rut.

aurĭfex. Est dĭctă ăb aurĭfĭcum nostrīs incūdĭbŭs ārtĭs. M. PH. Rŭtĭlō mĭcăt aurĭfĭcīnă mĕtăllō. Ser.

aurĭfŏdīnă. EP. fulvă, dīvĕs. PH. Astŭr ăvārŭs Viscĕrĭbŭs lăcĕrae tellūrĭs mergĭtŭr īmīs, Et rĕdĭt īnfēlīx ĕffŏssŏ concŏlŏr aurŏ. S. Ēruĭmŭs terrā sŏlĭdum prō frūgĭbŭs aurum. Saxum quŏquĕ pāllŭĭt aurō. O. Fēlīx aurĭfĕrae, cŏlōnĕ, terrae. M. Callăĭcīs quĭdquĭd fŏdĭt Astŭr ĭn ārvīs. M. Quaerĕrĕ sŭb tĕrrīs aurum, furtōquĕ lătentem Nātūram ēruĕre omnem, ŏrbēmque invertĕrĕ praedae Impĕrăt, ĕt glēbās ĭntĕr dēprendĕrĕ gāzăm. Mn. v. aurifer, fodina.

aurīgă. Hic sĭtŭs ĕst Phăĕthōn, currŭs aurīgă pătērnī. O. SY. ĕquōrum rectŏr, ductŏr, mŏdĕrātŏr, ăgĭtātŏr, ăgāso. EP. dŏcĭlĭs, prŏpĕrŭs, pĕrītŭs, prūdēns, sollĭcĭtŭs, cĕlĕr, cĭtŭs, vēlōx, fortĭs, lăcertōsŭs, rōbustŭs, impĭgĕr, clāmōsŭs, indŏcĭlĭs, imprūdēns. PH. Mănĭbŭs quī flectĭt hăbēnās. Equōs frēnīs quī contĭnĕt ārctīs. Illi instānt verbĕrĕ tortō, Et prōnī dānt lōră. V. Sōlă quī prīmā sĕdēns, Jŭgum flăgellō tempĕrăt lentō mĕum, Et ōră frēnīs contĭnĕt spūmāntĭbŭs. Ph. Currūmque ĕt ĕquōs ĕt lōră rĕgēbăt. V. Ut, cum cărcĕrĭbŭs sēse ēffūdĕrĕ quādrīgae, Addūnt se ĭn spătĭă ĕt frustră rĕtĭnācŭlă tendēns Fertŭr ĕquīs aurīgă, nĕque audĭt currŭs hăbēnās. V. Cornĭpĕdūmquĕ vĭās aurīgārumquĕ lăbōrēs. S. Aurīgă sŏlēt fervēntĭă Thessălŭs ōră Mōbĭlĭbŭs frēnīs ĭn ăpertō flectĕrĕ campō. H. Aurīga indŏcĭlĭs tōtās ēffundĭt hăbēnās. S. Circumstānt prŏpĕri aurīgae, mănĭbŭsquĕ lăcēssunt Pectŏră plausă căvīs, ĕt collă cŏmāntĭă pectunt. V. Currū vŏlāns dăt lōră sĕcundō; currum ăgĭtārĕ vŏlāntĕm. Cōgĕrĕ ĕquōs ăd strīdentĭă plaustră.

aurīgĕnă. Hāctĕnŭs aurīgĕnae cŏmĭtĕm Trītōnĭă frātrī. O.

aurīgĕr. Aurīgĕrīs dīvum plācāntēs nūmĭnă taurīs. C. v. aurifer.

aurĭs — Vōcemque hīs aurĭbŭs hausī. V. SY. aurĭcŭlă. EP. pătŭlă, căvă, immōtă, ăvĭdă, vĭgĭl, curvātă, tĕnellă, ăcūtă, cŭpĭdă, prōnă, plăcĭdă, ŏbsĕrātă, attentă, ămīcă, văcŭă, făcĭlĭs, ārrectă, surdă, dēceptă, flāccĭdă, bĭbŭlă, flāccă, tūtă. PH. Hŏnēstĭs sermōnĭbŭs aurēs Imbŭăt. T. Torquĕt ăb ŏbscēnīs sermōnĭbŭs aurĕm. H. Cynthĭŭs, aurĕm Vellĭt, ĕt ādmŏnŭĭt. V. Aurĕm substrĭngĕ lŏquācī. H. Mĭcăt aurĭbŭs. V. Văcŭās implēnt sermōnĭbŭs aurēs. O. Sī mŏdŏ cultūrae pătĭentĕm praebĕăt aurĕm. H. Verbīs lăssās ŏnĕrāntĭbŭs aurēs. H. v. attendo, audio.

aurītŭs. Aurītōsquĕ sĕquī lĕpŏrēs ĕt fīgĕrĕ dāmās. V. PH. Aurītŭs mĭsĕrāndae sortĭs ăsellŭs. O. Aurītŭlŭs clāmŏrem sŭbĭtum tōtīs tollĭt vīrĭbŭs. Ph. Aurītās fĭdĭbŭs cănōrīs Dūcĕrĕ quercūs. H. Plūrĭs ĕst ŏcŭlātŭs tēstĭs ūnŭs, quam aurītī dĕcĕm. Pl.

Aurōră, ae. Tīthōnī crŏcĕum līnquēns Aurōră cŭbīlĕ. V. Descr. O. M. 2, 112. Se. H. f. 125 sqq. V. A. 7, 606. SY. Pāllāntĭās, Tīthōnĭă, cōnjŭx Pāllāntĭs, Ēōs, Mātūtă, Leucŏthĕă, Leucŏthŏē, Mūsīs ămīcă. EP. pāllĭdă, Tīthōnĭă, aurĕă, hūmĭdă, lūtĕă, rŏsĕă, clāră, mātūră, cāndĭdă, lūcĭfĕră, formōsă, pulchră, flāvă, sĕrēnă, crŏcĕă, rŭbĭcundă, vĭgĭl, tardă, stellĭfŭgă, rĕdŭx, praevĭă, fulgĭdă, purpŭrĕă, ālmă, lūcĭfĕră, dīvĕs, fulgēns, rŭbēns, rŭtĭlāns, splendĭdă. PH. Tīthōnī fulgĭdă cōnjŭx. Aurōrae lūmĭnă, Pāllāntĭdŏs ortŭs. Lūcĭs nūntĭă, praenūntĭă, crŏcĕō vēlāmĭnĕ fulgēns, āstră fŭgāns. Memnŏnĭs mātĕr, părēns, gĕnĭtrīx, dĕă rŏscĭdă. Pūnĭcĕīs invectă rŏtīs Aurōră rŭbēbăt. Cum tĕnĕrās Aurōră rĕfēcĕrĭt herbās. O. Rŏsĕīs Aurōră quādrīgīs Jăm mĕdĭum aethĕrĕō cursū trājēcĕrăt āxĕm. V. Nōndum mānĕ rŭbēns pulcrōs Aurōră cŏlōrēs Indŭĕrăt. V. Quae rĕvŏcăt fămŭlās ăd sŭă pēnsă mănŭs. O. Pellēbăt somnōs Tīthōnī rŏscĭdă cōnjŭx, Ac rŭtĭlōs prīmīs sŏnĭpēs hinnītĭbŭs āltōs Afflārăt montēs, rŏsĕāsquĕ mŏvēbăt hăbēnās. S. Ut sŏlĕt āēr Purpŭrĕŭs fĭĕrī, cum prīmum Au-

rora movetur, Et breve post tempus candescere solis ab ortu. *O.* Nec se thalamis Tithonia conjux Protulerat, stabatque nitens in limine primo. *S.* Aurora ingrediens terris exegerat umbras. *S.* Jamque novum terris pariebat lumine primo Egrediens Aurora diem. *S.* Ortaque noctem Pellit, et e pratis cana pruina fugit. *O.* Et jam Mygdoniis elata cubilibus alto Impulerat coelo gelidas Aurora tenebras, Rorantes excussa comas, multumque sequenti Sole rubens. *St.* Trepidas ubi jam Tithonia nubes Discutit, ac reduci magnum parat aethera Phoebo. *St.* Roscida luciferos quum dea jungit equos. *O.* Venit terras visura patentes Memnonis in roseis lutea mater equis. *O.* Oceani procul extremo se littore tollit Exoriens Aurora sinusque induta rubentes Ante diem citat auricomos ad frena jugales. *O.* Roscida Puniceo Pallantias exit amictu, Extremum noctis quae dea finit iter. *O.* Ecce, vigil nitido patefecit ab ortu Purpureas Aurora fores et plena rosarum Atria. *O.* Pulchra suos Aurora colores Explicat. *M.* Jam super oceanum venit a seniore marito, Flava pruinoso quae vehit axe diem. Revocatque Aurora laborem. Diemque Aurora reducit. Jamque rubescebat stellis Aurora fugatis. *V.* Humentemque Aurora polo dimoverat umbram. *V.* Oceanum interea surgens Aurora reliquit. *V.* Et jam prima novo spargebat lumine terras. *V.* Aurora interea miseris mortalibus almam Extulerat lucem, referens opera atque labores. *V.* Roseo spectabilis ore. Aurea fulgebat roseis Aurora capillis. *O.* Praevia flammiferi currus Aurora rubebat. *V.* Nondum mane rubet tenebris Aurora fugatis, Prima vocans tardos ad juga panda boves. *O.* Quae revocat famulas ad sua pensa manus. Jam rubicunda vagos Eoo et litore curru Aptabat ventura dies, Auroraque noctis Candida pellebat tenebras. Proxima victricem cum Romam inspexerit Eos, Et dederit Phoebo stella fugata locum. Croceis Aurora capillis, roseis manibus. Clara laboriferos caelo Tithonia currus Extulerat. *St.* Jamque rubescebat radiis mare, et aethere ab alto Aurora in roseis fulgebat lutea bigis. *V.* *v. diluculum, Lucifer, mane, oriens.*

aurum. EP. regale, coruscans, fulgens, obrussum, micans, nitidum, clarum, solidum, dives, rutilum, purum, radians, pallidum, pretiosum, Dalmaticum, rutilans, invidiosum, nocens, optatum, gratum, jucundum, Hispanum, adoratum, expetitum; lentum, fusile, textile; caelatum, Lydum, Callaicum. PH. Auri metallum, pondus, lamina, vis. Fulvum metallum. Auri talenta. Lamina fulva. Flava viscera terrae. Magni ponderis aurum. Sunt auri pondera facti Infectique mihi. Ferroque nocentius aurum. *O.* Eruimus terra solidum pro frugibus aurum. *O.* Ostendit venis atque auro plurima fluxit. *V.* Quid non mortalia pectora cogis, Auri sacra fames! *V.* Vendidit hic auro patriam. *V.* Nulla tibi ambitio est, nullo corrumperis auro. *O.* Spectatur in ignibus aurum. *O.* Fusile per rictus aurum volitare videres. *O.* Thesauros ignotum argenti pondus et auri. *V.* Vivit Midae gazis et Lydo ditior auro. *St.* Nec enim me divitis auro Imperiosa fames et habendi saeva cupido Impulerant. *L.* *v. aurifodina.* — *Vestis aurea.* PH. Intextum vestibus aurum. *O.* Ductores auro volitant ostroque decori. *V.* Qui pulcer signis auroque asperrimus ardet. *I.* Lentum filis immittitur aurum. *O.* Et longum tenues tractus produccit in aurum, Filaque concreto cogit squalere metallo. *Cl.* Nec prodite graves insuto vestibus auro. *O.* Velamina Procne Deripit ex humeris auro fulgentia lato. *O.* Illusasque auro vestes. *V.* Pallam signis auroque rigentem. *V.* Nullum est in crinibus aurum. *O.* Tum lactea colla Auro innectuntur. *V.* Obtorti circulus auri. *V.* Non puduit, fortes auro cohibere lacertos. *O.* Crines nodantur in aurum. *V.*

auscultо. SY. audire, advertere. PH. Dictis, vocibus mentem, aures, animum, corda advertere, accommodare, praebere, adjicere. Quod si quis monitis tardas adverterit aures. Si nostris praebere vacat tibi cantibus aurem. Incipe, suspensis auribus ista bibam. Accipite ergo animis, atque haec mea figite dicta. Nostram nunc accipe mentem. Sed cape dicta memor. His animum arrecti dictis. Quae dicam, animis advertite vestris. Narrantis conjux pendet ab ore viri. Intentique ora tenebant. Dicta animis figere, defigere, memori corde recondere, fida mente notare, condere aure. *v. audio.*

Ausones, Ausonides *et* ae. *Procedit longo Ausonidum* etc. V. *Ne tamen Ausoniae perdam commercia linguae.* O. PH. Protinus *Ausonum* Portus — intras. *St.* *v. Itali, Romani.*

Ausonia. *Arva neque Ausoniae semper cedentia retro.* V. *v. Italia.*

auspex. *Dis equidem auspicibus reor* etc. O. PH. Nil desperandum Teucro duce et auspice Teucro. *H.* Providus auspex Oscinem corvum prece suscitabo. *H.* Auspicibusque deis tanti cognominis heres. *O.* Thebanos aptare modos studet auspice Musa. *H.* Auspicibus coeptorum operum. *V.* *v. augur.*

auspicatus. *Non auspicatos contudit impetus.* (Alc.) H. SY. faustus, prosper, felix, favens. PH. Quod Roma pollet, auspicato condita. *Pr.*

auspicium. *Auspicio felix totus ut annus eat.* O. PH. Me si fata meis paterentur ducere vitam Auspiciis. *V.* Auspiciis iterum sese regalibus annus. *Cl.* *v. augurium, imperium, voluntas.*

auspicor. *Hinc auspicari regna Tantalidae solent.* (iamb.) Se. SY. augurari; incipere, suspicere. *v. auguror, incipio, ineo.*

auster. *Interclusit hiems et terruit auster euntes.* V. *Turbidus imber aqua, densisque nigerrimus austris.* V. SY. notus, ventus meridionalis, a meridie flans. EP.

humidus, frigidus, sibilus, turgidus, validus, pluvius, insanus, praeceps, humens, torridus, madidus, imbrifer, madens, noxius, nocens, nocuus, violentus, pronus, Calaber, turbidus, plumbeus, pollens fulmine, aquaticus, aestuosus, inexorabilis, niger, saevus, morbidus, Africus, Libycus, procax, protervus. PH. Violentior austri vis. Niger imbribus auster. *L.* Nimbis, imbribus gravis. Plurimus auster Inglomerat noctem et tenebrosa volumina torquet, Diffunditque imbres. *V.* Pelagoque atrox desaevit auster. Pluvius auster nimiis violentus inundat. Frigidus ut quondam silvis immurmurat auster. *V.* Venientis sibilus austri. *V.* Et tepidus pluvias concitat auster aquas. *O.* Dux inquieti turbidus Adriae. *H.* Unde nigerrimus auster Nascitur. *V.* Vere madent udo terrae et pluvialibus austris. *V.* Turbidus imber aqua densisque nigerrimus austris. *V.* Nubibus assiduis pluvioque madescit ab austro. *O.* Aut gelidas hibernus aquas cum fuderit auster. *S.* Letiferis calidi spirarunt aestibus austri. *O.* Creber et adspirans rursus vocat auster in altum. *V.* Joniumque furens rapido quum tollitur austro. *L.* Nec si te validus jactaverit auster in alto. *H.* Descr. *O.* M. 1, 263 sqq. — *Plaga merid.* PH. Mons est obversus ad austros. *O.* Calabroque obnoxius austro. *Lr.* Austri calentis arenae, tepentis ad axem plaga, Nimbiferos quae torrida vergit ad austros. Arva sole medio flagrantia, madido sub austro.

austeritas. SY. asperitas, durities, gravitas, severitas.

austerus. *Qui volet austeros arte ferire viros.* P. SY. severus, gravis, durus, asper, immitis, acerbus. PH. Molliter austerum studio fallente laborem. *O.*

australis *et* austrinus. *Nulla dies adeo est australibus humida nimbis.* O. SY. meridionalis. PH. Australis regio. Qua parte calores Austrinos tulerit. *V.* Austrinis pars est habitabilis oris. *Mn.*

Austria; Austriacus. PH. Bella gerunt alii, tu, felix Austria, nube; Nam, quae Mars aliis, dat tibi regna Venus.

ausum *s.* ausus, us. *Ausibus illicitis si nihil obstiterit.* P. SY. facinus; audacia. EP. impavidus, Herculeus, stolidus, temerarius, generosus, grandis, furialis, validus, praeceps, caecus, petulans, sons, impius, malesanus, fortis, rapidus, praestans, nefandus, audax, magnanimus, protervus, stupidus, Diomedeus. PH. Audaces compescuit ausus. Magnanimos ausus imitata parentum. En, age, si quid inest animo par fortibus ausis. Magnis tamen excidit ausis. *O.* Adjuvet et praesens ingentibus annuat ausis. *O.* Magnique fugit non inscius ausi. *St.* Pro talibus ausis. *V.* Si qua fors adjuvet ausum. *V.* Unanimo nisu et concordibus ausis. *S.* Ausi omnes immane nefas, ausoque potiti. *V.* Jamque morae impatiens cunctantes increpat ausus. *Va.*

aut. *Aut Aris servire sacris, aut condere terram.* V. SY. vel, seu, sive, ve; et, ac; aut, aut; sive, sive; cum, tum; tum, tum; partim, partim.

autem. *Et quod inane autem est.* Lr. *Quis me autem sinet.* V. *Quis procul ille autem.* V. V. SY. sed, vero, at, at vero, ast, verum.

Autololes *et* -ae. *Nec non Autololes, levibus gens ignea plantis.* L. PH. Repetunt deserta fugaces Autololes. *Cl.*

Autolycus. *Nascitur Autolycus, furtum ingeniosus ad omne.* *O.*

automata, orum. *Automata admiranda stupent artemque magistrum.* *Ser.*

Automedon, ontis. *Armiger Automedon* etc. V. PH. Equorum agitator Achillis. *O.* Nam quid Achilleos inter fera proelia fidi Deseruit levitas Automedontis equos? *O.*

Autonoe. *Hic orbam Autonoen* etc. St.

autumnalis. *Mollia frangit leges, ipsa autumnalia cornu.* O. PH. Fraudes autumno frigore tactas. *O.* Mordeat autumnas frigus subtile pruinas. *Au.*

autumnus. EP. pampineus, vinifer, pomifer, gravidus, sordidus, pallens, felix, frugifer, humidus, fertilis, ferax, foecundus, dives, morbosus, nimbosus, udus, madens, pluvius, racemifer, temperie medius. PH. Calcatis sordidus uvis. *O.* Vel cum decorum mitibus pomis caput Autumnus arvis extulit. *H.* Purpureo varius colore. *H.* Poma dat autumnus. *O.* Autumnusque gravis, Libitinae quaestus acerbae. *H.* Pomis gravis. Racemis tempora cinctus. Racemiferis circumdatus uvis. Exonerat virides uvis pendentibus ulmos. Detrahens turgentes vitibus uvas. Aequans cum lucibus umbras. Tenero dans palmite fructum. Purpureo colore racemos distinguens, extremas mittens in horrea fruges. Vite coronatas autumnus degravat ulmos. Dat musto gravidas autumnus pomifer uvas. Cum piger autumnus lectis succedit aristis. Spumantes implens lacus. — *Autumni tempore.* Vinifero autumno summa est tibi, Bacche, potestas. *V.* Cum facit humentes Pleias orta dies. Ubi jam breviorque dies et mollior aestas. Quum Liber gravida descendit plenus ab ulmo, Pinguiaque impressis despumant musta racemis. Mandant et sulcis Cererem, dum terra tepore Autumni resoluta patet, dum semina ducit. *Mn.* Libra diem noctemque pari cum foedere ducit. Libra dies somnique pares ubi fecerit horas, Et medium luci atque umbris jam dividet orbem. Cum jam turgescunt maturae vitibus uvae, Ebria calcatis spumant cum prela racemis. Saepe sub autumnum, cum foecundissimus annus, Plenaque purpureo subrubet uva mero. *O.* Cum maturam rusticus uvam Colligit, et nudo sub pede musta fluunt. *P.* Cum pampineo gravidus autumno Floret ager, spumat plenis vindemia labris. *V.* Cum varios ponit foetus autumnus, et alte Mitis in apricis coquitur vindemia saxis. *V.* Cum facit humentes Pleias orta dies. Cum lucem vincere noctes Inci-

pīunt. *M.* — *Sub initium autumni.* PH. Autumnŭs Virgĭnĕ surgit. *Mn.* Dōnĕc in autumnum dēclīnĕt Phoebŭs. *L.* Autumnat mātūrat grāmĭnă Virgo. *Cl.* Incipit autumnăs mĕdĭă sub Virgĭnĕ. *Mn.* — *Sub finem autumni.* Autumni frīgŏrĕ prīmō. *V.* Cum răpĭdŭs Sōl Nōndum hĭĕmĕm contingit ĕquīs; Jam praetĕrit aestŭs. *V.* Sēras pŏsuit cum vīnĕă frōndēs, Frīgĭdŭs et silvis ăquilō dēcussit hŏnōrĕm. *V.* Cum fŏlĭa ancĭpĭtī frīgŏrĕ laedit hĭems.

autŭmo. *Autŭmat: haec pŏpŭlŏs, haec magnŏs* etc. H. SY. pŭtārĕ, ēxistĭmārĕ, ŏpīnārī, cēnsērĕ, sĕntīrĕ, rērī, jūdĭcārĕ.

ăvuncŭlŭs. *Et fŭrĕre incĭpiăs, ut ăvuncŭlŭs illĕ Nĕrōnis.* J.

ăvŭs. *Stat fortūnă dŏmūs, et ăvī nŭmĕrantur ăvōrum.* V. SY. ătăvŭs, prŏăvŭs; mājōrēs, prĭōrēs. EP. lōngaevŭs, vĕtustŭs, grăvis, sĕnĭŏr, vīvāx, vĕnĕrandŭs. PH. Huic gĕnŭs ā prŏăvis ingēns, clārumquĕ pătĕrnae Nōmĕn ĕrat virtūtis. Turnŭs ăvis ătăvisquĕ pŏtēns. Cum prŏăvŏs ătăvŏsquĕ rĕfĕrs, ĕt nōmĭnă magnă. *M.* Maecēnās, ătăvis ēdĭtĕ rēgĭbŭs. *H.* Dīvĕs ăvis. *V.* Vĕtustŏs Portĭcĭbŭs dispōnit ăvŏs. *I.* A Bēlō nŭmĕrābat ăvŏs. *S.* Squālentēs prōdūcat ăvŏs. *O.* Dēspectis ortŭs ăvis. *O.* Nĕc sī qua illustrēs fēmĭnă jactĕt ăvŏs. *P.* Quin ĕtĭam vĕtĕrum effĭgĭēs ex ōrdĭnĕ ăvōrum. *V.* Ultŭs ăvŏs Trōjaē. *V.* Unŭs ăvum sanguis. *St. v. majores.*

auxĭlĭāris. *Caerŭlĕŭs frātĕr jŭvat auxĭlĭārĭbus undis.* O. SY. auxĭlĭārĭŭs, auxĭlĭātŏr, sŏcĭŭs, fămŭlāris. PH. Cantu supplĭcĕ nūmĕn Auxĭlĭārĕ vŏcat. *L. v. auxilior.*

auxĭlĭātŏr. *Auxĭlĭātŏr ădest* etc. St. SY. ădjūtŏr, fautŏr, dēfēnsŏr.

auxĭlĭātrix. *Auxĭlĭātrīcem clēmēntī nōmĭnĕ dextram.* Ma.

auxĭlĭŏr. *Nec fŏrmīdātis auxĭlĭātur ăquis.* O. SY. jŭvārĕ, ădēssĕ, succurrĕrĕ, ŏpĭtŭlārī, subvĕnīrĕ, sublĕvārĕ, ădjŭvārĕ, făvērĕ, nōn dēsĕrĕrĕ, praestō ēssĕ. PH. Auxĭlĭum, suppĕtĭās, ŏpem, subsĭdĭum fĕrrĕ, affĕrrĕ, dărĕ, auxĭlĭō subīrĕ, vĕnīrĕ. Dextram dărĕ, porrĭgĕrĕ, tendĕrĕ. Auxĭlĭōquĕ lĕvārĕ virōs, vimque addĕrĕ victis. Essĕ subsĭdĭō. Sōlārĕ inŏpem, ĕt succurrĕ rĕlictae. Rēbŭs succurrĕrĕ lapsis. Auxĭlĭō tūtŏs dīmittam ŏpĭbŭsquĕ jŭvābo. *V.* Auxĭlĭātrīcem mănum porrĭgĕrĕ, tendĕrĕ; pătrĭae fulcīrĕ ruīnās. Addĕrĕ sē sŏcĭum; vīrēs jungĕrĕ. Cumquĕ pĕrhorrĕrĕt cāsūs pārs maxĭmă nostrōs, Naufrāgiumquĕ mĕum tŭmŭlō spectārĕt ăb altō; Sĕmĭnĕcem Stўgĭā rĕvŏcāstī sōlŭs ăb undā. *O.* Rēspĭcis absĕntĕm lapsis in rēbŭs ămīcum, Fōmĕntisquĕ jŭvas vulnĕră nostră tŭis. *O.* Subvĕnīrĕ dextră nōn rĕmŏrantĕ. Sērŭs dīlēctae pōst auxĭlĭābĕrĕ Rōmae. *S.* Nōn ĕrit auxĭlĭō nōbis. *V.* Adspīrat prīmō fortūnă lăbōrī. *V.* Supplĭcĭbŭs dŏmŭs ēst ăssuētă jŭvandis. *O.* Nunc ĕrat auxĭlĭis illă tuēndă tŭis. *O.* Nullă viam fortūnă rĕgit; nĭhil auctŏr Ăpollō subvĕnit. *V.* Nōn ignāră mălī, mĭsĕrīs succurrĕrĕ discō. *V.* Adjŭvĕt ĕt praesēns ingēntĭbŭs annuăt ausis. *O.* Dī nostră incĕptă sĕcundĕnt. *V.* Quae coeptis conscĭă nostris ădjūtrixquĕ vĕnis. *V. v. Auxilium.* Comp. c. *sidere Castoris et Pollucis,* Cl. Ruf. 1, 275. *c. fonte* C. 65, 61. *c. aura secunda* id. — *Auxiliari in bello.* PH. Sŏcĭa armă sĕquī. *V.* Jungĕrĕ vīrēs. Turmās ădjungĕrĕ; addĕrĕ sē sŏcĭum. *V.* Mittĕrĕ ŏpēs. Dărĕ turmās. Ădĕro, ĕt sŏcĭīs armă jŭvābo. *V.* Huic ĕt pătrĭā dē sēdĕ vŏlentēs Advĕnĕrĕ virī. Bŏeōtī cōlĕrĕ dŭcēs. Pandĭtĕ nunc Hĕlĭcōnă, dĕae, cantūsquĕ mŏvētĕ: Quī bellō excītī rēgēs, quae quĕmquĕ sĕcūtae Complērint campōs ăcĭēs. Ipsĕ părēns ănĭmōs Dănăis vīrēsquĕ sĕcundās Suffĭcit. *V.* Armōrum lĭcĕat splendōrĕ tuōrum In commūnĕ fruī, clўpĕŭs nōs prōtĕgat īdem. Ibant subsĭdĭō Trōjae. *V.* Auxĭlĭum prōmittĕt Ăchāiă Trōjae. *O.* Nōn ullum auxĭlĭum mīsĕris, nōn armă rŏgāvī. *V.*

auxĭlĭum. *Auxĭlĭō tūtŏs dīmittam, ŏpĭbŭsquĕ jŭvābo.* V. SY. subsĭdĭum, suppĕtĭae, ădjūmēntum, ŏpis sōlāmĕn, praesĭdĭum, jŭvāmĕn, lĕvāmĕn, cŏlŭmĕn, sōlātĭum, ŏpĭtŭlātĭo, ădmĭnĭcŭlum, ădjūtōrĭum, suffrāgĭum. EP. praesēns, dīvīnum, dulcĕ, grātum, mītĕ, ēxspectātum, cŭpĭtum, pĕtītum, blandum, făvēns, ămīcum, spērātum, hūmānum, coelēstĕ, sălūtĭfĕrum, mūtŭum, subĭtum, rĕpĕntīnum, prōmtum, tardum, lēntum, inŏpīnum, sēgnĕ. PH. Tū mĭhĭ dēsĕrtō mītĕ lĕvāmĕn ĕris. Rērum tūtēlă mĕārum. Nostrĭs pārtŭs ĕt aură mălis. Tū quŏquĕ, nostrārum quōndam fīdūcĭă rērum. Sōlă sălūtis Spēs, cŏlŭmĕn vītae praesĭdĭumquĕ mĕae. Tū clўpĕŭs, tūtēlă mĭhī, tū certă sălūtis Ancŏră, tū stătĭō tūtī plăcĭdissĭmă portūs. Mĕă vīs, mĕă sōlă pŏtēntĭă, turris, praesĭdĭum; spēs ĕt rēbŭs sōlāmĕn in arctis. Tū lăcĕrae rĕmănēs ancŏră sōlă rătī. Quī mĭhĭ pērfŭgĭum, quī mĭhĭ portŭs ĕras. Ad mĕdĭcam dŭbĭŭs cōnfŭgit aegĕr ŏpem. *O.* Essĕ duŏs iŭvĕnēs, firma ădĭūmēntă părēntis. *O.* Rēbŭs sōlāmĕn in arctis. Nōn ŭtī sit auxĭlĭī Lătūră plūs praesēntĭbŭs. *H.* His Jūpĭtĕr ipsĕ Auxĭlĭum sŏlĭtum ērĭpuit. *V.* Ipsam mortĕ tŭā Concīdit auxĭlĭum. *O.* Omnis spēs Dănăum ĕt coeptī fīdūcĭă bellī Pallădis auxĭlĭō sempĕr stĕtit. *V.* Nōbis ăd bellī auxĭlĭum prō nōmĭnĕ tantō Exĭgŭae vīrēs. *V.* Nōn tālī auxĭlĭō, nōn dēfēnsōrĭbŭs istis Tempŭs ĕgĕt. *V.* Quem fēssis fīnĕm rēbŭs fĕrātis, undĕ lăbōrum Tēntārĕ auxĭlĭum jŭbĕat. *V.* Nātĕ, mĕae vīrēs, mĕă magnă pŏtēntĭă sōlŭs. *V.* Auxĭlĭum vŏcat ĕt dūrŏs conclāmat ăgrēstēs. *V.* — *Auxilium implorare.* PH. Opem pŏscĕrĕ, invŏcārĕ, rŏgārĕ, flāgĭtārĕ. Fĕr, pătĕr, auxĭlĭum. Dă dextram mĭsĕrō. Dŭbĭis nĕ dēfĭcĕ rēbŭs. *O.* Audācĭbŭs annuĕ coeptis. *V.* Adsis, ō, plăcĭdūsquĕ jŭvēs. *V.* Fēssis dă surgĕrĕ rēbŭs. Mērsis fĕr ŏpem, mĭtissĭmĕ, rēbŭs. *O.* Quisquis ĕs, ō făvĕas nostrisquĕ lăbōrĭbŭs adsis. Jūpĭtĕr omnĭpŏtēns, prĕcĭbŭs sī flectĕris ullis, Adspĭcĕ nōs. *V.* Tū praesēns nostrō succurrĕ lăbōrī. *V.* Sī quă pĭōs rēspectant nūmĭnă. *V.* Dī nostră incĕptă sĕcundĕnt. *V.* Adĕritquĕ vŏ-

cĭtŭs Ăpōllō. *V.* Quām pŏtĭŭs, āffĕr ŏpĕm. *O.* Rēbŭs sŭccŭrrĭtĕ laesīs. *O.* Sŭccŭrrĕ rŭēntī. *O.* Rēgĭă, crēdĕ mĭhī, rēs ēst, sŭccŭrrĕrĕ lāpsīs. *O.* Aŭxĭlĭŭm sŭbmīssā vōcĕ rŏgāvĭt. *O.* Mūtŭŭs ŭt nōs Affĕctŭs pĕtĕre aŭxĭlĭum ēt praestārĕ jŭbērĕt. Quĭd dŭbĭtās, ŭnām fērrĕ dŭōbŭs ŏpĕm? *O.* Pārcĕ pĭō gĕnĕrī, ēt prŏprĭīs rēs ădspĭcĕ nōstrās. *V.* Dāquĕ sălūtĭfĕrŭm jām mĭhĭ, frātĕr, ŏpĕm. *O.* At tu, ōrō, sōlāre ĭnŏpem ēt sŭccŭrrĕ rĕlĭctae. *V.* Cōnsŭlĭte ĭn mĕdĭum, ēt rēbŭs sŭccŭrrĭtĕ fēssīs. *V.* Effĭcĕ cōnstāntī prŏfŭgŭm pĭĕtātĕ tŭēndō, Nē spērātā mĕām dēsĕrăt aŭră rătĕm. *O.* Quō fĕrăr, ŭndĕ pĕtām lāpsīs sōlātĭă rēbŭs? Excĭpĕ naūfrăgĭŭm nōn dūrō līttŏrĕ nōstrŭm. *O.* Quămlĭbĕt ēxĭgŭā sī nōs ĕā jŭvĕrĭt aŭră, Obrŭtă dē mĕdĭīs cȳmbă rĕsūrgĕt ăquīs. *O.* Lāpsō sŭccŭrrĕre ămīcō, Cōnvĕnĭēns īstīs mōrĭbŭs ēssĕ pŭtās. *O.* Ad tē cōnfŭgĭo ēt sŭpplēx tŭă nūmĭnă pōscō. *V.* Adspĭce ĕt ĭn tāntīs aŭxĭlĭārĕ mălīs. *O.* Ergō fĕr aŭxĭlĭum ēt tāndĕm rēs ădspĭcĕ nōstrās.

ăxĭs. *Sŭbsīdŭnt ŭndae, tŭmĭdŭmquĕ sŭb ăxĕ sŏnāntī.* V. SY. rŏtă, cŭrrŭs. EP. rĕctŭs, sŏnōrŭs, fĕrvĭdŭs, cĭtŭs, cĭtātŭs. PH. Vălĭdō nītēns sŭb pōndĕrĕ făgĭnŭs ăxĭs. *V.* Nōn Elēŭs ĕăt cāmpō fĕrvēntĭŏr ăxĭs. *O.* Strīdēnt ăxĕ nĭvēs. *Cl.* Axĭs tēmōnĕ rĕvūlsŭs, *O. v. currus.* — *I. q. coelum.* PH. Nūdōquĕ sŭb aethĕrĭs ăxĕ. *V.* Tōtŭsque ārdēscĕrĕt ăxĭs. *O.* Axĕ sĕrēnō Intŏnŭĭt. *St.* — *I. q. plaga coeli.* Vītă prŏcŭl pĕrăgēndă sŭb ăxĕ bŏrēō *O.* Quămvīs Hēspĕrĭŭm mūndī prŏpĕrēmŭs ăd ăxĕm. *L.*

Axŏnă. — *nōn Axŏnă praecēps.* Au.

B.

Băăl. — *cŏctĭlĕ Băăl.* Pr. *Tŭnc cŏlŭĕrĕ Băăl* etc. Sed.

Băbȳlōn. *Pērsārŭm stătŭĭt Băbȳlōnă Sēmīrămĭs ūrbĕm.* O. EP. sŭpērbă, Pērsĭcă, āltă, lōngă, rĕbēllĭs, āntĭquă, pōrtēntōsă, ŏpŭlēntă, splēndĭdă, cĕlĕbrĭs, māgnĭfĭcă, tŭrrĭtă, Chāldaeă, Assȳrĭă, pŏtēns, ārdŭă mūrĭs, tŭrrĭgĕră, nōbĭlĭs, ĭnclȳtă, dīvĕs ŏpŭm, pŭlchră, trŭcŭlēntă, ēxĭmĭă. PH. Băbȳlōnĭă moenĭă. Urbs Băbȳlōnĭă, Sēmīrămĭă, Băbȳlōnĭs, Sēmīrămĭs ūrbs, ārcēs. Urbs cŏctĭlĭbŭs cĭrcŭmdătă mūrīs, ŏpĭbŭs sŭpērbă; Assȳrĭī pălātĭă cēlsă tȳrānnī. Urbs căpŭt Assȳrĭae gēntĭs. Cōndĭdĭt hās ōlĭm gĕnĕrōsă Sēmīrămĭs ārcēs, Prīmăquĕ cŏctĭlĭbŭs pŏsŭĭt fŭndāmĭnă mūrīs. Dīcĭtŭr, āltăm Cŏctĭlĭbŭs mūrīs cīnxīssĕ Sēmīrămĭs ūrbĕm. *O.* cf. *P.* 3, 9. 21 sqq. Crēdĭtŭr ēt cēntŭm pōrtīs Băbȳlōnă sŭpērbăm Foemĭnĕŭs strūxīssĕ lăbŏr. *Cl.* Căptae spŏlĭīs Băbȳlōnŏs ŏnŭstŭs. *Cl.* Frăgĭlī cĭrcŭmdătă tēstā Moenĭă mīrēntŭr rĕfŭgī Băbȳlōnĭă Pārthī. *L.*

Băbȳlōnĭăcŭs, Băbȳlōnĭcŭs *et* Băbȳlōnĭŭs. *Cum Băbȳlōnĭăcās sŭbmērsa aŭfŭgĭt ĭn ŭndās.* Mn. *Et Băbȳlōnĭcă Chāldaeăm dŏctrīnă rĕfūtāns.* Lr. *Arsĭt ĕt Eūphrātēs Băbȳlōnĭŭs* etc. O. — Băbȳlōnĭă, ae. PH. Dŭbĭa ēst, dē tē Băbȳlōnĭă nārrĕt. *O.* Nōn ĕgŏ praetŭlĕrĭm Băbȳlōnĭcă pīctă sŭpērbē Tēxtă. *M.* Nēc Băbȳlōnĭōs Tēntārīs nŭmĕrōs. *H.* Plūmato ămĭctŭs aŭrĕō Băbȳlōnĭcō. *Sy.*

băccă. *Vēnĭt hĭēms, tĕrĭtŭr Sĭcȳōnĭă băccă trăpētĭs.* V. EP. sĭlvēstrĭs, sānguĭnĕă, Sĭcȳōnĭă, Pāllădĭă, bĭcŏlŏr, ămāră, tŭrgēns, vĭrēns, ărbŏrĕă, pīnguĭs, Idūmaeă. PH. Băccās sēmpĕr frŏndēntĭs ănēthī. *V.* Flōrĕt băccīs fēlīcĭbŭs ărbŏr. *S.* Prēssă Vĕnāfrānae quŏd băccă rĕmīsĭt ŏlīvae. *H.* Vĭrĭdīquĕ cērtăt Băccă Vĕnāfrō. *H.* Quŏt Sĭcȳōn băccās, quŏt părĭt Hȳblă făvōs. *O.* Strātī băccīs sĭlvēstrĭbŭs ăgrī. *V.* *v. oliva.* — *I. q. unio.* PH. Aŭrĕ lĕvēs pēndēnt băccae. *O.* Aŭrĭbŭs ĭn gĕmĭnīs cĭrcŭm căvă tēmpŏră băccae. *O.* Acētō Dīlŭĭt ĭngēntēm băccăm. *H.* Albēntēs cōnchārŭm gērmĭnă băccae. Lūdēbānt nĭtĭdae pēr cōllă ărgēntĕă băccae. *Mir.* Băccīs ŏnĕrăt cāndēntĭbŭs aŭrēs. *Cl.* Cōnchĕă băccă mărĭs. *V.* Nōn nĭvĕō rĕtĭnēns băccătă mŏnīlĭă cōllō. *V.* Băccătum ĭndūtă mŏnīlĕ. *S.* Rŏtŭndĭōrĭbŭs ŏnŭstă băccīs āmbŭlĕt. *H. v. gemma, unio.*

băccăr. *Errāntēs hĕdĕrās pāssĭm cŭm băccărĕ tēllŭs.* V. EP. frŏndēns, vĭrĭdĭs, ŏdōrătă, suāvĭs, bĕnīgnă, sălūtĭfĕră, grātă, jūcŭndă. PH. Băccărĕ frŏntĕm Cĭngĭtĕ, nē vātī nŏcĕăt mălă līnguă fŭtūrō. *V.*

Băcchă. Descr. *O.* M. 6, 592. SY. Maenădes, Bāssărĭdes, Thȳădes, Mĭmāllŏnĭdes, bācchāntēs, Elĕlēĭdes, Edŏnĭdes, Trĭĕtērĭdes. EP. Thēbānae, Cădmēae, Ogȳgĭae, saevae, fŭrēntēs, lȳmphātae, fŭrĭōsae, īnsānae, mălĕsānae, Thȳrsĭgĕrae, Mĭmāllŏnĕae. PH. Băcchī cŏmĭtēs, mātrēs Thēbānae, Cădmēae, Thrēĭcĭae, cĕlĕbrāntēs ŏrgĭă Băcchī. Bācchō ăgĭtātae, āfflātae; Băcchī cŏrnĭbŭs īctae, fŭrĭīs āctae. Ogȳgĭae cĕlĕbrānt rĕpĕtītă trĭēnnĭă Băcchae. *O.* Tŭrbă Aŏnĭī cŏrnĭbŭs īctă Dĕī. Nŭnc fĕrŏr, ŭt Băcchī fŭrĭīs Elĕlēĭdĕs āctae. *O.* Alăcrēs lȳmphātā mēntĕ fŭrēbānt, Mūltăquĕ raŭcĭsŏnōs ēfflābānt cŏrnŭă bōmbōs, Bărbărăque hōrrĭbĭlī strīdēbăt tĭbĭă cāntū. *C.* Quālĭs ăb Ogȳgĭō cōncĭtă Băcchă dĕō. *O.* Ut Thrācĭă Bācchĕ. Dēlphĭcă Thēbānae rĕfĕrŭnt trĭĕtērĭcă Băcchae. *L.* Cōmmōtīs ēxcĭtă săcrīs Thȳăs. *V.* Fŭrĭīs ăccēnsae pēctŏră mātrēs. *V.* Fūsīs bărbără tŭrbă cŏmīs. *O.* Ut quās pāmpĭnĕă tĕtĭgīssĕ Bĭcŏrnĭgĕr hāstă Crēdĭtŭr, hāc īllāc, quō fŭrŏr ēgĭt, ĕō. *O.* Eccĕ, Mĭmāllŏnĭdēs spārsīs ĭn tērgă căpīllīs. *O.* Dĕō pērcūssă Maenăs. *Se.* Vălēntēs Prōcĕrās mănĭbŭs vērtĕrĕ frāxĭnōs. *H.* Utquĕ sŭŭm Bācchē nōn sēntĭt saūcĭă vūlnŭs, Dŭm stŭpĕt Idaeīs ēxŭlŭlātă jŭgīs. *O.* Edōnīs Ogȳgĭō dĕcŭrrĭt plēnă Lyaeō. *L.*

băcchānăl. *Quī Cŭrĭōs sĭmŭlānt ēt băcchānălĭă vīvŭnt.* J. 2, 3. SY. ŏrgĭă, Dĭōnȳsĭă, Lībĕrālĭă, ēbrĭă cōnvĭvĭă, fēstă bĭcŏrnĭs

Bācchī, thyrsĭgĕrī pătrĭs. EP. sōlemnĕ, fŭrĭōsŭm īnsānŭm, nŏctūrnŭm, văgŭm, foedŭm. PH. Bācchō tĕmpŏră, fēstă săcră; nŏx, dĭēs Bācchī, săcră ŏrgĭă Bācchī. Bācchī fēstă dĭēs, săcră lūx. Fēstă cŏrymbĭfĕrī cĕlĕbrābăt Graecĭă Bācchī. *O.* Aūt ŭbĭ cūrvă chŏrōs īndīxĭt tībĭă Bācchī. *V.* Aūt quālēs rĕfĕrūnt Bācchō sōlemnĭă nymphae Maeŏnĭae, quās Haemŭs ălĭt. *Cl.* Vōs ĭn cēllā vīnārĭā Bācchānāl făcĭtĭs. *Pl.* Bācchānāl tē ēxērcŭīsse ŏpōrtŭĭt. *Pl.*

Bācchēĭs. *Quālĭs sĭ sŭbĕās Ĕphўrēs Bācchēĭdŏs āltŭm.* St.

Bācchēĭŭs, Bācchēŭs, Bācchĭcŭs. *Quĭd mĕmŏrāndum aequē Bācchēĭă dōnă tŭlērūnt?* V. *Pĭĕrĭī nĕmŏrĭs Bācchēā vōcĕ frĕmēntĕm.* Col. *Ōrbŭs, ăĭt, fĭĕrēs, nē Bācchĭcă săcră vĭdērēs.* O.

Bācchĭgĕnŭs. *Rūstĭcă Bācchĭgĕnĭs īntēntāns ārmă nŏvēllĭs.* Anth.

Bācchĭs, ĭdĭs. *Bācchĭdēs, nōn Bācchĭdēs, sĕd Bācchae sūnt ăcērrĭmae.* (troch.) *Pl.*

Bācchĭŭs, *versus. Bācchĭŭs ĕtĭām pōnĭtŭr prō dāctўlō.* (iamb.) *Ter.* PH. *Bācchĭcŭs* ādvērsŭs fĭĕt pēs, nām brĕvĭs āntĕ ēst. *Ter.*

bācchŏr. SY. fŭrĕrĕ, īnsānīrĕ. PH. Fŭrōrĕ cōrrĭpī, Bācchī fŭrĭīs ăgĭtārī. Saevĭt ĭnŏps ănĭmī, tōtāmque īncēnsă pĕr ūrbĕm Bācchātŭr. *V.* Mēntĕque fērtŭr īnsānā. Mōllēs sĭbĭ sūmĕrĕ thyrsŏs Īncĭpĭūnt. Dā mĭhĭ bācchātō vēlă sĕcūndă, pătĕr. *P.* Vĭrgĭnĭbŭs bācchātă Lăcaenĭs Tāygĕtă. *Va.* Ŭlŭlātĭbŭs Īdē Bācchātŭr. *Cl.* Nōn ĕgŏ sānĭŭs Bācchābŏr Ēdōnĭs. *H.* Grāndĕ Sŏphŏclēō cārmĕn bācchāmŭr hĭātū. *I.* Cōncŭssām bācchātŭr fāmă pĕr ūrbĕm. *V.* Gĕlĭdŭs sīccā Bŏrĕās bācchātŭr ăb ārctō. *O.* Ālēctō mĕdĭās Ītălŭm bācchātă pĕr ūrbēs. *V.* Spārtăcŭs ōmnĕ Pĕr lătŭs Ītălĭae fērrō bācchātŭs ĕt īgnĕ. *Cl.* *v. ebrius, furo.*

Bācchŭs. Descr. *O.* M. 3, 666. 4, 11 sqq. P. 3, 15. *Se.* Oed. 403. *Nem.* 3, 17 sqq. *Loca sacra:* Thēbae, Nāxŏs, Nysă, Cĭthaerōn. *Animantes* currum trahentes: lyncēs, tĭgrēs, pānthērae. *Arbores:* vītĭs, hĕdĕră. *Arma:* thyrsŭs. SY. Lībĕr, Lyaeŭs, Ēvān, Brŏmĭŭs, Īacchŭs, Lēnaeŭs, Thyŏnēŭs, Bāssărēŭs, Brīsaeŭs, Dĭŏnysĭŭs, Dĭthyrāmbŭs, Ēvĭŭs, Nysēŭs, Nysaeŭs, Ismărĭŭs, Ĕlĕlēŭs, Nyctĕlĭŭs. EP. thyrsĭgĕr, mītĭs, nŏctūrnŭs, ārmĭgĕr, gĕnĕrōsŭs, răcēmĭfĕr, cāndĭdŭs, fēmĭnĕŭs, ălūmnŭs, īntōnsŭs, aūdāx, saevŭs, jŭvĕnĭs, nĭtĭdŭs, mōllĭs, bĕnīgnŭs, Mārtĭŭs, īmbērbĭs, blāndŭs, rŭbĭcūndŭs, călēns, Dīrcaeŭs, cōrnĭgĕr, lāctĭfĭcŭs, spūmāns, ēbrĭŭs, tĭtŭbāns, bĭcōrnĭgĕr, răcēmĭpŏtēns, vītĭsătŏr, cŏrymbĭfĕr, bĭfōrmĭs, ŏdōrātŭs, Maeŏnĭŭs, jŏcōsŭs, vĕrēcūndŭs, īnvĕrēcūndŭs, bĭs gĕnĭtŭs, Aemŏnĭŭs, mārcĭdŭs, īnsānŭs, vălĭdŭs, bēllĭgĕr, vītĭcŏmŭs, săcrĕ, Cādmēĭŭs, Thyŏnēŭs, īgnĭgĕnă, bĭmātĕr. PH. Sĕmĕlēĭă prōlēs, Thēbānae Sĕmĕlēs pŭĕr. Pătĕr Lyaeŭs. Dĕŭs Āŏnĭŭs, Ŏgygĭŭs. Sīlēnī, Dīrcēs ălūmnŭs. Gĕnĭālĭs cōnsĭtŏr ūvae. Jŏvĭs prŏgĕnĭēs. Cīngēns vĭrĭdī tĕmpŏră pāmpĭnō. Pāmpĭnĕĭs ōrnātŭs tĕmpŏră sērtĭs. Pāmpĭnĕā rēdĭmītŭs frōntĕ căpīllōs. Răcēmĭfĕrĭs frōntēm cīrcūmdătŭs ūvĭs. *O.* Crīnālī flōrēns hĕdĕrā. *O.* Vīnī rĕpērtŏr. Jūcūndae cōnsĭtŏr ūvae. *T.* Pŭĕr aetērnŭs. *O.* Cŭī vīrgĭnĕūm căpŭt ēst. *O.* Intōnsā jŭvēnĭs pērpĕtŭūm cŏmā. *St.* Pāmpĭnĕā bĭcōrnĭgĕr hāstā. *O.* Aūrĕō cōrnū dĕcōrŭs *H.* Adsĭt laetĭtĭae Bācchŭs dătŏr. *V.* Ĭtĕrūm sătŭs, bĭs gĕnĭtŭs Sĕmĕlēĭŭs Ēvān. *St.* Bāssărĭdōn rōrātŏr Ēvān. Ōdĭt Lēnaeŭs trīstĭă vērbă pătĕr. *T.* Pōcŭlăque īnvēntĭs Āchĕlōĭă mīscŭĭt ūvĭs. *V.* Vīctă răcēmĭfĕrō lyncās dĕdĭt Īndĭă Bācchō *O.* Nūnc tē, Bācchĕ, cănām, nĕc nōn sĭlvēstrĭă tēcūm. *V.* Nĕc quī pāmpĭnĕĭs vīctŏr jŭgă flēctĭt hăbēnĭs, Lībĕr, ăgēns cēlsō Nysae dē vērtĭcĕ tĭgrēs. *V.* Tālĭs Ērythraeĭs īntēxtŭs nĕbrĭdă gēmmĭs Lībĕr ăgĭt cūrrŭs, ĕt Cāspĭă flēctĭt ĕbūrnĭs Cōllă jŭgĭs. Sătyrī cīrcūm, crīnēmquĕ sŏlūtae Maenădēs ādstrīngūnt hĕdĕrĭs vīctrīcĭbŭs Īndōs. *Cl.* Sōlĭs pērpĕtŭa ēst Bācchō Phoebōquĕ jŭvēntŭs. *T.* Pāmpĭnĕĭs ăgĭtāt vēlātām frōndĭbŭs hāstăm. *O.* Bācchae Sătyrīquĕ sĕquūntŭr. *O.* Adsĭt Lycūrgī dŏmĭtŏr ĕt rūbrī mărĭs, Tēctām vĭrēntī cūspĭdēm thyrsō gĕrēns. *Se.* Bācchŭs ămăt cōllēs, ăquĭlōnem ĕt frīgŏră tāxī. *V.* *v. vinum.*

bāccĭfĕr. *Dăt quŏquĕ bāccĭfĕrām Pāllădă rārŭs ăgĕr.* O.

băcīllŭs *et* ŭm. *Nūllō dēxtrām sŭbĕūntĕ băcīllō.* J. *v. baculus.*

Bāctră, *pl.* PH. Laūdĭbŭs Ītălĭae cērtēnt nĕquĕ Bāctră, nĕc Īndī. *V.* A. 2, 138. Rēgnātă Cyrō. *H.* Scythiae pŏpŭlī, quōs gūrgĭtĕ Bāctrŏs Īnclūdĭt gĕlĭdō. *L.* *Bāctrĭŭs* Alcyŏnēŭs. *O.* Ipsōs āccēdĭt *Bāctrŏs.* *Av.* — Bāctrīnŭs, Bāctrĭānŭs.

băcŭlŭs *et* ŭm. — *Ārtŭs băcŭlō fŭlcīrĕ trĕmēntēs.* O. SY. fūstĭs, stīpēs, băcīllŭs, ărūndo, pĕdŭm, scīpĭō. EP. nōdōsŭs, ācclīvĭs, dūrŭs, rēctŭs, tĕrēs, ăgrēstĭs, ăcērnŭs, quērnŭs, fīrmŭs. PH. Băcŭlō īnnīxŭs ăcērnō. Lāssă cŭtĭs tĕrĕtī mălĕ sūstēntātă băcīllō. Băcŭlūmquĕ tĕnēns ăgrēstĕ sĭnīstrā. *O.* Trūncă mănūm pīnŭs rĕgĭt ĕt vēstīgĭă fīrmăt. *V.* Āltērnōs lōngā nĭtēntēm cūspĭdĕ grēssŭs. *V.* Pāstōrālĕ dĕō băcŭlŭm. *S.* Incūmbēns băcŭlō, quēm dēxtră tĕnēbăt. *O.* Pēră, pŏlēntă, trĭbōn, băcŭlŭs, scyphŭs, ārtă sŭpēllēx. *Au.* Pīnŭs, băcŭlī quae praebŭĭt ūsŭm. *O.* Trĕpĭdūmquĕ mĭnīstr~ Praetēntēs băcŭlō, lūmĭnĭs ōrbŭs, ĭtĕr. *O.* Băcŭlūm prĕmĭt īnclīnātă sĕnēctūs. *Ca.* Băcŭlō sĕnīlĭ trīstĕ praetēntāns ĭtĕr. *Se.* Inērs sĕnēctūs ādjŭvăt băcŭlō grădŭm. *Se.* Băcŭlūmquĕ căpĭt, quēm spīnĕă tōrtŭm Vīncŭlă cīngēbānt. *O.* Sūstĭnĕt ĕt fĕrŭlā tĭtŭbāntēs ēbrĭŭs ārtŭs. *O.*

Baetĭs, ĭs. *Quā dīvēs plăcĭdūm Cōrdŭbă Baetĭn ămăt.* M. EP. Ibērŭs. PH. Stăbŭlī nūtrītŏr Ibērī. *M.* Baetĭs ŏlīvĭfĕrā crīnēm rĕdĭmītĕ cŏrōnā, Aūrĕă quī nĭtĭdīs vēllĕră tīngĭs ăquĭs. *M.* Baetĭcŏlāsquĕ vĭrōs spătĭīs ăgĭtābăt ĭnīquĭs. *S.* Baetĭcŭs ādjŭvăt āēr. *M.* Baetĭgĕnaequĕ vĭrī. *S.* Thētĭmquĕ fŭgācēm Quī fĕrĭt Hēspĕrĭŭs pōst ōmnĭă flūmĭnă Baetĭs. *L.*

băgōŭs. *Quēm pĕnĕs ēst dŏmĭnăm sērvāndī cūră, băgōē.* O. SY. spădo.

Băgrădă, aē. *Băgrădă lēntŭs ăgīt sīccaē sūlcātŏr ărēnaē.* L.

Bājaē. *Nūllŭs ĭn ōrbĕ sĭnŭs Bājīs praelūcĕt ămoēnīs.* H. EP. lĭquĭdaē, ămoēnaē, tĕpēntēs, călēntēs, fēlīcēs, mōllēs, aestŭāntēs, văpōrĭfĕraē, sălūtārēs. PH. Quĭd rĕfĕrām Bājās praetēxtăquĕ līttŏră vēlīs, Et quaē dē călĭdō sūlphŭrĕ fūmăt ăquă? *O.* Hūmĭdă Bājārŭm stāgnă tĕpēntĭs ăquaē. *P.* Sīvĕ văpōrĭfĕrās, blāndīssĭmă līttŏră, Bājās. *St.* Descr. *O.* A. A. 1, 251. *P.* 1, 11. *St.* S. 4, 7, 18. *M.* 11, 81.

Bājānŭs. *Hīc mĭhĭ Bājānī sōlēs mōllīsquĕ Lŭcrīnŭs.* M. PH. Ah, pĕrĕānt Bājaē, crīmĕn ămōrĭs, ăquaē.

Bājāzēth s. Bājāzēthŭs. EP. bărbărŭs, dīrŭs, atrox, sŭpērbŭs, īmpĭŭs. PH. Quēm căvĕa īnclūsŭm aŭrĕīsquĕ cōmpĕdĭbŭs grăvĕm Asĭaē cūnctă stŭpŭērūnt ōppĭdă. Vērtĭcĕ quāssāns claūstră fĕrrĕă.

bājŭlo. *Asĭnŭm sŏlēbānt bājŭlāntĕm sărcĭnās.* (iamb.) Ph. SY. hŭmĕrĭs fĕrrĕ, dēfĕrrĕ, gĕrĕrĕ, pōrtārĕ, sūstĭnērĕ. PH. Nōn dĭdĭcī bājŭlārĕ. *Pl.* Ipsĕ sŭbībo hŭmĕrĭs. *V.* Sŭccēdŏque ŏnĕrī. *V.* Quĭdquĭd căpēssūnt, ōrĕ fĕrrĕ bājŭlō. *Anth. v. onus, porto.*

bājŭlŭs. SY. gĕrŭlŭs, pōrtātŏr. PH. Quī cērvīcēm lŏcăt. *I.*

bālaēnă. *Quāntō dēlphīnĭs bālaēnă Brĭtānnĭcă mājŏr.* I. Descr. *Au.* id. 10, 140. SY. cētē, pīstrĭs. EP. stŭpēndă, īmmānĭs, īngēns, squāmōsă, ūndĭvăgă, māgnă, praedātrīx, mărīnă, Brĭtānnĭcă, văgă, Nĕptūnĭă, Nērēĭă. PH. Īmmānī cŏrpŏrĕ cētŭs. Māgnā sē mōlĕ mŏvēns. Hōrrĭdă pōntī Bēllŭă. Immānĭă cŏrpŏră pōntī. *V.* Undās īngēntī pĕctŏrĕ sūlcāns. Mōntēm pĕlăgō crēdās īnnārĕ rĕvūlsŭm. *V.* Bālaēnārūmquĕ prĕmēntĕm Aĕgaeōnă sŭīs īmmānĭă tĕrgă lăcērtīs. *V.*

bălănŭs. *Hōc ēx ŭnguēntō cōnstăt ĕt ēx bălănō.* M. PH. Prēssă tŭīs bălănūs căpīllīs. *H.*

bălātro. *Mēndīcī, mīmī, bălătrōnēs ĕt gĕnŭs ōmnĕ.* H.

bālātŭs. *Bālātŭs pĕcŏrum ēt crēbrīs mūgītĭbŭs aūrās.* V.

bālbūtĭo, īs. *Bālbūtīt scaūrūm prāvīs fūltūm mălĕ tālīs.* H. SY. haerērĕ, haesĭtārĕ līnguā; bālbō ōrĕ lŏquī. PH. Ōs tĕnĕrŭm pŭĕrī bālbūmquĕ pŏētă fĭgūrăt. *H.* Bālbās dĕdĭt ōrĕ lŏquēlās. Et tĕnĕrīs mĕdĭtāns vērba īllūctāntĭă lābrīs. *St.* Blaēsăquĕ fīt jūssō līnguă cŏāctă sŏnō. *O.* Făc tĭtŭbēt blaēsō sūbdŏlă līnguă sŏnō. *O.* Et nōmĕn blaēsō gārrĭĕt ōrĕ mĕŭm. *M.* Quĭd, quūm bālbă fĕrīs ānnōsō vērbă pălātō. *H.* Dīffĭcĭlēs dĕdĭt ōrĕ sŏnōs. Rāncĭdŭlūm quĭddām bālbă dē nārĕ lŏcūtŭs. *v. blaesus.*

Bălĕārēs. *Bălĕārĭum hāc lātē īnsŭlārŭm dōrsă sūnt.* (iamb.) Av. PH. Ĕbŭsum ēt Bălĕārĭcă rūră. *Mn.* Et tōrtă Bălĕārĭs saevŭs hăbēnā. *S.* Fūndā bēllă fĕrēns Bălĕārĭs ēt ālĭtĕ plūmbō. *S.* Nōn sĕcŭs ēxārsīt, quām quūm Bălĕārĭcă plūmbŭm Fūndă jăcīt. *O.* Stūpĕă tōrquēntĕm Bălĕārĭs vērbĕră fūndaē. *V.*

bălĭnĕaē et bālnĕaē. *Et bălĭnĕās ēt āmbŭlăcrum ēt pōrtĭcŭm.* (iamb.) Pl. *v. balneum.*

bălīstă. *Quām grăvĕ bălīstaē moēnĭă pūlsĕt ŏnŭs.* O. SY. cătăpūltă, ărĭēs. EP. tōrtă, fĕrrĕă, bēllĭcă, dūră, Mārtĭă, pŏtēns, Vūlcānĭă, īmmītĭs, vălĭdă, tūrrĭfrăgă, Māvōrtĭă, trūx, hōrrĭbĭlĭs, fĕră, hōrrēns, ēxĭtĭōsă, ēxĭtĭālĭs. PH. Strīdēntēs tōrquĕt bălīstă mŏlārēs. Phōcăĭs ēffūndīt văstōs bălīstă mŏlārēs, Atque ĕădem, īngēntĭs mūtātō pōndĕrĕ tēlī, Fērrātam ēxcŭtĭēns ōrnŭm, mĕdĭa āgmĭnă rūmpĭt. *St.* Bălīstăquĕ pōrtās Cōnfrēgĭt săxō. Nĕc ĕnĭm sōlīs ēxcūssă lăcērtīs Lāncĕă, sĕd tēnsō bălīstaē tūrbĭnĕ rāptă. *L.* Haūd ūnŭm cōntēntă lătŭs trānsīrĕ quĭēscĭt. Tōrtăquĕ pēr tĕnĕbrās vălĭdīs bălīstă lăcērtīs. *L.* Mōlēs āddŭctō cōncĭtă nērvō. *O. v. aries.*

bālnĕātŏr. *Quōs dīvĭdēbăt bālnĕātŏr ēlĭxŭs.* (Scaz.) M.

bālnĕum. *Rēddĕ Lŭpī nōbīs, tĕnĕbrōsăquĕ bālnĕă Grīllī.* M. SY. thērmaē. EP. dūlcĕ, mūlcēns, sūdāns, călĭdŭm, tĕpĭdŭm, grātŭm, jūcūndŭm, hūmĭdŭm, fērvĭdŭm, sălūtĭfĕrŭm, ămoēnŭm, ōptātŭm, frīgēns, ūdŭm, sălūbrĕ. PH. Călĭdīs sūdāntĭă thērmīs. Nĭtĭdīs gēmmāntĭă săxīs Bālnĕă. *St.* Nĭtĭdās vărĭō dē mārmŏrĕ thērmās Exstrūxĭt. Bālnĕă pūră pĕtēbānt. Nĭtĭdīs īmmērgĭtŭr ūndīs. *O.* Mēmbră lăvātūrās mānĕ pĕtēbăt ăquās. *O.* Sēcrētă pĕtīt lŏcă, bālnĕă vītăt. *H.* Nūdă sŭpērfūsīs tīngāmŭs cōrpŏră lymphīs. *O. v. abluo, Bajae, lavo, thermae.*

bālo, ās. *Tāctăquĕ fūmāntī sūlphŭrĕ bālĕt ŏvĭs.* O. PH. Bālātŭm dărĕ, ēdĕrĕ, fūndĕrĕ, bālātĭbŭs āgrōs īmplērĕ. Bālātŭ caūlās rĕplērĕ, pērsŏnārĕ. Bālāntūmquĕ grĕgĕm flŭvĭō mērsārĕ sălūbrī. *V.* Tūtī sŭb mātrĭbŭs āgnī Bālātŭm ēxērcēnt. *V.*

bālsămĭnŭs et bālsămĕŭs. *Unguĭnĕ bālsămĕō mўrrhăque ēt tūrĕ sŏlūtō.* Lact.

bālsămŭm. *Bālsămă quī sĕmpĕr, cīnnămă sĕmpĕr ŏlĕt.* M. EP. sūdāns, spīrāns, ŏdōrŭm, rĕdŏlēns, grātŭm, ŏdōrĭfĕrŭm, prĕtĭōsŭm, pīnguĕ, ărōmătĭcŭm, Indŭm, ŏdōrātŭm, frāgrāns, mītĕ, gĕnĭālĕ, sălūtārĕ, dūlcĕ, lūxŭrĭōsŭm, săcrŭm. PH. Bālsămĕŭs ŏdŏr, Syrĭŭm mūnŭs, Eōŭs lĭquŏr. Laetōs spīrāns ŏdōrēs. Ŏdōrātō stīllāntĭă bālsămă līgnō. Bālsămă Nīlĭăcō sūdāntĭă cōrtĭcĕ. Quĭd tĭbi ŏdōrātō rĕfĕrām sūdāntĭă līgnō Bālsămă. *V.* Bālsămĕōs pērfūndĭt ŏdōrēs. Gēmmātīs ălĭī pēr tōtŭm bālsămă tēctŭm Effūndĕrĕ cădīs, dūrō quaē saūcĭŭs ūnguĕ Nīlĭăcŭs pīnguī dēsūdăt vūlnĕrĕ cōrtĕx. *Cl. v. unguentum.*

bāltĕŭs et ŭm. *Bāltĕŭs ēt tĕrĕtī sūbnēctĭt fībŭlă gēmmă.* V. SY. cīngŭlŭm. EP. pēndŭlŭs, dīscŏlŏr, sīgnĭfĕr, aūrātŭs, aūrĕŭs, splēndēns, pūlchĕr, ēnsĭfĕr, pīctŭs, sūtĭlĭs. PH. Lātō bāltĕŭs aūrō. *P.* Īmmānĭă pōndĕră bāltheī. *V.* Aūrātō rĕlĭgāns īlĭă bāltĕō. *St.* Quā caērŭlŭs āmbĭt Bāltĕŭs. *Va.* Pārthĭcă quaē tāntīs vărĭāntŭr cīngŭlă gēmmīs. *Cl.* Bāltĕŭs haūd flūxōs gēmmīs ādstrīnxĭt āmĭctŭs, Cōllă mŏnīlĕ dĕcēns. *L.* Nōbĭlĭbŭs gēm-

mĭs ĕt cōctō lūcĭdŭs aūrō Bāltĕŭs. Prĕtĭōsăquĕ cīngŭlă gĕmmīs. Aūrō lūcēbānt cīngŭlă mūndō. Bāltĕō lūmbōs cīngĕrĕ, īlĭă rĕlĭgārĕ. Tĕrĭtūr quā sūtĭlĭs ălvō Bāltĕŭs. *V.* Praebēbānt caesī băltĕă lēntă bŏvēs. *P.* Hŭmĕrō cum āppārŭĭt āltō Bāltĕŭs, ĕt nōtīs fūlsĕrūnt cīngŭlă būllīs Pāllāntĭs pŭĕrī. *V.* Allĭgăt ā laevā fūlgĕntĕm bāltĕŭs ēnsĕm.

bāptīsmă *vel* mŭs. — *ăbŏlēns bāptīsmătĕ lābĕm.* Pr. — *Jŏānnēs bāptīsmī prīmŭs ăpĕrtŏr.* Tert. EP. sānctūm, sŏlēmnĕ, sălūtĭfĕrūm, săcrūm, sălūbrĕ. PH. Fōns săcĕr, săcrūm lăvăcrūm, ūndă sălūtĭfĕrī flūmĭnĭs, lūstrālĭs ūndă, ăquă, lўmphă, ūndă tōllēns crīmĭnă. Ūndă lăvāns prīmae vēstīgĭă cūlpae. Săcră bāptīsmătĭs ūndă. Săcrātŭs gūrgĕs. Rōs sălūtĭfĕr. Ūndae, Queīs ănĭmae scĕlŭs ēlŭĭtŭr, vĕtĕrūmquĕ părĕntūm Nōmĭnĕ cōntrăctae ēxcēdūnt cōntāgĭă lābĭs. Flūmĭnă bāptīsmī. Quō dĕlĭcta Ādae Chrīstŭs ĭn āmnĕ lăvăt. *Fort.* Nōs fēcĭt Chrīstī sŭbŏlēm bāptīsmătĭs ūndă. Bāptīsmŭs vĕtĕrĭs mūndăt vēstīgĭă cūlpae.

Bāptīstă. PH. Pērfūndĭt flŭvĭō pāstŭs Băptīstă lŏcūstīs. *Pr. v. Joannes.*

bāptīzo, ās. PH. Īnfāntĭs căpĭtī dīvīnōs īnfūndĕrĕ rōrēs. Rōrĕ pūrō spārgĕrĕ cōrpŭs mēntēmquĕ pĭārĕ. Pĭō pērfūndĕrĕ rōrĕ. Mērgĕrĕ, īmmērgĕrĕ, tīngĕrĕ, āblŭĕrĕ, pērfūndĕrĕ, lăvārĕ, āspērgĕrĕ săcrā bāptīsmătĭs ūndā, āblŭĕrĕ săcrō fōntĕ, flūmĭnĕ, sānctō lăvăcrō, lūstrālĭbŭs ūndīs, săcrīs lўmphīs, pūrīs ūndīs, săcrī fōntĕ lăvăcrī. Pūrgāntĭbŭs lўmphīs āblŭĕrĕ. Tīngĕrĕ săcrīs ūndīs. Săcrō pērfūndĕrĕ flūmĭnĕ cōrpŭs. Săcrō pūrgārĕ lăvăcrō. Săcrīs āspērgĕrĕ lўmphīs. Crēdēntēs ōmnēs rĕnŏvăt bāptīsmătĕ săcrō. Tūm cūnctī āccĭpĭūnt ūndāmque aūrāmquĕ sălūbrēm. Hōsquĕ jŭbĕt săcrō dē fōntĕ rĕnāscī. Pūrās ănĭmās săcră lăvăcră bĕānt. *Fort.* Pērgĭte, ĕt āblūtōs hŏmĭnēs pūrgāntĭbŭs ūndīs Nōmĭnĕ sŭb sānctō Pătrĭs Nātīquĕ lăvātĕ. Flūmĭnĭs ŭt lĭquĭdī căpĕrēnt mīrāndă lăvăcră, Queīs ănĭmae spĕcĭēs āblūtă sōrdĕ nĭtērĕt. *Juvc.*

Bărābbās, ae. *Pīlātus dōnăt plēbī lēgīquĕ Bărābbăm.* Iuvc.

bărăthrŭm. *Ŏbsĭdĕt, ātque īmō bărăthrī tĕr gūrgĭtĕ vāstōs.* V. — *sŭpērque īmmānĕ bărăthrŭm.* V. SY. vŏrāgo, vōrtĕx, gūrgĕs. EP. īmmānĕ, īmŭm, Tārtărĕŭm, coecŭm, ābrūptŭm, praecĕps, nĭgrŭm, fĕrŭm, lātŭm, īrrĕmĕābĭlĕ, īnfērnŭm, Stўgĭŭm, tĕtrŭm, prŏfūndŭm, ŏpăcŭm, cālīgāns, hōrrēndŭm, ăpērtŭm, ōbscūrŭm, hōrrĭbĭlĕ. PH. Spĕcŭs īngēns. Vāstă vŏrāgĭnĕ gūrgĕs. Nē pĕdĭbŭs rāptīm tēllŭs sŭbtrāctă fĕrātŭr In bărăthrŭm. *Lr.* Aētnaē mērsĭt cāndēntĕ bărăthrō. *S.* Naūfrăgă cāndēntī mērgūntŭr plaūstră bărăthrō. *Cl. v. hiatus.* — *I. q. Tartarus.* PH. Sŭpērque īmmānĕ bărăthrŭm Cērnātŭr, trĕpĭdēntque īmmīssō lūmĭnĕ mānēs. *V.* Et quaecūnquĕ lătēnt fĕrālī mōnstră bărăthrō. *Cl.* Poenă bărăthrī. *Va.* Aūt ārs ūllă pŏtēst lēgĕm mūtārĕ bărăthrī. *Anth.* Īnfērnī sŭb nōctĕ bărăthrī. *Va. v. hiatus, infernus.*

bārbă. Comp. lanugine mali Cydonii *M.* 10, 42. SY. lānūgo, mēntŭm, pĭlī, cānĭtĭēs. EP. īmpēxă, hīspĭdă, mōllĭs, lōngă, foedă, sōrdĭdă, rĭgĭdă, cūltă, sĕnīlĭs, cānă, cāndĭdă, nĭvĕă, rĕnāscēns, hīrtă, hīrsūtă, āspĕră, hōrrĭdă, prōlīxă, cōmāns vĕnĕrāndă, moestă, prōmīssă, ŏpācă. *C.* 37, 19. PH. Gĕnās, mālās ōrnāns, ēxōrnāns, tĕgēns, pīngēns. Mālīs, gĕnīs īnsērpēns; ārgūmēntă vĭrī. Īn pēctŭs sōrdĭdă bārbă cădĭt. *M.* Cuī plūrĭmă mēntō Cānĭtĭēs īncūltă jăcēt. *V.* Sūmmō cădĭt hīspĭdă mēntō Bārbă. Pāssŭs ĕrāt moestām mălīs īncrēscĕrĕ bārbăm. *L.* Īllĕ mănū mūlcēt prōpēxam ād pēctŏră bārbăm. *O.* Bārbă rĕsēctă mĭhī bīsvĕ sĕmēlvĕ fŭīt. Et părĭtēr mōllēm mālīs dēmīttĕrĕ bārbăm. Nōscō crīnēs īncānăquĕ mēntă Rēgĭs Rōmānī. *V.* Jām lĭbĕt hīrsūtām tĭbĭ fālcĕ rĕcīdĕrĕ bārbăm. *O.* Pēctŏrĭs īndĭcĭŭm lĭcĕt hōrrĭdă bārbă sĕvērī Praebĕăt. Pēr tŭă lānūgō cūm sērpĕrĕ coepĕrĭt ōră. Dūm mĭhĭ prīmă gĕnās vēstībăt flōrĕ jŭvēntă. Īmmīssā prōtēctŭs pēctŏră bārbā. *O.* Āspĕră mēntō Bārbă jăcēt. *Ca.* Bārbae cŏlŏr aūrĕŭs. *O.* Dūm rŏsĕīs vĕnĭt ūmbră gĕnīs. Bārbăm rĕsĕcārĕ, rēscīndĕrĕ. Āmplēxŭs āspĕră bārbă tĕrĭt. *T.* Cānĕt bārbă gĕlū. *S.* Glăcĭē rĭgĕt hōrrĭdă bārbă. *V.* Oră dĕō mădĭdā rōrāntĭă bārbā. *O.* Hīrsūtūmquĕ sŭpērcĭlĭūm prōlīxăquĕ bārbă. *O.* Săpĭēntēm pāscĕrĕ bārbăm. *H.* Prōpēxīs īn pēctŏră bārbīs Vērrĕre hŭmŭm. *S.* Caesărĭēm lōngae dēxtrā dēdūcĕrĕ bārbae. *O.* Stīrĭăque īmpēxīs īndūrŭĭt hōrrĭdă bārbīs. *V.* Cūm tĕnĕt ōbsēssās īnvĭdă bārbă gĕnās. Cāndĭdĭŏr pōstquām tōndēntī bārbă cădēbăt. *V.* Quō tōndēntĕ grăvīs jŭvĕnī mĭhĭ bārbă sŏnābăt. *V.* Vēllūnt tĭbĭ bārbăm Lāscīvī pŭĕrī. *H. v. lanugo.*

bārbărĭă. *Īntĕr ĭnhūmānae nōmĭnă bārbărĭae.* O. SY. crūdēlĭtās, saevĭtĭă, fĕrĭtās, rūstĭcĭtās, saevĭtĭēs, bārbărĭēs. EP. īnhūmānă, fĕrīnă, fŭrēns, hōrrĭdă, fĕră, scĕlĕrātă, īmmānĭs, dīră, crŭēntă, ātrōx, crūdēlĭs, hōrrēndă, fĕrōx, răbĭdă, īnvĭdă, tўrānnĭcă, fŭrĭōsă, praecĕps, ēffĕră, ēffrēnĭs, īmpătĭēns, tĕmĕrārĭă, mĭnāx, īmpĭă, ăcērbă, Stўgĭă, Tārtărĕă, fērvĭdă, ĭnaūdĭtă, āspĕră, crūdă, ĭnāmābĭlĭs. PH. Dīssŏnă rĭtū Bārbărĭēs. *Cl.* Fĕrĭtās ĭnāmābĭlĭs. Hōrrĭdă rūstĭcĭtās. Graecĭă bārbărĭae lēntō cōllīsă dŭēllō. *H.* At mĭhĭ bārbărĭă vīvēndūm sēmpĕr ĭn īllā. *O.* Et mīxtae dīssŏnă tūrbae Bārbărĭēs. *L.* Āddĕ sŭbāctăm Bārbărĭēm gēntēsquĕ văgās. *L.* At nūnc bārbărĭēs grāndĭs, hăbērĕ nĭhĭl. *O.* Ōmnĭă bārbărĭae lŏcă sūnt vōcīsquĕ fĕrīnae. *O. v. barbarus, crudeliter.*

bārbărĭcŭs. *Bārbărĭcō pōstēs aūrō spŏlĭīsquĕ sŭpērbī.* V.

bārbărŭs. *Bārbărŭs hīc ĕgŏ sūm, quĭă nōn īntēllĭgŏr ūllī.* O. SY. crūdēlĭs, īmmānĭs, fĕrŭs, ēffĕrŭs, dīrŭs, āspĕr, ātrōx, fĕrōx, īmmītĭs, trūx; lōngīnquŭs, ēxtĕrŭs, ălĭēnĭgĕnă. PH. Gēns dūra ătque āspĕră cūltū. Bārbără Cēcrŏpĭōs tērrēbānt āgmĭnă mūrōs. *O.* Pīctŭs ăcū tūnĭcās ĕt bārbără tēgmĭnă

crūrūm. *V.* Sŏnāntĕ mīxtūm tībĭīs cārmĕn lyrā, Hāc Dōrĭum, īllīs bārbărūm. *H.* Bārbărās Sȳrtēs. *H.* Quōd mărĕ bārbărūm? *H.* Et nŏcŭīt fōrmae bārbără līnguă bŏnaē. *O.* Nōn dŭbĭtō, quīn sīnt ĕt īn hōc nōn paūcă lĭbēllō Bārbără. *O.* Quaēvĕ hūnc tām bārbără mōrēm Pērmīttīt pătrĭă? *V.* Descr. *V.* A. 8, 722 sqq. *O.* T. 5, 10, 28. *v. crudelis.*

bārbātŭs. — *bārbātūm crēdĕ măgīstrūm.* Pe. SY. bārbĭgĕr. PH. Cuī plūrĭmă mēntūm Bārbă tĕgīt. Mūltā tēctūs lānūgĭnĕ mălās.

bārbĭgĕr. *Bārbĭgĕrās pĕcŭdēs,* etc. Lr.

bārbĭtŭs et tŏs; tūm et tŏn. *Nōn făcĭt ăd lăcrȳmās bārbĭtŭs ūllă mĕās.* O. SY. tĕstūdo, lyră, cĭthără, chĕlȳs. EP. quĕrūlă, cănōră, nĭvĕă, mōllĭs, Aeŏlĭă, aūrĕă, Āŏnĭă, dūlcĭs, sŏnōră, ărgūtă, Lĕsbŏă, făcĭlĭs, Vĕnūsīnă, Lēsbĭă. PH. Ād quĕrŭlām dōctō bārbĭtŏn ōrĕ cănĭt. Dēfūnctūmquĕ bēllō Bārbĭtŏn hīc părĭēs hăbēbĭt. *H.* Āgĕ, dīc Lătīnūm, Bārbĭtĕ, cārmĕn. *H.* Chōrdās ĕt plēctra ēt bārbĭtă cōndĕ. *Au.* Tērpsĭchŏrē făcĭlēm lāscīvō pōllĭcĕ mŏvĭt Bārbĭtŏn. *Cl. v. cithara.*

Bārcĭno, ōnĭs. — *sŭpĕrāddĭtă Bārcĭnō pōntō.* Au.

Bārcīnŭs. — *ŭt rŭbĕāt Bārcīnă clādĕ Mĕtaūrŭs.* Sid.

Bārdī. *v. poëta, vates.* Descr. *L.* 1, 447.

bārdŭs. SY. stŭpĭdŭs, stōlĭdŭs, hĕbĕs, tārdŭs, īnēptŭs, īnsūlsŭs, stūltŭs, fătŭŭs, īnsĭpĭēns, brūtŭs.

bārĭs. *Bārĭdŏs ĕt cōntĭs rōstrā Lĭbūrnă sĕquī.* P.

Bārnăbās. *Bārnăbāmīn Lătĭūm* etc. Mant.

bărŏmetrūm. Descr. *Lupus Thomas.*

bārrĭo. SY. bārrītum ēdĕrĕ, fūndĕrĕ, tōllĕrĕ.

Bārthŏlŏmaeŭs. — *fērt Indĭă Bārthŏlŏmaeūm.* Fort.

bārrŭs. — *nĭgrīs dīgnīssĭmă bārrīs?* H. *v. elephas.*

bāsĭātĭo. *Hās ŏffēndĕrĕ bāsĭātĭōnēs.* (phal.) M. *v. osculum.*

bāsĭātŏr. *Ēffŭgĕrĕ nōn ēst, Bāssĕ, bāsĭātōrēs.* (Scaz.) M.

bāsĭlĭcă. SY. Rēgĭă, tēmplūm, aūlă.

Bāsĭlīdēs. *Tālēs ēssĕ dĕōs Bāsĭlīdēs crēdĕrĕ jūssĭt.* Tert.

bāsĭlĭscŭs. — *īn văcŭā rēgnăt bāsĭlĭscŭs ărēnā.* L. 9, 725. EP. fūnĕrĕŭs, mōrtĭfĕr, Lĭbȳcŭs, vĕnēnōsŭs, vĕnēnĭfĕr, Gaētūlŭs, crīstātŭs, vūlnĭfĭcŭs, rēgĭŭs, rēgālĭs, dīrŭs, lētālĭs, pēstĭfĕr, lūbrĭcŭs. PH. Sērpēntūm prīncĕps, ŏcŭlīs vĭbrāntĭbŭs hōrrēns. Sĭbĭlă cōllă Ārdŭŭs āttōllīt bāsĭlĭscŭs. Āttōllēntem īrās ĕt caērŭlă cōllă tŭmēntem Āspēxĭt. *V.* Fūnĕrĕŭs Lĭbȳcā vĕlŭtī bāsĭlĭscŭs ărēnā Vūlnĕrăt āspēctū, lūmĭnĭbŭsquĕ nĕcăt. *Mant. v. serpens.*

Bāsĭlĭŭs. *Bāsĭlĭŭs īllĕ jūrĕ māxĭmō măgnŭs.* (scaz.) *Gaz.*

Bāsĭlŭs. *Et Bāsĭlūm vĭdĕrĕ dŭcēm* etc. L.

bāsĭo, ās. *Pīctōrūm sōlă bāsĭātĕ rēgŭm.* (phal.) M.

bāsĭs. *Quŏquĕ mĭnŭs dŭbĭtēs, stāt bāsĭs ōrbă Dĕā.* O. SY. fūndāmēntum, fūndāmĕn, fūlcīmēntūm, fūlcrūm. EP. fōrtĭs, sŏlĭdă, aēnĕă, aētērnă, pĕrēnnĭs. PH. Inscrīpta ēst bāsĭs, īndĭcātquĕ nōmĕn. *M.*

bāsĭum. *Nām tē bāsĭă mūltă bāsĭārĕ.* (phal.) M. *v. osculum.*

Bāssărĭcŭs. *Cīngĭt Bāssărĭcās Lȳdĭă mĭtră cŏmās.* P. 3, 15, 30.

Bāssărĭs. *Bāssărĭdūm fŭrĭōsă cŏhōrs* etc. *O. v. Baccha.*

Bătāvī. *Vāngĭŏnēs Bătăvīquĕ trŭcēs* etc. L. — *dŏmĭtīquĕ Bătāvī.* J. EP. fĕrōcēs, īndŏmĭtī, fōrtēs, gĕnĕrōsī, măgnănĭmī, bēllĭgĕrī, Mārtĭī, aūdācēs, īmpăvĭdī, cōncōrdēs. PH. Et mūtăt Lătĭās spūmă Bătăvă cŏmās. *M.* Aūrēm quī mŏdŏ nōn hăbĕt Bătāvām. *M.*

Băthyllŭs. — *mōllī săltāntĕ Băthȳllō.* J.

Bătrăchŏmȳŏmăchĭă. PH. Pērlēgĕ Maēŏnĭō cāntātās cārmĭnĕ rānās, Et frōntēm nūgīs sōlvĕrĕ dīscĕ mĕīs. *M.*

Bāttŭs. *O.* M. 2, 687.

Baūcĭs. *O.* M. 8, 611 sqq.

Băvĭŭs. *Quī Băvĭūm nōn ōdĭt, ămēt tŭă cārmĭnă, Maēvī.* V.

bĕātĭtās. *Bĕātĭtātēs īnflŭūnt cūnctae īn sĭnūm.* (jamb.) SY. bĕātĭtūdo, fēlīcĭtas, *q. v.*

bĕātŭs. *Bĕātŭs īllĕ, quī prŏcŭl nĕgōtĭīs.* (iamb.) H. SY. fēlīx, fōrtūnātŭs. PH. Dīcīquĕ bĕātŭs Ante ŏbĭtūm nēmō sūprēmăquĕ fūnĕră dēbĕt. *O.* O tērquĕ quătērquĕ bĕātī. *V.* Nōvīstīnĕ lŏcūm pŏtĭōrem rūrĕ bĕātō? *H.* Dīscăt, quō fīnĕ bĕātūm Dīrĭgĭtūr. *Cl.* Quĭd mē laetĭŭs ēst bĕātĭŭsvĕ? *C.* Nōn ēst mī mălĕ, sĕd bĕnĕ ēt bĕātĕ. *C.* Dīvĭtĭīs hŏmĭnēs, ān sīnt vīrtūtĕ bĕātī. *H.* Nĭhĭl ēst ăb ōmnī Pārtĕ bĕātūm. *H.* Descr. *H.* Epod. 2. *H.* S. 2, 6, 74. *M.* 14, 47. *v. felix.*

Bĕbrȳx, ycĭs. *Bĕbrȳcĭs ēt Scȳthĭcī* etc. V. — *saēvă Bĕbrȳcĭs īn aūlā.* S. — *Bĕbrȳcĭī pāndūntūr moēnĭă rēgnī.* V.

Bēl. — *jām Bēlĭs īmāgĭnĕ frāctā.* Alcim. *v. Belial.*

Bēlgaē. EP. ārmĭfĕrī, aūdācēs, pūgnācēs, crūdī, prūdēntēs, īngĕnĭōsī, fōrtēs. PH. Gēns āspĕră Bēlgaē. *M.*

Bēlgĭcŭs. *Ūt cănĭs ŏccūltōs āgĭtăt quūm Bēlgĭcŭs āprōs.* Si.

Bēlĭăl *s.* Bēlĭă. *Praēcēptŏr Bēlĭă mĭhī* etc. Pr.

Bēlĭdēs, aē. *Bēlĭdaē frātrēs* etc. St. *Sūrge, ăgĕ, Bēlĭdē* etc. O.

Bēlĭdēs, um. *Āssĭdŭō rĕpĕtūnt, quās pērdānt, Bēlĭdēs, ūndās.* O. SY. Dănăĭdēs, Bēlĭădēs. EP. īmpĭaē, scĕlēstaē, crŭēntaē, īnīquaē, mĭsĕraē, dīraē, fĕraē, pērfĭdaē, crūdēlēs, scĕlĕrātaē, īnhūmānaē, īmmītēs, vĭgĭlēs, īnsōmnēs, īnfēlīcēs. PH. Dănăī pŭēllaē. Dănăī prōlēs, fēmĭnă tūrbă sĕnĭs. Mōlīrīquĕ sŭīs lētūm pătrŭēlĭbŭs aūsaē. *O.* Crŭēntaē Aēgȳptī nŭrŭs, scĕlēstaē sŏrōrēs. Quaē frūstră tēntānt lȳmphās rētĭnērĕ fŭgācēs. Tūrbă mărītālī pērnĭcĭōsă nĕcĕ. Aūsaē Bēlĭădēs lētūm cōnfērrĕ mărītīs. Ūnā sūb nōctĕ jŭgālī Caēsă mănŭs jŭvĕnūm foēdĕ thălămīquĕ crŭēntī. *V.* Quaēquĕ gĕrūnt hŭmĕrīs pērĭtūrās Bēlĭdēs ūndās, Exsĭlĭīs Aēgȳptī, tūrbă

cruenta, nurus: O. Descr. O. M. 4, 462. T. 1, 3, 79. H. Od. 3, 11, 25. Lr. 3, 1025. Ph. fab. nov. 6, 10. Se. H. O. 948. S. H. f. 500. v. *Danaides*.

Belisarius vel Bellisarius. *Editus hinc magni domitor Belisarius orbis.* Ma. — *florens modo Bellisarius armis.* Lauterb. EP. fortis, caecus, inops, miser, exsul. PH. Imperii decus et columen. Tugurii lacer incola.

bellaria. *Jam bellaria adorea placebant*, (phal.) St. SY. extremae dapes, mensa secunda. EP. mellita, Attica, lauta, deliciosa.

bellator. SY. belliger, bellicosus, bellicus, bellipotens, miles, pugnax, heros. PH. Quem castra juvant et lituo tubae Permistus sonitus. H. Insanis metuendus in armis. Belli peritus, utilis armis, bello magnus, praeclarus, clarus, egregius, superbus, terribilis, fortis, durus, asper. Bello magnus et armis. Armis egregius, inclytus, insignis, praestans, acer. Pro patria non timidus mori. H. Quem cruenta Per medias rapit ira caedes. H. Haud illi veterum virtute secundus. V. Miles numero praestantior omni. O. Clarum militiae decus. M. Bello laude prior. O. Nulla non parte timendus. S. Fortunatusque laborum, Egregiusque animi. V. Praestantes virtute legit. V. Cujus mihi robur in armis, Pace probata fides. Cl. Vires pugna dabat. L. Ingentemque animis, ingentem corpore et armis. V. Per quem tot juvenes patrio caruere sepulcro. O. Quos nulla fatigant proelia, nec victi possunt absistere ferro. V. Propriaeque salutis immemor, et stricto prosternens omnia ferro. Cl. Scitusque accendere Martem, Floruerat primo clarus bellator in aevo; Non ars aut astus belli vel dextera deerat. S. Feliciter usus Praecipiti cursu bellorum et tempore rapto. L. Promtus ad arma. O. Saevis agitatus in armis. Fortia bello pectora. V. Vivida bello dextera, invictaque bello dextera. Dextera bello utilis. V. Caput insuperabile bello. O. Genus intractabile bello. V. Acer in armis, acerrimus armis. V. Marte ferox et vinci nescius armis. O. Mavortius heros. Acer erat, belloque ferox ad vimque paratus. V. Nulli cessurus in armis. L. Armorum praestans animique. St. Insignis fama et felicibus armis. Robustus acri militia puer. H. Geminos duo fulmina belli Scipiadas. Experti bello juvenes. V. Primus inire manu, postremus ponere Martem. S. Gens studiis asperrima belli. Avidusque cruoris Bella petit. Efferat qui Martis praelia semper amat. Cui Mavortia cordi bella, Martemque fatigans; expers terroris Achilles. Non illi quisquam bello se conferat heros. C. Non illi quisquam se impune tulisset Obvius armato, seu cum pedes iret in hostem, Seu spumantis equi foderet calcaribus armos. V. Hostibus haud tergo, sed forti pectore notus. Idem expugnati primus stetit aggere muri. Prodiga gens animae, et properare facillima mortem. Ductor fortissime bello: Sed non in Caesare tantum Nomen erat, nec fama ducis, sed nescia virtus Stare loco, solusque pudor non vincere bello. L. Celsior o cunctis, unique aequande Camillo. Alius sit fortis in armis, Sternat et adversos Marte favente, duces. T. Nam te non alius belli tenet aptius artes, Qua deceat tutam castris producere fossam, Qualiter adversos hosti defigere nervos, Quemve locum ducto melius sit claudere vallo. Ut facilisque tuis aditus sit, et arduus hosti. Jam simul audacis veniunt certamina Martis, Adversisque parant acies concurrere signis. Tunc tibi non desit faciem componere pugnae, Seu sit opus quadratum acies consistat in agmen, Dexteraque ut laevum teneat dextrumque sinistra Miles. Et quanquam fundi se circumpulsa videret Agmina delata gentili pube caterva. Caesorum implebat solus loca. Sunt nobis fortia bello Pectora, sunt animi et rebus spectata juventus. V. Descr. O. P. 4, 7, 31. v. *armatus, bellicosus, belligerator, bellum, miles*.

bellatrix. PH. Bellatrix, audetque viris concurrere virgo. V. Studiis asperrima belli. V. Bello insignis et armis Femina. Bellatrix illi diva ferebat opem. O. Stant bellatrices aquilae saevique dracones. St.

bellax. — *Illic bellaci confisus gente Curetum.* Lr. v. *bellator*.

Bellerophon, ontis et Bellerophontes, ae. — *credas de sidere Bellerophontem.* Mn. EP. castus, belliger, pudicus, victor, audax, generosus, magnanimus, fortis, constans. PH. Chimaerae domitor. Glauci castissima proles. Isthmiacus juvenis. Cui praeda Chimaera fuit. Victor ab oppressa rediit cum laude Chimaera. Bellerophon ut fortis equos superaret Chimaeram Et Lycii potuit sternere monstra soli. Avia perlustrasse vagus loca Bellerophontes. Au. — *Bellerophontei qua fluit humor equi.* T.

bellicosus. *Quid bellicosus Cantaber et Scythes.* (Alc.) H. Comp. c. *fulmine* V. A. 6, 842. c. *pestifero sidere* St. Th. 7, 743. c. *Marte* S. 1, 432. c. *leone* V. A. 12, 4. c. *apro* S. 1, 720. St. Th. 11, 530. c. *ventis* V. A. 10, 356. et *tauris, ursis* St. Th. 6, 861. v. *bellator*.

bellicus. *Bellica non dextrae convenit hasta tuae.* O. SY. Martius, Mavortius. v. *bellator*.

bellifer. — *quia belliferam communibus urunt.* Cl.

belliger. *Aut ferit belligerus addita in arma manus.* O.

belligerator. *Belligeratores nutrit tellus Arimaspus.* Av. PH. Belligeris a gentibus undique septus. O. Viris ignobile letum Belligeris, in pace mori. S. Dent belligeros superare labores. Va. Claudius a Rheno trajectos arcuit hostes Belligerans. P. Nec cauponantes bellum, sed belligerantes. E. Mars, pater armorum, fortissime belligerator. Anth. v. *bellator*.

bellĭpŏtens. *Bellĭpŏtens aptat rōrantes sanguĭnĕ cristas.* V.

bello, ās *et* bellŏr. PH. Pictīs bellantur Ămāzŏnĕs armīs. *V.* Quŏnĭam prŏhĭbent annī bellārĕ, lŏquendŏ Pugnat. *O.* Sī bellārĕ părās atque haec tĭbĭ mens est. *V. v. bellum gero.*

Bellōnă. *Quam cum sanguĭnĕŏ sĕquĭtur Bellōnă flăgellŏ. V.* A. 8, 700. *S.* 5, 221. *Cl.* Eutr. 2, 244. IV. cons. Hon. 12. SY. Ĕnyō, Pallas. EP. fŭrens, Tartărĕă, ātră, hastātă, vindex, implăcābĭlis, impĭă, ardens, tristis, fĕrox, infernă, ătrox, fĕră, saevă, Stygĭă, trŭcŭlentă, sordĭdă, răbĭdă, aspĕră, sanguĭnĕă, barbără, horrendă, fŭrĭbundă, inhūmānă, discors, mĭnax, mĕtŭendă, horrĭdă, intrĕpĭdă, exĭtĭōsă, cristātă, frĕmens, turbĭdă, vindex, nāvālis. PH. Bellōrum dĕă, Māvortĭă dĕă, fulmĭnĕumquĕ fĕrox quătĭens Bellōnă flăgellum. *S.* Bellōnae implăcābĭlĕ nūmĕn. Ēn, Martis Bellōnă sŏrŏr cristātă. Sanguĭnĕa excurrit Bellōna ŭtrumquĕ pĕr agmĕn. Vel fĕră vōs ăgĭtet dīrō Bellōnă flăgellō. Gaudens crŭentis. *H.* Sanguĭnĕ sordĭdă vestĕm. *Cl.* Rĕgit ātră jŭgāles sanguĭnĕă Bellōnă mănū. *St.* Pollūtōsquĕ sĭmul multō Bellōnă pĕnātes sanguĭnĕ perfundit, rĕnŏvātăquĕ praelĭă miscet. *O.* Quădrĭjŭgōs ātrō stĭmŭlat Bellōnă flăgellō. *S.*

Bellŏvăcum. *Bellŏvăcum struxit* etc. Ma.

bellŭă. PH. Cum Gaetūlă dŭcem portāret bellŭă luscum. I. Nigrō bellŭă nīl nĕgat măgistrō. *M. v. fera.*

bellŭīnus. *Excēptus indĕ bellŭīnis faucĭbus.* (iamb.) Pr.

Cădmēĭs. *Cōntĭgĕrānt tēctī Cădmēĭdă nūbĭbŭs ārcĕm.* O.

Cădmēĭŭs, Cădmēŭs. *Tālĭs ŏpācă lĕgēns nĕmŏrŭm Cădmēĭŭs hērōs.* O. — *Cădmēăquĕ Dīrcē.* L.

Cădmŭs. SY. Ăgēnŏrĭdēs, Ăgēnŏrĕ nātŭs. EP. Hȳāntĭŭs, dīrŭs, Thēbānŭs, prŏfŭgŭs, Mārtĭŭs, aūdāx, gĕnĕrōsŭs, bēllāx, clārŭs, īnsīgnĭs, pŏtēns, īmpăvĭdŭs. PH. Sīdōnĭŭs ēxsŭl. Tyrĭā dē gēntĕ prŏfēctŭs; jŭvĕnĭs Hȳāntĭŭs. Prīmŭs Thēbānae cōndĭtŏr ūrbĭs. Mōtae jūssŭs sūppōnĕrĕ tērrae Vīpĕrĕōs dēntēs, pŏpŭlī īncrēmēntă fŭtūrī. *O.* Cădmŭs ĭn Āŏnĭā cōnstĭtĭt ēxsŭl hŭmō. *O.* Tȳrĭĭs quī pūlsŭs ăb ōrĭs. *St.* Boeōtĭă moenĭă cōndĭdĭt. Sīdōnĭŭs ēx quō Hōspēs ĭn Āŏnĭōs jēcĭt sătă fērrĕă sūlcōs. *St.* Descr. *O.* M. 3. in. *Se.* Oed. 712.

cădo, ĭs; cĕcĭdī, cāsum. *Mūltă rĕnāscēntŭr, quae nūnc cĕcĭdērĕ, cădēntquĕ.* H. *Cāsūrŭm nūllō tēmpŏrĕ nōmĕn hăbēnt.* O. SY. dēcĭdĕrĕ, cōncĭdĕrĕ, ēxcĭdĕrĕ, prōcĭdĕrĕ, lābī, dēlābī, prōlābī, rŭĕrĕ, cōrrŭĕrĕ, praecĭpĭtārĕ, prōcūmbĕrĕ. PH. ăd, īn tērrām praecĭpĭtēm lābī, fērrī, vōlvī. Grăvī

casu, ruina, magno impetu, devexo pondere prolabi, in praeceps agi, ferri, impelli. Et cadit in vultus. *O.* Ne ferar in praeceps. *O.* Decidit in praeceps. *O.* Procumbit humi bos. *V.* Ruinam Prona trahit, penitusque vadis illisa recumbit. *V.* Scopuli ingentem traxere ruinam. *V.* Domus lapsa repente ruinam Cum sonitu trahit. *V.* Ruit de vertice praeceps. Fertur in abruptum magno mons improbus actu. *V.* Caetera ne simili caderent labefacta ruina. *O.* Corpora devolvunt in humum. *O.* Utque dedit saltus de summa Thessalus Ossa, Tu quoque saxoso praecipitere jugo. *O.* Properante ruina summa cadunt. *L.* Iamjam casuras aspicis urbes. *I.* Cum coepit quassata domus subsidere, partes In proclinatas omne recumbit onus. *O.* Cadit, inque ruinam. Secum tecta trahit, rapit. Totus in terram ruit. Fatali cuncta ruina quassa, concussa, labefactata, quassata labant. Concussae nutant turres, lapsumque minantur. Volvitur in caput. *V.* Labitur in praeceps. Ab ancipiti delapsus culmine montis. Praecipitesque cadunt. Collapsa ruunt immania membra. *V.* Cetera ne simili caderent labefacta ruina. *O.* Celsae graviore casu Decidunt turres. *H.* Pondere turris Procubuit subito. Ipse gravis, graviterque ad terram pondere vasto Concidit. *V.* Ipsa suo quaedam pondere tracta ruunt. *O.* Jamque domus pluvia rimam faciente dehiscit, Ac veluti montis saxum de vertice praeceps, Cum ruit avulsum vento seu turbidus imber Proluit, aut annis solvit sublapsa vetustas. *V.* Cum domus ingenti subito mea lapsa ruina Concidit, in domini procubuitque caput. *O.* — *I. q. defluo.* Ruunt de montibus amnes. *V.* Gutta cavat lapidem, non vi, sed saepe cadendo. *O.* Guttas in saxa cadentes. *Lr.* Non lacrymae cecidere genis. *L.* Lacrymis in nostra cadentibus ora. *O.* Frigida de tota fronte cadebat aqua. *P.* Eque capillis Ros cadit. *O.* — *I. q. morior.* Sed cadat ante diem. *V.* Civilique cadunt acie. O. Cadunt per mutua vulnera. *O.* Multa tibi ante aras nostra cadet hostia dextra. *V.* A tanto cecidisse viro. *O.*

caduceus. EP. pacificus, felix, faustus, pacifer. *v. virga.*

caducifer. *Hinc se sustulerat paribus caducifer alis.* O. *v. Mercurius.*

caducus. *Vidi ego labentes acies et tela caduca.* P. SY. fragilis, infirmus, labans, inanis, vanus, periturus, fluxus, debilis, cadens. PH. Frondes volitare caducas. *V.* Verba puellarum foliis leviora caducis. *O.* Belloque caduci Dardanidae. *V.* Te, triste lignum, te caducum In domini caput immerentis. *H.* Nos quoque floruimus, sed flos fuit iste caducus. *O.* Zephyri verba caduca ferunt. *O.* Nec lingua caducas Concipit ulla preces. *O.* Neve sit actorum fama caduca, cavent. *O.*

cadus. *Vina bonus quae deinde cadis onerarat Acestes.* V. SY. dolium. EP. picatus, vetulus, fragilis, niveus, niger, fumosus, spumans, Falernus, ilignus, Chius, ruber, tortus. PH. Potus faece tenus. *H.* Largus spes donare novas. *H.* Amara curarum eluere efficax. *H.* Lyaeum servans spumantia Baccho Pocula. In Vaticanis condita vina (reposta) cadis. *M.* Est ter vappa cado nuper diffusa picato. Diffugiunt cadis Cum faece siccatis amici. *H. v. dolium.*

caecigenus. *Nam cum caecigeni, solis qui lumina nunquam.* Lr.

Caecilius. *Vincere Caecilius gravitate, Terentius arte.* H.

caecitas. *In caecitate corporis, mente intuens.* (iamb.) Paull. SY. tenebrae, nox. PH. Caecorum tenebrae; inanes luminis orbes, oculi effossi. Tenebras et cladem, damnum lucis ademtae. Perpetuaque trahens inopem sub nocte senectam. *O.* Tantaque nox animi est! *O.* Quantum mortalia pectora caecae Noctis habent! *St.* Sed quam coecus inest vitiis amor! *Cl.*

caeco. *Pectora quam mea sunt serie caecata laborum.* O. SY. excaecare, occaecare. PH. Lumina, oculos fodere, effodere, eruere, eripere. Digitos in lumina condere. Manu lumina haurire; oculos, lumina genis expellere, sedibus suis eruere. Lumen adimere, eripere. Luce privare, orbare. Radice ab ima funditus vulsos simul Evolvit orbes. *Se.* Oculorum orbes unguibus, ferro effodere. Lumen transverberat ense. *S.* Et patiar fossis lumen abire genis. *O.* Immersitque manus oculos, gaudetque gelatos Effodisse orbes. *L.* Quibus idem lumen ademit. *O.* Aeterna damnavit lumina nocte. *O.* Nubemque oculis objecit. *O.* Telo lumen terebramus acuto. *V.* Cavis evolvit sedibus orbes Luminaque effodit. *L.* Eruiturque oculos. *O.* Oculos ingesto fulgure clausit. Obtusae caecantur pectora plebis. *I. v. caecus.*

Caecubum. *Caecuba vina ferens* etc. H. PH. Antehac nefas depromere Caecubum Cellis avitis. *H.*

caecus. SY. occaecatus, excaecatus. PH. Luminis expers. Lumine captus, cassus. Perpetua damnatus nocte, aeternis tenebris, aeterna caligine oculos tectus. Luminibus, visu, luce orbus, viduatus, cassus, captus, privatus. Tristem trahens sine lumine vitam. Raptis, effossis luminibus, oculis caecus, oculis privatus, orbatus, captus. Cui lumen ademtum. *V.* Raptis luminibus repente caecus. *M.* Vitam perpetua sub nocte trahens. Luce carent oculi. Inanes luminis orbes. Trepidusque ministro Praetentat baculo luminis orbus iter. *O.* Solis qui lumina nunquam Aspexit. *Lr.* Cujus lumina lucis egent. Quique oculis caruit. *O.* Stat lumine rapto. *L.* Si tu quoque luminis hujus Orbus, ait, fieres. *O.* Nil lumine cernens. Usura lucis egens. Caecus iter monstrare velit. *H.* Ambos Perdidit ille oculos. *I.* Hypsaea caecior illa. *H.* — *Caecus animo.* PH. Auri caecus amore. *V.* Caecus amor sui. *H.* Caeca futuri Gaudia. *P.* Honorum caeca cupido. *Lr.* Caecaeque oblivia mentis. *O.* Caeco flentque

păventquĕ mĕtū, *O.* Caecī plēnă tĭmŏrĭs ĕrānt. *O. v. obscurus.*

caedēs. ***Tūnc caedēs hŏmĭnŭm gĕnĕrī, tūnc praelĭă nātă.*** T. SY. clādēs, strāgēs, fūnĕră, hŏmĭcīdĭūm, ŏccīsĭo. EP. saevă, ĭmpĭă, dīră, fŭrĭālĭs, sānguĭnĕă, fĕră, dūră, mĭsĕrāndă, ăcērbă, fērālĭs, īnfaustă, lētĭfĕră, crŭēntă, fūnēstă, ĭmprŏbă, īnsānă, atrōx, hŏrrĭfĭcă, crūdēlĭs, mĭsĕră, īnfāndă, nĕfāndă, hŏrrĭdă, ātră, lūctŭōsă, flēbĭlĭs, trīstĭs, hŏstīlĭs, rĕpēntīnă, ĕffĕră, vĭŏlēntă. PH. Cădĭt īnfēlīx vĭŏlēntā caedĕ pĕrēmtŭs. Laesă crŭēntābāt tūrpī cōnvīvĭă caedĕ. Crūdă vĭrūm caedēs flūmĭnĭs īnstăr ĕrăt. Plēnă fĕrae caedĭs, plēnă crŭōrĭs ĕrānt. *O.* Ingēntēs Rŭtŭlaē spēctābĭs caedĭs ăcērvōs. *V.* Exŏrĭtūr răbĭēs caedum, ēt vīx tēlă fŭrōrī sūffĭcĭūnt. *S.* Cōnfūsae strāgĭs ăcērvī. Tĕpĭdūsquĕ rĕcēntī Fērvēt caedĕ lŏcŭs. Spārsōs frātērnā caedĕ pĕnātēs. *V.* Sēmpērquĕ rĕcēntī Caedĕ tĕpēbăt hŭmŭs. *V.* Quēm crŭēntă Pēr mĕdĭās răpĭt īră caedēs. *H.* Ortūrquĕ mĭsērrĭmă caedēs Dēfēndēntum ārmĭs ădĭtūs. *V.* Sānguĭnĕae sūccēssū caedĭs ŏvāntĕm. *O.* Heū, quāntae mĭsĕrĭs caedēs Laūrēntĭbūs īnstānt! *V* Tērrĭbĭlĭs saevām nūllō dīscrīmĭnĕ caedēm Sūscĭtăt. *O.* Tūm vēro ēt gĕmĭtūs mŏrĭēntum ēt sānguĭne ĭn āltō Armăquĕ cōrpŏrăque ēt pērmīxtī caedĕ vĭrōrūm Sēmĭănĭmēs vŏlvūntūr ĕquī. *V.* Tĭbrĭm mūltō spūmāntēm sānguĭnĕ cērnō. Et foeda ānte ŏcŭlōs strāgēs, prŏpĭūsquĕ pătēbăt Insānī Māvōrtĭs ŏpŭs. *L.* Crēscūnt ĭn tŭmŭlūm strāgēs vāllēmquĕ prŏfūndăm Aequārĕ jŭgĭs; stāgnānt īmmēnsă crŭōrĕ Cōrpŏră; trādūntūr pērmīxtō fūnĕrĕ mānēs. *Cl. v. occisio, strages.*

caedo. — ***Quŏd nūllă cĕcīdĕrăt aetās.*** O. SY. vērbĕrărĕ, pērcŭtĕrĕ, fĕrīrĕ; ŏccīdĕrĕ, īntērfĭcĕrĕ, īntērĭmĕrĕ, pĕrĭmĕrĕ, nĕcărĕ, trŭcīdărĕ. PH. Ensēm pēctŏrĕ cōndĕrĕ, rĕcōndĕrĕ. Dēmīttĕre ĭn īlĭă fērrŭm. Tēlĭs, hāstā, ărūndĭnĕ cōnfīgĕrĕ, trānsfōdĕrĕ. Mūcrōnēm sānguĭnĕ tīngĕrĕ. Trānsădĭgĭt cōstās ēt cāndĭdă pēctŏră rūmpĭt. Mănŭ pērcŭtĕrĕ, pūlsărĕ, tūndĕrĕ. Mănĭbūs īnsĕquī. Pūgnĭs foedărĕ. Vērbĕră dărĕ, fĕrrĕ. Tērgă, lătŭs scīndĕrĕ, nŏtărĕ. Sīc tĭbĭ dē Fŭrĭīs scīndāt lătŭs ūnă flăgēllō. Quī mĕă crūdēlī lăcĕrāvĭt vērbĕrĕ tērgă. Nūnc dēxtra īngĕmĭnāns īctūs, nūnc īllĕ sĭnīstrā. Tūndĕrĕ pālmĭs. Fătīgărĕ hŭmĕrōs. Quătĕrĕ fūstĕ tērgă. Dūrĭs ŏnĕrărĕ pēctŏră plāgĭs. Flăgēllĭs Ad mōrtēm caesŭs. *H.* Caesōrŭm ūmbrae. *Va.* Caedēbānt părĭtēr părĭtērquĕ cădēbānt. *V.* Vīrĭbŭs ēdĭtĭŏr caedēbăt, ŭt ĭn grĕgĕ taurŭs. *H.* Nūnc dēxtra īngĕmĭnāns īctūs, nūnc īllĕ sĭnīstrā. *V.* Caedĭmŭr, ēt tŏtĭdēm plāgĭs cōnsūmĭmŭs hōstēm. *O. v. occido, verbero.*

caelāmĕn. — ***nĕque ĕnĭm clўpĕī caelāmĭnă nōvĭt.*** O.

caelātŏr. ***Sĭt mĭhĭ praetĕrĕā cŭrvŭs caelātŏr, ĕt ăltĕr.*** J.

caelebs. ***Nīl ăĭt ēssĕ prĭŭs, mĕlĭŭs nīl caelĭbĕ vītā.*** H. SY. īnnūptŭs, īnnūbŭs, PH. Cōnjŭgĭs ēxpērs, nēscĭŭs, īgnārŭs, căstūm sērvāns īntāctō cōrpŏrĕ flōrēm. Vīrgĭnĭtātĭs ămōrēm Intĕmĕrātă cŏlĭt. Vīrgo īgnāră vĭrī. Taedae nōn nōtă jŭgālī. Cōntēmtō mūnĕrĕ Phoebī Innūbă pērmănĕō. Cīrcūm pŭĕri īnnūptaequĕ pŭēllae Săcră cănūnt. Expērtēm thălămī vītām dēgĕrĕ. *V.* Sīnĕ cōnjŭgĕ caelebs Vīvēbăt, thălămīquĕ dĭū cōnsōrtĕ cărēbăt. *O.* Nūllă Vĕnŭs, nōn ūllī ănĭmūm flēxēre hўmĕnaeī. *V.* Nēc dūlcēs nātōs, Vĕnĕrĭs nēc praemĭă nōrĭs. *V.* Cōnnūbĭă fūgĭt. *O.* Poenaequĕ grăvēs ĭn caelĭbĕ vītā. *Au. v. castus, innubus.*

caelēstĭs. — ***Tāntaene ănĭmĭs caelēstĭbŭs īrae?*** V. SY. aethĕrĕŭs, āĕrĭŭs, sīdĕrĕŭs, sŭpĕrŭs, dīvīnŭs. PH. Astră tĕnēnt caelēstĕ sŏlūm. *O.* Ignĕŭs ēst īllĭs vĭgŏr, ēt caelēstĭs ŏrīgō. *V.* Aūxĭlĭūm caelēstĕ pĕtūnt. *O.* — Bīs sēx caelēstēs, mĕdĭō Jŏvĕ, sēdĭbŭs āltĭs. *O.* Caelēstūm vīs māgnă jŭbēt. *V. v. caelicolae.*

caelĭcŏlae. ***Nūllă sŭpēr nūbēs cōnvīvĭă caelĭcŏlārŭm.*** J. SY. Dīī, Caelĭtēs, caelēstēs, Sŭpĕrī, Dīvī, Bĕātī. PH. Quī caelēstēs aūrās, sŭpĕrās dŏmŏs, coelī tēctă īncŏlūnt. Caelĭtŭūm cŏhōrs, coetŭs. Cīvēs Olўmpī. Aethĕrĕī prŏcĕrēs, caelī cīvēs. Dīvōrum, Dīvûm sĕnātŭs, caelō rĕcēptī prŏcĕrēs. Sānctae ănĭmae, āgmĭnă Dīvûm. Gēns āddĭtă caelō. Sīdĕrĕī chŏrī. Illūstrēs ănĭmae, quās pūrĭŏr āccĭpĭt aethĕr. Alĭgĕrī prŏcĕrēs. Aethĕrĕōs īntĕr prŏcĕrēs, sānctūmquĕ sĕnātūm. *V.* Quī pĕdĭbūs nūbēs ēt sīdĕră cālcānt. Omnēs caelĭcŏlās, ōmnēs sŭpĕra āltă tĕnēntēs. *V. v. deus.*

caelĭfĕr. ***Ŭbĭ caelĭfĕr Atlās.*** V.

caelĭtēs. ***Nōn ĭtă caelĭtĭbŭs vīsum ēst*** etc. O. ***Caelĭtŭūm.*** V. PH. Hōstĭă caelĭtĭbūs quō fĕrĭēntĕ cădĭt. *O.* Utrūmquĕ rēgĕ tēmpĕrāntĕ caelĭtūm. *H.* Dē caelĭtĕ, Brūtĕ, rĕcēntī. *O.* Caelĭtĭbūs pūlsūm rēgnĭs. *O.*

caelĭtŭs, *adv.* ***Dŭcēm sălūtĭs caelĭtŭs.*** (iamb.) Pr. SY. dīvīnĭtŭs.

caelo. SY. scūlpĕrĕ, īncīdĕrĕ. PH. Aĕrĕ fīngĕrĕ, ēxprĭmĕrĕ. Aūrō, lăpĭdĕ sīgnărĕ, ēffīngĕrĕ. Caelātăque ĭn aūrō Fōrtĭă fāctă vĭrûm. *V.* Eūrўtĭōn mūltō caelāvĕrăt aūrō. *V.* Aequŏră caelārăt lōngās cīngēntĭă tērrās. *O.* Illīc rēs Ītălās Rōmānōrūmquĕ trĭūmphōs Fēcĕrăt Īgnĭpŏtēns. *V.* Pōcŭlă pōnăm Făgīnă, dīvīnī caelātum ŏpŭs Alcĭmĕdōntĭs. *V.* Caelātūmquĕ nŏvēm Mūsĭs ŏpŭs. *H.* Aspĕră sīgnĭs Pōcŭlă. *V.* Crātēra īmprēssūm sīgnĭs. *V.* Aūrūmquĕ fĭgūrĭs Tērrĭbĭlĕ. *St.* Clўpĕŭs caelātŭs ĭmāgĭnĕ mūndī. Argēntō caelātă bĭpēnnĭs. *V.* Lōngō caelāvĕrăt ārgūmēntō. *O.*

caelum. SY. aethĕr, sīdĕră, āstră, aethĕră, aūră, āxĭs, pŏlŭs, ŏlўmpŭs. EP. āltŭm, prŏfūndŭm, cēlsŭm, nĭtĭdŭm, sīdĕrĕŭm, stēllāns, pūrŭm, vŏlūbĭlĕ, māgnŭm, plŭvĭŭm, lĭquĭdŭm, cōnvēxŭm, fūlgēns, īgnĭfĕrŭm, caerŭlĕŭm, sūblīmĕ, cŏlōrātŭm, splēndĭdŭm, flāmmĭgĕrŭm, rĕfūlgēns, stēllātŭm, pīctŭm, aūrĭfĕrŭm, vărĭābĭlĕ, bĕātŭm, īncūrvŭm, pūlchrŭm, rŭtĭlŭm, ŏblīquŭm, sĕrēnŭm, īmmēnsŭm, cŏ-

rŭscŭm, ārdŭŭm, gēmmĕŭm, rĕcūrvŭm, vērsātĭlĕ, nĭmbōsŭm, nūbĭlŭm, plăcĭdŭm, sīgnĭfĕrŭm, stēllĭgĕrŭm, āstrĭfĕrŭm, stēllĭfĕrŭm, stēllīs dĭstīnctŭm, dŭbĭŭm, nōn trāctābĭlĕ. PH. Sŭpĕrae dŏmūs. Caelī ātrĭă, cōnvēxă, Pălātĭă īnclўtă caelī. Caelī rēgĭă, āxĭs, vērtēx. Fūlgēntĭă caelī tēmplă. Caelēstĭă tēctă, spătĭă, rēgnă; ōrae caelēstēs, aethĕrĕae, āĕrĭae, sŭpĕrae, sīdĕrĕae. Caelī tēmplă. Aethĕrĭs spătĭă, ōrae. Aethĕrĕūs vērtēx. Aethĕrĕā plăgă. Sīdĕrĕae sēdēs, āxēs. Līmĭnă Dīvûm. Tēctă tŏnāntĭs. Caelēstĕ sŏlĭŭm. Aethĕrĕī ōrbēs. Rēgĭă māgnă Jŏvĭs. Caelēstĭs aūlă. Jŏvĭs ātrĭă sūmmī. Stēllĭfĕr ōrbĭs. Caelī cōnvēxă dŏmūs. Ārcēs ŏlўmpī. Āltŭs ŏlўmpī vērtēx. Tēmplī stēllāntĭs ŏlўmpī. Sŭpĕrûm cōnvēxă dŏmōrŭm. Ātrĭă Dīvûm. Stēllāntĭă caelī tēctă. Rēgnă bĕātă pŏlī. Stēllīs ārdēns lūcēntĭbŭs aethēr. Sātūrnī vĕtĕrĭs fūlgēns dŏmūs. *H.* Mūndī flāmmĕă tēctă. *Mn.* Fāmmĭgĕrī māchĭnă caelī. *St.* Aetērnae rēgnă sălūtĭs. Quŏd tĕgĭt ōmnĭă caelŭm. *O.* Caelūmquĕ, quŏd īmmĭnĕt ōrbī. *O.* Aethĕrĕ sūmmō Dēspĭcĭēns. *V.* Astră tĕnēnt caelēstĕ sŏlĭŭm. *V.* Lībrātī pōndĕră caelī. *L.* Pŏlūs dūm sīdĕră pāscĕt. *V.* Sūb caelī tēgmĭnĕ. *Lr.* Caelīque ābrūptă tĕnēbăt. *V.* Pēr caelī caerŭlă. *Lr.* Gĕmĭnīquĕ mĭnāntŭr In caelūm scŏpŭlī. *V.* Vērtĭtŭr īntĕrĕā caelūm. *V.* A tērrīs quāntūm caelī pătĕt āltŭs hĭātūs. *V.* Pēndēntīquĕ sŭpēr claūdāntŭr ŭt ōmnĭă caelō. *T.* Sūmmăquĕ cōmplēxūs stēllāntīs cūlmĭnă caelī. *Mn.* Tūnc sŭpĕrûm cōnvēxă trĕmūnt, ātque ārdŭŭs āxĭs Insŏnŭĭt, mōtăquĕ pŏlī cōmpāgĕ lăbōrānt. *L.* Dĕûm dŏmŭs āltă sĭlēscĭt. *O.* Nām cūm sūspĭcĭmūs māgnī caelēstĭă mūndī Tēmplă sŭpēr, stēllīsquĕ mĭcāntĭbŭs aethĕră fīxŭm. *Lr.* Pătĕr ōmnĭpŏtēns tēr caelō clārŭs ăb āltō Intŏnŭĭt. *V.* Taedēt caelī cōnvēxă tŭērī. *V.* Quae pătĕr ūt sūmmā vīdĭt Sātūrnĭŭs ārcĕ. *V.* Unde haec tām clāră rĕpēntĕ Tēmpēstās? Vĭdĕō mĕdĭŭm dĭscīndĕrĕ caelŭm. *V.* Sŭpĕrāsquĕ Dĕōrŭm Implēvērĕ dŏmōs. *O.* Ubī stēllāntĭs rēctŏr ŏlўmpī Innnŏcŭās ănĭmās vĭtĭōrŭm lābĕ cărēntēs Cōllŏcăt. Hīc, ŭbī nēc lūctūs, nēc mōrbi, aūt ānxĭă cūră Sōllĭcĭtānt mĭsĕrās trĕpĭdā fōrmīdĭnĕ mēntēs; Sēd sēcūră quĭēs ēt nēscĭă vītă sĕnēctae Et cūm pācĕ fĭdēs hăbĭtānt. *Vid.* Caelĭtūm sēdēs; ārx stēllāntĭs pŏlī. Māgnī caelēstĭă mūndī tēmplă. Dŏmūs ōmnĭpōtēntĭs ŏlўmpī. — *Caelos ascendere.* PH. Sŭpĕrās ēvādĕre ăd aūrās. Scāndĕre ăd aethĕrĕās sēdēs. Flāmmĭgĕrŭm cōnscēndĕre ŏlўmpŭm. Sŭpĕr ārdŭă sīdĕră caelī Scāndĕrĕ. Adīrĕ sŭpērbă Rēgnă pŏlī. Ārcēmquĕ pŏlī pĕr ĭnānĕ pĕtīvĭt. Haec ŭbī dĭctă dĕdĭt, caelō sē prōtĭnŭs āltō Mīsĭt. Dīxĭt, ēt īn caelūm părĭbūs sē sūstŭlĭt ālīs. Ō Pătĕr! ānne ălĭquōs ād caelum hīnc īrĕ pŭtāndum ēst? *V.* Dīxĭt, ēt aūrātīs pērstrīngēns āĕră pēnnīs, In caelūm sē vīrgŏ răpĭt. Nēc plūră lŏcūtūs, Sīcŭt ĕrăt, lĭquĭdō sīgnāvĭt trāmĭtĕ nūbēs. Irĕ īn rēgnă bĕātă. Sīdĕrĕōs coelī rĕdĭtūrŭs ăd āxēs. *Cl.* Sīc vērtĭcĕ caelī Cōnstĭtĭt. *V.* Sŭpĕrās caelī vĕnīssĕ sŭb aūrās. *V.* Sŭpĕrûmque ăd līmĕn ĭtūrās. *V.* Fās īllī līmĭnă dīvûm Tāngĕrĕ. *V.* Sūmmām pĕtĭt ārdŭŭs ārcĕm. *O.* Quĭd mē caelūm spērārĕ jŭbēbās. *V.* Māctĕ nŏvā vīrtūtĕ, pŭēr: sīc ītŭr ăd āstră. *V.* Hāc ĭtĕr ēst sŭpĕrīs ād māgnī tēctă Tŏnāntĭs, Rēgālēmquĕ dŏmūm; dēxtrā laevāquĕ dĕōrūm Atrĭă nōbĭlĭūm vālvīs cĕlĕbrāntŭr ăpērtīs. Aethĕrĕās aūsūm spērārĕ Tўphōĕă sēdēs. *O.* Nāmquĕ pŏlī mĕdĭā stēllāntĭs ĭn ārcĕ vĭdēbăr. *Cl.* Jām prīdēm nōbīs tē rēgĭă, Caesăr, Invĭdĕt. *V.* Nōn ĕgŏ sīdĕrĕās āffēctō scāndĕrĕ sēdēs. *O.* Caelō Mūsă bĕăt. *H.* Jāmquĕ tĭbī, Pōllūx, caelūm sūblīmĕ pătēbăt. *O.* Sūblīmēmquĕ fĕrēs ād sīdĕră caeli. *V.* Tōllēmŭs ĭn āstră nĕpōtēs. *V.* Dāphnĭmquĕ tŭūm sŭpĕr āstră fĕrēmŭs. *V.* Quŏnĭām caelī nōndūm dīgnāmŭr hŏnōrĕ. *H.* Aūrĕă nūnc sŏlĭō stēllāntĭs rēgĭă caelī Accĭpĭt īndĭgĕtem Aenēān. *V.* Scīs ĭpse ēt scīrĕ fătērīs, Dēbērī caelō fātīsque ād sīdĕră tōllī. *V.* Sūb pĕdĭbūsquĕ vĭdēt nūbēs ēt sīdĕră Dăphnĭs. *V.* Mūnŭs hăbē caelūm. *O.* Praemĭă jām prōmīssă mĭhī dīgnōquĕ nĕpōtī Sōlvēre, ĕt āblātūm tērrīs īmpōnĕrĕ caelō. *O.* Haūd sŭpĕrae ādspīrārĕ pŏlī lĭcĕt āmplĭūs aūlae. *Cl.* Ille ĕtĭām caelō gĕnĭtūs caelōquĕ rĕcēptūs. *Mn.* — *E caelo descendere.* PH. E caelō lābī, dēlābī, mīttī, dēsĭlīrĕ; ăb āstrīs dēlābī. Lābĕrĕ pēnnīs. *V.* Lābĕrĕ, nўmphă, pŏlō. *V.* Sŭpĕra ārdŭă līnquēns. Irīm dēmīsĭt ŏlўmpō. *V.* Sūmmō dēlābŏr ŏlўmpō. *V.* Aethĕrĕīs sūmmīs dēlāpsŭs ăb āstrīs. *V.* Dē caelō lāpsă pĕr ūmbrās Stēllă făcēm dūcēns mūltā cūm lūcĕ cŭcūrrĭt. *V.* Quĭs tē mĭhī nūbĭbŭs āctŭm Dētŭlĭt īn tērrās? Hūc tūnc īgnĭpŏtēns caelō dēscēndĭt ăb āltō. *V.* Dĕŭs aethĕrĕ mīssŭs ăb āltō. *V.* Sĭmŭl haec ēffātŭs, ăb āltō Aethĕrĕ sē mīttĭt. *V.* Illă lĕvēs caelī dēmīssă pĕr aūrās Insŏnŭĭt. *V.* Nŏvă prōgĕnĭēs caelō dēmīttĭtŭr āltō. *V.* Vīsă dĕhīnc caelō făcĭēs dēmīssă părēntĭs. *Vid.* — *I. q. regio.* PH. Caelī mōbĭlĭs hūmŏr. *V.* Lūmēn spīrābĭlĕ caelī. *V.* Mōrbō caelī mĭsĕrāndă cŏōrta ēst Tēmpēstās. *V.* Tēquĕ rĕfēr caelī mĕlĭōrĭs ăd aūrās. *O.* Caelūm, nōn ănĭmūm, mūtānt, quī trāns mărĕ cūrrūnt. *H.* Tēmpēstātēs dŭbĭō praescīscĕrĕ caelō. *V.* Nĭmĭūm caelō cōnfīdĕ sĕrēnō. *V.* Vărĭūm caelī praedīscĕrĕ mōrĕm. *V. v. aer.*

caelum. SY. scālprūm. EP. Pŏlyclētēŭm, lăbōrĭfĕrŭm, Phīdĭăcŭm, fērrĕŭm, Mēntŏrĕŭm, mōrdāx, dūrŭm, ăcūtŭm. PH. Hīc tĭbī quae dōctō mūltūm vĭgĭlātă Mўcōnī Aēră, lăbōrĭfĕrī vīvānt quae mārmŏră caelō Prāxĭtĕlĭs. *St.* Quĭs tē Phīdĭăcō fōrmātām, Jūlĭă, caelō? *M.*

caemēntŭm. EP. mōllĕ, tĕnāx, dūrŭm, fīrmŭm, strūctĭlĕ, mārmŏrĕŭm. PH. Nōn sĭlĭcĕ dūrō strūctĭlĭvĕ caemēntō. *M.* Hūc frĕquēns Caemēntă dēmīttĭt rĕdēmtŏr. *H.*

Caeneūs *et* Caenĭs. Descr. *O.* M: 12, 179.

caepĕ *n. indecl. s.* caepae, ārum. *Pōrrum ēt caepĕ nĕfās vĭŏlāre ēt frāngĕrĕ mōrsū.* I. *Caedēnda ēst hōrtĭs ērūtă caepă mĕīs.* O. EP. rŭbēns, ācrĕ, mōrdāx, lăcrĭmōsŭm, moestŭm.

Caĕrĕ *n. indecl. vel* Caĕrēs, ĭtĭs *et* ētĭs. *Est ingēns gĕlĭdūm lūcūs prŏpĕ Caĕrĭtĭs āmnĕm*. V. *Lēctōs Caĕrĕ vĭrōs* etc. S. *Quī Caĕrĕtĕ dŏmō* etc. V. *Nām Caĕrĕtānī cūltŏr nōtīssĭmŭs āgrī*. M.

caĕrĭmōnĭă. *Cōnsēcrātĭō caĕrĭmōnĭārūm*. (phal.) Sid. SY. rĭtŭs. PH. Cūltŭs săcĕr, rēlĭgĭōsŭs. *v. pompa, sacrum.*

caĕrŭlĕŭs *s.* caĕrŭlŭs. *Caĕrŭlĕŭs Tĭbrĭs* etc. V. *Ādnīxī tōrquēnt spūmās ēt caĕrŭlă vērrūnt*. V. SY. glaūcŭs, caĕsĭŭs, vĭrĭdĭs, mărīnŭs, aēquŏrĕŭs. PH. Caĕrŭlă vērrēntēs ăbĭĕgnĭs aēquŏră pālmĭs. *C.* Caĕrŭlĕŭs frātĕr jŭvăt aūxĭlĭārĭbŭs ūndĭs. *O.* Nēc Pēlĕŭs ădĕrăt, nēc caĕrŭlă mātĕr. *P.* Caĕrŭlă quĭs stŭpŭĭt Gērmānī lūmĭnă? *I.* Jām Nōx caĕrŭlĕās lāvĕrăt āmnĕ cŏmās. *T.*

Caēsăr. — *ēxstīnctō mĭsĕrātŭs Caēsărĕ Rōmām*. V. *Tūrăquĕ Caēsărĭbŭs* etc. O. EP. Trōjānŭs, ăcĕr, īndŏmĭtŭs, crŭēntŭs, Hēspĕrĭŭs, Lătĭŭs, ēgrĕgĭŭs, īnvīctŭs, fĕrōx, fĕrŭs, Rōmānŭs, māgnŭs, māgnănĭmŭs, ārmĭsŏnŭs, Tārpēĭŭs, sŭpērbŭs. PH. Dūx Lătĭŭs. Dūctŏr Aūsŏnĭŭs. Dē sānguĭnĕ nātŭs Iūlī. Jūlĭŭs ā māgnō dēmīssūm nōmĕn Iūlō. Īllūstrī stīrpĕ crĕātŭs. Pūlchrā ŏrĭgĭnĕ nātŭs. Mārtĕ tŏgāquĕ Praēcĭpŭŭs. *O.* Caēsăr ĭn ūrbĕ sŭā Dĕŭs ēst. *O.* Īmpĕrĭūm, bīnĭs fŭĕrūt sōlēmnĕ quŏd ōlīm Cōnsŭlĭbŭs, Caēsăr Jūlĭŭs ōbtĭnŭĭt. *Au.* Pōstquām jūră fĕrōx īn sē cōmmūnĭă Caēsăr Trānstŭlĭt. *Cl.* Hēspĕrĭī fōrtūnă dŭcĭs. *L.* Descr. *L.* 1, 123 sqq.

Caēsărĕŭs. *Ēt quī Caēsărĕō jŭvĕnēs sūb nōmĭnĕ crēscūnt*. O. *Stāt plătănūs dēnsīs Caēsărĭānă cŏmĭs*. M.

caēsărĭēs, ēī. *Aūrĕă caēsărĭēs ōllīs ātquĕ aūrĕă vēstĭs*. V. SY. căpīllī, crīnēs, cŏmă. EP. nĭtĭdă, rŭtĭlă, pēndŭlă, rădĭāns, flŭĭtāns, cāndĭdă, aūrĕă, gĕnĭālĭs, flāvĭcŏmă, pūlchră, īntōnsă, flāvă, dĕcōră, fūlvă, rŏfūgă, rōscĭdă. PH. Caēsărĭem ēffūsaē nĭtĭdām pĕr cāndĭdă cōllă. *V.* Dēnsūm caēsărĭē tērquĕ quătērquĕ căpŭt. *O. v. capilli.*

caēsĭŭs. PH. Caēsĭō vĕnĭam ōbvĭŭs lĕōnī. *C. v. caeruleus.*

caēspĕs. *v. cespes.*

caēstŭs. EP. crūdŭs, vălĭdŭs, grăvĭs, īngēns, īmmānĭs, dūrŭs, grăvĭdŭs, aērĭsŏnŭs, pīctŭs, plūmbōsŭs, lētĭfĕr, lētālĭs, crŭēntātŭs, crŭēntŭs. PH. Cūrsĭbŭs ēt crūdō dēcērtĕt Graēcĭă caēstū. *V.* Stăbăt Ĕrўx grăvĭdō pērfrāctŭs tēmpŏră caēstū. Sīc crūdō fīdĭt pūgnām cōmmīttĕrĕ caēstū. *V.* Aūdĕt ădīrĕ vĭrūm, mănĭbūsque īndūcĕrĕ caēstŭs. *V.* Nūnc lĭgăt ād caēstūm gaūdēntĭă brāchĭă lōrĭs. *P.* Caēlātāquĕ plūmbō Tērgă bŏūm. *Va.* Nĭgrāntĭă plūmbō Tēgmĭnă crūdă bŏūm. *St.* Descr. *V.* A. 5, 400 sqq. *St.* Th. 6, 729 sqq. *Va.* 4, 250 sqq.

caēsūră. *Ēxtĭmă mēmbrōrūm cīrcūm caēsūră cŏērcĕt*. L. SY. caēsĭo, īncīsĭo, scīssūră.

caētĕrūm *v.* caētĕrā *v.* caētĕrō. SY. dēnĭquĕ, tămĕn, āttămĕn, dēīncēps, pōrrō.

caētĕrŭs. *Cētĕră tūrbă pălām tĭtŭlōs ōstēndĭt ăpērtōs*. O. Adv. *cetera Grajus* V. *cetera fulvus* H. SY. ălĭŭs, rĕlĭquŭs. PH. Mūltūm dīssĭmĭlēs, ūt caētĕră, paēnĕ gĕmēllī. *H.* Caētĕră mīttĕ lŏquī. *H.*

Căffĕūm. PH. Făbă Ărăbĭcă. Tērrĭs făbă mīssă Săbaēĭs. *Van.* Plānta hūmānō gĕnĕrī dătă mūnĕrĕ dīvûm. *Mass.* Praēsēns mĕdĭcīnă dŏlōrĭs. Dūlcĭă cūm dūlcī vĕnĭēnt tĭbĭ gaūdĭă sūccō. Seū fēssūm stŭdĭīs ănĭmūm rĕpărārĕ lăbōrī, Sīve īmpōrtūnōs căpĭtĭs lēnīrĕ dŏlōrēs. Descr. *Fellon.*

Călcŭs. *Mўsūsquĕ Călcŭs*. V. PH. Dīgnŭs ōlōrīnĭs cōncēntĭbŭs. Dūlcĭsŏnī pĕr lītŏră cūrvă Călcī. Cўgnīs ăbūndāns.

Căjētă. *Aētērnām mŏrĭēns fāmām, Căjētă, dĕdīstī*. V. EP. Dārdănĭă, Aēnēĭă, Dārdănă. Descr. *V.* A. 6, 890.

Căīn, Căīn, Căīnŭs. EP. saēvŭs, īmpĭŭs, crūdēlĭs, īnvīsŭs, īmmānĭs, īnīquŭs, dīrŭs. PH. Nōtŭs fĕrĭtātĕ Căīnŭs. Frātērnā caēdĕ crŭēntŭs. Frātērnō prīmŭs tērrām quī sānguĭnĕ tīnxĭt. Prīmŭs cōgnātō măcŭlāvĭt sānguĭnĕ dēxtrăm. Caēlō īnvīsŭs, īmpĭŭs frātrĭcīdă.

Căīphās, aē. — *ăd trīstēs Căīphaē dēdūcĭtŭr aēdēs*. Sed. — *dŏmŭs āltă Căīphaē*. Pr.

Căjŭs *et* Căĭŭs. *Căĭŭs ā prīmā trĕmĕbūndūm lūcĕ sălūtăt*. M. *Quĭs tē, Căjĕ, dăt* etc. M. *Quŏd pĕtō, dā, Căī* etc. M.

Călăbĕr. *Ēnnĭŭs ēmĕrŭĭt, Călăbrīs īn mōntĭbŭs ōrtŭs*. O.

Călăbrĭă. *Nōn aēstŭōsaē grātă Călăbrĭaē*. (Alc.) H. Od. 31, 5.

Călăgūrĭs, ĭdĭs. — *Făbĭūm Călăgūrĭs ălūmnūm*. Au.

Călăĭs. *Īmplūmēs Călăīsquĕ pŭĕr Zēthēsquĕ fŭērūnt*. O. PH. Aquĭlōnĭă prōlēs; sătĭ Bŏrĕā. Descr. *O.* M. 6, 716 sqq. *Va.* 4, 465. *P.* 1, 20, 25.

călămīstĕr *vel* ŭm. — *spĕcŭlūm călămīstrūm mĕūm*. Pl. — călămīstrātŭs. SY. călămīstrō īnūstŭs, pēxŭs, ōrnātŭs, flēxŭs, īntōrtŭs.

călămĭtās. *Nēc hānc rĕpūlsām tŭă sēntĭrēt călămĭtās*. (iamb.) Ph. SY. *v. infortunium, malum.*

călămŭs. *Lūdĕrĕ quaē vēllēm, călămō pērmīsĭt ăgrēstī*. V. SY. ărūndo, ăvēnă; cĭcūtă. EP. grăcĭlĭs, lēvĭs, mōllĭs, frăgĭlĭs, tĕnŭĭs, ăgrēstĭs, pălūstĕr; Nīlōtĭcŭs. *v. culmus, fistula, sagitta, stilus.*

Călărĭs. *Tēndĭtŭr īn lōngūm Călărĭs* etc. Cl.

călăthŭs. *Ēccĕ, fĕrūnt Nўmphaē călăthīs tĭbĭ līlĭă plēnīs*. V. SY. cănīstrūm, cīstă, cīstŭlă, fīscīnă, fīscēllă. EP. vīmĭnĕŭs, nēxŭs, căpāx, tēxtĭlĭs, īnērs, vīrgātŭs, ĕbūrnŭs, vīrgĭnĕŭs, fēmĭnĕŭs, ŏdōrŭs, flōrĭgĕr, frāgrāns, rĕdŏlēns, pătēns, rāsĭlĭs. PH. Vās lēntō vīmĭnĕ tēxtūm. Cĕrĕrēmquĕ cănīstrĭs Ēxpĕdĭūnt. *V.* Nūnc vīmĭnĕ tēxtōs Īrrīdēns călăthōs fŏlĭīs ăgrēstĭbŭs īmplĕt. *Cl.* Tēxtĭlĭs ā dēxtrā călăthūs dēpēndĕt. *Stroz.* Stăt pŭĕr, ēt mănĭbŭs lătă cănīstră tĕnĕt. *O.* Āffĕrăt īn călăthō rūstĭcă dōnă pŭĕr. *O.* Fēmĭnĕōs īntēr călăthōs ēt pēnsă lătēbăt. *M.* Lēntō călăthōs ē vīmĭnĕ tēxtōs. *O.* Vōs tră-

hĭtīs lānăm călăthīsquĕ pĕrāctă rĕfērtĭs Vēllĕră. *I. v. canistrum.*

Călātĭă. — *nĕc pārvīs ăbĕrāt Călātĭă mūrīs.* S.

Călaūrĭă. — *săxōsă Călaūrĭă jūxtā.* Av. *Īndĕ Călaūrēaē Lātōĭdŏs ădspĭcĭt ărvă.* O.

călcānĕŭs *et* ŭm. *Cōntĭnŭō rīmīs călcānĕă scīssă rĭgēbānt.* V. SY. călx. EP. dūrŭs, ăcĕr, ăcērbŭs, prĕmēns, călcāns, trūdēns, mōllĭs.

călcăr. *Nīl nŏcĕt, ădmīssō sŭbdĕrĕ călcăr ĕquō.* O. *Seū spūmāntĭs ĕquī fŏdĕrĕt călcārĭbŭs ărmōs.* V. SY. stĭmŭlŭs, ăcūlĕŭs. EP. ăcūtŭm, saēvŭm, aērātŭm, dūrŭm, rĭgĭdŭm, stēllātŭm, prĕmēns, aūrātŭm, fērrĕŭm, crŭēntŭm, crēbrŭm, sŭbĭtŭm, rĕpĕtītŭm, pūngēns, pērpĕtŭŭm, īmpōrtūnŭm, ădmōtŭm. PH. Călx fērrĕŭs, fērrātŭs, aērātŭs. Călcārĭbŭs ĕquŭm ūrgērĕ, īncĭtārĕ, tūndĕrĕ, cĭtārĕ, fătīgārĕ. Ĕquō călcār sŭbdĕrĕ. Cōrnĭpĕdēmquĕ cĭtŭm fērrātō călcĕ fătīgăt. *V.* Quō lătŭs ĕquī tūndĭtŭr; ūrgēntŭr ĕquī. Saēvīs călcārĭbŭs ūrgēnt. *St.* Vēxāntēmque ĭllă nŭdă Călcĕ fĕrōcĭs ĕquī. *St.* Nĕc, quānquām crēbrīs jŭssī călcārĭbŭs, ăddūnt. *L.* — Glōrĭă călcăr hăbĕt. *O.* Et vātĭbŭs ăddĕrĕ călcăr. *H.* Aūt călcārĭă fērrĕ bŏnīs, aūt frēnă tўrānnīs. *Syn. v. stimulus.*

călcātŏr. *Ūt nūdŭs rūptās sălĭăt călcātŏr ĭn ūvās.* Calp.

călcĕātŭs. *Quī dīxĭt căpŭt ēssĕ călcĕātŭm.* (phal.) M. SY. călcĕŏs gĕrēns, călcĕīs īndūtŭs.

călcĕŭs. *Cuī nōn cōnvĕnĭĕt tŭă rēs, ŭt călcĕŭs ōlĭm.* H. EP. āptŭs, ūtĭlĭs, hăbĭlĭs, lĕvĭs, Sĭcўōnĭŭs. PH. Vīnclă pĕdŭm. Plāntaē vīncŭlă; cĭrcŭmdătă vīncŭlă plāntīs. Tўrrhēnă pĕdŭm cĭrcŭmdăt vīncŭlă plāntīs. *V.* Nēxaē tĕgmĭnă plāntaē. Taūrĕă nūdātīs cĭrcŭmdăt tĕgmĭnă plāntīs. *V.* Vīnclăquĕ dē nĭvĕō dētrăhĕt īpsĕ pĕdĕ. *O.* Nĕc văgŭs īn lāxā pēs tĭbĭ pēllĕ nătĕt. *O.* Sī pĕdĕ mājŏr ĕrĭt, sŭbvērtĕt, sī mĭnŏr, ūrĕt. *H.* Rūptă călcĕŭs āltĕr Pēllĕ pătĕt. *I.* A crŭssă călcĕŭs ūdŭs ăquā. *M.*

Călchās. *Hānc tămĕn īmmēnsām Călchās āttōllĕrĕ mōlĕm.* V. SY. Thēstŏrĭdēs. EP. aūgŭr, vātēs, vērŭs, vērāx, prōvĭdŭs. PH. Vērī prōvĭdŭs aūgŭr. *V.* Hīc Ĭthăcŭs vātēm māgnō Călchāntă tŭmūltū Prōtrăhĭt īn mĕdĭōs. *V.* Quāntŭs ĕrāt Călchās ēxtĭs, Tĕlămōnĭŭs ārmīs. *O. v. augur.*

călcĭtrō. *Călcĭtrăt ēt pŏsĭtās āspērgĭt sānguĭnĕ mēnsās.* O.

călcō. SY. cōntĕrĕrĕ, ōbtĕrĕrĕ, prōcălcārĕ, cōntēmnĕrĕ. PH. Călcĕ tĕrĕrĕ, prōtĕrĕrĕ, ōbtĕrĕrĕ. Sŭb pĕdĭbŭs tĕrĕrĕ, cōmprĭmĕrĕ, āttĕrĕrĕ, prĕmĕrĕ. Mīstăquĕ crŭŏr călcātŭr ărēnā. *V.* Quĭdquĭd călcāvĕrĭt hīc, rōsă fīăt. *Pe.* Mŏrĭēntŭm călcăt ăcērvōs. *O.* Īmpŏsĭtō călcās quŏd mĕă fātă pĕdĕ. *O.* Ŏvēs hoēdīquĕ pĕtŭlcī Flōrĭbŭs īnsūltānt. *V.* Vĕlūtī quī sēntĭbŭs ānguĕm Prēssĭt hŭmī nītēns. *V.* Quaē nūnquām sŭprā pēs īnĭmīcŭs ĕăt. *P.* Ut nūdīs prēssĭt quī călcĭbŭs ānguĕm. *I.* Et călcāndă sĕmĕl vĭă lētī. *H.* Sŭb pĕdĭbŭsquĕ jăcĕt nōmĕn ămīcĭtĭaē. *O.* Atquĕ mĕtŭs ōmnēs ĕt īnēxōrābĭlĕ fātŭm sŭbjēcĭt pĕdĭbŭs, strĕpĭtūmque Ăchĕrōntĭs ăvārī. *V.*

călcŭlŭs. — *dūmōsīs călcŭlŭs ărvīs.* V. SY. ărēnă, lăpīllŭs. PH. Călcŭlŭs īn nĭtĭdā sīc nŭmĕrātŭr ăquā. *M.* — *I. q. nota.* Et sī călcŭlŭs ōmnĭs hŭc ĕt īllŭc Dīvērsŭs bĭcŏlōrquĕ dīgĕrātŭr, Vīncĕt cāndĭdă tūrbă nīgrĭōrĕm. *M.* Dĭēsquĕ nōbīs sīgnāndī mĕlĭōrĭbŭs lăpīllīs. *M.* Hānc lūcēm lāctĕă gēmmă nŏtĕt. *M.* Hūncĕ dĭēm sīgnā mĕlĭōrĕ lăpīllō. *Pe.* Crēssā nē cărĕăt pūlcră dĭēs nŏtā. *H.* Dĭēs ālbō nŏtāndă lăpīllō. *H.* Et crētā sīgnārĕ dĭēm. *St.* Quēm lăpĭde īllă dĭēs cāndĭdĭōrĕ nŏtĕt. *C.* O lūcēm cāndĭdĭōrĕ nŏtā. *C.* — *I. q. suffragium.* Mōs ĕrăt āntīquīs, nĭvĕīs ātrīsquĕ lăpīllīs, Hīs dāmnārĕ rĕōs, īllōs ābsōlvĕrĕ cūlpā. *O.* — *Calculorum lusus.* Sīvĕ lătrōcĭnĭī sŭb īmāgĭnĕ călcŭlŭs ībĭt. *O.* Călcŭlŭs hīc gĕmĭnō dīscŏlŏr hōstĕ pĕrĭt. *M.* Insĭdĭōsōrŭm sī lūdīs bēllă lătrōnŭm. *M.* Ut sī fōrtĕ jŭvăt stŭdĭōrŭm pōndĕrĕ fēssŭm, Nōn lānguērĕ tămēn lūsūsquĕ mŏvērĕ pĕr ārtĕm, Căllĭdĭōrĕ mŏdō tăbŭlā vărĭātŭr ăpērtā Călcŭlŭs, ĕt vĭtrĕō pĕrăgūntŭr mīlĭtĕ bēllă. *M.* Dīscŏlŏr āncĭpĭtī sŭb jāctū călcŭlŭs ădstăt, Dēcērtāntquĕ sĭmŭl cāndĭdŭs ātquĕ rŭbēns. *Anth.* Descr. O. A. A. 2, 207. 3, 357. T. 2, 478. *M.* 14, 17. 20. ep. ad Pison. 178 sqq. *Vidae* et *Rapini* Scacchia.

căldă. PH. Căldām pōscĭs ăquām. *M.* Pōrtāntēs căldă mĭnīstrōs. *M. v. calidus.*

Călēdōnĭŭs. *Nūdă Călēdŏnĭō sīc vīscĕră praēbŭĭt ūrsō.* M.

călĕfăcĭō. *Sānguĭnĕ quām lārgō Grājōs călĕfēcĕrĭt āmnēs.* Cl. *Aūt hŭmĭlēm grātō călfăcĭt īgnĕ fŏcŭm.* O. PH. Călōrĕ īncēndĕrĕ, tōrrērĕ, ūrĕrĕ. Ālgēntĭs mănŭs ēst călfăcĭēndă sĭnū. *O.* Sŭb nōctēm gĕlĭdŭm lĭgnīs călĕfāctăt ăhēnŭm. *H.* Īgnĕm sŭbjēcĭt rŭbŏr ĕt călĕfāctă pĕr ōssă cŭcūrrĭt. *V.*

Călēndaē. *Nĕc tŏtĭdĕm vĕtĕrēs, quŏt nūnc, hăbŭērĕ călēndās.* O. PH. Mēnsĭs prīmă dĭēs. Mārtĭs Rōmānī fēstaē vĕnērĕ călēndaē. *T.* Trānsĭĕrānt bĭnaē fōrsān tērnaēvĕ călēndaē. *M.* Trīstēs mĭsĕrō vĕnērĕ călēndaē. *H.*

Călēnŭs. *Caēcŭbum ĕt praēlō dŏmĭtām Călēnō Tū bĭbēs ūvām.* (Sapph.) H.

Călĕō. *Tūrĕ călēnt ārāē* etc. V. SY. călēscĕrĕ, ārērĕ, aēstŭārĕ, ārdērĕ, fērvērĕ, sĭccārī, ēxsĭccārī. PH. Fērvēntī tōrrĕŏr aēstū. Dūm călĕt ĕt mĕdĭō sōl ēst āltīssĭmŭs ōrbĕ. *V.* Quāmvīs nōn mŏdĭcō călĕānt spēctācŭlă sōlĕ. *M.* Ănĭmā călŭērūnt mōllĭă săxă. *I.* Călŭērĕ sŭb ōssĭbŭs īgnēs. *V.* Bēllă călēnt. *T.* Bēllī sūdōrĕ călēntēs. *St.* Ălĭōquĭ tērrās sōlĕ călēntēs. *H.* Aūt ălĭō mēntĭs mōrbō călĕt. *H.* Et călĕt ūnō scrībēndī stŭdĭō. *H.* Armă tŭbāsque aūdīrĕ călēns. *St.* Quaē strāvīssĕ călēnt, ĕădēm prōstrātă rĕlīnquūnt. *Cl.* Nārrātŭr ĕt prīscī Cătōnĭs Saēpĕ mĕrō călŭīssĕ vīrtŭs. *H. v. ferveo, sudo.*

Călēs. *Sēd prēssūm Călĭbūs dūcĕrĕ Lībĕrūm.* (chor.) H.

călēscō. *Ēst dĕūs ĭn nōbĭs; ăgĭtāntĕ călēscĭmŭs īllō.* *O.* *v.* *caleo.*

călĭdŭs. *Īllĕ răpĭt călĭdūm frūstrā dē pēctŏrĕ tēlūm.* V. SY. aēstŭōsŭs, ārdēns, ĭgnītŭs, tōrrĭdŭs, fērvĭdŭs, flāmmĕŭs, fērvēns, ārdēscēns, fērvēscēns, īrātŭs, īrācūndŭs, stŏmăchōsŭs. PH. Ēt jŭvĕnēm călĭdūmque ănĭmīs ēt cūrsĭbŭs ācrēm. *V.* Exstīnguĕrĕ flāmmās, Quās mōtūs călĭdō pēctŏrĕ sānguĭs ălĭt. *O.* Sī călĭdūm pōtās. *M.* *v. fervidus.*

călĕndrūm. — *āctūm Săgănae călĕndrūm.* H. PH. Tōt prĕmĭt ōrdĭnĭbūs, tōt ădhūc cōmpāgĭbŭs āltūm Aēdĭfĭcāt căpŭt. *I.*

călĭgă. *Caēsăr, cōgnōmĕn călĭgae cuī cāstră dĕdērŭnt.* Au.

călīgĭnōsŭs. *Călīgĭnōsā nōctĕ prĕmĭt Dĕŭs.* (Alc.) H. SY. tĕnĕbrōsŭs, ōbscūrŭs, nĭgĕr, ŏpācŭs, călīgĭnĕŭs, călīgāns. *v. obscurus.*

călīgo, ĭnĭs. *Nōx ŭbĭ tērrĭbĭlī tērrās călīgĭnĕ tēxĭt.* L. SY. tĕnĕbrae, nōx. EP. pĭcĕă, ōbscūră, caēcă, dēnsă, ātră, crāssă, tērrĭbĭlĭs, nūbĭlă, ŏpācă, fūmōsă, gĕlĭdă, sōmnĭfĕră, Stўgĭă, hōrrēns, hōrrĭdă, squālĭdă, nōctūrnă, trīstĭs, ăvērnālĭs, tētrĭcă, lūrĭdă, văpōrōsă, nūbĭlōsă, spīssă, fūmĭdă, ōbstrūsă, fūrvă, tĕnĕbrōsă, nĭgră. PH. Trēs ădĕo īncērtōs caēcā călīgĭnĕ sōlēs Errāmŭs pĕlăgō. *V.* Călīgĭnĕ dēnsūs ŏpācā. *O.* Cūm dĕŭs īndūctā lātās călīgĭnĕ tērrās Occŭlŭīt. *O.* Et crāssā vōlvĭt călīgĭnĕ fūmūm. *Lr.* Călīgĭnĕ vōlvĭtŭr ātrā. *V.* Pāndĕrĕ rēs āltā tērra ēt călīgĭnĕ mērsās. *V.* Mūltāque ŏpĕrĭs călīgĭnĕ plēnūm. *St.* *v. nubes, tenebrae.*

călīgo, ās. *Ēt călīgāntēm nĭgrā fōrmīdĭnĕ lūcūm.* V. SY. ōbscūrārī, ōbscūrŭs sūm, caēcūtīrĕ. PH. Tĕnĕbrīs īnvōlvī, călīgĭnĕ tĕgī. Călīgāntĕ lătēnt āstră sŭb aēthĕrĕ. Călīgăt ĭn āltīs Obtūtŭs săxīs. *Sc.* Quaē nūnc ōbdūctă tŭēntī Mōrtālēs hĕbĕtăt vīsūs ātque hūmĭdă cĭrcŭm Călīgăt, nūbem ērĭpĭām. *V.* *v. caeco.*

Călĭgŭlă. EP. dūrŭs, tўrānnŭs, pērfĭdŭs, scĕlĕrātŭs, nĕfāndŭs, crūdēlĭs, lĕgĭōnūm ălūmnŭs. PH. Cōgnōmĕn călĭgae cuī cāstră dĕdērūnt. *Au.* Caēdĭbŭs īncēstīsquĕ dĕhĭnc măcŭlōsŭs. *Au.*

călĭx. *Plēbējōs călĭcēs ēt paūcīs āssĭbŭs ēmtōs.* J. SY. crātēr, pătĕră, cārchēsĭūm Bācchī, scўphŭs, cўmbĭă, cānthărŭs, pōcŭlūm. EP. pērspĭcŭŭs, foēcūndŭs, gēmmātŭs, aūrātŭs, lūcĭdŭs, aūrĕŭs, ārgēntĕŭs, crўstāllĭnŭs, gēmmīs aūrōquĕ grăvĭs, aūrō sŏlĭdŭs. PH. Foēcūndī călĭcēs quēm nōn fēcērĕ dĭsērtūm? *H.* Nātī ĭn ūsūm laētĭtĭaē scўphī. *H.* *v. patera, poculum.*

Căllăĭcŭs. *Āccĭpĕ, Căllăĭcīs quĭdquĭd fŏdĭt Āstŭr ĭn ărvīs.* M. *Nēc quaē Căllăĭcō lĭnūntŭr aūrō.* (phal.) M.

căllĕo. *Lēgĭtĭmūmquĕ sŏnūm dĭgĭtīs căllēmŭs ēt aūrĕ.* H. SY. pērspĭcĕrĕ, tĕnērĕ, cōgnĭtūm, pērcēptūm hăbērĕ. PH. Dūrāmquĕ căllĕt paūpĕrĭēm pătī. *H.* Dīcēndă tăcēndăquĕ căllēs. *Pe.* *v. scio.*

căllĭdĭtās. *Tēquĕ mĕā laēdī căllĭdĭtātĕ pŭtō.* O. SY. āstūtĭă, fraūs, vērsūtĭă, dŏlŭs, fāllācĭă. EP. prōtērvă, vērsūtă, āstūtă, fāllāx, caūtă. PH. Cōnsĭlĭūm mūltaē căllĭdĭtātĭs ĭnĭt. *O.* O mīrā căllĭdĭtātĕ vĭrūm. *O.* *v. astutia, dolus.*

căllĭdŭs. *Nōn ĕgŏ nātūrā, nēc sūm tām căllĭdŭs ūsū.* O. SY. caūtŭs, āstūtŭs, sŭbdŏlŭs, vērsūtŭs, văfĕr, vĕtĕrātŏr. PH. Spătĭūm praēmōnstrā, căllĭdă Mūsă. *Lr.* Sūbtīlĭs vĕtĕrūm jūdēx ēt căllĭdŭs aūdĭs. *H.* Tēstūdō rĕsŏnārĕ sēptēm Căllĭdă nērvīs. *H.* Căllĭdŭs ēffrāctā nūmōs fūr aūfĕrĕt ārcā. *M.* *v. fallax, peritus.*

Căllĭmăchŭs. *Căllĭmăchī nŭmĕrīs nōn ēst dīcēndŭs Ăchīllēs.* O. SY. Bāttĭădēs. EP. clārŭs, dōctŭs, pĕrĭtŭs, sōllērs, cūltŭs, făcūndŭs. PH. Nēc tāntūm Clărĭō Lўde ēst dīlēctă pŏētaē. Haēc ēxprēssă tĭbī cārmĭnă Bāttĭădaē.

Căllĭŏpē. *Quēm mĕă Căllĭŏpē laēsērĭt, ūnŭs ĕrŏ.* O. *Prīmă sŭī coēpĭt Căllĭŏpēă chŏrī.* O. PH. Immīstōs hĕdĕrā cōllēctă căpīllōs. *O.* Căllĭŏpē quĕrŭlās praētēntăt pōllĭcĕ chōrdās. *O.* Căllĭŏpē rĕquĭēs hŏmĭnūm dīvūmquĕ vŏlūptās. *Lr.* Vōs, ō Căllĭŏpē prĕcŏr ādspīrātĕ cănēntī. *V.* Căllĭŏpēn ēt ăĭt. *M.* *v. Musae.*

Căllĭrhŏē s. Căllĭrŏē *Ēt quōs Căllĭrhŏē nŏvĭēs ērrāntĭbŭs ūndīs.* St. Th. 12, 629. *O.* M. 9, 414.

căllĭs. *Sēcrētī cēlānt căllēs ēt mўrtĕă cĭrcūm.* V. SY. sēmĭtă, trāmēs. PH. Sūrgēntēm dēxtrō mōnstrābĭt līmĭtĕ căllēm. *Pe.* Rāră pĕr ōccūltōs dūcēbāt sēmĭtă căllēs. *V.* *v. iter, via.*

Căllīstō. *Lūmĭnă Căllīstō jūnctă Lўcāŏnĭdī.* C. Descr. *O.* M. 2, 409. *P.* 2, 22, 25. *C.* 66. SY. Pārrhăsĭs, Lўcāŏnĭs, Lўcāŏnĕ nătă. Vĭrgŏ Pārrhăsĭă, Lўcāŏnĭă, Tĕgĕaēă. Pārrhăsĭă pēllēx. EP. pūlchră, vĕnūstă, fōrmōsă. *v. Ursa.*

Căllīstrătŭs. — *crēdĭs, Căllīstrătĕ, vērūm.* I.

căllōsŭs. *Hūmĭdă căllōsā cūm pīnsĕrĕt hōrdĕă dēxtrā.* O. SY. căllō ōbdūctŭs, āspĕr, rĭgēns, dūrŭs.

căllŭs *et* ūm. EP. rĭgĭdŭs, dūrŭs, āspĕr.

călo. — *plūrēs călōnēs ātquĕ căbāllī.* H. SY. līxă.

călŏr. *Incēndūnt ănĭmōs făcĭūntquĕ călōrĭbŭs āptōs.* O. SY. ārdŏr, aēstŭs, fērvŏr. EP. aēstīvŭs, fērvēns, vălĭdŭs, ārĭdŭs, flāmmāns, ĭgnāvŭs, sēgnĭs, pĭgĕr, lētĭfĕr, Phoēbēŭs, īnsŏlĭtŭs, īngēns, nātīvŭs, vītālĭs, fērvĭdŭs, ūrēns, tōrrēns, ārdēns, răpĭdŭs. PH. Sōlārī tēllūs sēmpēr sūbjēctă călōrī. Tērrās ārdŏr hĭūlcăt. Incēndĭtque aēră fērvŏr Aēstīvŭs. Cūm grăvĭs ēxūstōs aēstŭs hĭūlcăt ăgrōs. Exsŭpĕrānt flāmmae, fŭrĭt aēstŭs ăd aūrās. Răpĭdīvĕ pŏtēntĭă sōlĭs. *V.* *v. aestus, ariditas, sol.* — *Corporis.* Dīlāpsūs călŏr ātque ē vēnīs vītă rĕcēssĭt. *V.* Călŏr ōssă rĕlīquĭt. *V.* Vīvūm tēntāt rĕvŏcārĕ călōrēm. *V.* *v. vita.* — *Animi.* Jŭvĕnīsquĕ călōrēm Excĭtăt īn nĭmĭōs bēllī cīvīlĭs ămōrēs. *L.* Prīmōs īn Mārtĕ călōrēs. *S.* Sŭbĭta

ărmă călōrquĕ Mārtĭūs. *St.* Mēntī călōr īncĭdĭt. *St.* Vīvūsquĕ rĕdĭt călōr ūrbĭbŭs aĕgrīs. *Cl. v. animus, ardor, ira.* — *Amor.* Cōmmīssī călōrēs Aĕŏlĭīs fĭdĭbūs pŭellaē. *H. v. amo.*

Călpē, ēs *et* Călpēs, ĭs. EP. Hērcŭlĕă, Tārtēssĭă, ōccĭdŭă, Ībēră, Maūrūsĭă, Hēspĕrĭă, ēxcēlsă, ārdŭă. PH. Quā sŭbĭt ēxcēlsūm Tēthȳs īntērflŭă Călpēn. *Ma.* Angūstāsquĕ frĕtī faūcēs prĕmĭt ārdŭă Călpē. Cōndĭdĕrāt jām Sōlĭs ĕquōs Tārtēssĭă Călpē. *Au.* Aēquŏră trānsĭlĭēt, sēd lōngē Călpĕ rĕlīctā. *I.* Hēspĕrĭām Călpēn. *L.* Dōrsō cōnsūrgĭt Ībērĭcă Călpē. *Av.* Prŏcŭl īn vădă Călpētānă. *Av. v. Abyla.*

călthă. EP. lūtĕă, flāmmĕŏlă, ūstă, rŭbēns, pŭlchră, vĕnūstă, ŏdōră. PH. Mōllĭă lūtĕŏlā pīngĭt văccīnĭă călthā. *V.* Pāllēntī flāvēntēs lūmĭnĕ călthaē. *Rap.* Călthăquĕ pīnguĭă Et mōllēs vĭŏlās. *Pr.*

călvĕo. SY. călvēscĕrĕ, călvĭtĭō dēfōrmĭs, glăbēr sum.

călvĭtĭēs *et* ĭtĭūm. *Tēsta hŏmĭnĭs, nūdūm jām cŭtĕ călvĭtĭūm.* Au. *v. calvus.*

călūmnĭă. *Quōd dēnte ŏbnītēns spīnōsă călūmnĭă pūngĕt.* Pr. EP. ĭnīquă, nōxĭă, tūrpĭs, foēdă, nĕfārĭă. PH. Călūmĭāmquĕ fīctĭs ēlūdĭt jŏcĭs. *Ph.* Quī pōstquām tĕnĕbrās dīspŭlĭt călūmnĭaē. *Ph.* Quĭd nōn aūdēbĭs, pērfĭdă līnguă, lŏquī? *M.* Dīră lătēntĭs Tēlă călūmnĭaē. *v. convicium, mendacium, obtrectatio.*

călūmnĭātŏr. *Ēt dēlātŏr ēs ēt călūmnĭātŏr.* (phal.) M.

călūmnĭŏr. *Călūmnĭārī sī quĭs aūtēm vŏlŭĕrĭt.* Ph. SY. cōnvīcĭārī, dētrăhĕrĕ, dīcĕrĕ cōnvīcĭă, mōrdērĕ dīctĭs, īncēssĕrĕ, vĕxārĕ, laēdĕrĕ līnguaē pĕtŭlāntĭā, prōscīndĕrĕ. Dīcĕrĕ vērbă prŏtērvă, āspĕră. *v. calumnia.*

călvŭs. SY. īncŏmātŭs. PH. Cūjŭs, cŭī căpŭt călvūm, nūdūm, laēvĕ, văcŭūm, glăbrūm; cŭī sĭnĕ crīnĕ căpŭt; căpĭllīs, crīnĭbŭs spŏlĭātŭs, nūdātŭs; nūdaē călvaē vērtēx; rāsō căpĭtĕ călvŭs. Dēflūxērĕ cŏmaē. *O.* Rāptīque aētātĕ căpīllī, Ut bŏrĕā frōndēs ēxcŭtĭēntĕ cădūnt. *O.* Cĕcĭdērĕ căpīllī, Vērnāntēsquĕ cŏmās trīstĭs ăbēgĭt hĭēms. *Petr.* Nūdaē tēmpŏră vērtĭcēmquĕ călvaē. *M.*

călx. 1) *pedis. Ŭt nĕquĕ călcĕ lŭpŭs quēmquām, nĕquĕ dēntĕ pĕtĭt bōs.* H. EP. āspĕr, dūrŭs, văgŭs, ăgĭlĭs; fērrātă. PH. Călcēmquĕ tĕrĭt jām călcĕ Dĭōrēs. *V.* Vĕxāntēmque ĭlĭă nūdā Călcĕ fĕrōcĭs ĕquī. *St.* Aūt dīc, aūt ăccĭpĕ călcēm. *H.* Călcĭbŭs aūrās Vērbĕrăt. *V. v. calcar.* 2) *lapis.* EP. ālbă, cāndĭdă, vīvă, ārdēns, fērvēns, ūrēns; pīnguĭs, crāssă, tĕnāx. PH. Sāxă vĭdēs prīmūm sōlā cŏălēscĕrĕ călcĕ. *Lr.* Tērrēnā sĭlĭcēs fōrnācĕ sŏlūtī Cōncĭpĭūnt īgnēm lĭquĭdārum ādspērgĭne ăquārūm. *O.*

Călȳdnā. — *Foēcūndăquĕ mēllĕ Călȳdnă.* O.

Călȳdōn. *Quāntĭs ĕrăt Călȳdōn, aūt Ĕrȳmānthĕ, tĭbīs.* M. SY. Aētōlă, Mĕlĕāgrĕă. PH. Mōnstrĭfĕraē Călȳdōnĭs ŏpēs. *St.* Cōnjŭgĭūm ŏptātūm ēt pūlcrām Călȳdōnă vĭdērĕm. *V.* Trĕpĭdūm līquĭt Călȳdōnĭŭs hērōs. *O.* Sŭŭs Călȳdōnĭŭs. *M.* Tōrvaē Călȳdōn īnvīsă Dĭānaē. *O.* Et Călȳdōnĕā bēllāntēm rūpĕ pŭēllām. *Mn.* Trādĭdĭt Āŏnĭŭs păvĭdām Călȳdōnĭdă Nēssō. *O.* Călȳdōnĭaē, dēflētĕ lūgēndās vĭcēs. *Se.* Aēnēās ūltōrēm sprētă pĕr ăgrōs Mīsĭt ăprūm. *O. v. Meleager.*

Călȳpsō. *Ān grăvĕ, sēx ānnīs pūlcrām fŏvīssĕ Călȳpsō?* O. EP. aēquŏrĕă, Ătlāntĭs, fāmōsă, Ătlāntĭăs. PH. Īncōmtĭs moēstă căpīllĭs. *P.* Āh, quŏtĭēs Īthăcūm dŏlŭĭt prŏpĕrārĕ Călȳpsō, Rēmĭgĭōque āptās ēssĕ nĕgāvĭt ăquās. *O.* At nōn sīc Īthăcī dīgrēssū mōtă Călȳpsō. *P.* Nōn ămŏr ēt fēcūnda Ătlāntĭdŏs ārvă Călȳpsūs. *T.* Pōmārĭă dīvĭtĭs Călȳpsūs. *Sid.* Descr. *O.* A. 2, 17, 15. *P.* 1, 15, 9. *T.* 4, 1, 110.

Cămărīnă. *Āppārēt Cămărīnă prŏcŭl* etc. V. PH. Pīgră vădō Cămărīnă pălūstrī. *Cl.* Hīnc Cămărīnăn ădĭt. *O.*

Cămbȳsēs. *Cămbȳsēs lōngī pŏpŭlōs pērvēnĭt ăd aēvī.* L.

cămēlŭs. — *Pānthĕră cămēlō.* H. EP. hīrsūtŭs, hīrtŭs, dēfōrmĭs, īngēns, vēlōx, cĭtŭs, cĕlĕr, vŏlŭcĕr, ŏnĕrārĭŭs. PH. Tōllĕ rĕcēns prīmūs pīpĕr ē sĭtĭēntĕ cămēlō. *Pe.* Īmmānĭă mēmbră cămēlī. *I.* Tēxtă cămēlōrūm fŭĕrānt vēlāmĭnă sētĭs. *Juc.* Vēstĭs ĕrăt cūrvī sētĭs cōntēxtă cămēlī. *Paul. N.*

Cămēnă. *v. Camoena.*

cămĕră. *Ēffūlgēnt cămĕraē vărĭō fāstīgĭă vĭtrō.* St. SY. tēstūdo, ārcŭs, fōrnīx; lăcūnăr, lăquĕăr. EP. pēndēns, rĕpāndă, ĕbūrnĕă, cūrvă, pīctă, mārmŏrĕă, aūrātă, splēndĭdē mĭcāns, praēclāră, cōnvēxă, pūlchră, fūlgĭdă, mīrābĭlĭs, mūltĭcŏlŏr, rūtĭlă, cŏrūscă, cūrvātă, sĭnŭātă. PH. Ēt cămĕra aūrātās īntĕr ĕbūrnă trăbēs. *P. v. lacunar.*

cămĕro. SY. īn fōrnĭcem, īn ārcūm cūrvārĕ, īncūrvārĕ.

Cămērs. — *fōrmam āssĭmĭlātă Cămērtī.* V.

Cămīllă. *Vōlscā dē gēntĕ Cămīllă.* V. EP. fōrtĭs, Prīvērnĭă, Vōlscă, bēllātrīx, Ămāzōn. PH. Vīrgō dīlēctă Dĭānaē. V. Dĕcŭs Ĭtălĭaē. *V.* Sōlā cōntēntă Dĭānā. *V.* Fōrtĭă trāctāt Ārmă mănū. *V.* Descr. *V.* A. 7, 803. 11, 535 sqq.

Cămīllŭs. *Āspĭcĕ Tōrquātum, ēt rĕfĕrēntēm sīgnă Cămīllūm.* V. EP. fōrtĭs, fĕrŭs, māgnŭs, fātālĭs, tōrquātŭs, īnvīctŭs. PH. Scīpĭădās, Gāllīsquĕ gĕnŭs fātālĕ Cămīllōs. *Cl.* Quī Gāllōs pālmā sŭpĕrāvĭt Mārtĕ sŭpērbōs. *L.* Aēmĭlĭōs īntēr sērvātōrēsquĕ Cămīllōs. *Cl.* Ūtĭlēm bēllō tŭlĭt ēt Cămīllūm Saēvă paūpērtās. *H.* Descr. *V.* G. 2, 169. *L.* 2, 544. 7, 358. *O.* F. 6, 184. *H.* O. 1, 12, 42. *M.* 1, 25. 11, 6.

cămīnŭs. — *rŭptīs flāmmam ēxspīrārĕ cămīnīs.* V. SY. fōrnāx, fŏcŭs. EP. fūmĭfĕr, ăvĭdŭs, călĭdŭs, fŭrēns, tērrĭfĭcŭs, hōrrĭfĭcŭs, flāmmĭfĕr, rūtĭlŭs, īgnĭtŭs, mētāllĭcŭs, ārdēns, flāgrāns, īgnĭvŏmŭs, ănhēlāns, fūmāns, ātĕr. PH. Cŏquĭtūr dūm māssă cămīnō. *Pe.* Udōs cūm fŏlĭĭs rāmōs ūrēntĕ că-

mĭnō. *H.* Exstrūctă cămīnīs Cūlmĭnă. *Cl. v. focus, fornax.*

Cămoēnă. *Ăltērnīs dīcētīs; ămānt ăltērnă Cămoēnae.* V. *v. carmen, Musae.*

cāmpānă. — *nōstrās cāmpānă pĕr ōrās.* Ma. EP. sŏnāns, clāngēns, rĕsŏnāns, raūcă. PH. Tīnnŭlăque aeră sŏnānt. *O.* Sŏnŭs aerĭs ăcūtī. *O.* Aeră rĕpūlsă mānū. *O.* Aerăquĕ tīnnītŭs, aerĕ rĕpūlsă, dăbānt. *O.* Nĕc căvă vēsānīs īctĭbŭs aeră sŏnānt. *O.* Quae sŏnĭtu hōrrēndō nōstrās ōbtūndĭtĭs aūrēs, Pēndŭlă dūm lōngīs fūnĭbŭs aeră sŏnānt. *Sant.*

Cāmpānĭă. *Nōn tĭbĭ sī prĕtĭūm Cāmpānĭă tērră dĕtūr.* T. EP. dīvĕs, prōvĭdă, fērtĭlĭs, foecūndă. PH. Nĕc mĭhĭ mīllĕ jŭgīs Cāmpānĭă pīnguĭs ărātūr. *P.* Cāmpānī glōrĭă mūrĭs ĕrās. *M.* Prōxĭmă Cāmpānō pōntī quae vīllŭlă. *H.* Cāmpānă sŭpēllĕx. *H.* Fēstīs pōtārĕ dĭēbŭs Cāmpānā sŏlĭtŭs trūllā. *H.*

cāmpēstĕr. *Lūdĕrĕ quī nēscĭt, cāmpēstrĭbŭs ăbstĭnĕt ārmīs.* H.

Cāmpŭs. SY. ărvŭm, ăgĕr, tēllūs, rūră, jūgĕră, plānĭtĭēs, cāmpōrum aequŏr. EP. fērtĭlĭs, pīnguĭs, vĭrĭdĭs, pătēns, grāmĭnĕŭs, jăcēns, ăpērtŭs, frōndĕŭs, plānŭs, clārŭs, hērbĭdŭs, laetŭs, spēctābĭlĭs, vĭrēns, stĕrĭlĭs, hūmĭdŭs, pălūstĕr, pătŭlŭs, ărēnōsŭs, ūdŭs, flōrēns, ămoenŭs, pūlvĕrĕŭs, ăquōsŭs, ārĭdŭs, flōrĭgĕr, frūgĭfĕr, ŏpīmŭs, praepīnguĭs, vērnāns, fĕrāx, lātŭs, frūmēntārĭŭs, ūbĕr, ăprīcŭs, hērbōsŭs, fēlīx, lăpĭdĕŭs, vēstītŭs grāmĭnĕ, pălūdōsŭs, āmplŭs, rĭgĭdŭs, rŭdĭs, pĭgĕr. — *I. q. planities.* PH. Exspătĭātă rŭūnt pĕr ăpērtōs flūmĭnă cāmpōs. *V.* Văcŭō pătŭērūnt aequŏrĕ cāmpī. *V.* Pūrŭs ăb ărbŏrĭbŭs, spēctābĭlĭs ūndĭquĕ cāmpŭs. *O.* Plānĭssĭmă cāmpī Ārĕă. *O.* Dīffūsī jūgĕră cāmpī. *O.* Pārtīrī līmĭtĕ cāmpŭm. *V.* Plānī rāptĭm pĕtĭt aequŏră cāmpī. *Lr.* Jūssĭt ĕt ēxtēndī cāmpōs, sŭbsīdĕrĕ vāllēs. *O. v. area.* — *I. q. pratum.* Lūdĭt hērbōsō pĕcŭs ōmnĕ cāmpō. *H.* Vēstītī grāmĭnĕ cāmpō. *Cl.* Rĕdĕūnt jăm grāmĭnă cāmpīs. *H.* Pĕr cāmpōs pōscūntur ĕquī. *V.* — *I. q. ager.* Cāmpūm frāctīs īnvērtĕrĕ glēbīs. *V.* Flāvēscĭt cāmpŭs ărīstā. *V. v. aro.* — *Pugnae.* Cāmpō stĕtĭt āgmĕn ăpērtō. *V.* Apta ārĕă pūgnae. *O.* Dē cāmpō vēllĭtĕ sīgnă. *V.* Nōn aequō dărĕ sē cāmpō, nōn ōbvĭă fērrĕ Armă vĭrōs. *V. v. praelium.* — *Martius.* Hīc Cāmpo īndūlgĕt. *Pe.* Annŭă rĕfĕrēns cērtāmĭnă Cāmpō. *L.* — *Trop.* Cāmpō lībĕrĭōrĕ nătăt. *O.* Cūr tămĕn hōc lĭbĕāt pŏtĭŭs dēcūrrĕrĕ cāmpo? *Pe.*

cămūrŭs. *Pēs ĕtĭam, ĕt cămūrīs hīrtae sŭb cōrnĭbŭs aūrēs.* V.

Cānă. *Cānă fŭĭt vĕtĕrĭs Gălĭlēĭă rūră cŏlōnī.* Jvc. PH. Prīmo īnclўtă Chrīstī Prōdĭgĭō. *Vid.*

Cănăcē. *Bĭblĭdŏs ĕt Cănăcēs* etc. O. H. 11.

Cănădă. — *Cănădae rēgĭō vāstīssĭmă sīlvīs.* Comm.

cănālĭs. *Cūrrēntem īlīgnīs pōtārĕ cănālĭbŭs ūndăm.* V. SY. tŭbŭs. EP. plūmbĕŭs, lōngŭs, āngūstŭs, flēxŭōsŭs, īrrĭgŭus, pătŭlŭs, ōccūltŭs, ărūndĭnĕŭs, cāstŭs, rĭgŭŭs, cūrvŭs, cūrvātŭs, flēxŭs, īnflēxŭs, căvŭs, īlīgnŭs. PH. Mūltĭfĭdīs dīvīsă cănālĭbŭs ūndă. Vĭrĭdēs rĕcrĕārĕ cănālĭbŭs hōrtōs. Rŭĭt ūctă rĕpēntĕ cănālĭbŭs ūndă. Tēquĕ pĕr ōblīquūm pĕnĭtŭs quae lābĕrĭs āmnĕm, Mārcĭa, ĕt aūdācī pērcūrrĭs flūmĭnă plūmbō. *St. v. aquae ductus, fistula.*

Cănănaeă. — *mŭlĭĕr Cănănaeă rŏgābăt.* Sed.

cāncēllī. EP. tĕnŭēs, rārī, cōnspĭcŭī, pătēntēs. *v. fines.*

cāncĕr. 1) *animal.* EP. rŭbēns, pĭgĕr, tārdŭs, īgnāvŭs, squāmĕŭs, āmnĭcŏlă, tēstūdĭnĕŭs, mūltĭpēs, lītŏrĕŭs, ōctĭpēs, flŭvĭālĭs, tārdĭgrădŭs, aequŏrĕŭs, rŭbĭcūndŭs. PH. Cōncāvă līttŏrĕō sī dēmās brāchĭă cāncrō. *O.* Nēvĕ rŭbēntēs Ūrĕ fŏcō cāncrōs. *V.* Grădĭēns nōn rēctō trāmĭtĕ cāncĕr. *Col.* — 2) *signum coeleste.* EP. tōrrēns, călĭdŭs, ārdēns, plŭvĭālĭs, fērvĭdŭs, īgnītŭs, flāgrāns, ădūstŭs, ārĭdŭs, vĭŏlēntŭs, ĭnērs, sĭtĭēns, sĭtĭbūndŭs, sīccŭs, ūrēns. PH. Quōs sĕquĭtūr Cāncĕr, Cāncrūm Lĕō, Vīrgō Lĕōnĕm. *Mn.* Nūnc Pīscēs, nūnc Cāncĕr, ĕt ācrī Scōrpĭŭs īctū. *Mn.* Cāncĕrĭs ŭt vērtăt mētās se ăd sōlstĭtĭālēs. *Lr.* Sĭtĭēntĭs sīdĕră cāncrī. Cāncrī tōrrĭdŭs īgnĭs. Aestīvī tēmpŏră cāncrī. Cāncĕr sōlĕ pĕrūstŭs, brāchĭă cūrvāns, ădūrēns sĭtĭēntēs āgrōs. Ōctĭpĕdīs sērpēntĭă brāchĭă cāncrī. Cōncāvă lītŏrĕī fērvēbānt brāchĭă cāncrī. *O.* Fērvĭdŭs ēxtēndĭt cūm tōrrĭdă cāncĕr Brāchĭă. Sōl ăbĭt ē gĕmĭnīs, ĕt cāncrī sīgnă rŭbēscūnt. *O.* Cūm prĕmĭt aequŏrĕī sōl hūmĭdă brāchĭă cāncrī. *St.* — *morbus.* EP. īmmĕdĭcābĭlĭs, īnflāmmātŭs, mōrdāx, mŏlēstŭs, ăcērbŭs, lāngŭēns, mōrtĭfĕr, lētālĭs, crūdēlĭs, ĭnēxplētŭs, rōdēns, vŏrāx. PH. Ūtquĕ mălūm lātē sŏlĕt īmmĕdĭcābĭlĕ cāncĕr Sērpĕre, ĕt īllaesās vĭtĭātĭs ăddĕrĕ pārtēs. *O.*

cāndēlă. *Cāndēlae, cūjŭs dīspēnso ĕt tēmpĕrō fīlŭm.* J. SY. cērĕŭs, taedă; făx, lūmĕn, lūcērnă. EP. clāră, trĕmŭlă, rŭtĭlāns, ārdēns, lūcēns, cērĕă, pīnguĭs, mĭcāns, rădĭāns, pērspĭcŭă, flāmmĭvŏmă. PH. Trĕmŭlă lūcĕ cŏrūscāns. Quae lūcēns ălĭīs īpsō dēpāscĭtŭr ūsū. *I.* Quae sŭō ābsūmĭtŭr īgnĕ. Sēnsĭm ā sŭīs flāmmīs pĕrēsă dēfĭcĭt. Ēt nōctēm cāndēlă fŭgăt. Hīc tĭbĭ nōctūrnōs praestābāt cērĕŭs īgnēs! Mē quūm lūnă sŏlēt dēdūcĕrĕ, vēl brĕvĕ lūmĕn Cāndēlae. *I. v. fax, lampas.*

cāndēlabrŭm. *Dē cāndēlābrō māgnă lūcērnă tĭbī.* M.

cāndĕo. *Tīnctă sŭpĕr lēctōs cāndērĕt vēstĭs ĕbūrnōs.* H. SY. ēxcāndēscĕrĕ, ālbērĕ, ālbēscĕrĕ, cāndĭcārĕ, cānērĕ, ālbĭcārĕ, cānēscĕrĕ. PH. Cūm fērvĭdă cāndŭĭt aestās. *L.* Cāndĕt ĭn īgnĕ cĭnĭs. *O.* Aer sōlĭs cāndēscĭt ăb ōrtū. *O.* Jām sūmmās caelī Phoebūs cāndēntĭŏr ārcēs Vīcĕrăt. *Va.* Cāndēntī cōrpŏrĕ cycnūm. *V. v. candidus.*

cāndĭdātŭs. SY. pĕtītŏr, āspīrāns; ālbātŭs, cāndĭdŭs, ālbŭs. PH. Quī āmbĭt hŏnōrēs. *v. candidus.*

cāndĭdŭlŭs. *Ēxta ĕt cāndĭdŭlī dīvīnă tŏmācŭlă pōrcī.* J.

cāndĭdŭs. *Cāndĭdă dē nĭgrĭs, ĕt dē cāndēntĭbŭs ātră.* O. SY. ālbŭs, nĭvĕŭs, ĕbūrnŭs, ĕbūrnĕŭs, lāctĕŭs, cānŭs, cānēscēns, cāndēscēns, ālbēscēns, ālbēdĭnĕ tīnctŭs, cāndōrĕ dĕcōrŭs; sīncērŭs, īngĕnŭŭs, īntĕgĕr, īnnŏcŭŭs. PH. Quāmvīs īllĕ nĭgĕr, quāmvīs tū cāndĭdŭs ēssēs. *V.* Quī cāndōrĕ nĭvēs āntĕīrēnt. *V.* Cāndĭdĭōr nĭvĭbŭs, tūnc quūm cĕcĭdērĕ rĕcēntēs. *O.* Quaē cāndōrĕ nĭvēm, cāndōre āntĕīrĕt ŏlōrēs. *O.* Quīppĕ cŏlōr nĭvĭs ēst, quām nēc vēstīgĭă dūrī Cālcāvērĕ pĕdĭs, nēc sōlvĭt ăquātĭcŭs aūstĕr. *O.* Et tŏgă nōn tāctās vīncĕrĕ jūssă nĭvēs. *M.* Pār nĭtŏr īntāctīs nĭvĭbŭs. *Cl.* Sŭpĕrātquĕ nĭvēs ĕt lĭlĭă cāndŏr. *Cl.* Quī clārĭōr ēssĕt ŏlōrĕ, Et nōn cālcātā quī nĭvĕ cāndĭdĭŏr. *Au.* Ună fŭĭt lābēs, caētĕră lāctĭs ĕrānt. *O.* Lācte ĕt nōn cālcātā cāndĭdĭōră nĭvĕ. *O.* — *I. q. serenus.* Nūbĕ sŏlēt pūlsā cāndĭdŭs īrĕ dĭēs. *O.* Quēm tĭbĭ cāndĭdĭ Prīmō rĕstĭtŭēnt vērĕ Făvōnĭī. *H.* Cāndĭdŭs ĕt fēlīx prōxĭmŭs ānnŭs ĕrĭt. *O.* Dīgnŭs ĕs ĕt fātō cāndĭdĭōrĕ frŭī. *O.* — *I. q. sincerus.* Anĭmaē, quālēs nĕquĕ cāndĭdĭōrēs Tērră tŭlĭt. *H.* Jūdĭcĭō pŏssūnt cāndĭdĭōrĕ lĕgī. *O.* Tām fēlīx ŭtĭnam, quām pēctŏrĕ cāndĭdŭs, ēssĕm. *O.* Albĭ, nōstrōrūm sērmōnūm cāndĭdĕ jūdēx. *H.* Jūrĕ tĭbĭ grātēs, cāndĭdĕ lēctŏr, ăgō. *O.* Sī quĭd nŏvīstī rēctĭŭs īstīs, Cāndĭdŭs īmpērtī; sī nōn, hīs ūtĕrĕ mēcūm. *H. v. albus, probus.*

cāndŏr. *Cāndŏr ĕrāt, quālēm praēfērt Lātōnĭă Lūnă.* T. *Quī cāndōrĕ nĭvēs āntĕīrēnt, cūrsĭbŭs aūrās.* V. SY. ālbēdo; īntĕgrĭtās, sīncērĭtās, prŏbĭtās, fĭdēs. EP. ālbŭs, mārmŏrĕŭs, pūrŭs, cōnspĭcŭŭs, vīrgĭnĕŭs, mīrābĭlĭs, ĕbūrnĕŭs, īntĕmĕrātŭs, pŭēllārĭs, āngĕlĭcŭs, īnnŏcŭŭs, ŏptātŭs, rārŭs, sĭmŭlātŭs. PH. Pūrpŭrĕō sūffūsŭs sānguĭnĕ cāndŏr. *St.* Cāndŏr ĭn hōc aēvō rēs īntērmōrtŭă paēnĕ. *O.* Illĕ prĭŏr, quō mē sĭnĕ crīmĭnĕ gēssī, Cāndŏr. *O.* Quīque ēst īn cārīs ănĭmī tĭbĭ cāndŏr ămīcīs. *O.* Sī vēstrūm mĕrŭī cāndōrĕ făvōrĕm. *O. v. albedo, probitas.*

Cănēns. *Undĕ Cănēns dĭcta ēst* etc. O. M. 14, 333.

cānĕo. *Nēc rĕnŏvātŭs ăgēr grăvĭdīs cānēbăt ărīstīs.* O. SY. cānēscĕrĕ, ālbēscĕrĕ, cāndĭcārĕ, ālbĭcārĕ. PH. Cānĕt bārbă gĕlū. *S.* Dūm grāmĭnă cānēnt. *V.* Cānēscūnt tūrpī tēctă rĕlīctă sĭtū. *O.* Cānīs ālbēscĕrĕ, cānīs căpĭllīs căpŭt āspērsum ēst. Tēmpŏrĭbŭs gĕmĭnīs cānēbāt spārsă sĕnēctūs. *V.* Tōtăquĕ sūb gălĕīs Māvōrtĭă cānŭĭt aētās. *Cl.* Cānēscūnt aēquŏră rēmīs. *O. v. canities, senesco.*

cānī. sc. capilli; *v. canus.*

Cănīcŭlă. *Sīccās īnsānă Cănīcŭlă mēssēs.* P. SY. Cănīs, Sīrĭŭs; sīdŭs fērvĭdŭm, īnvīsum ăgrĭcŏlīs *H.* EP. aēstĭfĕră, sĭtĭēns, flāgrāns, Icărĭă, sīccă, aēstīvă, mălĕsānă, ārdēns, īnsānă, sēgnĭs, ĭnērs, pēstĭfĕră, pĭgră, fŭrēns, īgnĭvŏmă, fērvĭdă, sĭtĭbūndă, ācrĭs, īgnītă, ĕxĭtĭōsă, lētālĭs, pērnĭcĭōsă, cālēns, ūstă, ădūstă, tōrrĭdă, mōrbōsă, dāmnōsă, īgnĭcŏmāns, īgnĕă, cālōrĭfĭcă. PH. Icărĭūm sīdŭs. Sīrĭŭs ārdŏr. Sīdĕrĕŭs, aēstĭfĕr cănĭs. Tōrquĕt ĕt ĕxhaūstās cūm sīccă cănīcŭlă faūcēs. Quūm căpŭt āttōllĭt mălĕsānă cănīcŭlă. Aēstīvaē mōrbĭdă sīgnă cănĭs. Sīccās īnsānă cănīcŭlă mēssēs Jām dūdūm cŏquĭt. *Pe.* Hĭūlcă sĭtĭ fīndĭt cănĭs aēstĭfĕr ārvă. *V.* Est cănĭs, Icărĭūm dĭcūnt, quō sīdĕrĕ mōtō Tōtă sĭtĭt tēllūs praērĭpĭtūrquĕ sĕgĕs. *O.* Undă sūb aēstīvūm nōn ădĕūndă cănĕm. Vĕnĭt ĕnĭm tēmpŭs, quō tōrrĭdŭs aēstŭăt āēr, Incĭpĭt ĕt sīccō fērvĕrĕ tērră cănĕ. *P.* Lătrātquĕ Cănīcŭlă flāmmāns. *Mn.* Tē flāgrāntĭs ătrōx hōră Cănīcŭlae Nēscĭt tāngĕrĕ. *H.* Fīndĭtŭr Icărĭō cūm cănĕ tērră. *O.* Călĭdī cūm sīdĕrĭs aēstū Dēpōnĭt flāvās ānnŭă tērră cŏmās. *O.* Nēc grăvĕ tē tēmpŭs sĭtĭēnsvĕ Cănīcŭlă tārdĕt. *O.* Et Cănĭs ārēntī tōrrĕăt ārvă sĭtī. *T.* Sōl lĭcĕt ādmōtō tēllūrēm sīdĕrĕ fīndăt, Et mĭcĕt Icărĭī stēllă prōtērvă Cănĭs. *O.* Sēd Cănĭs aēstīvōs ōrtūs vītārĕ sūb ūmbrā. *T.* Quūmquĕ dĭē Tītānă Cănĭs flāgrāntĭŏr ārmăt. *Cl. v. aestas, ariditas.*

Cānĭdĭă. *Cānĭdĭām pĕdĭbŭs nūdīs pāssōquĕ căpīllō.* H. EP. īmprŏbă, īmpūdĭcă, īmpūră, vĕnēfĭcă.

cănīnŭs. *Indĕ cănīnă fŏrō lātrāt fācūndĭă tōtō.* Pr.

cănĭs. *Ut cănĭs ā cŏrĭō nūnquam ābstērrēbĭtŭr ūnctō.* H. *Cūm cănĭbŭs tĭmĭdī vĕnĭēnt ād pōcŭlă dāmae.* V. SY. cătŭlŭs, cătēllŭs, Mŏlōssŭs, Umbĕr, Lўcīscă (*O.* M. 5, 220), Mĕlāmpŭs, Pāmphăgŭs etc. 1) *domesticus.* EP. vĭgĭl, ācĕr, lĕvĭsōmnŭs, vōcĭfĕr, cŏmĕs, sōllĭcĭtŭs, fīdŭs, fĭdēlĭs, pērnīx, vōcālĭs, pērvĭgĭl, săgāx, cūstōs, īmpăvĭdŭs, tērrĭbĭlĭs, sēdŭlŭs, āttēntŭs, cĕlĕr, fĕrŭs, īnfēstŭs, cĭtŭs, ăvĭdŭs, aūdāx, hōrrĭsŏnŭs, aūrītŭs, prŏpĕrŭs, tērrĭfĭcŭs, mōrdāx, răpĭdŭs, lātrātŏr, Mŏlōssŭs, Lăcōn, Spārtānŭs, Amȳclaēŭs, Bēlgĭcŭs, Maēnălĭs, ŏbscēnŭs, răbĭōsŭs, saēvĭēns, īmmānĭs, fōrmīdābĭlĭs, hōrrēndŭs, vīllātĭcŭs, īmmītĭs, atrōx. PH. Fīdă cănūm vīs. *Lr.* Fŭrĭbŭs īnvīsŭs. Nēc nōn ĕt gĕmĭnī cūstōdēs līmĭne ăb āltō praēcēdūnt grēssūmquĕ cănēs cŏmĭtāntŭr hĕrīlĕm. *V.* Vĭgĭlēs sēdŭlă tūrbă cănēs. *O.* Cănēs, quĭbŭs ēst aūdācĭă praēcēps. Tūrbă cănūm cīrcūmsŏnă nūntĭăt hōstĕm. Cūră cănūm fūrēsquĕ prŏcŭl lātrātĭbŭs ārcĕt. Cănēs vēstīgĭă nōstră sĕquūntŭr Sōllĭcĭtī. Cănēs lātrātĭbŭs īnstānt, lātrātĭbŭs aēthĕră cōmplēnt. Dŏmŭs āltă mŏlōssīs Pērsŏnŭĭt. *H.* Exăgĭtānt ĕt Lār ĕt tūrbă Dĭānĭă fūrēs. *O.* Saēvĭtquĕ cănūm lātrātŭs ĭn aūrās. Cănūm lātrātĭbŭs aēthĕr Intŏnăt. Vīllaē, dŏmŭs, pĕcŏrĭs cūstōs. Nūntĭăt hōstēm Tūrbă cănūm trĕpĭdāsquĕ mŏnĕt vĭgĭlārĕ mĭnīstrās. *St.* Blāndās mŏvēntēs pĕr āĕră caūdās. Lĕvĭsōmnă cănūm fīdō cūm pēctŏrĕ cōrdă. *Lr.* Descr. *Polignac* in *Anti-Lucr.* et *Vanier.* 1. 4. — 2) *venaticus.* O. M. 1, 533. 3, 206 sqq. *L.* 4, 442. *S.* Hi. 39. *S.* 3, 294. 10, 77 sqq. *M.* 11, 70. *V.* G. 3, 409. A. 12, 749. *Lr.* 1, 405. EP. ācĕr, săgāx, īndēfēssŭs, cĕlĕr, prŏpĕrŭs, răpĭdŭs, cĭtŭs, pērnīx, vēlōx, ānhēlāns, āstūtŭs, ăvĭdŭs, răpāx, aūdāx, īntrĕ-

lŏcă sōlă cāsis. *O.* Sūb Jŏvĕ pārs dūrăt, paūcī tentŏriă pōnūnt; Sūnt, quĭbūs ē rāmis frōndĕă făctă căsa ēst. *O.* Lĭcĕăt ēxĭgŭō lărĕ Pēnsārĕ rēgnŭm. *Se.* Et mălĕ cōmpāctae tēgmĭnă fūltă căsaē. *M.* Pārvō sūb lărĕ paūpĕrŭm. *H.* Paūpĕrūm tăbernaē. *H.* Praēdām cīvīlĭbūs ārmīs scĭt nōn ēssĕ căsās. O vītaē tūtă făcūltās Paūpĕrĭs āngūstīquĕ lărĭs. *L.* Nĕç ēxĭgŭae dēspĭcĕ tēctă căsaē. *O.* Hŭmī jăcēntēm scĕlĕră nōn īntrānt căsăm. *Se.* Sēcūrās quīcūnquĕ căsās ēt rūrĭs ămoēnī Vērnāntēs cōntēmnĭt ŏpēs. Descr. *O.* M. 8, 670 sqq.

cāsĕŏlŭs. *Hāe dānt ŏvă nŭrŭs căsĕŏlōsquĕ dĭē.* O.

cāsĕŭs. *Pinguĭs ĕt ĭngrātaē prĕmĕrētŭr căsĕŭs ūrbī.* V. EP. pīnguĭs, ŏvīlĭs, mōllĭs, dūlcĭs, cāndĭdŭs, nĭvĕŭs, vēnālĭs, prēssŭs, mōllĭcŭlŭs. PH. Prēssī cōpĭă lāctĭs. *V.* Pēr tōtŭm nĭvĕŭs prĕmĭtŭr mĭhĭ căsĕŭs ānnŭm. *Clp.* Prēssŭs ĕt āngūstō căsĕŭs ŏrbĕ flŭĕt, Lāctĭs māssă cŏāctī. *O.* Mēta ūltĭmă coēnaē. Ĭn nĭvĕās lāc cōgĕrĕ glēbās. *O.* Lāc cōncrētŭm vīmĭnĕ quērnō. *O.* Foēcūndī rĕdĭērūnt mūnĕră rūrĭs, Căsĕŭs. *T.* Aūt pārcō sălĕ cōntĭngūnt hĭĕmīquĕ rĕpōnūnt. *V.*

căsĭă. *Tūm căsĭa ātque ĭntēxēns mōllĭbŭs hĕrbīs.* V. EP. mītĭs, hŭmĭlĭs, vĭrĭdĭs, ŏlēns, flōrēns, rŭbĕă.

Căsīnŭm. — *nĕbŭlōsī cūră Căsīnī.* S.

Căsĭŭs. *Nĕc tĕnŭĭt Căsĭŭm nōctūrnō lŭmĭnĕ mōntĕm.* L.

Căspĭŭs. PH. Căspĭŭs pōntŭs. *Prsc.* Căspĭă ūndă, Tēthȳs. *Av.* Hȳrcānŭm pĕlăgŭs. *Av.* Mărĕ Căspĭŭm. *H. Se.* Căspĭă rēgnă. *V.* Căspĭaē pōrtaē; Căspĭă claūstră. *L.* Căspĭădēs pōrtaē. *Prsc.* Pōrtaē Lĭmĭnă Căspĭăcaē. *St.*

Căssāndră. SY. vĭrgō, vātēs Īlĭăcă, Trōjānă, Pērgămĕă, Prĭămēĭă, Phrȳgĭă. EP. Prĭămēĭă, Phoēbās, Īlĭăcă, Phrȳgĭă, ēffrēnă, praēnūntĭă, praēscĭă, fātĭdĭcă, praēsāgă, vērāx. PH. Prĭămēĭă vĭrgo. Mȳcēnaēō Phoēbās ămātă dŭcī. *O.* Tūnc ĕtĭām fātĭs ăpĕrĭt Căssāndră fŭtūrĭs Ōră, Dĕī jūssū nōn ūnquām crēdĭtă Teūcrĭs. *V.* Sōlă mĭhī căsūs tālēs Căssāndră cănēbăt. *V.* Āntĭstĭtă Phoēbī. *O.* Descr. *V.* A. 2, 404 sqq. *Se.* Tr. 34 sqq.

cāssēs, ĭŭm. *Căssĭbŭs ĭmpŏsĭtĭs vēnŏr* etc. V. SY. lăquĕī, rētĭă, plăgaē. EP. dŏlōsī, lāxī, ārctī, lătēntēs, părātī, fāllācēs, ŏccūltī, sūbdŏlī, mĕtŭēndī, ābdĭtī, pŏsĭtī, āppŏsĭtī, dīspŏsĭtī, caūtī, fērrĕī, tĕnācēs, īmpōrtūnī. PH. Dēcĭdĭt īn cāssēs praēdă pĕtītă mĕōs. *O.* Jām mĭhĭ tēndūntŭr cāssēs. *T.* Nēc bĕnĕ dē lāxīs cāssĭbŭs ēxĭt ăpĕr. *O.* Lāxōs sūspēndĭt ărānĕă cāssēs. *V. v. retia.*

cāssĭdă. *v. cassis.*

Căssĭŏpē *et* pēă. *Tālĭă Căssĭŏpē nāscēntŭm pēctŏră fīngĭt.* Mn. EP. āstrĭgĕră, īnfōrtūnātă, fūlgēns, rădĭōsă, īnfēlīx. PH. Cēphĕī, ūxŏr, Cēphēĭă cōnjūx. Mĭcăt āstrĭgĕră cūm cōnjŭgĕ Cēpheūs. *Cl.* Căssĭŏpēă vĭrūm rĕsĭdēt sūblīmĭs ăd īpsŭm. *Germ.*

cāssĭs, ĭdĭs. *Spīcŭlă cūm pĭctīs haērēnt īn cāssĭdĕ pēnnīs.* O. SY. gălĕă, cāssĭdă, gălērŭs. EP. fūlvă, crīstātă, aērĕă, aūrĭcŏmă, aūrātă, mĭnāx, nĭtĭdă, tōrvă, Mārtĭă, īnfēstă, hīrsūtă, căvă, fērrĕă, ăhēnă, aērātă, caēlātă, īnsīgnĭs, tērrĭbĭlĭs, rĭgēns aērĕ, crīstīs dĕcōră. PH. Tēgmĭnă tūtă căpĭtum. Undāntēs cāssĭdĕ crīstaē. Ēxcēlsō mĭnĭtāntēs vērtĭcĕ crīstaē. Trĕmūnt īn vērtĭcĕ crīstaē Sānguĭnĕaē. Aērātā dēfēndĭt cāssĭdĕ crīnēs. Seū căpŭt ăbdĭdĕrăt crīstātā cāssĭdĕ pēnnīs. *O.* Ēxĭt īn aūrās Cāssĭdĭs āltŭs ăpēx. Quătĭt aūră cŏmāntēs Cāssĭdĭs aūrĭcŏmae crīstās. *S.* Căpĭti īntrēmĭt aērĕă cāssĭs. *V.* Sŏnăt ārcŭs ĕt aūrĕă vātī Cāssĭdă. *V.* Aūrĕă cuī pōstquām nūdāvĭt cāssĭdă frōntĕm. *P. v. galea.*

cāssĭtĕrŭm. *Ēt Grāja ăb īpsō līnguă cāssĭtĕrōn prĭŭs.* (iamb.) Av.

cāssŭs. SY. ĭnānĭs, văcŭŭs; frăgĭlĭs; ŏrbātŭs; īrrĭtŭs. PH. Nīl praētĕr sălĭcēs cāssăquĕ cānnă fŭĭt. *O.* Cāssā nŭcĕ paūpĕrĕt. *H.* Nūnquām cāssă mănŭs. *St.* Sōllĭcĭtāmquĕ gĕrĭs cāssā fōrmĭdĭnĕ mēntĕm. *Lr.* Cāssum ănĭmā cōrpŭs. *Lr.* Nūnc cāssŭm lūmĭnĕ lūgēnt. *V.*

Căstălĭă. *Căstălĭām mōllī dēvērtĭtŭr ŏrbĭtă clīvō.* V. SY. Căstălĭs. PH. Căstălĭs ūndă, Căstălĭī lătĭcēs. Căstălĭŭs fōns, gūrgēs. Fōns Āŏnĭŭs, Hȳāntĭŭs. Āquaē Căstălĭaē. Fōntĭs dŏctă lȳmphă Căstălĭī. Mĭhĭ flāvŭs Ăpōllō Pōcŭlă Căstălĭā plēnă mĭnīstrăt ăquā. *O.* Frōndĭfĕră sānctaē nĕmŏră Căstălĭaē pĕtēns. *Se.* Căstălĭāmque ūmbrām Pīĕrĭōsquĕ lăcūs. *T.* Căstălĭs hīc nōbīs vĕl Jŏvĭs īmbĕr ĕrĭt. *M.* Căstălĭō Cāstŏr sūccēssĕrăt āntrō. *O.* Fōns ĭbĭ Căstălĭŭs vĭtrĕō tōrrēntĕ sŭpērbĭt. *M.* Căstălĭdēs dĕaē. *v. Musae.*

căstănĕă. *At nūnc căstănĕās nōn ămăt īllă nŭcēs.* O. EP. mōllĭs, hīrsūtă, trūx. PH. Căstănĕaē mōllēs ēt prēssī cōpĭă lāctĭs. *V.* Et īlĭcēta ēt căstănētă călvēscūnt. (scaz.) *Scal.*

cāstēllŭm. PH. Aūt mōntānă sĕdēt cīrcŭm cāstēllă sūb ārmĭs. *V.* Tūrrītăquĕ sūmmĭs Dīspōnēt cāstēllă jŭgĭs. *L. v. arx.*

cāstīgo. *Cōrrĭpĭēs nīmirum, ēt cāstīgābĭs ăcērbē.* J. SY. ēmēndārĕ, pūnīrĕ, plēctĕrĕ, mūlctārĕ, cōrrĭgĕrĕ, ŏbjūrgārĕ, īncrĕpārĕ, ănĭmădvērtĕrĕ. PH. *I. q. reprehendo.* Tūm grăvĭs Entēllūm dīctīs cāstīgăt Ăcēstēs. *V.* Cāstīgāntquĕ mŏrās. *V.* Cāstīgătque aūdītquĕ dŏlōs sŭbĭgĭtquĕ fătērī. *V.* Laūdātŏr tēmpŏrĭs āctī Sē pŭĕrō, cāstīgātŏr cēnsōrquĕ mĭnōrŭm. *H. v. censor, vitupero.* — *I. q. emendo.* Praēsēctūm dĕcĭēs nōn cāstīgābĭt ăd ūnguĕm. *H.* Et cāstīgātaē cōllēctă mŏdēstĭă frōntĭs. *St. v. corrigo; punio.*

cāstĭtās. SY. pūrĭtās, īntĕgrĭtās, pŭdīcĭtĭă, cōntĭnēntĭă. EP. pūră, cāndĭdă, sānctă, vĕnĕrāndă, īntāctă, pŭdīcă, īnnŏcēns, hŏnēstă, īncōrrūptă, vĕrēcūndă, īntĕmĕrātă, vīctrīx, caēlēstĭs, āngĕlĭcă, dīvīnă, īngĕnŭă, mīră, īllĭbātă. PH. Nūllā rĕpărābĭlĭs ārtĕ. Thălămūs sĭnĕ crīmĭnĕ vītaē. Īngĕnŭaē sīgnă pŭdīcĭtĭaē. Sēmpērquĕ vĭrēntēs flōrĕ pŭdīcĭtĭaē. Āpprŏbăt ēt cāstām cāstă pŭdīcĭtĭăm. Crēdō pŭdīcĭtĭām Sātūrnō rēgĕ

mortalem in terris. Servavi, fateor, morte pudicitiam. *Au.* Lis est cum forma magna pudicitiae. *O.* Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras, Ante, pudor, quam te violem aut tua jura resolvam. *V.* Virtus et metuens alterius viri Certo foedere castitas. *H. v. castus; pudor; pudicitia; probus, probitas, virtus.*

Castor. — *Lyncēo Castor ab ense.* O. — *Cum Castore Pollux. H.* SY. Tyndarides. EP. Ledaeus, Amyclaeus, Oebalius, Therapnaeus, generosus, Argonauta immortalis. PH. Fratres gemelli. Cygnigeni fratres. Tyndaridae juvenes. Therapnaei fratres. Felix cygnigenis Oebalis ora deis. Fratresque petivit Tyndaridas. Fratres Helenae, lucida sidera. *H.* Gemini caelestia sidera fratres. Ledaea sidera. Dioscuri. Ledaei fratres, pueri. Geminum sidus. Cum Castore Pollux Post ingentia facta Deorum in templa recepti. *H.* Naufragii Ledaei sustentant vela Lacones. *Cl.* Tyndaridae fratres, hic eques, ille pugil. *O.* Qualis et Eurotae Pollux et Castor arenis, Hic victor pugnis, ille futurus equis. *P.* Castor gaudet equis, ovo prognatus eodem Pugnis. *H.* Haec sunt Ledaeis templa dicata diis. *O.* Gemino placatur Castore pontus. *Rut.* Dicam et Alciden puerosque Ledae. *H.* Et gemini, nondum coelestia sidera, fratres, Ambo conspicui, nive candidioribus ambo Vectabantur equis. *O. v. Pollux.*

castor. *animal. v. fiber.*

castoreum. *Castoreoque gravi mulier sopita recumbit.* Lr. PH. Virosaque pontus Castorea. *V.*

castra. SY. mansio, stativa, stativae sedes, copiae, turmae, phalanges, catervae, agmina, tentoria. EP. horrida, hostilia, acerba, nefanda, Martia, fulgida, opulenta, fida, tuta, hostica, saeva, hiberna, aestiva, navalia, fulgentia signis, trepidantia; stativa, nautica. PH. Tentoria erecta. Multo referta milite, in tuto locata loco. Mediis imposita campis. Classem, quae lateri castrorum adjuncta latebat. *V.* Positis stat in agmine castris. *V.* Tyrrheni tuta tenebant Castra locis. *V.* Egressi superant fossas. *V.* Semianimes in castra trahens hostilia turmas. *L.* Pallas adest armis, castraque saeva fugat. Strictis quem fulgida telis Inter laurigeros aluerunt castra triumphos. *Cl.* Seu te fulgentia signis Castra tenent. *H.* Considunt castris et moenia vallant. *V.* Castra inimica petunt. *V.* Sed vos, o lecti, ferro quis scindere vallum Apparat et mecum invadit trepidantia castra? *v. agmen.* — *Castra metari.* Figere castra, exstruere, locare, tuto ponere loco. Considere castris. Tentoria figere, erigere. Cum longa cohortes Explicuit legio. *V.* Campo stetit agmen aperto. Agmina densantur campis. *V.* Late loca milite complent. Miles campo sese arduus infert. *V.* Huc acies ducit, Romanaque circum Castra locat, parvumque levi struit aggere vallum. *L.* Castrorum in morem pinnis atque aggere cingit. *V.* Bolanus tutis jugis quaerere commoda castris, Metari Bolanus agros. *St.* *Castra moveo.* Omnisque relictis Turba fluit castris. *V.* Castra aciemque movebat. *V.* Excedunt castris. *V.* Castris audebit vellere signa. *V.* Egreditur castris miles generosus ab isdem. *O.* Pubemque educere castris. *V.* Castrensibus utilis armis. *P. v. acies, agmen.*

castus. Compar. c. *Hippolyto, Bellerophonte.* SY. purus, pudicus, intemeratus, illibatus, mundus, caelebs, pudens, pudibundus, verecundus. PH. Quo non est castior alter, cui nulla voluptas nocuit. Cujus mores nulla libido corrupit. Non victus molli libidine. Laude pudicitiae celebris; animoque et corpore castus. Nec corpora segnes in Venerem solvunt. *V.* Castum servans cubile. *Cl.* Frigidus in Venerem. Veneris qui praemia nescit. Turpia lascivi fugiens consortia coetus. Casta pudicitiam servat domus. *V.* Hic est castissimus ardor. *St.* Animoque et corpore castus. Illa suae revocatur parcere famae. *P.* Vixi sine vulnere famae. *Au.* Integer vitae scelerisque purus. *H.* Et mente et corpore castus. *Prsp.* Insontes castosque voco. *St.* Castique modestia vultus. *L.* Castus moribus, integer pudore. *M.* Casta placent Superis. *T.* Me natura pudicum Fecerat, et casto corpore durus eram. *O. v. caelebs.* — *Casta compar. c. Pallade, Diana, Penelope, Lucretia, Vestali.* PH. Virgineo nusquam corpore passa virum. Expers quae thalami vitam sine crimine vivit. Cui peccare nefas. Quae incorrupta sui conservat foedera lecti. Pactamque per aras Haud facilis temerare fidem. *S.* Ad mollia verba Quae reticet pudibundaque celat amictu Ora. Socialia jura omnes servans intacta per annos. Ego perpetuam famam sine labe tenebo. Rustica sim sane, dum non oblita pudoris, Dumque tenor vitae sit sine labe meae. *O.* Fama quidem clara est, et adhuc sine crimine vixi, Et laudem de me nullus adulter habet. Rudis conjugii. Venerem jocosque calcans. *v. virgo.*

casula. *Vivite contenti casulis et collibus istis. J. v. casa.*

casus. *Per varios casus, per tot discrimina rerum.* V. SY. lapsus, prolapsio; eventus, eventum, exitus. *Tristis:* ruina, interitus, exitium, pernicies, infortunium, damnum, clades, strages; alea, periculum. EP. subitus, repentinus, inopinus; praeceps, citus, ambiguus, prosper, felix, fortunatus, secundus, optatus, exoptatus, haud infelix, haud infortunatus, haud infaustus, adversus, tristis, funestus, moestus, durus, insolitus, flebilis, lamentabilis, luctuosus, laetificus, infandus, iniquus, horrendus, acerbus, infaustus. PH. Concussae nutant rupes lapsumque minantur. *O.* Celsae graviore casu Decidunt turres. *H.* Tolluntur in altum, Ut casu graviore ruant. *Cl.* Stillicidi casus lapidem cavat. *Lr.* — *Trop.* Dura solatia casus. *V.*

Attŭlĭt ipsĕ vĭrĭs ŏptātŭm cāsŭs hŏnōrĕm. *V.* Ars cāsŭm sĭmŭlĕt. *O.* Sūnt, ĭn fŏrtūnae quĭ cāsĭbŭs ŏmnĭă pōnānt. *I.* Nĕc vĕnĭăm, laesō nūmĭnĕ, cāsŭs hăbĕt. *O.* Ŏmnĭă sūnt hŏmĭnŭm tĕnŭĭ pēndēntĭă fīlō, Ēt sŭbĭtō cāsū, quae vălŭērĕ, rŭūnt. *O.* Quĭs tĕ mĭhĭ cāsŭs ădēmĭt? *O.* Dī, tālem āvĕrtĭtĕ cāsŭm. *V.* Cāsū cōncŭssŭs ăcĕrbō. *V.* Sīn ălĭquem īnfāndŭm cāsŭm, fŏrtūnă, mĭnārĭs? *V.* Sĕd sĭ tāntŭs ămŏr, cāsūs cōgnōscĕrĕ nōstrōs. *V.* Cāsŭs ēvāsĕrăt ŏmnēs. *V.* Īn dŭbĭōs cāsūs ĕt prōnă pĕrīcŭlă mŏrtĭs. *L.* Īncērtōquĕ flŭūnt mŏrtālĭă cāsū. *Cl.* v. *cado, periculum, strages.*

cătăclysmŭs. *v. diluvium.*

cătălŏgŭs. SY. īndĕx. PH. lĭbĕr ŏrdĭnĕ scrīptŭs.

cătăphrāctŭs. *Fĕrrĕŭs aūrātō neū cătăphrāctŭs ĕquō.* P. *v. armatus.*

cătăpŭltă. *Nōn quae strīdēntēs tŏrquĕt cătăpŭltă mŏlārēs.* Sid. *v. balista.*

cătărāctă *et* cătărāctēs, aē. *Ēxcĕpĕrĕ dŭōs ĕt praecĭpĭtēs cătărāctae.* L. — *v. aquae.*

cătārrhŭs. *Dēflŭĭt īn pĕctŭs Bŏrĕā spīrāntĕ cătārrhŭs.* A.

cătāstă. — *nĕc ăvārae vērnă cătāstae.* M. EP. bārbărĭcă, ăvāră, Căppădŏcă, ārcānă, ĭnĕrs, rĭgĭdă, bārbără. PH. Cōmpĕdĭbŭsquĕ sŭĭs ĕt ĭnērs ŏpprēssă cătāstă. Nōn tē bārbărĭcae vērsābăt tūrbă cătāstae. *T.* Nōtă lŏquŏr: rēgnum ipsĕ tĕnēt, quēm saepĕ cŏēgĭt Bārbără gypsātōs fērrĕ cătāstă pĕdēs. *T.*

cătējă. *Teūtŏnĭcō rĭtū sŏlĭtī tŏrquērĕ cătējās.* V.

cătēllă. — *saepĕ cătēllăm.* H. SY. cătŭlă, pārvă cănĭs.

cătēllŭs. *Sūmĕ, cătēllĕ, nĕgăt.* etc. H. *v. catulus.*

cătēnă. — *Strīdŏr fērrī trāctaeque cătēnae.* V. SY. vīncŭlă, nēxŭs, cŏmpĕdēs, mănĭcae, lăquĕŭs, fūnĭs, nōdŭs, lōră, cătēnŭlă, lōrŭm, lĭgāmĕn. EP. grăvĭs, saevă, nēxă, dūră, ārctă, fērrĕă, aērātă, fērrātă, strīdēns, fērrūgĭnĕă, tĕrēs, sŏlĭdă, nōdōsă, aērĕă, vălĭdă, īmprŏbă, ŏnĕrōsă, pōndĕrōsă, rĭgĭdă, crŭēntă, tĕnāx, fĕră, ăcērbă, aēnĕă, ăhēnă, Vūlcānĭă, sērvīlĭs, prōbrōsă, Lēmnĭăcă, ădămāntĭnă. PH. Nē rĕlĭgēr dūrā căptīvă cătēnā. *O.* Aūt prŏfŭgōs fērrī pōndĕrĕ nēctĕ pĕdēs. *Au.* Grăcĭlēs ēx aērĕ cătēnae. *O.* Nēxae pĕr cōllă cătēnae. *O.* Nēxĭs ădămāntĕ cătēnīs. *O.* Pōndĕrĕ lāssă cătēnae Ēst mănŭs. Cēntŭm vīnctŭs ăhēnīs Pōst tērgŭm nōdīs. *V.* Īnvādĭt vīncĭtquĕ mănūs pōst tērgă cătēnīs. *Cl.* Vīncīrĕ, lĭgārĕ, cīrcŭmdārĕ aēnĕīs, fērrĕīs nōdīs. Tĕnērī, cŏērcērī, dŏmārī, vīncīrī, ŏnĕrārī, căpī cătēnīs. Fērrātae cōllō sŏnŭērĕ cătēnae. *O.* Bārbără fērrātīs īnnēctūnt tērgă cătēnīs. *Cl.* Spērāstī, fămŭlās īmpōnĕrĕ pōssĕ cătēnās. *Cl.* Tēndĕrĕ cōnātŭr pālmās; vĭs īmprŏbă fērrī Īmpĕdĭt, ĕt mōtae sŏmnum ēxcŭssērĕ cătēnae. *O.* Āst ălĭōs mănĭcaeque lĭgānt tĕrĕtēsque cătēnae. *Lr.* — *Trop.* Cōllātō pĕctŏrĕ mīstōs Jūnxĭt īnābrŭptā cōncōrdĭă lōngă cătēnā. *St.* Īntĕr sē fŏrtĕ cătēnăm Lūdūnt īn nŭmĕrūmque ēxsūltānt. *Lr. v. vincio.*

cătēnātŭs. *Ēxspĕctānt cūraeque cătēnātīque lăbōrēs.* M. SY. vīnctŭs; cōntĭnŭŭs. PH. Cătēnā, vīnclīs, mănĭcīs, cŏmpĕdĕ vīnctŭs, strīctŭs, lĭgātŭs, cōnstrīctŭs, ădstrīctŭs, cătēnīs rĕvīnctŭs, vīnclīs tĕnācĭbŭs ădstrīctŭs. Cŏmpĕdĕ vīnctŭs, vīnclīs pĕdēsque lĭgātŭs. Īntāctŭs aūt Brĭtānnŭs ūt dēscēndĕrēt Săcrā cătēnātŭs vĭā. *H.*

cătērvă. *Ăccēssĭt, māgnā jŭvĕnŭm stīpāntĕ cătērvā.* V. SY. tūrmă, phălānx, āgmĕn, cŏhōrs, mănŭs, lĕgĭo, mănīplŭs, ēxērcĭtŭs, glŏbŭs. EP. flōrēns, fŭlgēns, aūdāx, hōstīlĭs, văgă, īnsānă, aērātă, ārmĭfĕră, spūmāns, trĕpĭdă, trĕpĭdāns, ārmātă, ēnsĭfĕră, mūltĭsŏnă. PH. Fŭlgēntēs, flōrēntēs aērĕ, spūmāntēs caedĕ cătērvās. Pĕr ŏbstāntēs īrĕ cătērvās. Dīffŭgĭūnt ĕquĭtūm tūrmae pĕdĭtūmquĕ cătērvae. *H.* Āgmĕn ăgēns ĕquĭtum ĕt flōrēntēs aērĕ cătērvās. *V.* Īllĕ lĭcēt Cĭlĭcūm vīctās ăgăt āntĕ cătērvās. *T.* Dēnsātĕ cătērvās. *V.* Māgnā mātrūm cŏmĭtāntĕ cătērvā. *V.* Īn lūcō quūm fŏrtĕ cătērvae Cōnsēdēre ăvĭŭm. *V. v. agmen, exercitus, turba.*

cătērvātim. *Jāmquĕ cătērvātīm dăt strāgem* etc. V. SY. tūrmātim.

Căthărīnă. *Ēlŏquĭō Phărĭōs vērtĭt Căthărīnă dĭsērtōs.* Vid. EP. dŏctă, vīrgo, pĭă, fŏrtĭs. PH. Cōstō sătă rēgĕ pŭēllă. Lăgĭdārum ā sānguĭnĕ nātă.

căthedră. *Poenĭtŭĭt mūltōs vānae stĕrĭlīsquĕ căthĕdrae.* I. *Dē căthĕdrā quŏtĭēs sūrgĭt* etc. M. EP. pīctă, hŭmĭlĭs, āltă, ŏrnātă, līgnĕă, mārmŏrĕă. *v. magister.*

căthedrālĭtĭŭs. *Cūm căthĕdrālĭtĭōs pōrtĕt tĭbĭ rhēdă mĭnīstrōs.* M.

căthŏlĭcŭs. *Căthŏlĭco ĭn tēmplō* etc. Pr. *v. christianus.*

Cătĭlīnă. *Săcrĭlĕgūm strŭĕrĕt quūm Cătĭlīnă nĕfās.* M. EP. īmpĭŭs, saevŭs, mĭnāx, pērfĭdŭs. PH. Ābrūptīs Cătĭlīnă mĭnāx frāctīsquĕ cătēnīs. *L.* Păcĭfĭcās saevūs trĕmŭīt Cătĭlīnă sĕcūrēs. Quūm Cătĭlīnă părāvĭt Ārsūrās īn tēctă făcēs. *L.*

cătīllŭs. — *pūrĭs cīrcūmpŏsŭīssĕ cătīllīs.* H. *v. catinus.*

Cātĭlŭs *et* Cātīllŭs. *Cātĭlūsque ăcērquĕ Cŏrās, Ārgīvă jŭvēntŭs.* V. *Cīrcā mītĕ sŏlūm Tībūrĭs ĕt moenĭă Cātĭlī.* (choriamb.) H. — *dictūmquĕ lyrā mājŏrĕ Cātīllūm.* St.

Cătĭnă. *Tum Cătĭna ārdēntī nĭmĭūm vīcīnă Typhoeō.* S.

cătīnŭs. — *ăngŭstō pīscēs ūrgērĕ cătīnō.* H. SY. lānx, dĭscŭs. EP. fīctĭlĭs, căpāx, laūtŭs.

Căto. *Nĕc sōlŭs sēmpĕr cēnsŏr Cătō, nĕc sĭbĭ sōlŭs.* Au. EP. 1) Cēnsōrĭŭs, săpĭēns, dŏctŭs. 2) īnvīctŭs, dūrŭs, īntōnsŭs, grăvĭs, sĕvērŭs, cōnsūmmātŭs, pūgnāx, rĭgĭdŭs, tĕtrĭcŭs, sānctŭs, trīstĭs, mōrātŭs, hŏnōrŭs, mōrōsŭs. PH. 1) Trīstĕ sŭpĕrcĭlĭŭm dūrīquĕ sĕvēră Cătōnĭs Frōns. *M.* Mājŏr Cārthāgĭnĭs hōstĭs. *L.* Māctĕ Vīrtūte ēsto, īnquĭt sēntēntĭă dīă Cătōnĭs. *H.* Vīrtūtēmnĕ rĕpraesēntĕt mōrēsquĕ Cătōnĭs. *H.* Nārrātŭr ĕt

prisci Catonis Saepe mero caluisse virtus. *H.* Descr. *S.* 7, 691 sqq. — 2) Cuncta terrarum subacta, Praeter atrocem animum Catonis. *H.* Et mala vel duri lacrymas motura Catonis. *L.* Non servituri moeret Cato fata nepotis. *L.* At Cato fortunae victor. *Mn.* Victrix causa diis placuit, sed victa Catoni. *L.* Libertate gravem pia Catonem. *St.* Pompeji comitantur et Catones. *St.* Descr. *L.* 2, 380 sqq. — *Trop.* Tunc me vel rigidi legunt Catones. *M.* Lector Cato. *Ph.* Catoniana quod facis lingua. *M. v. censor, judex.*

Catti. PH. Victis parcentia foedera Cattis. *St.* Dat Cattis Dacisque fidem. *St.*

Catullus. *Mantua Virgilio gaudet, Verona Catullo.* O. EP. lascivus, doctus, tener, facundus, argutus, suavis, nitidus, mollis, doctiloquus, tenuis. PH. Cujus cantatur Lesbia versu. Lascivi Musa Catulli. *O.* Se jactat Verona Catullo. *M.*

catulus. *At consueta domi catulorum blanda propago.* Lr. SY. catellus, parvus, exiguus, tener, tenellus canis. EP. lactans, mollis, timidus, blandus, pavidus, fugax, mordax, pavens, tenellus, docilis, sagax. PH. Militat in silvis catulus. *H.* Veloces Spartae catulos. *V.* Tempore non alio catulorum oblita leaena. *V.* Leporem catulo sectare sagaci. *O. v. canis.*

Catulus. *Virtutem Catuli Roma secuta ducis.* Rut.

catus *adj.* — *lingua catus, ore canorus.* Au. SY. cautus, astutus, callidus, versutus, providus. PH. Catus arte palaestrae. *Au.* Qui feros cultus hominum recentum Voce formasti catus. *H.*

catus, *subst.* *Catus in obscuro cepit pro sorice picam.* Anth. Recentiores *catus* male. PH. Pannonicas nunquam nobis dedit Umbria cattus. *M. v. felis.*

Caucaseus. *Ipsae Caucaseo steriles in vertice silvae.* V.

Caucasus. — *In gelidas consurgens Caucasus arctos.* Va. SY. Caucaseae rupes. EP. horrens ingens, nivalis, frigidus, asper, glacialis, Sarmaticus, Scythicus, inhospitalis, multifidus. PH. Caucasei fastigia montis. Mons Promethei sanguine tinctus. Duris cautibus horrens. Inaccessae brumali frigore rupes. Trans et Amazonius ululatum Caucason armis. *St.* Saevumque cubile Promethei *Va. v. mons.*

Cauci. *Germanis responsa dabat legesque Caucis.* Cl.

cauda. EP. longa, sinuosa, versicolor, stellata, setosa, pillosa. PH. Longo caudae syrmate condit humum. Blandas movere per aera caudas. *O.* Caudamque remulcens Subjecit pavitantem utero. *V.* Cauda teneris blanditur alumnis. *O.* Quaeque ima gradiens verrit vestigia cauda. *V.* Elatae metuendus acumine caudae. *O.* Aequora verrebant caudis aestumque secabant. *V.* Qui te deridet, caudam trahet. *H.* Blando caudam jactare popello. *Pe.*

Caudes, ium. *Ultra Caudinas speravit vulnera furcas.* L. PH. Caudinis faucibus haerent. *S.*

caudex. *Quin et caudicibus sectis (mirabile dictu).* V. SY. truncus, stipes.

cave. *Lucum ligna; cave, ne portus occupet alter.* H. *Vade, vale, cave, ne titubes, mandataque frangas.* H. PH. Nate, cave, dum resque sinit, tua corrige vota. *O.* Tu cave defendas, quamvis mordebere dictis. *O.*

cavea. *Exoritur caveis qualis resonantibus olim.* Cl. SY. fovea, caverna, specus, antrum. EP. obscura, profunda, ima; textilis, querna. PH. Ales caveae clauditur antro. *Bo.* Scit rursus remeare domum tectumque subire Viminis. *Clp.* Contexto vimine clausa. *Clp.* Connexisque ebori virgarum argenteus ordo. *St.* Domus rutila testudine fulgens. *St.* Qui gestant caveis volucres ad gesta paratas. *Mn.* Objectos caveae valuit si frangere clathros. *H.* Nam tenuem caveam radiis ex ordine textis Psittacus incoluit. *Sant.* Emissum caveis ad sidera coeli Agmen apum. *V.* — *I. q. Circus.* Consessu caveae, magnis Circensibus actis. *V.* Caveae favor. *Va.* Cavea stimulante. *St.*

caveo. *Quisque suas cavit, non cavet ipse sibi.* O. SY. videre, providere, ante videre, prospicere, advertere, praecavere, observare; interdicere, prohibere, spondere, vadari. PH. Tu tamen ut monitus caveas. *H.* Commisisse cavet, quod mox mutare laboret. *H.* Humana parum cavit natura. *H.* Malum vitare cavendo. *O.* Hunc tu, Romane, caveto. *H.* Occursare capro (cornu ferit ille) caveto. *V.* Metues, credo, doctusque cavebis. *H.* Bene per mala nostra cavetur. *O.* Apta requirebam, quaeque cavenda forent. *O.* Cavit sacrati provida cura ducis. *O.* Hoc caverat mens provida Reguli. *H.* Et tristes animi cavere morsus. *M.* Heu sibi prolapso non bene cavit equo. *P. v. cave.*

caverna. *Regia et umbrosae penitus patuere cavernae.* V. SY. antrum, specus, spelunca, spelaeum, latebra, lustra ferarum, cavus. EP. tecta, curva, coeca, umbrosa, obscura, umbrifera, ima, clausa, profunda, cava, vasta, exesa, effossa, abrupta, furva, secreta, fossa, atra, immanis. PH. Abruptis specus atra cavernis. Secretisque diu latuere cavernis. Aestiva in fossis condens frumenta cavernis. Curvisque immugiit Aetna cavernis. *V.* Insonuere cavae gemitumque dedere cavernae. *V.* Saepe cavas terrae motu mugire cavernas. *L. v. antrum, specus.*

cavernosus. *Perque cavernosos jussit penetrare meatus.* Pr. SY. cavus, cavernis frequens, multis concavus antris.

cavillatio. SY. jocatio, joci, jocus, cavillum, scomma. EP. turpis, soluta, puerilis, mordax, livens, procax, mimica, petulans, audax, salsa, frivola, acuta, ingeniosa. PH. Plena conviciis, opprobriis verba. Ridiculi,

mordaces, protervi, sales, joci, scurrilia scommata. v. jocus, risus, sales.

cavillor. SY. ridere, irridere, ludere, illudere, jocari. PH. Procaciter illudere, protervis conviciis lacessere. Jocis scurrilibus excipere. Mordacia scommata jactare. v. derideo.

cavillum. Strophas cavilla mimico. (iamb.) Pr. v. cavillatio.

caula. SY. ovile, stabulum, septum. EP. clausa, tuta, angusta, lata, pinguis, opima, plena, calida, aperta, munita. PH. Pleno lupus insidiatus ovili, Quum fremit ad caulas. V. Caulas intrare palatii. Lr. v. stabulum.

caulis. Caulibus et pomis et aperto viveret horto. J. EP. tener, novus, fragilis, tremulus, viridis, virens, vernans, turgens, patulus. PH. Qui teneros caules alieni fregerit horti. H. Caulem foliis et flore comantem. V. Caule suburbano, qui siccis crevit in agris. H. Unge, puer, caules. H. v. crambe, olus.

Caulon. Caulonisque arces etc. V. — Caulonisque Naricianque. O.

caunna, caunea. PH. Et quas percoquit Ebosea caunas. St. v. carica.

cavo. Dura tamen molli saxa cavantur aqua. O. SY. excavare, fodere, effodere, perforare, concavare. PH. Gutta cavat lapidem, non vi, sed saepe cadendo. O. Cavat arbore lintres. V. Ferroque cavantur acuto. V. Parmam gladio galeamque cavare. O. Tunc alnos primum fluvii sensere cavatas. V.

caupo. — nautis, cauponibus atque malignis. H. EP. bibulus, perfidus, malignus, sordidus. PH. Puer cauponius. Pl.

caupona. Aspersis volet in caupona vivere, nec qui. H. SY. popina, taberna. EP. aperta, communis, patens, insignis, nigra, tetra, fumosa, sordida, uncta, pinguis.

cauponor. Nec cauponantes bellum, sed belligerantes. Enn. ap. Cic.

Caurus, vel Corus. SY. Iapyx. EP. repentinus, violentus, furens, saevus, gravidus, madidus, rabidus, Sarmaticus, insanus, imbrifer, rapidus, nimbosus, asper, immitis. PH. Ventus ab occasu spirans, flans, immani procella stridens, evertens aequora. Aestus movens. Freta concutiens. Fluctusque potens attollere Caurus. Freta fervescunt spirantibus incita Cauris. Primus ab oceano caput exserit Atlanteo. Core, movens aestus jam te pollente furebat Pontus, et in scopulos totas erexerat undas. L. Naufragiis nobis inimicus obstat Turbine Caurus. Se. Semper hiems, semper spirantes frigora Cauri. V. Vasto Cauri cum murmure fluctus. S. Pontusque Cauro saevus aut vis ignium. Se. Feriens pontum, nubes glomerans. Se. Coeli fuscator Eoi. L. Verum ubi Caurino perstrinxit frigore vesper. Grat. v. ventus.

caussa. SY. principium, fons, origo, caput, radix, finis; ratio; lis, controversia, judicium; excusatio, defensio; partes, actio; commodum. EP. occulta, latens, certa, ingenis, sufficiens, probanda, honesta, pia, bona, mala, levis, difficilis, tristis, obscura, innocua. PH. — I. q. origo. Tanti caussa caputque mali. V. Hinc mihi prima mali labes. V. Hoc fonte derivata clades In populum patriamque fluxit. H. Hinc mihi principium damni. Ille dies primus leti primusque malorum Causa fuit. V. Hinc illae lacrymae. Te. Causa meae cunctis nimium quoque nota ruinae. O. Semine curarum de capite orta tuo. Ergo sollicitae tu causa, pecunia, vitae. O. Languor enim causis non apparentibus haeret. O. Prima favilla mali. P. — I. q. rerum origo. Semina prima. Felix, qui didicit rerum cognoscere causas. V. Rerum caecas expromere causas. Lr. Quorum operum causas nulla ratione videre Possunt, haec fieri divino numine rentur. Lr. Quis fluere occultis rerum neget omnia causis? St. — I. q. ratio. Quae causa subegit Ignotas tentare vias? V. State, viri; quae causa viae? V. Quae tantum accenderit ignem Causa, latet. Pia causa coegit. O. Nam lacrymae causa saepe latente cadunt. O. Causa fuit luctus. O. Neu matri miserae tanti sim causa doloris. O. Illius ergo Venimus. V. Postquam solitas accessit ad iras Causa recens. O. Hinc causas habuere. L. Bacchus et ad culpam causas dedit. V. Et quae tanta fuit Romam tibi causa videndi? V. Aliisque dolens fit causa dolendi. O. Hic quoque mensis habet dubias in nomine causas. O. Eheu, quam brevibus pereunt ingentia causis! — I. q. partes. Fama civem causaque priorem. H. Signataque jura Et causas, non fata, sequi. L. Omnia subsident meliori pervia causae. O. — Causas agere v. causidicus. Victrix causa Diis placuit, sed victa Catoni. L. Et causaque valet, causamque tuentibus armis. O. Frangit et attollit vires in milite causa; Quae nisi justa subest, excutit arma pudor. O.

caussidicus. Et te patronum caussidicumque putas. M. SY. patronus, defensor, actor, orator, advocatus; rabula. EP. raucus, doctus, mediocris, ingeniosus, avarus, peritus, facundus, disertus, rixosus, ineptus, loquax. PH. Agere patronum, caussam clientis agere, actitare caussas. Litibus aptus. Lites, jurgia amans. Litis amans, eloquio praestans. Facundo maximus ore. Causis clarus agendis. H. Orantes causas fandique magistri. Fama decusque fori. Causas agis, Attale, belle. M. Addidit invalidae robur facundia causae. L. Orabunt alii causas melius. V. Insigne moestis praesidium reis. H. Optima non ullo causa tuente perit. O. Qui causas orare solent. Pet. Causas, inquit, agam Cicerone disertius ipso. M. Sollicitisque velim vendere verba reis. M. Nec mihi mus attonitis vox celebrate reis. M. Romani fama secunda fori. Cl. Aspera sive foro per litem jurgia tentat. M. Defensor probe tristium reorum, Cujus voce sacrum tonat tribunal. Anth. Seu judicis ira Sit placanda, tuis poterit mitescere verbis. T. Ille foro auditus quum dulcia solveret ora, Aequabat Pyliae Neleia verba senectae. S. Ardua turba

eādem stīpāt fōrā, cūm tŭā moestōs Dēfēnsūrā rēōs vōcēm fācūndiā mittīt; Seū căpĭtālē nēfās ŏpērōsā dīlŭīt ārtē, Laūdĭbŭs īpsā tŭīs rēsŏnānt fōrā. *L.* Cūjūs Aūxĭlĭō trēpĭdīs vōx sōlēt ēssē rēīs. *O.* Cōnsūltūs jūrīs ēt āctōr Caūsārŭm. Quī māgnīs clāmōrĭbūs īmplēt fōrūm, clāmōsī glōrĭā cīrcī. Seū līnguām caūssīs ăcŭīs, seū cīvĭcā jūrā Rēspōndērē părās. *H.* Jūs ānceps nōvī; caūsās dēfēndērē pōssūm. *H.* Fōrtīā vērbōsī nātūs ād ārmā fōrī. *O.* Jūrīs ēt aequārūm cūltōr sānctīssĭmē lēgūm, Vērīdĭcō Lătĭūm quī rēgīs ōrē fōrūm. *M.* Quaē sīt ĕnīm cūltī făcūndĭā sēnsĭmūs ōrīs, Cīvīcā prō trēpĭdīs cūm tŭlīt ārmā rēīs. *O.* Mītĭā lēgĭtĭmō sūb jūdĭcē bēllā mŏvērē; Hīc quŏquē sērvātī cōntīngīt glōrĭā cīvīs. *M.* Doctūs caūssās ăgĕrē, ēt cōmpōnērē lēgēs. Exērcēt raūcōs tērtĭā (*hora*) caūsĭdĭcōs. *M.* Nōn sūm caūsĭdĭcūs, nēc ămārīs lītĭbūs āptŭs. *M.* Nōn raūcī tūrbās pērtŭlīt īllē fōrī. *M. v. eloquens, orator.*

caūssōr. *Sēd jām caūssārīs bārbāmque ānnōsquē pīlōsquē.* J. SY. praetēxĕrē. PH. Stūltūs ūtērquē lŏcūm īmmērĭtūm caūsātŭr īnēptē. *H.* Caūsātŭs ăvēs aūt ōmnĭā dīrā. T.

caūtēlă. SY. caūtĭo, vērsūtĭā, cāllĭdĭtās, prūdēntĭā.

caūtēs. *Stārē vēl īnsānīs caūtēs ōbnōxĭā vēntīs.* T. SY. rūpēs, scŏpŭlūs, sāxūm. EP. dūrā, Mārpēsĭā, crūdā, sōlĭdā, spīnōsā, āspĕrā, sāxōsā, rĭgĭdā, rĭgēns. Sālsā spūmānt ādspērgĭnē caūtēs. *T.* Īndē vĕlūt mūrō sōlĭdāque ā caūtē rēpūlsa ēst. *O.* Caūtĭbūs ōbjēctīs rējēctāt caērŭlā. *T. v. rupes.*

caūtĭo. PH. Haūd īgnōtā, rĕŏr, vōbīs stāt caūtĭō lēgīs. *I.*

caūtŭs. SY. prūdēns, vērsūtŭs, cāllĭdŭs, āstūtŭs, sūbdŏlŭs, prōvĭdŭs, cōnsīdērātŭs. PH. Nōn pŏtĕrām ād lăquĕōs caūtĭōr ēssē tŭōs. *T.* In vērbīs ĕtĭām tĕnŭīs caūtŭsquē sērēndīs. *H.* Caūtŭs ădītō. *H.* Īllē pārūm caūtī pēctŏrīs ēgīt ŏpŭs. *P.* Caūtōs nōmĭnĭbŭs cērtīs ēxpēndērē nūmōs. *H.* Praesērtīm caūtūm dīgnōs āssūmērē. *H.* Quōd vūlpēs aēgrōtō caūtā lĕōnī Rēspōndīt. *H.* Mātūtīnā pārūm caūtōs jām frīgŏrā mōrdēnt. *V.* Et praefērt caūtās sūbsēquĭtūrquē mănūs. *O.* Caūtĭūs ūt vēllēs saēvō tē crēdērē Mārtī. *V.* Etĭām quūm căvīssē rătŭs ēst, saēpē īs caūtōr căptŭs ēst. *Pl.* Pūgnābīs caūtē, rēspĭcĭēsquē dŏmūm. *O.*

căvŭs. *Mōns căvŭs, īgnāvī dŏmŭs ēt pĕnētrālĭā rēgīs.* O. SY. cāvātŭs, cōncăvŭs, ēffōssŭs, āltŭs, prŏfūndŭs, hĭāns, pătēns. PH. Dāt sīgnā aērē căvō. *V.* Căvā trăbē cūrrĭmŭs aēquŏr. *V.* Căvīs ūndām dē flūmĭnē pālmīs sūstŭlīt. *St.* Căvīs ēxspēctānt tūrrĭbŭs hōstēm. *V.*

căvŭs, ī. *subst.* *Īnvēntāsquē căvīs fŭīt* etc. *V. v. cavea, caverna.*

Cāystēr. *Dūlcĭbŭs īn stāgnīs rīmāntŭr prātā Cāystrī.* V. EP. gĕlĭdŭs, dūlcĭsŏnŭs, lēnīs, ōlōrĭgĕr, ōlōrĭnŭs, mōllīs. Lȳdŭs, Maeŏnĭŭs. PH. Cygnīs flūmēn ābūndāns, āmnīs ōlōrūm cōncēntū sŏnōrŭs. Sīccāvē ōlōrĭgĕrī vīsēndā ēst ōrā Cāystrī. *P.* Cāystrĭăs ālēs. *O.*

cĕ, *adj. syll.* — *Lūcīlĭŭs hōscē sēcūtūs.* H.

Cĕā. — *moēnĭā Cēaē.* O.

Cebēnnă. — *rūrā Cēbēnnaē.* Au. — *pīnĕā Cēbēnnārūm.* Au.

Cēcrŏpĭā. *v. Athenae.*

Cēcrŏpĭŭs. *Cēcrŏpĭās īnnātŭs ăpēs ămŏr ūrgēt hăbēndī.* V. SY. Ăthēnĭēnsīs, Āttĭcŭs. PH. Pēndērē *Cēcrŏpĭdaē* jūssī, mĭsĕrūm, sēptēnā quŏtānnīs Cōrpŏrā nātōrūm. *V.* Impĭīs fūnĕrĭbūs, *Cēcrŏpī* tērrā, tŭīs. *O. v. Atticus.*

Cēcrŏps. — *nātārūm Cēcrŏpīs ūnām.* O. EP. dīvēs, īnclȳtŭs, pŏtēns, fōrtīs, gĕmĭnŭs.

cēdo. *Cēdē rĕpūgnāntī; cēdēndō vīctŏr ăbībīs.* O. SY. āmbŭlārē, īncēdērē, īrē, grădīrī; dīscēdērē, rĕcēdērē, făcēssērē, ēxīrē, ăbīrē, ēvādērē, ēxcēdērē, fŭgērē, cōncēdērē. Lŏcūm dărē, sēcēdērē, āssūrgērē, sē rĕmīttērē. PH. Cēssīt āb ōrē fŭrŏr. *V.* Cēdēs cōēmtīs sāltĭbūs. *H* Rēgnīs ēxcēssīt ăvītīs. Exāctō cōntēntŭs tēmpŏrē vītaē Cēdāt, ŭtī cōnvīvā sătŭr. *H.* Cēdāmūs Phoēbo, ēt mŏnĭtī mĕlĭōrā sĕquāmŭr. *O.* Tū nē cēdē mălīs, sēd cōntra aūdēntĭōr ītō. *V.* Rēs cēdēt īn ūsūm Nūnc mĭhĭ, nūnc ălĭī. *H.* Cēdānt ārmā tŏgaē, cōncēdāt laūrĕă līnguaē. *Cic.* Lēntā sălīx quāntūm pāllēntī cēdīt ŏlīvaē. *V.* Vērsūsquē dŏlŏr dāt tērgā tĭmōrī. *St.* Cēdūnt lūmĭnā sōmnō. *Cl.* Aethĕrĕī dōnō cēssērē părēntēs Aētērnūm flōrērē gĕnās. *St.* Ut vōtō caētērā cēdānt. *O.* Nīmĭō nē cēdē tĭmōrī. *Va.* Cēdēntēs ŏnĕrī rāmōs. *M.* Cēdēbāt vīctā pŏtēstās. *Lr. v. assurgere.*

cĕdŏ, *i. e.* dă *v.* dīc. *Fāctī crīmĕn hăbēt; cĕdŏ, sī cōnātā pĕrēgīt.* J.

cedrŭs. *Pōssē līnēndā cēdro ēt laēvī sērvāndā cŭprēssō.* H. *Ūrīt ŏdōrātām nōctūrna īn lūmĭnā cēdrūm.* V. EP. ŏdōrātā, ŏdōrā, ŏlēns, ēnōdĭs, aētērnā, Lĭbănītĭs, fērālīs, īmmōrtālīs, frāgrāns, vĭrēns, ūmbrōsā, frōndēns, pătŭlā, dēnsā, āltā, frōndōsā, ūmbrĭfĕrā, prōcērā, ŏdōrĭfĕrā, pūlchrā, ārdŭā, ēxcēlsā, sūblīmīs, ānnōsā, dūrā, īncōrrūptā. PH. Lōngaē sēnēctaē. Non mētŭīt cărĭēm cēdrŭs. Cărĭē īmpĕnētrābĭlĭs ārbŏr. Sēmpēr hăbēns frōndēs. Nēc tĭtŭlŭs mĭnĭō, nēc cēdrō chārtā nŏtētŭr. Spērāmŭs cārmĭnā fīngī Pōssē lĭnēndā cēdrō. *H.* Et cēdrō dīgnā lŏcūtŭs. *Pe.* Quōd nēquē sūm cēdrō flāvŭs, nēquē pūmĭcē laēvīs. *O.* Dānt ūtĭlē līnūm, Nāvĭgĭīs pīnōs, dŏmĭbūs cēdrum ātquē cŭprēssōs. *v. arbor.*

Cĕlădōn. *Ŏccĭdīt ēt Cĕlădōn Mēndēsĭŭs* etc. O.

Cĕlaēnaē. — *Phoēbō vīctōrē Cĕlaēnaē.* L.

Cĕlaēnō. *Sōlă nŏvūm dīctūquē nĕfās Hārpȳĭă Cĕlaēnō.* V. EP. jējūnā, dīrā, hōrrĭdā, ăvĭdā, Tārtărĕā, răpāx, foēdā, īmmūndā. PH. Quās dīrā Cĕlaēnō, Hārpȳĭaēquē cŏlūnt ălĭaē. Ūna īn praecēlsā cōnsēdīt rūpē Cĕlaēnō Īnsīgnīs vātēs. *V. v. Harpyiae, Pleiades.*

cĕlĕbĕr. *Gēntīs Ăquītānaē cĕlĕbēr Mēssālă trĭūmphīs.* T. SY. clārŭs, nōbĭlĭs, īllūstrīs, īnsīgnīs, fāmōsŭs, laūdātŭs, spēctātŭs, frĕquēns. PH. — *i. e. frequens.* Cīrcŭs ĕrāt pōmpā cĕlĕbēr nŭmĕrōquē dĕōrūm. *O.* Cĕlĕ-

berrimus illce lacus. V. — I. q. *clarus.* Vos celebrem cantate deum. T. Super aethera notus. V. Quo totus personat orbis. O. Felix aeterno nomine. L. Tua terris dedita fama. V. Si tibi per terras maxima fama foret. O. Nec vestra feretur Fama levis. Factis quem fama ingentibus effert. Casurum nullo tempore nomen habet. Claro mea nomine Musa. In omne Nobilis aevum. H. Quem nobis fama superbum Tradidit. I. Qui factis sibi praeclarum confecit honorem. T. Sublimi jam nunc celeberrima fama Eminet. St. Longo titulis celebratus in aevo. S. Ore legor multo. M. Legetur, Et nomen toto sparget in orbe suum. M. Nobilis et fama multis celebratus in oris. V. Celebri cantatus laude per orbem. Celebri fama laudatus in orbe. Qui nomen factis extendit, clarum nomen adeptus. Fama super aethera, sidera, notus. V. Carmine multo celebratus. Magnum et memorabile nomen. Perpetuo honore vigens. Quo non praeclarior alter. Cujus fama, mori nescia, pervolat orbem. — I. q. *sacer.* Lux est celeberrima Baccho. O. Ut celebrem nostro signet honore diem. O. Celeberrima verba loquentur. O. v. *fama, illustris.*

celebro. *Semper honore meo, semper celebrabere donis.* V. *Seque celebrari quolibet ore sinit.* O. SY. colere, frequentare; laudare, illustrare. PH. Coetum celebrate frequentes. V. Quae montes celebras, Erycina, Sicanos. O. Naiadesque fretum celebrant. O. Celebramus littora ludis. V. Hac celebrata tenus sancto certamina patri. V. Natales aliosve dierum. Festos albatus celebret. H. Dapes celebrare canendo. O. Ergo agite, et cuncti laetum celebremus honorem. V. Carminibus celebrare virum. O. Aeternoque patri laudes gratesque celebrant. Iuv. Ad caelos evehere, tollere in astra, laudem referre, dicere praeconia laudum. Dare munera laudum. Cantare nomen per orbem. v. *carmen, celeber, frequento, laudo.*

Celenna. — *arva Celennae.* V.

celer. — *hic spe celer, illa timore.* O. *Sic celeri missus praeceps per inane volatu.* O. Celer *irasci, sequi.* H. SY. velox, pernix, promtus, expeditus, citus, festinus, subitus, praeceps, volucer, levis, properus, citatus, properans, festinans, haud segnis, impiger, volans, non tardus, alacer, repentinus, rapidus, praeproperans, praepes, promtus. PH. ocyor Euro, Noto, aura, sagitta, vento, fulmine, fulminis alis. Ventis et fulminis ocior alis. V. Ocior et jaculo et ventos aequante sagitta. V. Cursu festinus anhelo. O. Pernicior alite vento. St. Ocior affectu mentis. Grat. Pedibus celer et pernicibus alis. V. Celeri concitus pede. Se. Levibus gens ignea plantis. V. Qui cursibus auras provocat. V. Cui sonipes cursu, cui cesserit incitus amnis. v. *agilis, curro, festino, velox.* — *Trop.* Celeres iambi. H. Celeri circumspice mente. O. Aut versus operae nimium celeris. H. Hunc medicus celer atque fideli Excitat. H. Oderunt hilarem tristes tristemque jocosi; Sedatum celeres. H.

Celer. *Hoc Celer urget opus* etc. O.

celeritas. *Et celeritate pennae vitassent necem.* (iamb.) Ph. SY. velocitas, levitas, alacritas, agilitas, praecipitantia, festinatio. v. *cursus.*

celeriter. SY. velociter, promte, leviter, ocyus, cito, continuo, extemplo, quamprimum, repente, mox, confestim, subito, haud mora, sine cunctatione, alacriter, festinanter, raptim, praecipitanter, cursim. PH. Utque celer venias. V. Celeri ratione geruntur. Lr. Urbem celeri virtute recepit. O. Tollunt se celeres. V. Haud mora, continuo matris praecepta facessit. V. Sic ait, et dicto citius tumida aequora placat. V. v. *brevi.*

celero. *Sed celerare fugam in silvis, et fidere nocti.* V. SY. properare, festinare, maturare, accelerare, advolare, accurrere, rumpere moras, cito exsequi, facere. PH. Illa gradum studio celerabat anili. V. Ergo iter inceptum celerant rumore secundo. V. Pelle moram subitoque celer delabere cursu. O. Arma citi properate, viri. V. Haec celerans iter ad naves tendebat Achates. V. Alii celerant cursus. V.

Celeus. *Virgea praeterea Celei vilisque supellex.* V.

cella. EP. plena, referta, dives, vacua, ampla. PH. Vina quoque in magnis operose condita cellis. O. Dulci distentae nectare cellae. V.

cellarium. *Plena domus curas abigit, cellaria plena.* M. SY. cella.

celo. *Sed bene celetur, bene si celabitur index.* O. SY. occulere, occultare, tegere, condere, recondere, abscondere, velare, abdere, obtegere, obumbrare, praetexere, operire, occludere, reticere, obticere, silere. PH. Hoc praetexit nomine culpam. Error, qui facti crimen obumbret, erit. Factumque diu celavit. V. Ut vastis jaceas tenebris, celabere nunquam. Ille quidem celare cupit, turpique pudore Tempora purpureis tentat velare tiaris. O. Secreti celant calles et myrtea circum Sylva tegit. V. Ingenium res Adversae celare solent, nudare secundae. H. Hoc te celavimus unum. O. Haec soli commissa tibi celare memento. I. Celantur arundine fossae. O. Nec se potuit celare tenebris. V. v. *abscondo.*

celox. *Labitur uncta carina per aequora cana celocis.* Enn.

celsus. v. *altus.*

Celtae. *Vaniloquum Celtae genus, ac mutabile mentis.* S. PH. Per Celtica rura. S. v. *Galli.*

Celtiber. *Nunc Celtiber in Celtiberia terra.* (scaz.) C. *Ducit ad auriferas quod me Salo Celtiber oras.* M. PH. Profugique a gente vetusta Gallorum Celtae miscentes nomen Iberi. L. Nos Celtas, Macer, et truces Iberos Cum desiderio tui petemus. M. Celtae sociati nomen Iberis. S.

cēmēntŭm. *v. caementum.*

Cēnīnă. *Tē Tătĭŭs părvīquĕ Cŭrēs Cĕnīnăquĕ sēnsĭt.* O.

Cēnŏmānī. *Cēnŏmānīque ăcrēs* ect. Ma.

cĕnŏtăphĭŭm. PH. Hēctŏrĕum ăd tŭmŭlŭm vĭrĭdī quēm caespĭte ĭnānēm Săcrărăt. *V.*

cēnsĕo. *Quăm scĭt ŭtērquĕ, lĭbēns cēnsĕbo, ēxērcĕăt ărcēm.* H. SY. pŭtārĕ, sēntīrĕ, ărbĭtrārī, ēxīstĭmārĕ; jūdĭcārĕ, stătŭĕrĕ, cēnsŭm impōnĕrĕ. PH. Nĕc bŏnă cēnsēndŭm, quae sōrs īnfīdă dĕdīssĕt. *S.* Quī dīcĕrĕ lēgēm Flētĭbŭs aŭt fīnēs aŭdēt cēnsērĕ dŏlēndī. *St.* — Sēdĕrĕ pătrēs, cēnsērĕ părātī. *L.* Ōrdĭnĕ quăm prīscō cēnsērēt bēllă sĕnātŭs. *Cl. v. senatus.* — Quĭd prōdēst, Pōntĭcĕ, lōngō Sānguĭnĕ cēnsērī? *I.* Sĕd tē cēnsērī laŭdĕ tŭōrŭm Nōlŭĕrĭm. *I. v. opinor, puto.*

cēnsŏr. — *Ănĭmŭm cēnsōrĭs sūmĕt hŏnēstī.* H. EP. aŭstērŭs, rĭgĭdŭs, tētrĭcŭs, sĕvērŭs, trīstĭs, hŏnēstŭs, lībĕrālĭs, īllībĕrālĭs. PH. Cōnsŭlĕ quae rĭgĭdŭs mūnĕră cēnsŏr hăbēt. *O.* Cēnsōrquĕ mŏvērēt Āppĭŭs, īngĕnŭō, sī nōn ēssēm pătrĕ nātŭs. *H.* Fēlĭcĭă tēmpŏră, quae tē Mōrĭbŭs āppōnūnt. *I.* Sī fēcīssēt ĭdēm, cădĕrēt sŭb jūdĭcĕ mōrŭm. *I.* Dīctātŏr cēnsōrquĕ bŏnŭs mōrŭmquĕ măgĭstĕr. *Pr.* — *Trop.* Ălĭī sĭmŭl dēlīnquŭnt, cēnsōrēs sŭmŭs. *Ph.* Cēnsŏr cāstīgātōrquĕ mĭnōrŭm. *H. v. judex.* — *I. q. criticus.* Saepĕ ĕgŏ cōrrēxī sŭb tē cēnsōrĕ lĭbēllōs. *O.* Fīĕt Ărīstărchŭs. *H.* Descr. *H.* A. P. 445 sqq. Quēm cēnsōrĭă cŭm mēō sĕvērō Dōctī līmă mōmŏrdĕrĭt sĕcūndī. *M.* Mēnsă nĭtēns, quăm nōn cēnsōrĭă rēgŭlă cŭlpĕt. *Au.*

cēnsūră. *Dăt vĕnĭăm cōrvīs, vēxăt cēnsūră cŏlŭmbās.* J. SY. ănĭmădvērsĭo, jūdĭcĭŭm. EP. sŭpērbă, rĭgĭdă, făstŭōsă, sĕvēră, īnjūstă, dūră, laŭdābĭlĭs, hŏnōrĭfĭcă, bĕnīgnă. PH. Nŭmquĭd dūră tĭbī nĭmĭŭm cēnsūră vĭdētŭr? *M.* Sīc ăgĭtŭr cēnsūra, ĕt sīc ēxēmplă părāntŭr, Cŭm jūdēx, ălĭōs quŏd mŏnĕt, ĭpsĕ făcĭt. *O.* — *Trop.* Nŭpĕr ĕnĭm nōstrōs quĭdăm cărpsērĕ lĭbēllōs, Quōrŭm cēnsūră Mūsă sŭpērbă mĕă ēst. *O. v. judicium.*

cēnsŭs, ŭs. SY. cēnsĭo, rĕcēnsĭo, rĕcēnsŭs. EP. ĕquēstrĭs, pŏpŭlārĭs, pătrĭcĭŭs. PH. Cēnsŭs sŭm, quŭm jūrătōrī rēctē rătĭōnēm dĕdī, (troch.) *Pl.* Tūllĭŭs īnvēnĭt cēnsŭm. *Anth.* Prōtĭnŭs ăd cēnsŭm dē mōrĭbŭs ūltĭmă fīĕt Mēntĭō. *I.* — *Trop.* Dăt cēnsŭs hŏnōrēs, Cēnsŭs ămīcĭtĭās. *O.* Cēnsŭs aŭgērĕ pătērnōs. *O.* Prīvātŭs īllīs cēnsŭs ĕrăt brĕvĭs. *H. v. divitiae, opes.*

Cēntaŭrēŭs. *Ĕt Cēntaŭrēōs Lăpĭthās cōmpēllĭt ĭn ēnsēs.* V.

Cēntaŭrī. SY. nūbĭgĕnae, Īxīŏnĭdae. EP. fŭrēntēs, bĭfōrmēs, mĭnācēs, bĭmēmbrēs, răpĭdī, sēmĭvĭrī, sēmĭmărēs, sēmĭfĕrī, saevī, trŭcēs, sŭpērbī, fĕrōcēs. Īxīŏnĭdae, Ōssaeī bĭmēmbrēs, Phŏlŏēĭă mōnstră; gĕnŭs dēfōrmĕ. PH. Īxīŏnĕ nātī, Jŏvĭs īgnĭbŭs ūstī, ēxtīnctī. Quā vĭr ĕquō cōmmīssŭs ĕrăt. *O.* Īn nōbīs dŭplēx nātūra ănĭmālĭă jūnxĭt. *O.* Cēntaŭrēă mŏnĕt Cŭm Lăpĭthīs rīxă sŭpēr mĕrō. *H.* Nām tĭbī, saevōrŭm saevīssĭmĕ Cēntaŭrōrŭm, Eŭrўtĕ, quăm vīnō pēctŭs, tăm vīrgĭnĕ vīsă ărdĕt. Sēmĭvĭr ăĕrĕă tālīs Cēntaŭrŭs ăb Ōssā. Īllĕ fŭrēntēs Cēntaŭrōs lētō dŏmŭĭt. Nūbĭgĕnās dŭplēx nātūră bĭfōrmēs Cōgnātīs āptāvĭt ĕquīs. *Cl.* Descr. *O.* M. 12, 211 sqq. *V.* A. 7, 674 sqq. 8, 293. *S.* 3, 41. *v. Chiron.*

Cēntaŭrĭcŭs. *Ăd Cēntaŭrĭcă plēctră cōnstĭtĭssĕm.* (phal.) Sid.

cēntēnŭs. *Cēntēnās ĭn bēllă mănŭs* etc. V. PH. Cēntēnăque ărbŏrĕ flūctŭm Vērbĕrăt. *V. v. centum.*

cēntēsĭmŭs — *quōndăm cēntēsĭmă tŭrbae.* O.

cēntĭcĕps. *Dēmīttĭt ăĭrās bēllŭă cēntĭcĕps.* (Alc.) H.

cēntĭēs. *Optārēnt tĭbĭ cēntĭēs ămīcī.* (phal.) *M.*

cēntĭmănŭs. *Cēntĭmănŭmquĕ Gўgēn, sēmĭbŏvēmquĕ vĭrŭm.* O.

cēntŭm. SY. dĕcēm dĕcĭēs; bĭs quīnquāgīntă. Bĭs lūstră dĕcēm. PH. Nōn, mĭhĭ sī līnguae cēntŭm sīnt ōrăquĕ cēntŭm. *V.* Cēntŭm pŭĕr ărtĭŭm. *H.* Sērvātă cēntŭm clāvĭbŭs. *H. v. multus.*

cēntŭmgĕmĭnŭs. *Ĕt cēntŭmgĕmĭnŭs Brĭărēŭs* etc. V.

cēntŭmvĭrī. PH. Rōmămquĕ pērtrāxērŭnt ăd cēntŭmvĭrōs. *Ph.* Jăm clāmŏr cēntŭmquĕ vĭrī dēnsŭmquĕ cŏrōnae Vūlgŭs. *M.* Cēntŭm grăvĭs hāstă vĭrōrŭm. *M.* Cēntŭm prŏpĕ jūdĭcēs. *St.*

cēntŭplēx *v.* cēntŭplŭs. *Cēntŭplĭcēmquĕ fĕrānt vĭrtūtĭs rōbŏrĕ frūgēm.* Juvc.

cēntŭrĭă. *Cēntŭrĭae sēnĭōrum* etc. H.

cēntŭrĭō. *Quō pŭĕrī măgnīs ē cēntŭrĭōnĭbŭs ōrtī.* H. PH. Quăm făs ēssĕ pŭtĕt cūrŭm spērārĕ cŏhōrtĭs. *I.*

cēpă. *v. caepa.*

Cĕphāllēnē. *Rēgnă Cĕphāllēnē prŏpĕ sūnt săpĭēntĭs Ŭlīxĭs.* Prsc. PH. Săxă Cĕphāllēnum ĕt scŏpŭlōsīs Nērĭtŏn ărvīs. *S.*

Cĕphălŭs. *Nĕc Cĕphălŭs rŏsĕae praedă pŭdēndă Dĕae.* O. SY. Aeŏlĭdēs. EP cūltŭs, nĕmŏrōsŭs, fōrmōsŭs. PH Prōlēs Cўllēnĭă, Āctaeŭs prŏcŭs. Vūlnĕră sīccăt ădhūc Prōcrĭs Cĕphălīquĕ crŭēntăm Dīlĭgĭt, ĕt pĕrcūssă, mănŭm. *Au.* Descr. *O.* M. 7, 695 sqq. H. 4, 93. A. A. 3. 687. *v. Procris.*

Cēphēĭă, Cēphējă, Cēphēĭs. *Cāndĭdă sī nōn sŭm, plăcŭĭt Cēphēĭă Pērsĕō.* O. *Ălbă dĕcēnt fūscās, ălbīs Cēphējă plăcēbăt.* O. *Quālĭs ăd ēxpŏsĭtae fātŭm Cēphēĭdŏs ūndīs.* Mn. *v. Andromeda.*

Cēphēnēs. — *Cēphēnŭm mĕdĭō Dănăēĭŭs hērōs.* O.

Cēphēŭs. *Cāssĭŏpē Cēphēŭsquĕ pătēr* etc. O. SY. Īăsĭdēs, Āndrŏmĕdae pătĕr. EP. aequŏrĕŭs, īmpĭŭs, stēllātŭs. PH. Jăm clārŭs ŏccūltum Āndrŏmĕdae pătĕr ōstēndĭt īgnēm. *H.* Cēphēam hīc Mĕrŏēn fūscăquĕ rēgnă cănăt. *P.*

Cēphīsŭs. *Jăm vădă Cēphīsī Pănŏpēsquĕ ēvāsērăt ărvă.* O. EP. īmpĭgĕr, fātĭdĭcŭs. PH. Bŏeōtī cŏlĕrĕ dŭcēs, quŏs īmpĭgĕr ămbĭt Fātĭdĭcă Cēphīsŭs ăquā. *L.* Cēphīsĭdēs ūndae. *O.* Cēphīsĭăs ōră. *O.*

cera. *Ignibus admotis, ut nova cera solet.* O. SY. favus. EP. pinguis, liquida, flava, odorata, flavens, dulcis, Attica, tenuis, mollis, dives, tenella, liquens, Cecropia, odora, tenera, liquescens, tractabilis, ductilis, odorifera, tenax, laborata, impressa, arte laborata, redolens thymum, Hymettia, Hyblaea. PH. Sole Cera remollescit, tractataque pollice multas Flectitur in facies, ipsoque fit utilis usu. O. Admoto calore liquens. Quae liquescit ab igne. Quae refluit calidis superaddita flammis. Hinc arte recentes Excudunt ceras. V. Tabescere flavae Igne levi cerae, matutinaeque pruinae Sole repente solent. O. Haec ut cera liquescit. V. Flavam modo pollice ceram Mollibat. *O. v. apes, mel.* — *I. q. imagines.* Tota licet veteres exornent undique cerae Atria. *I.* Quae referat vultus, est mihi cera, tuos. *O.* Artifici victurae pollice cerae. *St.* Cujus adhuc vultum vivida cera tenet. *M.* — *I. q. tabula.* Immunes publica cera facit. *O.*

Cerambus. — *loca nota Cerambi.* O. M. 7, 352.

cerastae — *nomen traxere cerastae.* O. *v. serpens.*

cerasus. *Hic dulces cerasos, hic autumnalia pruna.* P. EP. dulcis, mitis, suavis, jucundus, purpureus, rubens. PH. Quaeque sibi vario distinguit poma colore. *O. v. arbor, fructus.*

ceratus. *Caerula ceratas accipit unda rates.* O. SY. cera oblitus, illitus, unctus. PH. Inducto ceratae sulfure taedae. *O.* Ceratis ope Daedalea Nititur pennis.

Ceraunia, orum. *Provehimur pelago, vicina Ceraunia juxta.* V. EP. violenta, alta, scopulosa, praerupta, excelsa, ignea, fulminea, infamia. PH. Fulminibus crebris icta. Attollunt excelsa Ceraunia montes. Quum potoram recto transire Ceraunia velo, Ut fera vitarem saxa, monendus eram. *O.* Ora malignos Ambraciae portus scopulosa Ceraunia nautae Summa timens. Infames scopulos Acroceraunia. *H.* Violenta Ceraunia saxis. *O.*

Cerberus. — *Tenuitque inhians tria Cerberus ora.* V. SY. canis tergeminus, Medusaeus, Avernalis, Tartareus, Stygius, custos Tartareus. EP. hians, inhians, immanis, insomnis, impavidus, pervigil, Stygius, infernus; triformis, terrificus, custos, Plutonius, vorax, horridus, cruentus, inferus, saevus, atrox, audax, irrequietus, Lethaeus, Phlegethonteus, acer, asper, formidabilis, avernalis, niger, ater, teter, triplex, horrificus, turbidus, malus, tristis, triceps, inquietus, trilinguis, trifaux, improbus, horribilis, vipereus. PH. Orci janitor; tergeminus custos. Stridet et aeratas excubat ante fores. *T.* Insomnis janitor aulae Taenariae. Janitor atrae Impavidus Lethes. *St.* Lethique triformis Janitor. *St.* Custos opaci pervigil regni canis. *Se.* Tartareosque lacus tergeminumque canem. *O* Qui tribus infernum custodit faucibus antrum. Cerberus haec ingens latratu regna trifauci Personat, adverso recubans immanis in antro. *V.* Tria guttura pandens. Cui tres sunt linguae tergeminumque caput. *T.* Personat insomnis lacrymosae janitor aulae. *S.* Canis anguinea redimitus terga caterva. *T.* Portitor aulae infernae. Licet ingens janitor antro Aeternum latrans exsangues terreat umbras. *V.* Terna Medusaei vincirent guttura monstri. *O.* Cerberus implicitis angue minante comis. *O.* Obliquantem oculos nexis adamante catenis Cerberon abstraxit. *O.* Oraque Taenarei prodigiosa canis. *M.* Villosaque colla colubris Cerberus excutiens. *L.* Te Stygii tremuere lacus, te janitor Orci, Ossa super recubans antro semesa cruento. *V.* Descr. *H.* O. 3, 11, 17 sqq. *V.* A. 6, 417 sqq. G. 4, 483. Cul. 218. 405. *St.* S. 5, 2, 95. *Se.* H. f. 1107.

Cercopes. *Cercopum exosus, gentisque admissa dolosae.* O. M. 14, 92.

Cercopithecus. *Si mihi cauda foret, cercopithecus erim.* M.

Cercyon. *Cercyonis letum vidit Cerealis Eleusis.* O. M. 7, 439. PH. Corpora Thesea Cercyonea manu. *O.*

cerealis. *Et cereale solum pomis agrestibus augent.* V.

cerebrosus. — *donec cerebrosus prosilit unus.* H.

cerebrum. — *pariter cerebrumque merumque.* O. — *sparsoque infecta cerebro.* V. EP. molle, calidum, doctum, ingeniosum, tenerum, calens. PH. Perque cavas nares, oculos, auresque cerebrum Molle fluit. Tempora contundens molli praefixa cerebro. — *Trop.* O quanta species, inquit: cerebrum non habet. *Ph.*

ceremonia. *v. caerimonia.*

Ceres. *Flava Ceres alto nequidquam spectat Olympo.* V. *Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret.* V. *O.* Am. 3, 10. F. 4, 393 sqq. M. 5, 341 sqq. *V.* A. 1, 701. *Loca* sacra: Enna Catane, Eleusis. *Animantes*: dracones. *Arbor*: quercus. SY. Mater Eleusina, Ennaea, Aetnaea, dives, alma, Sicula, frugifera, annosa, triticea, flavens, culta, Sicana, spicata, grata, munifica, pulchra, sitibunda, auricoma, sperata, exspectata, altrix, optata, spicea, ruricola, Actaea, legifera, pulverulenta, pia, taedifera, cincta spicis. PH. Frugum genitrix, mater, alma parens. Diva potens frugum. *O.* Dea frugifera. Spicis tempora cincta. *O.* Spicea serta gerens; spicis redimita capillos. *O.* Quae vestit frugibus arva. Quae frugibus almis Ditat agros. *H.* Nutrit rura Ceres almaque Faustitas. *H.* Prima Ceres ferro mortales vertere terram Instituit, cum jam glandes atque arbuta sacrae Deficerent silvae. *V.* Prima Ceres docuit semen turgescere in agris, Falce coronatas subsecuitque comas. Prima jugis tauros supponere colla coegit, Et veterem curvo dente revellit humum. *O.* Alumna terrarum. Frugum mitissima mater. Praebens plena spicea serta manu. Quae prima solum unco movit aratro. Pax

Cĕrĕrĕm nūtrĭt, pācĭs ămīcă Cĕrēs. *T.* Flāvă Cĕrēs, tĭbĭ sĭt nōstrō dē rūrĕ cŏrōnă Spīcĕă; tū spīcĭs tēmpŏră cĭngĕ, Cĕrēs. *O.* Annŭĭt hīs, căpĭtĭsquĕ sŭī pŭlchērrĭmă mōtū Cōncŭssĭt grăvĭdĭsque ŏnĕrātōs mēssĭbŭs ăgrōs. *O.* Prīmă Cĕrēs hŏmĭnī, ăd mĕlĭōra ălĭmēntă vŏcātō, Mūtāvĭt glāndēs ūtĭlĭōrĕ cĭbō. *O.* Descr. *O.* M. 5, 341 sqq. F. 4, 393 sqq. *Cl.* R. P. 1, 180. sqq. — *Festum.* Ānnŭă māgnaē Săcră rĕfĕr Cĕrĕrī, laētīs ŏpĕrātŭs ĭn hērbīs. *V.* Ānnŭă vēnĕrūnt Cĕrĕālĭs tēmpŏră săcrī. *O.* Tūque, Actaēă Cĕrēs, cūrsū cuī sēmpĕr ănhēlō Vōtīvām tăcĭtī quăssāmŭs lāmpădă mўstaē. *St.* Albă dĕcēnt Cĕrĕrēm; vēstēs Cĕrĕālĭbŭs ălbās Sūmĭtĕ. *O.* Descr. *O.* F. 4, 531 sqq. A. 3, 10, 1. *V.* G. 1, 339. — *Pro luna:* Vōs ō clārīssĭmă mūndī Lūmĭnă, lābēntēm caēlō quaē dūcĭtĭs ānnŭm, Lībĕr ĕt ălmă Cĕrēs. *V.* — *Trop. v. panis, seges.*

cĕrĕvīsĭă *s.* cērvīsĭă. *Cervīsĭaē cŏctŏr* etc. *Buchan. v. zythum.*

cĕrĕŭs, *subst.* *Hīc tĭbĭ nŏctūrnōs praēstābĭt cĕrĕŭs ĭgnēs.* M. SY. fūnālĭă, cāndēlă, lŭcērnă. EP. pĭnguĭs, ĭgnĭfĕr, cŏrūscŭs, ērĭpĭēns nŏctem, vĭncēns tĕnĕbrās. *v. candela, fax.*

cērĕŭs, *adj.* *Cērĕŭs ĭn vĭtĭŭm flēctī, mŏnĭtōrĭbŭs ăspĕr.* H. SY. cērĭnŭs, ex cērā; mōllĭs, trāctābĭlĭs, dūctĭlĭs, flēxĭlĭs. PH. Cērĕă prūnă. *V.*

Cērĭnthŭs. *Quī mĭhĭ tē, Cērĭnthĕ, dĭēs dĕdĭt, hīc mĭhĭ sānctŭs.* T.

cĕrĭtŭs *s.* cērrĭtŭs. *Cĕrĭtŭs fŭĭt, ăn cōmmōtaē crīmĭnĕ mēntĭs.* H.

cērnō. — *nātī cōrăm mē cērnĕrĕ lētŭm.* V. *v. aspicio.* — *I. q. decerno.* Intĕr sē cŏīssĕ vĭrōs ĕt cērnĕrĕ fērrō. *V.* Dŭplĭcī sējūnctīm cērnĕrĕ Mārtĕ. *T. v. pugno.*

cĕrōmă. *Vārĭă nēc ĭnjēctō cĕrōmătĕ brāchĭă tēndĭs.* M. SY. cērōtŭm. EP. pĭnguĕ, crāssŭm, lēnĕ, ūnctŭm.

cĭthără. *Nōn stŭdĭō cĭthăraē, nĕc Mūsaē dēdĭtŭs ūllī.* H. SY. chĕlȳs, lȳră, bărbĭtŭs, tĕstūdo, chōrdaē, fīlă, plēctrŭm, fĭdēs. EP. aūrātă, īmbēllĭs, sŏnōră, Pĭĕrĭă, bĭcōrnĭs, rĕsŏnāns, cănōră, blāndă, vōcālĭs, aūrĕă, ărgūtă, Dēlĭăcă, sŏnāns, dūlcĭsŏnă, quĕrŭlă, ĕbūrnă, ĕbūrnĕă, Āpōllĭnĕă, Ōrphēă, Phoēbēă, jūcūndă, gārrŭlă, tīnnŭlă, dūlcĕ sŏnāns, Thrēĭcĭă, Āŏnĭă, Rhŏdŏpēĭă, Ōrphēĭă, Lēsbĭăcă, grātă, sŏnōră, Thrācĭă, dūlcĭs, dĕcēns, fūlgēns, Ōdrȳsĭă, Gĕtĭcă, Aĕŏlĭaē fĭdēs. PH. Tēstūdĭnĭs aūrĕaē strĕpĭtŭs, sŏnŭs, pūlsŭs, cāntŭs, mŏdī vōx. Lēsbōŭm tēndĕrĕ bārbĭtōn. *H.* Rĕsŏnāntĭă pōllĭcĕ fīlă. Quaē dūlcēs rĕddĭt pōllĭcĕ tāctă sŏnōs. Mēntĭs sōllĭcĭtaē rĕlĕvāns cūrās. Cĭthără crīnītŭs Īōpās Pērsŏnăt aūrātā. *V.* Jām cĭthăra īmpūlsīs rĕsŏnāt Rhŏdŏpēĭă nērvīs. Bīstŏnĭām dĭgĭtīs cĭthărām făc pūlsĕt ĕbūrnīs. Pĭĕrĭă cĭthără rĕsŏnānt. Quī cĭthărām nērvīs ĕt nērvīs tēmpĕrăt ārcūm. *O.* Jām mănĭbŭs cĭthărām, jām pēctĭnĕ pūlsăt ĕbūrnō. *V.* Cuī cārmĭnă sēmpĕr Et cĭthăraē cōrdī, nŭmĕrōsque īntēndĕrĕ nērvīs. *V.* Ad strĕpĭtūm cĭthăraē cēssāntēm dūcĕrĕ sōmnŭm. *H.* Dĭgĭtōsquĕ sŏnāntī Īnfīgĭt cĭthăraē. *St.* Vōcālēs īmpēllĕrĕ pōllĭcĕ chōrdās. *T.* Et cĭthăraē līquĭdūm cārmĕn chōrdāsquĕ lŏquēntēs Aūrĭbŭs āccĭpĕrĕ. *Lr.* Pĕr grăcĭlēs călămōs ĕt nērvīs īnsĭtă vērbă Īngĕnĭtūmquĕ sŏnūm. *Mn.* Bēllă sătĭs cĕcĭnī, cĭthărām jām pōscĭt Āpōllō. *v. cantus, carmen, chelys, lyra, plectrum.*

cĭthărīstă. *Ārgūtōs cĭthărīstă mŏdōs* etc. Ser.

cĭthărīstrĭă — *quī cĭthărīstrĭăm.* Te.

cĭthăroēdŭs. — *vēnĭă cărĕt ĕt cĭthăroēdŭs.* H. SY. cĭthărīstă, cĭthărām pūlsāns, cĭthăraē pūlsātŏr, pūlsāndaē pĕrĭtŭs. EP. īnsīgnĭs, blāndŭs, grātŭs, laētŭs, dūlcĭsŏnŭs, Phoēbēŭs, Āpōllĭnĕŭs, mūlcēns, Āŏnĭŭs, Pĭĕrĭŭs. PH. Fĭdĭbŭs plēctrōquĕ pŏtēns. Dōctŭs nŭmĕrīs īntēndĕrĕ nērvōs. Dĭgĭtīs nērvōs pūlsārĕ pĕrĭtŭs. Quī nōvĭt dĭgĭtīs īmpēllĕrĕ nērvōs. Plēctră mŏvēns, īmpēllēns pōllĭcĕ chōrdās, mŏvēns săxă fĕrāsquĕ lȳrā. Laētām pūlsārĕ pĕrĭtŭs Pōllĭcĕ vōcālī cĭthărām, plēctrōquĕ cănōrō. *V.* Thrēĭcĭă frētŭs cĭthără, fĭdĭbŭsquĕ cănōrīs. *V.* Cuī līquĭdām pătĕr Vōcēm cūm cĭthără dĕdĭt. *H.* Rīdētŭr, chōrdā quī sēmpĕr ŏbērrăt ĕādĕm. *H.* Vōcālēm dōctŭs sōllĭcĭtārĕ chĕlȳn. Cĭthărām dīstīnctām dēntĭbŭs Īndĭs Sūstĭnĕt ā laēvā, tĕnŭĭt mănŭs āltĕră plēctrŭm. *O.* Mīrāmŭr, făcĭlēs ūt prĕmăt ārtĕ mănŭs. *P.* Ēt tē crēdĭbĭle ēst Phoēbō dĭdĭcīssĕ măgīstrō. *L.* Cārmĭnĕ vōcālī clārŭs cĭthărāquĕ. *O.* Dūlcēs dōctă mŏdōs ĕt cĭthăraē scĭēns. *H.* Mūsă lȳraē sōlērs. *H.* Bēllŭs ĕs ārtĕ lȳraē. *M.* Stăt tāctū cāntūquĕ pŏtēns. *Anth.* Cĭthără crīnītŭs Jōpās Pērsŏnăt aūrātā. *V.* Cuī cārmĭnă sēmpĕr Et cĭthăraē cōrdī nŭmĕrōsque īntēndĕrĕ nērvīs. *V.* Aĕŏlĭō cūm tēntăt cārmĭnă plēctrō, Pār Ăgănīppēaē lūdĕrĕ dōctă lȳraē. *P. v. Arion.*

cĭtĭŭs. *Sīc ăĭt, ĕt dīctō cĭtĭŭs tŭmĭda aēquŏră plăcăt.* V. *v. cito.*

cĭto. *Quĭdquĭd praēcĭpĭēs, ēstō brĕvĭs, ŭt cĭtō dīctă.* H. *Īllĕ cĭtō mŏnĭtŭs* etc. M. SY. īllĭco, prōtĭnŭs, haūd sēgnĭtĕr, prŏpĕrāntĕr. PH. Nĕc cĭtō crēdĭdĕrĭs, quāntūm cĭtō crēdĕrĕ laēdăt. *O.* Sī bĕnĕ quĭd făcĭās, făcĭās cĭtō. *Au.* Sērĭŭs aūt cĭtĭŭs mētām prŏpĕrāmŭs ăd ūnăm. *O. v. celeriter.*

cito, as. *Intĕgĕr ămbĭgŭae sī quăndō cĭtābĕrĕ tēstĭs.* J. SY. cĭērĕ, vŏcārĕ, ūrgērĕ. PH. Aūt clāngōrĕ cĭtăt, quōs nōndūm cōnspĭcĭt, ăprōs. *Grat.* Tūnc īrās, tūnc ārmă cĭtăt. *St.* Hīc ĕgŏ mē sēnsī nōtō quătĕr ōrĕ cĭtārī. *O.* Sīve ĕgŏ tē tēstēm fēcī, fălsōquĕ cĭtāvī. *O.* Ingēntī vōcĕ cĭtārī Vīctōrēm. *St.* Lŭpŭs, cĭtātŭs tēstĭs, nōn ūnām mŏdŏ. *Ph.*

citrā. *Quōs ūltrā cĭtrāquĕ nĕquĭt cōnsīstĕrĕ rēctŭm.* H. SY. cĭs; sĭnĕ; āntĕ; mĭnŭs. PH. Nĕc vīrtūs cĭtrā gĕnŭs ēst. *O.* Cĭtrā Trōjānă pĕrīssĕt Tēmpŏră. *O.* Cūltă quĭdēm, făteŏr, cĭtrā quăm dēbŭĭt, īlla ēst. *O.*

citrĕŭs. *Scrībĭtŭr īn cĭtrĕīs* etc. Pe. SY. cĭtrīnŭs.

citrō. *Dīrēptae vŏcĭtānt ūltrō cĭtrōquĕ pĕr aūrās.* Lr.

citrŭs. EP. Maūrūsĭăcă, Ăphrŏdīsĭă, Nȳsaeă, Lĭbyssă, frōndōsă, ŏdōrātă, bārbără, Ātlāntĭcă. PH. Pērpĕtŭūm Nȳsaeă dĕcŭs frōndēscăt ŭt ārbŏs. Maūraeque Ātlāntĭcă sīlvae Prōgĕnĭēs. *Mant.* Maūrūsĭăcī pōndĕră rāră cĭtrī. *M.* Sēctōs Ātlāntĭdĕ sȳlvā Impŏsŭēre ōrbēs. *L.* Āccĭpĕ fēlīcēs, Maūrūsĭă mūnĕră, sīlvās. *M.* Sīlvae fīlĭă Maūrae. *M.* Cĭtrī cōntēntă cŏmĭs vīvēbăt ĕt ūmbrā. *L.* Intĕr ŏdōrātās, fēlīcĭă gērmĭnă, cĭtrōs. *Mir.*

cĭtŭs (*ciēre*). *Sōlvĭtĕ vēlă cĭtī* etc. V. PH. I pŭĕr, ātquĕ mĕō cĭtŭs haēc sūbscrībĕ lĭbēllō. *H.* Utēndum ēst aētātĕ; cĭtō pĕdĕ lābĭtŭr aētās. *O. v. celer, velox.*

cītŭs (*cire*). SY. ăccītŭs, ēxcĭtŭs vŏcātŭs.

cīvĭcŭs. *Claūsĭt ĕt aētērnā cīvĭcă bēllă sĕrā.* O. PH. Mōtum ex Mĕtēllō cōnsŭlĕ cīvĭcŭm. *H.* Seū cīvĭcă jūră Rēspōndērĕ părās. *H.* Cīvĭcă prō trĕpĭdīs quŭm tŭlĭt ārmă rĕīs. *O. v. civilis; corona.*

cīvīlĭs. *Ēxclāmăt, nōn tē cīvīlĭbŭs īnsĕrĕ bēllĭs.* O. SY. cīvĭcŭs, ūrbānŭs, mĭtĭs, lĕpĭdŭs, cōmĭs, pŏlĭtŭs. PH. Mĭttĕ cīvīlēs sŭpĕr ūrbĕ cūrās. *H.* Mērsōr cīvīlĭbŭs ūndīs. *H.* Nōvī cīvīlĭă jūră. *H.* Ūmbrōsă gĕrūnt cīvīlī tēmpŏră quērcū. *V.* Pācĕ dătā tērrīs ănĭmum ăd cīvīlĭă vērtĕt. *O. v. bellum; corona.*

cīvīlĭtĕr. *Ēxērcēt mĕmŏrēs plūs quăm cīvīlĭtĕr īrās.* O.

cīvĭs. *Ĕt fēssī tăndēm cīvēs īnfăndă fŭrēntēs.* V. SY. cōnsōrs ūrbĭs, pătrĭae, pŏpŭlī, īncŏlă. EP. clārŭs, nōbĭlĭs, āntīquŭs, cĕlĕbĕr, pērnĭcĭōsŭs, prāvŭs. PH. Māgnŭs cīvĭs ŏbĭt. *L.* Ēn, quō dīscōrdĭă cīvēs Pērdūxĭt mĭsĕrōs. *V.* Quĭs fŭrŏr, ō cīvēs? quaē tāntă lĭcēntĭă fērrī? *L.* Rēs gĕrĕre, ĕt căptōs ōstēndĕrĕ cīvĭbŭs hōstēs. *H.* Nōn cīvium ărdōr prāvă jŭbēntĭŭm. *H.* Lēsbĭō prīmŭm mŏdŭlātĕ cīvī. *H.* Ut cīvēm vĭdĕrĕ sŭŭm. *L.* Dărĕ cīvĭbŭs ūrbēm. *V.*

cīvĭtās. *Tū, cīvĭtātēm quĭs dĕcĕăt stătŭs.* (Alc.) H. SY. jūs cīvĭtātĭs. EP. bēllĭcă, mūnītă, sēcūră, īmpăvĭdă, īnăccēssă. PH. Prōcāx lĭbērtās cīvĭtātēm mīscŭĭt. *Ph. v. urbs.*

Cīŭs, *ins.* Cīŭs, *incola.*

clādēs. *Clādĭbŭs īrrŭĭmŭs, nŏcĭtūrăquĕ pōnĭmŭs ārmă.* L. SY. caēdēs, strāgēs, cāsŭs, fūnĕră, jāctūră, ēxĭtĭŭm, pērnĭcĭēs. EP. tētră, trīstĭs, bēllĭcă, mōrtĭfĕră, ăcērbă, īnīquă, īmmēnsă, saēvă, fūnēstă, āspĕră, mĭsĕră, crŭēntă, sānguĭnĕă, crūdēlĭs, nĕfāndă, hōrrĭdă, foedă, īnfāndă, ēxĭtĭōsă, ēxĭtĭālĭs, fŭrĭōsă, lāmēntābĭlĭs, rĕpēntīnă, fērālĭs, lūctŭōsă, hōrrēndă, fĕră, dūră, Māvōrtĭă, pērnĭcĭōsă, ātră, lētĭfĕră, hōrrēns, hōstīlĭs, ămāră, lūctĭfĭcă. PH. Cūmque ălĭī fŭgĕrēnt sŭbĭtae cōntāgĭă clādĭs. *O.* Quĭs clādēm īllĭŭs nōctĭs, quĭs fūnĕră fāndō Ēxplĭcĕt? *V.* Vĕtĕrŭm dēlēnda ŏpprŏbrĭă clādŭm. *S.* Ĕt sŭbĭta īncaūtōs tūrbārĕt clādĕ Lătīnōs. *V.* Scīpĭădās, clādēm Lĭbyae. *V.* Inque īpsōs saēvă mĕdēntēs Ērūmpĭt clādēs, ōbsūntque aūctōrĭbŭs ārtēs. *O.* Lāxāvĭtquĕ vĭām bēllĭs, ĕt, nē quă mănērĕt Immūnĭs rēgĭō, clādēm dīvīsĭt īn ōrbēm. *Cl. v. caedes, occisio, strages.*

clăm. SY. clāncŭlŭm, clāncŭlō, ōbscūrē, tēctē, ōccūltē, clāndēstīnē, fūrtim, ābscōndĭtē, fūrtīvē, sēcrētō, tăcĭtē. PH. Tēstĕ, ārbĭtrō rĕmōtō. Tēctō īn rĕcēssŭ. Ōccūltā fraūdĕ. Illă quĭdēm clām mē tāntŭm mōlĭtă pĕrīclī. *O.* Clām fērro īncaūtŭm sŭpĕrăt. *V.* Nē dīc, quĭd dŏlĕās; clām tămēn ūsquĕ dŏlĕ. *O.* Obrēpĭt nōn īntēllēctă sĕnēctūs. *Au.* Tăcĭtō clām vēnĭt īllă pĕdĕ. *T.*

clāmĭto. *Hōc sī tērquĕ quătērquĕ clāmĭtārĭs.* (phal.) M. PH. Crēbrō, saēpĭŭs clāmārĕ.

clāmo. *Clāmābĭs, căpĭtī vīnă sŭbēssĕ mĕō.* P. SY. ēxclāmārĕ, cōnclāmārĕ, vōcĭfĕrārī. PH. Fērtŭr ăd āstră sŏnŭs. Clāmŏr săxă fĕrĭt. Fĕrĭt ārdŭă sīdĕră clāmŏr. Clāmōre īncūmbĕrĕ māgnō. Caēlŭm, aūrās, aēthĕră, āĕră, cămpōs, dŏmŭm, aēdēs, vĭās, ūrbēm vōcĕ, clāmōrĕ, tŭmūltū, vōcĭbŭs, clāmōrĭbŭs, sŏnō, ŭlŭlātū rĕplērĕ, cōmplērĕ, īmplērĕ, cōncŭtĕrĕ, rūmpĕrĕ, ŏnĕrārĕ. Clāmōrēm tōllĕrĕ, ēdĕrĕ, dărĕ ăd sīdĕră. *v. clamor, echo.*

clāmŏr. SY. vōx, sŏnŭs, sŏnĭtŭs, mūrmŭr, frēmĭtŭs, strēpĭtŭs, frăgŏr, clāngŏr, ŭlŭlātŭs, gĕmĭtŭs, lāmēntŭm, quēstŭs, mūgĭtŭs; vōcĭfĕrātĭo; rūmŏr. EP. flēbĭlĭs, dīssŏnŭs, hōrrēndŭs, răbĭdŭs, hōrrĭsŏnŭs, tērrĭfĭcŭs, trīstĭs, īngēns, laētŭs, fēmĭnĕŭs, māgnŭs, cōnfūsŭs, văgŭs, tērrĭbĭlĭs, frĕmēns, pŏpŭlārĭs, quĕrŭlŭs, īnsānŭs, īnsŏlēns, īnsŏlĭtŭs, mŏlēstŭs, rĕsŏnāns, rĕsŏnŭs, ēmīssŭs, tūrbĭdŭs, nĭmĭŭs, mŭlĭēbrĭs, raūcŭs, sŭbĭtŭs, faūstŭs, rĕpĕtītŭs, ĭtĕrātŭs, ĭnānĭs, trĭūmphālĭs, ābsŏnŭs, ŭlŭlābĭlĭs. PH. Sŭblātŭs ăd aēthĕră clāmŏr. *V.* Tūm vēro īngĕmĭnăt clāmŏr. *V.* Tōllĭtŭr īn coelŭm clāmŏr. *V.* Vōcēsquĕ rĕpēntĕ prŏfūsaē. *S.* Coelŭm fĕrĭt ūndĭquĕ clāmŏr Dīssŏnŭs. *St.* Strēpĭt ōmnĭs mūrmŭrĕ cāmpŭs. *V.* Ăd rēgēm clāmŏr rŭĭt. *V.* Sĕquĭtŭr clāmŏr coelŭmquĕ rĕmūgĭt. *V.* Īt clāmŏr tōtīs pĕr prōpūgnācŭlă mūrīs. *V.* Īnsĕquĭtŭr clāmōrquĕ vĭrūm strīdōrquĕ rŭdēntŭm. *V.* Īt clāmŏr coelō. *V.* Tūm vēro īmmēnsŭs sūrgēns fĕrĭt aūrĕă clāmŏr Sīdĕră. *V.* Rĕsŏnăt māgnīs clāmōrĭbŭs aēthĕr. *V.* Fĕrĭt aēthĕră clāmŏr Naūtĭcŭs. *V.* Clāmŏr sē tōllĭt ăd aūrās. *V.* Rēmōrŭmquĕ sŏnŭs prēmĭtŭr clāmōrĕ. *L.* — *Acclamantium.* Sŏcĭī māgnō clāmōrĕ sĕquūntŭr. *V.* Omnēs māgnō cīrcŭm clāmōrĕ frĕmēbānt. *V.* Strĕpĭt ōmnĭs mūrmŭrĕ cāmpŭs. *V.* Innŭmĕraē

vāstō mīscēntŭr ĭn āĕrĕ vōcēs. *L.* Cāstrā quătĭt clāmŏr pērmīxtīs dīssŏnă līnguīs. *S.* Sūblātūs plēbīs rĕbŏăt frăgŏr. *Cl.* Tōllūnt Innŭmĕrās ăd āstră vōcēs. *St.* Hīc tōtūm căvĕaē cōnsēssum īngēntĭs ĕt ōră Prīmă pătrūm māgnīs Sălĭīs clāmōrĭbŭs īmplĕt. *V.* Prēssūs clāmŏr grăvĭtātĕ rĕgēntĭs. *O.* Hīc ūndĭquĕ clāmŏr Dīssēnsū māgnās vărĭō se āttōllĭt ĭn aūrās. *V.* Quīsvĕ rŭĭt tāntūs dĭvērsă clāmŏr ăb ūrbĕ? *V.* Attŭlĭt hūnc īllī coēcīs tērrōrĭbŭs aūră Cōmmīxtūm clāmōrem, ārrēctāsque īmpŭlĭt aūrēs. Aūdīmūs lōngē frāctās ăd līttŏră vōcēs. *V.* Clāmōrem ēxcĭpĭūnt sŏcĭaē frĕmĭtūquĕ sĕquūntŭr. *V.* — *Exclamantium.* Clāmābĭt ĕnīm: pūlcrē, bĕnĕ, rēctē. *H.* Ītĕ, prŏfānaē: Clāmātŭr. *I.* — *Gementium.* It clāmŏr ăd āltă Atrĭă. *V.* Dŏmūs gĕmĭtū mĭsĕrōquĕ tŭmūltū Mīscētŭr. Sŏnăt aūlă tŭmūltū Fēmĭnĕō. *St.* It trīstĭs ăd aēthĕră clāmŏr. *V.* Quōcūnque īngrĕdĕrĭs, clāmŏr jŭvĕnīlĭs ĕt ūnā Fēmĭnĕaē vōcēs. Moēstam īncēndūnt clāmōrĭbŭs ūrbĕm. *V.* Ŭlŭlātūs ōrĕ dĕdērĕ. Lāmēntīs gĕmĭtūque ēt fēmĭnĕō ŭlŭlātū Tēctă frĕmūnt. Cōnfūsaē sŏnŭs ūrbĭs ĕt īllaētābĭlĕ mūrmŭr. Pĕnĭtūsquĕ căvaē plāngōrĭbŭs aēdēs Fēmĭnĕīs ŭlŭlānt; fĕrĭt aūrĕă sīdĕră clāmŏr. *V.* Māgnīs ŭlŭlātĭbŭs ūrgĕt. Fēmĭnĕūm clāmōrem ăd coēlī sīdĕră tōllūnt. *V.* Clāmōrĭbŭs ūrbĕm Exăgĭtăt. *St.* Fēmĭnĕō clāmōrĕ sŏnăt dŏmŭs. *O.* — *Hortantium.* Sŭbĭto ērūmpūnt clāmōrĕ, frĕquēntēsque Exhōrtāntŭr ĕquōs. *V.* Aūt spūmāntĭs ĕquī cūrsūm clāmōrĕ prĕmēntĕm. *V.* — *Laetantium.* Ĭtălĭām laētō sŏcĭī clāmōrĕ sălūtānt. *V.* Māgnō laētī clāmōrĕ rĕpōrtānt. *V.* — *Pugnantium.* Cūm clāmōrĕ rŭĭt māgnō. *V.* Ībăt ĕt īngēntī sēsē clāmōrĕ fĕrēbăt. *V.* Ātque īntŏnăt ōrĕ. Clāmōrĕ părī cōncūrrĭtŭr. *I.* Clāmŏr vărĭō dīscrīmĭnĕ vōcūm Fērt bēllī răbĭem ăd sŭpĕrōs ēt sīdĕră pūlsăt. *S.* Nĕc vōcī īraēquĕ pĕpērcĭt. *V.* Implēvĭt clāmōrĕ lŏcūm. *V.* Clāmōrēmquĕ fĕrūnt ăd līttŏră. *V.* Clāmōrēs sĭmūl hōrrēndōs ăd sīdĕră tōllĭt. *V.* Acrĭūs hōc Teūcrī clāmōre īncūmbĕrĕ māgnō. *V.* Dūm vōcēs jăctăt ĭnānēs. Intōrquēns jăcŭlūm clāmāntĭs sīstĭt ĭn ōrĕ. *V.* Clāmōre īncēndūnt coelūm Trōēsquĕ Lătīnīque. *V.* Vărĭīs ăcŭūnt clāmōrĭbŭs īrās. *S.* Infēstō clāmōrĕ rŭūnt. *Va.* — *Vocantium.* Pērquĕ vĭcēs mŏdŏ, Pērsĕphŏnē, mŏdŏ, fīlĭă, clāmăt. *O.* Clāmābăt ăvūm, tūnc dēnĭquĕ vīsūm. *O.* Vīcīnās Tērĭă clāmăt ăquās. *P.* Et Cĕrĕrēm clāmōrĕ vŏcānt īn tēctă. *V.* Mōrĭēntēm nōmĭnĕ clāmăt. *V.* Implēvī clāmōrĕ vĭās, moēstīsquĕ Creūsām Nēquīdquam īngĕmĭnāns ĭtĕrūmque ĭtĕrūmquĕ vŏcāvī. *V.* Hīs ădjūngĭt, Hȳlān naūtaē quō fōntĕ rĕlīctūm Clāmārēnt; ēt lītŭs, Hȳlă, Hȳlă, ōmnĕ sŏnārĕt. *V.* Clāmāvīt mŏrĭēns līnguā: Cŏrīnnă, vălē. *O.* Vēstīgătquĕ vĭrum, ēt dīsjēctă pĕr āgmĭnă māgnā Vōcĕ vŏcăt. *V.* Mīscēntŭr māgnīsquĕ vŏcānt clāmōrĭbŭs hōstēm. *V.* Aūsūs quĭn ĕtĭām vōcēs jăctārĕ pĕr ūmbrăm. *V.* Actaēŏnă clāmānt. — Tūm vōx hōrrēndă pĕr aūrās Excĭdĭt. Īgnōtaēque īmplēbānt aēthĕră vōcēs. *V.* Vōx quŏquĕ pēr lūcōs vūlgo ēxaūdĭtă sĭlēntēs Ingēns. *V.* — *I. q. fragor.* Tūm vēro ēxŏrĭtŭr clāmŏr, rīpaēquĕ lăcūsquĕ Rēspōnsānt cīrca ēt coelūm tŏnăt ōmnĕ frăgōrĕ. *V.* Clāmōre īmpēllĕrĕ māgnō Săxă. *Va.* Pūlsătăquĕ săxă Aūdīmūs lōnge ēt frāctās ăd līttŏră vōcēs. Pūlsātī cōllēs clāmōrĕ rĕsūltānt. *V.* Ingēns frăgŏr aēthĕră cōmplĕt. *V.* Tōtūmquĕ vĭdērēs Mīscēri ānte ŏcŭlōs tāntīs clāmōrĭbŭs aēquŏr. *V.* Tēr scŏpŭlī clāmōrem īntēr căvă săxă dĕdērĕ. *V.* Nōn sĭnĕ mōntĭūm Clāmōrĕ vīcīnaēquĕ sīlvaē. *H.* Tōllĭtŭr īn coelūm fŭrĭālī tūrbĭnĕ clāmŏr. Spūmĕă săxōsīs clāmăt cōnvāllĭbŭs ūndă. *St.* Clāmānt āmnēs, frĕtă, nūbĭlă, sīlvaē. *St.* Cōnsŏnăt ōmnĕ nĕmūs strĕpĭtū, cōllēsquĕ rĕsūltānt. *V.* Sŏnăt aēquŏrĕ clāmŏr. Clāmōrem īmmēnsūm tōllĭt, quō pōntŭs ĕt ōmnēs Intrĕmŭēre ūndaē, pĕnĭtūsque ēxtērrĭtă tēllūs Ĭtălĭaē, cūrvīsque īmmūgĭĭt Aētnă căvērnīs. *V.* Tārtărĕam īntēndĭt vōcēm, quā prōtĭnŭs ōmnĕ Cōntrĕmŭĭt nĕmŭs, ēt sīlvae īntōnŭērĕ prŏfūndaē. *V.* Tŏnŭērĕ fĕrīs clāmōrĭbŭs āstră. *S.* — Comp. c. *urbis captae* clamore. *St.* Th. 3, 56. c. *maris fragore* et *Aetnae. St.* Th. 3, 594. *S.* 3, 394. c. *arboris fragore.* L. 1, 389.

clāmōsŭs. *Clāmōsūs jŭvĕnēm pătĕr ēxcĭtăt: āccĭpĕ cērās. I.* PH. Tĕnĕt ōră lĕvĭs clāmōsă Mŏlōssī. *L.* Clāmōso īnsīstĕrĕ cīrcō. *I.* Clāmōsī tūrbă thĕātrī. *St.*

clāncŭlārĭŭs. *Pŏētă quĭdām clāncŭlārĭŭs spārgĭt.* (Scaz.) M.

clāncŭlūm. *v. clam.*

clāndēstīnŭs. *Ēt clāndēstīnīs sūrgēntĭă fraūdĭbŭs ārmă.* Nem. SY. ārcānŭs, sēcrētŭs, ŏccūltŭs. PH. Ceū clāndēstīnō trăhĕrētŭr foēdĕrĕ bēllūm. *S.*

clāngo. PH. Hōrrĭdă clāngūnt sīgnă tŭbaē. *St.* Lūctĭfĭcūm clāngēntĕ tŭbā. *Va.*

clāngŏr. SY. tŭbārūm sŏnŭs, strĕpĭtŭs. EP. raūcŭs, lūctĭfĭcŭs, saēvŭs, Mārtĭŭs, rĕsŏnāns, tērrĭfĭcŭs, aērĭsŏnŭs, hōrrĭsŏnŭs, trĕmŭlŭs, mĭnāx, crēbĕr, hōrrēndŭs, sŏnāns, rĕsŏnŭs, strīdēns, frĕmēns, trīstĭs, Māvōrtĭŭs, bēllĭcŭs, hōrrēns, hōrrĭdŭs. PH. Raūcūs strīdēntī mūrmŭrĕ clāngŏr Incrĕpŭĭt. *S.* Sŏnĭpēs mōtūs clāngōrĕ tŭbārŭm. *L.* Tyrrhēnaēquĕ tŭbaē mūgīrĕ pĕr aēthĕră clāngŏr. *V.* Sīgnă fŏrō, strīdŏr lĭtŭūm, clāngōrquĕ tŭbārŭm. *L.* Ingēntī clāngōrĕ grŭēs aēstīvă rĕlīnquūnt. *Cl.* Māgnīs quătĭūnt clāngōrĭbŭs ālās. *V. v. classicum, tuba.*

Clănĭs. *Et Clănĭs ēt Rŭbĭcō* etc. S.

Clănĭŭs. — *văcŭīs Clănĭŭs nōn aēquŭs Ăcērrīs.* V.

clārē. SY. lūcĭdē, splēndĭdē; pălām; cērtō. PH. Nĭtēns clārĭŭs āstrīs. *St.* Clārē plaūdĭtĕ. *Pl.* Pĕtĭtŭr clārēquĕ pălāmquĕ. *M.* Clārē cērtūmquĕ lŏcūtŭs. *H.* Cōgnōsce ēt clārĭŭs aūdī. *Lr.*

clārĕo. *Ērgō pōstquĕ māgĭsquĕ vĭrī nūnc glōrĭă clārĕt.* Enn. SY. clārēscĕrĕ; ēnĭtērĕ. PH. Rŭtĭlō quŭm lūmĭnĕ clārĕt Fērvĭdŭs īllĕ Cănĭs. *Cic.* Dīvīnō sēmĭtă grēssū Clārŭĭt *Cl.* In prīmō quŏquĕ cārmĭnĕ clārĕt. *Lr. v. luceo.*

Clărĭs. *Clărĭs, Ărăr, Vĭcŭlĭs* etc. Sid.

clārĭtās. *Sŭmmum ăd grădŭm quŭm clārĭtātĭs vēnĕrĭs.* (iamb.) *Lab. v. fama, honor, lux, nomen, splendor.*

Clărĭŭs. *Nēc Clărĭī nŭnc āntră Dĕī* etc. Va.

clāro. — *lōngaē clārāvĭt lĭmĭtĕ flāmmaē.* St. SY. īllūstrārĕ nōmĕn, fāmām dărĕ, cōnfērrĕ. PH. Īllŭm nōn lăbŏr Īsthmĭŭs Clārābĭt pŭgĭlĕm. *H.* Clārāndum ēst plānē, sī rēs ēxpōnĕre ăvēmŭs. *Lr.*

Clărŏs. *Ēt Clărŏs ēt Tĕnĕdŏs Pătăraeăquĕ rēgĭă sērvĭt.* O. EP. Phoēbēă, Phoēbēĭă, Ăpŏllĭnĕă, Dēlĭă, făcūndă.

clārŭs. *Īpsĕ pĕrēgrīnā fērrūgĭnĕ clārŭs ēt ōstrō.* V. SY. pērspĭcŭŭs, dīlūcĭdŭs, pēllūcĭdŭs, lūcĭdŭs, splēndĭdŭs, nĭtĭdŭs, lūcĭdŭs; ēvĭdēns, ăpērtŭs, mănĭfēstŭs, nōtŭs, nōtīssĭmŭs, nōn ŏbscūrŭs; cĕlĕbĕr, īnsīgnĭs, īllūstrĭs, ēxĭmĭŭs, ēgrĕgĭŭs, praēstāns. PH. Dānt clāra īncēndĭă lūcĕm. *V.* Clārīssĭmă mūndī Lūmĭnă. *V.* — Clāră dĕdĭt sŏnĭtŭm tŭbă. *V.* — Nēcdŭm clāră, quĭbŭs sēsē fŭgă mōntĭbŭs ăbdăt. *V.* — Trōjānōque ā sānguĭnĕ clārŭs Ăcēstēs. *V. v. celeber, illustris, nobilis.*

clāssĭcŭm. *Clāssĭcă jāmquĕ sŏnānt, ĭt bēllō tēssĕră sīgnŭm.* V. SY. clāngōr tŭbārŭm, frĕmĭtŭs, strĕpĭtŭs. EP. fĕrālĕ, Mārtĭŭm, fĕrŭm, tŭrbĭdŭm, pērfĭdŭm, Māvōrtĭŭm. PH. Ābrŭmpŭnt dŭlcēm Māvōrtĭă clāssĭcă sŏmnŭm. *Stroz.* Nēc dum ĕtĭam aūdīĕrānt īnflārī clāssĭcă. *V.* Jāmque aūrem hōrrĭsŏnō rūmpŭnt, fĕră clāssĭcă sīgnō. *Pol.* Mārtĭă fērvēntēs āccēndŭnt clāssĭcă pūgnās. *Mant.* Mārtĭă cuī sŏmnōs clāssĭcă pūlsă fŭgānt. *T.* Nĕque ēxcĭtātŭr clāssĭcō mīlēs trŭcī. *H.* Jām sĭlēt mūrmŭr grăvĕ clāssĭcōrŭm. *Se. v. clangor, tuba.*

clāssĭcŭs. SY. nāvālĭs. PH. Aūt cănĕrēm Sĭcŭlaē clāssĭcă bēllă fŭgaē. *P.*

clāssĭs. *Clāssĭbŭs hīc lŏcŭs, hīc ăcĭēs cērtārĕ sŏlēbānt.* V. EP. aērātă, lūnātă, prōfŭgă, vŏlŭcrĭs, vēlĭvŏlă, flūmĭnĕă, ārmātă, quāssātă, aēquŏrĕă, fŭgāx, cĭtă, dēnsă, Mārtĭă, flūctĭvăgă, bēllĭcă, rōstrātă, păvĭdă; cīvĭcă, schŏlāstĭcă. PH. Vŏlŭcrī frētă clāssĕ pĕrērrăt. *O.* Fērtŭr cĭtă gūrgĭtĕ clāssĭs. *V.* Fĕrūnt sŭă flāmmĭnă clāssĕm. *V.* Īmpēllĕrĕ rēmĭgĕ clāssĕm. *O.* Quāssātām vēntĭs lĭcĕāt sŭbdūcĕrĕ clāssĕm. *V.* Lănĭātăquĕ clāssĭs Pōstŭlăt ēxĭgŭās sēmĭrĕfēctă mŏrās. *O.* Trōĭă clāssĭs ădēst, ārmĭs īnstrūctă vĭrīsquĕ. *O.* Dĭsjēctam Aēnēaē tōtō vĭdĕt aēquŏrĕ clāssĕm. *V.* Clāssĕ vĕhō mēcŭm. In clāssēm cĕdĭt ōmnĕ nĕmŭs. *L.* Lătĕt sŭb clāssĭbŭs aēquŏr. *V.* Aēquŏrĕ cūrrĭt Clāssĭs ĭtĕr tūtŭm. *V.* Dărĕ clāssĭbŭs aūstrōs. *V.* Stānt sălĕ Tyrrhēnō clāssēs. *V.* Mĕdĭŭm jām clāssĕ tĕnēbăt Cērtŭs ĭtĕr. *V.* Clāssēmquĕ rĕlātăm Nūntĭō. *V.* Dī tĭbĭ dēnt, cāptā clāssēm dēdūcĕrĕ Trōjā. *V.* Lycĭaē dūctōrēm clāssĭs Ŏrōntĕm. *V.* Mē vĕl ēxtrēmōs Nŭmĭdārum ĭn āgrōs Clāssĕ rĕlēgĕt. *H. v. navis.*

clāthrŭs. *Ōbjēctōs căvĕaē vălŭīt sī frāngĕrĕ clāthrōs.* H. SY. sēptŭm, claūsŭm, cāncēllī. *v. cavea.*

clāvă. *Quĭs făcta Hērcŭlĕaē nōn aūdĭt fōrtĭă clāvaē.* P. SY. stīpĕs. EP. trĭnōdĭs, nōdōsă, dŏmĭtrīx, trăbālĭs, fērrātă, grăvĭs, Hērcŭlĕă, dūră, trĕmēndă, hōrrēndă, crŭēntă, lētĭfĕră, rĕcūrvă, vīctrīx, īmmītĭs, vūlnĭfĭcă, pōndĕrōsă, īrrāsă, īngēns, sălīgnă. PH. Clāvaē rōbŭr. Fērrātaē mūnītŭs rōbŏrĕ clāvaē. Īnstrūxĭtquĕ mănŭm clāvā dŏmĭtrīcĕ fĕrārŭm. *O.* Āptābăt dēxtrīs īrrāsaē rōbŏră clāvaē. *S.* Pīnĕă nōdōsaē quāssābăt rōbŏră clāvaē. *St.* Īpsĕ căpĭt clāvāmquĕ grăvēm spŏlĭŭmquĕ lĕōnĭs. Stērnēntēs āgmĭnă clāvā. *V.* Răpĭt ārmă mănū nōdīsquĕ grăvātŭm Rōbŭr. *V.* Dăte hūc săgīttās, stīpĭtēm vāstŭm dătĕ. *Se.* Mīssĭlĭbŭs sāxĭs ēt māgnō pōndĕrĕ clāvaē. *Lr.*

Claūdĭă. Vestalis descr. *O.* F. 4, 305 sqq.

Claūdĭānŭs, *adj. Lĕgēndă tēmpŏrum āctă Claūdĭānōrŭm.* (scaz.) M. — *Subst.* Poeta. PH. Pēlūsĭăcō sătŭs Cănōpō Mūsā cănĭt īnfĕrōs sŭpērnā. *Sid.*

claūdĭco. *Tūrpĭtĕr ōblīquō claūdĭcĕt īllĕ pĕdĕ.* O. SY. claūdō pĕdĕ grădī, nūtārĕ, văcīllārĕ, tĭtŭbārĕ. PH. Pērcūssō claūdĭcăt īllĕ gĕnū. *O.* Et lĭbella ălĭquā si ēx pārtē claūdĭcĕt hīlŭm. *Lr.* Claūdĭcăt īngĕnĭŭm. *Lr.* Claūdĭcăt hīc vērsŭs; haēc, īnquĭt, syllăbă nūtăt. *Cl.*

Claūdĭŭs. 1) *v. Appius.* 2) *v. Marcellus.* 3) *v. Liberius.* 4) *v. Nero.* 5) Claūdĭŭs āmbĭgŭō cōnclūsĭt fātă vĕnēnō. *An.* — Claudius, *adj.* Nīl Claūdĭaē nōn ēffĭcĭēnt mănŭs. *H.* Gēns Claūdĭă sūrgăt. *Cl.* Claūdĭă dīffūsās ŭbĭ pōrtĭcŭs ēxplĭcăt ŭmbrās. *M.* Flāmĭnĭaē Claūdĭă jūnctă vĭaē. *O.*

claūdo. *Claūdĭtĕ jām rīvōs, pŭĕrī; săt prātă bĭbērŭnt.* V. *clausa domorum* L. SY. ōcclūdĕrĕ, īnclūdĕrĕ, īntērclūdĕrĕ, cīrcŭmclūdĕrĕ, ōbstrŭĕrĕ, ōbsĕrĕrĕ; ōccūltārĕ, ābscōndĕrĕ, ōbsēpīrĕ, ōppīlārĕ. PH. Aērātă līmĭnă claūsă sĕrā. Dīraē fērro ēt cōmpāgĭbŭs ārctīs Claūdēntŭr bēllī pōrtaē. *O.* Pōrtās ōbjĭcĕ fīrmō Claūsĕrăt. *O.* Pōstĭbŭs sĕram ōbdĕrĕ, ădĭtŭm ōbstrŭĕrĕ. Fŏrēs ōbsĕrĕrĕ, ōbstrīngĕrĕ līmĕn. Praēclūdĕrĕ pōrtās. Vĭās īncēndĭă claūdŭnt. *St.* Ănĭmām claūsĭt dŏlŏr. *L.* Lānĭgĕrōs claūdĭt pĕcŭdēs. *V.* Claūsă tĕnēnt stăbŭlīs ārmēntă. *V.* Claūdĭtŭr ēxtērnīs Rōmānŭs mīlĕs ĭn ōrĭs. *L.* Hīnc Tūscō claūdĭmŭr āmnī. *V.* Ōcĕănŭs claūsŭm dŭm flūctĭbŭs āmbĭĕt ōrbĕm. *S.* Aquaē rīpārŭm mārgĭnĕ claūsaē. *O.* Ōbscūrĭs claūdŭnt cōnvāllĭbŭs ŭmbraē. *V.* Claūsum ārcānō pēctŏrĕ bēllŭm. *S.* Claūsă vĭārŭm. *Lr.* Claūsă dŏmō tĕnĕŏr, grăvĭbŭsquĕ cŏērcĭtă vīnclĭs. *O. v. carcer, occulto.* — Cāmpī claūdēbānt ūltĭmă cōllēs. *O.* Māndātō claūdētŭr ĕpīstŏlă pārvō. *O. v. finio.* — Sī quĭs pĕdĭbŭs quĭd claūdĕrĕ sēnĭs Cōntēntŭs. *H. v. versus.*

claūdŭs. PH. Dēsĕrŭĭt pĕdĕ Poēnă claūdō. *H.* Brĕvĭŏr pĕdĕ. *M.* Pārs vūlnĕrĕ claūdă. *V.* — *Trop.* Claūdă quŏd āltērnō sŭbsīdūnt cārmĭnă vērsū. *O.* Claūdă fĭdēs. *S. v. mancus.*

clāvĭcŭlă. — *ōbĭcĭt clāvĭcŭlă dēntēs.* Germ.

clāvĭcŭlŭs. *Clāvĭcŭlō mĕdĭām fŭlgēntī fībŭlă fĕrrō.* M.

clāvĭgĕr. *Vŭlnĕră, clāvĭgĕrī quae fēcĕrĭt Hercŭlĭs ărcŭs.* O. PH. Clāvĭgĕrŭm vērbīs āllŏquŏr īpsĕ dĕŭm. *O. v. Janus.*

clāvĭs. *Nēc prŏhĭbēnt clāvēs, ĕt cānĭs īpsĕ tăcĕt.* T. EP. fērrĕă, aērātă, strīdēns, ăhēnĕă, ăhēnă, aērĕă. PH. Pōrtās rĕsĕrāns, pāndēns, rĕclūdēns. Pōrtās praebēbāt clāvīs ăhēnă pătēntēs. Pōrtīs īmpōnĕrĕ clāvēs. Sērvātă cēntŭm clāvĭbŭs. *H.* Nūnc fŏrĭbŭs clāvēs āptăt ĕmītquĕ sĕrās. *M.*

claūstrŭm. SY. vālvae, fŏrēs, jānŭă, pōrtă, ŏbēx, rĕpāgŭlŭm, pēssŭlŭs, sĕră. EP. fērrĕŭm, tĕnāx, ăhēnŭm, ōbscūrŭm, strīctŭm, ōbstāns, īnēxpūgnābĭlĕ, rĕlĭgĭōsŭm, sĭlēns, quĭētŭm. PH. Claūsă dŏmŭs, claūsae fŏrēs. Pōrtārum īngēntĭă claūstră. *V.* Fērrĕīs pōrtās cŏhĭbērĕ claūstrīs. *H.* Ōbstāntĭă rūmpĕrĕ claūstră. *H.* Pīnĕă fūrtīm Lāxăt claūstră Sĭnōn. — Claūstră vĭārŭm. *Lr.* Angūstī claūstră Pĕlōrī. *V.* Claūstră mărĭs. *Va.* Claūstră pĕtīt mūndī. *L.*

clāvŭs. *Mīllĭă clāvōrŭm quis tām prŏcŭl* etc. J. EP. fērrĕŭs, aērĕŭs, ăcūtŭs, hōrrĭdŭs, trăbālĭs, dūrŭs, vălĭdŭs, fīrmŭs, ăhēnŭs. PH. Clāvŭm īnfīgĕrĕ, clāvīs fīgĕrĕ. Clāvōs trăbālēs ēt cŭnĕōs mănŭ Gēstāns ăhēnā. *H.* Sī fīgīt ădămāntĭnōs sūmmīs vērtĭcĭbŭs dūră Nĕcēssĭtās Clāvōs. *H.* — *Latus.* Indŭĭtŭrque hŭmĕrīs cŭm lātō pūrpŭră clāvō. *O.* Lātŭm dēmīsīt pēctŏrĕ clāvŭm. *H.* Clāvī mājōrīs mūnŭs. *St.* — *Navis.* SY. gŭbērnācŭlŭm, gŭbērnāclŭm, tēmo, hăbēnaē, nāvīs mŏdĕrāmĕn, rĕgĭmĕn, hăbēnae. EP. fīrmŭs, fīdŭs, naūtĭcŭs, pēndēns, flēxĭlĭs, flŭĭtāns, lĕvĭs, fŭgāx, prŏpĕrŭs. PH. Clāvŭm rĕgĕrĕ, flēctĕrĕ, tōrquērĕ, mŏdĕrārī. Rĕsĭdēns īn pūppĕ măgīstĕr Artĕ rĕgīt vēntīs īmpŭlsaē nāvĭs hăbēnās. Rēctŏr ĕrīt pūppīs, clāvōque īmmōbĭlĭs haērēns Mūtābīt pĕlăgō tērrās. *V.* Īpsĕ sĕdēt clāvūmquĕ rĕgīt vēlīsquĕ mĭnīstrăt. *V.* Clāvūmque ăd līttŏră tōrquēt. *V.* Sŭbĭt ad vĭdŭī mŏdĕrāmĭnă clāvī. *St.* Addĭdĭcī rĕgĭmēn dēxtrā mŏdĕrāntĕ cărīnaē Flēctĕrĕ. *O.* Clāvūmquĕ rĕgēndaē Invāsīt pătrĭaē. *S.*

Clāzŏmĕnaē. — *Clāzŏmĕnīs; ĕtĭām lītēs* etc. H.

Clĕānthēs. — *pŭtĕăm sērvārĕ Clĕānthēs.* J. PH. Et dīspŭtātŏr ăd Clĕānthēm Stōĭcŭm. *Au.* Frūgĕ Clĕānthēā. *Pe.*

clēmēns. SY. mītĭs, cōmĭs, bĕnīgnŭs, hūmānŭs, mānsuētŭs, lēnĭs, bŏnŭs, făcĭlĭs, īndūlgēns, plăcĭdŭs. PH. Pīgĕr ăd poēnās. Vĕnĭaē părātŭs, īn mĭsĕrōs bĕnīgnŭs. Poēnaē pārcŭs. *Cl.* Prĕcĭbŭs nūnquam īmplācābĭlĭs. *Cl.* Quī, quūm trīste ălĭquīd stătŭīt, fīt trīstĭs ĕt īpsĕ; Cuīquĕ fĕrē poēnăm sūmĕrĕ, poēnă sua ēst. *O.* Flēctī făcĭlĭs. Rĕspĭcĭēns plăcātō vūltū, īn mĭsĕrōs lēnĭs. Sēd plăcĭdūs făcĭlīsquĕ părēns vĕnĭaēquĕ părātŭs. Quī jăcĭt īnvītā fūlmĭnă mūltă mănū. *O.* Tū quŏquĕ, quūm pătrĭaē rēctŏr dīcārĕ pătērquĕ, Ūtĕrĕ mōrĕ dĕī nōmĕn hăbēntĭs ĭdĕm. *O.* Clēmēntĭŏr Aūstĕr Vēlă vŏcăt. *St.* Quā sīt clēmēntīssĭmŭs āmnĭs. *O.* Clēmēntī sīdĕrĕ fōvĭt. *Cl.* Clēmēntĕr crēscēntĕ jŭgō. *S. v. comis, mitis.*

clēmēntĭă. SY. bŏnĭtās, lēnĭtās, mānsuētūdo, mītĭs ănĭmŭs, īndūlgēntĭă, cōmĭtās, bĕnīgnĭtās, hūmānĭtās, plācābĭlĭtās, lēnĭtūdo. EP. hĭlărĭs, făcĭlĭs, bĕnīgnă, cōmĭs, hūmānă, pācĭfĭcă, aēquă, mītĭs, grātă, rēgĭă. Pīgră ăd poēnās, ăd praēmĭă vēlōx. PH. Cūm vīncĭmŭr īn ōmnī Mūnĕrĕ, sōlă dĕōs aēquāt clēmēntĭă nōbīs. *O.* Făcĭlīsquĕ bŏnīs clēmēntĭă flēctī. — *Trop.* Emōllīt gēntēs clēmēntĭă coēlī. *L.* Aūt tēmpēstātĭs clēmēntĭă laētă sĕrēnaē. *Pr.* — Descr. Deam *Cl.* laud. Stil. 2, 6. sqq. *St.* Th. 12, 481 sqq.

Clĕŏbĭs. PH. Sī vĕtŭs Ārgŏlĭcōs īllūstrāt glōrĭă frātrēs, Quī sŭă mātērnō cōllă dĕdĕrĕ jŭgō. *Cl. v. Biton.*

Clĕŏbūlŭs. *Līndĭĕ, quod, Clĕŏbūlĕ, cănĭs: mŏdŭs ōptĭmŭs ēstō.* Sid.

Clĕōnaē. — *hŭmĭlēsquĕ Clĕōnaē.* O.

Clĕŏpatră. *Expūgnārĕ sĕnēm pŏtŭĭt Clĕŏpātră vĕnēnīs.* L. SY. Ptŏlĕmāĭs, rēgīnă Aēgyptĭă. EP. fĕrōx, scĕlĕrātă, īncēstă, mĕrĕtrīx, Phărĭă, fōrmōsă, pŭlchră, aūdāx, nĕfāndă, ōbscēnă, Aēgyptĭă. PH. Īncēstī mĕrĕtrīx rēgīnă Cănōpī. *P.* Quae tĕnŭīt Phărĭūm mĕrĕtrīx scĕlĕrātă Cănōpŭm. *Pamph.* Āctĭās Aūsŏnĭās fūgīt Clĕŏpātră cătēnās. *St.* Sĕquĭtŭrquĕ nĕfās Aēgyptĭă cōnjūx. Dĕdĕcŭs Aēgyptī, Lātĭī fērālĭs Ĕrīnnȳs. *L.* Descr. *H.* O. 1, 37. *L.* 10, 137 sqq. *P.* 3, 9, 39 sq.

clĕpo. — *sē tēgmĭne īngēntī clĕpĭt.* (iamb.) *Se. v. furari.*

clĕpsydră. *Sēptēm clĕpsydrās māgnā tĭbĭ vōcĕ pĕtēntī.* M. PH. Clĕpsydră mēntītŭr vērīssĭmă. *Owen.* Lēx bŏnă dīcēndī, lēx sūm quŏquĕ dūră tăcēndi. *Aenigm.*

clērĭcŭs. *Clērĭcī nē quīd măcŭlēt rĭgōrēm.* (sapph.) Sid.

clērŭs. *Clērŭs hūnc tāntŭm pĕpĕrīt trĭŭmphŭm.* (sapph.) Pr.

clĭēns. EP. quĕrŭlŭs, sōllĭcĭtŭs, mĭsĕr, mātūtīnŭs, āssĭdŭŭs. PH. Cūltōrŭm tūrbă tŭōrŭm. *O.* Pŏpŭlī pārs ĕgŏ pārvă tŭī. *O.* Mātūtīnĕ clĭēns, ūrbīs mĭhĭ caūsă rĕlīctaē. *M.* Quī mŏdŏ pātrōnŭs, nūnc cŭpĭt ēssĕ clĭēns. *O.* Rēgēsquĕ clĭēntēs. *Cl.* Quām sī clĭēntŭm lōngă nĕgōtĭă rĕlīnquĕrĕt. *H.* Ultrā līmĭtēs clĭēntĭŭm. *H.* Rītĕ clĭēns Bācchī. *H. v. cultor.*

clĭēntă. — *āffēctāns ēssĕ clĭēntă tĭbī.* *Au.* PH. Trăhūnt hŏnēstaē pūrpŭrās clĭēntaē. *H.*

clĭēntēlă. *Prōlĕ, clĭēntēlā fēlix, ēt cōnjŭgĕ quōndăm.* M. SY. tūtēlă, pătrōcĭnĭum.

clīmă. Male. Nam Gr. $\kappa\lambda\acute{\iota}\mu\alpha$, clĭmă; sed $\kappa\lambda\tilde{\iota}\mu\alpha\xi$, clīmax. *v. regio.*

Clīnĭās. *Clīnĭădaēvĕ mŏdō* etc. O.

clīnĭcŭs. *Coēpĭt, quō pŏtĕrāt, clīnĭcŭs ēssĕ mŏdō.* M.

clīno. — *paūlŭm clīnārĕ nĕcēsse ēst.* Lr. *v. inclino.*

Clīō. *Nōn mĭhĭ sūnt vīsaē Clīō, Clīūsquĕ sŏrōrēs.* O. *v. Musae.*

clītēllaē. *Hīnc mūlī Căpŭaē clītēllās tēmpŏrĕ pōnūnt.* H.

- Clītŏrĭs. *Clītŏrĭō quīcūnquĕ sĭtĭm dē fōntĕ lĕvārĭt.* O. M. 15, 520.

Clītūmnŭs. *Hīnc ălbī, Clītūmnĕ, grĕgēs* etc. *V.* G. 2, 446. *S.* 4, 547.

clīvōsŭs. *Ēccĕ, sŭpērcĭlĭō clīvōsī trāmĭtĭs ŭndăm.* V. PH. Clīvōsae vĕhĕrĭs dūm pĕr mŏnŭmēntă Lătīnae. *I.* Clīvōsō trāmĭtĕ vītaĕ. *St. v. acclivis.*

clīvŭs. *Cāstălĭăm mōllī dēvērtĭtŭr ōrbĭtă clīvō.* V. SY. cōllĭs, mōns. EP. praecēps, ŏpācŭs, săxōsŭs, ărdŭŭs, pēndēns, vĭrĭdĭs, mōllĭs, hērbĭdŭs, grāmĭnĕŭs, vīrēns, hērbōsŭs, mōntānŭs, scŏpŭlōsŭs, pāndŭs, ămoenŭs, īncūltŭs, pătēns, īnūtĭlĭs, sŭpīnŭs, frōndōsŭs. PH. Ārdŭă săxōsō pērdūcĭt sēmĭtă clīvō. *Cl.* Quā sē sŭbdūcĕrĕ cōllēs Īncĭpĭūnt, mōllīquĕ jŭgūm dēmīttĕrĕ clīvō. *V.* Āltō cōllĕ mĭnōr, pārvīs ērēctĭŏr ărvīs. *Cl.* Tēstă părēm fēcĭt quaē pōstquām sŭbdĭtă clīvŭm Sūstŭlĭt aēquātŭm. *O.* Ut clīvō crēvīssĕ pŭtēs. *O.* Dūrō Nītĭtŭr ăd laūdēm vīrtūs īntērrĭtă clīvō. *St. v. collis, mons.*

clŏācă. *Īllŭd ĭdem, īn răpĭdŭm flūmēn jăcĕrētnĕ clŏācăm?* H. SY. lātrīnă. EP. īmmūndă, foedă, sōrdĭdă, tūrpĭs. PH. Grăvēm quaē spīrăt ŏdōrem. Quaē dīram ēxhālăt, ēffūndĭt ŏpācă mĕphĭtĭm. *V.* Ēxhālātquĕ grăvēm faēx īmpōrtūnă mĕphĭtĭm. Quae īngrātum ēffūndĭt ŏdōrēm. Quaē dīrūm pĕr āĕră vīrŭs ēxhālăt. Īmmūndīs quaēcūnquĕ vŏmĭt lātrīnă clŏācīs. *Col. v. mephitis.*

Clŏācīnă. *Nēmŏ Clŏācīnae* etc. Pr.

Clōdĭŭs. *Clōdĭŭs ăccūsĕt moēchōs* etc. I.

Cloēlĭă. Descr. *V.* A. 8, 681. *S.* 10, 492. 13, 828. *Mn.* 1, 785. 4, 33.

Clōthō, ūs. *Clōthō dūră lăcŭs, ărāmquĕ vĭdērĕ Dĭānaē.* S. PH. Prŏhĭbētquĕ Clōthō stārĕ fōrtūnām. *Se. v. Parcae.*

clŭĕo. SY. dīcī; cēnsērī. PH. Quaē nōndūm clŭĕānt ūllō tēntātă pĕrīclō. *Lr.* Pĕr gēntēs Ītălās quaē clāră clŭērĕt. *Lr.* Sĕd hī clŭēntŭr hōspĭtum īnfīdīssĭmī. *Pacuv.*

clūns *et* clūnēs. *Ălĭquĭd dē clūnĭbŭs ăprī.* J. *v. nates.*

Clŭpĕă. *Ēt Clŭpĕăm tĕnŭĭt* etc. L.

Clūsĭŭm. — *quī moēnĭă Clūsī.* V.

Clȳmĕnē. *Īntĕr quās Clȳmĕnē* etc. O.

clȳpĕātŭs. — *crēscĭtquĕ sĕgēs clȳpĕātă vĭrōrŭm.* O. SY. scūtātŭs. PH. scūtō, ŭmbōnĕ, pārmā, pēltā ărmātŭs, tēctŭs, mūnītŭs, prōtēctŭs. Quĭs dĕcŏr, īncēdĭs quŏtĭēs clȳpĕātŭs, ĕt aūrō squāmĕŭs! *Cl.* Clȳpĕātăquĕ tōtīs Āgmĭnă dēnsāntŭr cāmpīs. *V.* Scūtīs prōdūctī cōrpŏră lōngīs. *V.* Pārmā prōtēctŭs. *V. v. armatus.*

clȳpĕŭs. *Oppŏsŭĭ mōlēm clȳpĕī tēxīquĕ jăcēntēm.* O. SY. scūtŭm, pārmă, pēltă, ŭmbo, aēgĭs. EP. sāngŭĭnĕŭs, fŭlgēns, ărdēns, dūrŭs, cŏrūscāns, ăērātŭs, īngēns, căvŭs, crŭēntŭs, dīrŭs, aūrātŭs, aēnĕŭs, fērrĕŭs, splēndĭdŭs, crŭēntātŭs, ăhēnŭs, tērrĭbĭlĭs, mĭnāx, rŭtĭlāns, nĭtēns, cŏrŭscŭs, ŏppŏsĭtŭs, rŭtĭlŭs, tērrĭfĭcŭs, pĕrēnnĭs, cūrvātŭs, lĕvĭs, hăbĭlĭs, sēptēmplēx, aūrĕŭs, pūlchĕr, laēvĭs. PH. Clȳpĕī īnēnārrābĭlĕ tēxtŭm. *V.* Clȳpĕī ōrbĭs. Clȳpĕī īnsīgnĕ dĕcōrŭm. *V.* Aērĕ căvō clȳpĕŭs. Aērĕ mūnītŭs. Saēvō fŭlgōrĕ mĭcāns. *L.* Flāmmās ăd nūbĭlă jăctāns. Clȳpĕōsque ăd tēlă sĭnīstrīs Prōtecti ŏbjĭcĭūnt. *V.* Sīdĕrĕō flăgrāns clȳpĕo ĕt coelēstĭbŭs ărmīs. Caēsīs clȳpĕōs vēstīrĕ jŭvēncīs. *St.* Extrēmōs clȳpĕī sēptēmplĭcĭs ōrbēs. *V.* Proēlĭă pāssŭs. *O.* Clȳpĕŭmque āccēndĕrăt aūrō. *S.* Atque ōrās ămbĭĭt aūrō. *V.* Et clȳpĕum āffērrī jūssĭt Dĭdȳmāŏnĭs ārtēs. *V.* At clȳpĕŭm, tōt fērrī tērgă, tōt aērĭs, Cūm pēllĭs tŏtĭēs ŏbĕāt cīrcūmdătă taūrī. *V.* Hāstă vĭām clȳpĕī mōlītă pĕr ōrās. *V.* Nēc mĭsĕrō clȳpĕī mŏră prōfŭĭt aērei. *V.* Pūlchēr sīgnīs aūrōque ăspērrĭmŭs ărdĕt. *Cl.* Quēm tōtā vărĭārat Mūlcĭbĕr ārtĕ. *Cl.* Tūm prĭŭs Aēnēās hāstām jăcĭt: īllă pĕr ōrbēm Aērĕ căvūm trĭplĭcī, pĕr līgnĕă tērgă, trĭbūsquĕ Trānsĭĭt īntēxtŭm taūrīs ŏpŭs. *V.* Clȳpĕŭm tūm deīndĕ sĭnīstrā Ēxtŭlĭt ărdēntēm. *V. v. parma. — Armari.* Clȳpĕīquĕ sūb ōrbĕ tĕgūntŭr. *V.* Clȳpĕūmque ēx aērĕ sĭnīstraē Sūblĭgăt. *O.* Clȳpĕō pūgnās mĕdĭtātŭr ăhēnō. Hīc fērro āccīngŏr rūrsŭs, clȳpĕōquĕ sĭnīstrām Īnsērtābam ăptāns. *V.* Hāstă vŏlāns clȳpĕī trānsvērbĕrăt aēră. *V.* Pōstquam hăbĭlīs lătĕrī clȳpĕŭs, lōrīcăquĕ tērgo ēst. *V.* Sĭmŭl ăptăt hăbēndō Ēnsēmquĕ clȳpĕūmquĕ. Clȳpĕō mănŭs ăptă fĕrēndō. *O.* Clȳpĕŭs sŏnăt aērĕŭs hāstīs. *V. v. clypeatus.*

Clȳtaēmnēstră. *Quĭdvĕ Clȳtaēmnēstraē, prōptēr quăm tōtă Mȳcēnīs.* P. SY. Ăgămēmnŏnĭs ŭxŏr, Tȳndărĭs, Lēdā sătă. EP. saēvă, fōrmōsă, crŭēntă, pērfĭdă, scĕlĕrātă, ădūltĕră. Descr. *P.* 3, 18, 19.

Clȳtĭă. — *Clȳtĭăm nōn ămplĭŭs aūctŏr.* O. M. 4, 206.

Clȳtĭŭs. *Nēc Clȳtĭō gĕnĭtōrĕ* etc. O.

Clȳtŭs. — *Phlĕgȳāmquĕ Clȳtūmquĕ.* O.

Cnĭdŭs. *Pĭscōsāmquĕ Cnĭdōn grăvĭdūmque Ămăthūntă mĕtāllīs.* O. PH. Ō rēgīnă Cnĭdī Păphīquĕ. *H.* Quaē Cnĭdōn Fŭlgēntēsquĕ tĕnet Cyclădăs. *H.* Vēră Vĕnŭs Cnĭdĭăm. *Au.*

cŏăcērvo. *Ēt cŏăcērvātīs ărdēbānt cōrpŏră mēmbrīs.* Mn. SY. ăcērvārĕ. *v. accumulo.*

cŏaēvŭs. — *cūm pātrĕ cŏaēvŭs.* Fort.

cŏāgŭlum. — *Cūm lăctĕ cŏāgŭlă passō.* O. PH. Mŏx ĕpŭlās pōnŭĭt, līquĕfăctă cŏāgŭlă lăctĕ. *O.*

cŏālēsco. *Ūlcĕrĭs ānnōsī sĭnŭs ŭt cŏălēscĕrĕ pōssĭt.* Ser. SY. cŏīrĕ, cōnvĕnīrĕ, cōncrēscĕrĕ, cŏhaērērĕ. PH. Săxă vĭdēs prīmŭm sōlā cŏălēscĕrĕ calcĕ. *Lr.* Dūm nŏvŭs īn vĭrĭdī cŏălēscĭt cōrtĭcĕ rāmŭs. *O.* Pārtēsquĕ fŭgātās Pāssŭs ĭn ēxtrēmīs Lĭbȳēs cŏălēscĕrĕ rēgnīs. *L.*

cŏārcto. *Cēdĕrĕ fēstīnănt, nŏxquĕ cŏārctăt ĭtĕr.* O. SY. prĕmĕrĕ, cōmprĭmĕrĕ, strīngĕrĕ, cōnstrīngĕrĕ, ăstrīngĕrĕ.

cŏārgŭo. — *dŏmĭnīquĕ cŏārgŭĭt aūrēs.* O. PH. Clām cŏārgŭās prŏpīnquŭm; prōpălām laūdāvĕrĭs. *Au. v. arguo.*

cŏăxo. *Garrŭlă līmōsīs rānă cŏăxăt ăquis.* O.

Cŏcălŭs. — *prō sūpplĭcĕ Cŏcălūs ārmis.* O.

cŏccĭnātŭs. *Quī cŏccĭnātōs nōn pŭtăt vĭrōs ēssĕ.* (Scaz.) M. SY. cŏccō, mūrĭcĕ tīnctŭs, īndūtŭs.

cŏccĭnŭs. *Sī fŭĕrīs sānŭs, cŏccĭnă quĭd făcĭēnt?* M. PH. Hīspānās, Tўrĭăsquĕ, cŏccĭnāsquĕ. *M. v. purpura.*

cŏccŭm. PH. Ardēntī rădĭābāt Scīpĭŏ cŏccō. *S.* Rūbro ŭbĭ cŏccō Tīnctă sŭpĕr lēctōs cāndērēt vēstĭs ĕbūrnōs. *H. v. purpura.*

cochlĕă. *Ĕt cŏchlĕās tĭbi hăbĕ.* M. *Sŭm cŏchlĕīs hăbĭlis, sĕd nōn mĭnŭs ūtĭlis ōvīs.* M. EP. flŭvĭālĭs, cūrvă, rēptĭlĭs, nēxĭlĭs, hĕrbĭgrădă, dŏmĭpōrtă, tērrĭgĕnă, sānguĭnĕ cāssă, Āfră. PH. Cūrvārūm dŏmŭs ūdă cŏchlĕārūm. *St.* Tōstīs mārcēntēm squīllīs rĕcrĕābĭs ĕt Āfrā Pōtōrēm cŏchlĕā. *H.*

cochlĕăr *et* ārĕ. *Mīttĕrĕ quūm pŏssēs vēl cŏchlĕārĕ mĭhi.* *M.*

Coclĕs *et* ūm. *Cŏclĭtĭs ābscīssōs tēstātŭr sēmĭtă pōntēs.* P. *Hōc mĕrŭit vēl pōntĕ Cŏclēs, vēl Mūcĭŭs īgnĕ.* Cl. Descr. *P.* 3, 9, 63. *I.* 8, 264.

coclĕs. *Dē cŏclĭtūm prōsāpĭā te ēsse ārbĭtrŏr.* Pl. SY. lūscŭs, ūnŏcŭlŭs. PH. Lūmĭnĕ cāssŭs, lūmĭnĕ, ŏcŭlō ōrbātŭs, vĭdŭātŭs, căptŭs, ōrbŭs. Cuī lūmĕn ădēmtum ēst. Ūnō stāt lūmĭnĕ rāptō. Lūmĭnĭs ōrbŭs.

cŏctĭlĭs. *Cŏctĭlĭbŭs mūrīs cīnxīssĕ Sĕmīrămĭs ūrbĕm.* O. SY. cŏctŭs, lătĕrĭtĭŭs.

Cōcytŭs. *Cŏcȳtī stāgnă āltă vĭdēs, Stўgĭāmquĕ pălūdĕm.* V. EP. ātĕr, ĭnāmoenŭs, ĭnĕrs, nĭgĕr, pălūstĕr, Tārtărĕŭs, īmŭs, prŏfūndŭs, moestŭs, dūrŭs, lānguĭdŭs. PH. Tārtărĕae stāgnă pălūdĭs. Lūcēntĭă nīgrī flūmĭnă Cōcȳtī. Trājĭcĭēndă sĕmĕl Cōcȳtī stāgnă pălūstrĭs. Tārdă Cōcȳtī pălūs, pĭgră vŏrāgŏ. Cōcȳtī līmŭs nĭgĕr ĕt dēfōrmĭs ărūndŏ. *V.* Vīsēndŭs ātĕr flūmĭnĕ lānguĭdō Cōcȳtŭs ērrāns. *H.* Cōcȳtūsquĕ sĭnū lābēns cīrcūmflŭĭt ātrō. *V.* Vōrtĭcĭbūs fŭrĭt ĕt spūmāntī gūrgĭtĕ fērtŭr. *V.* Fŭrĭās āmnēmquĕ sĕvērūm Cōcȳtī mĕtŭăt. *V.* — Dēxtrā *Cōcȳtĭă* fīndĭt Aēquŏră. *Cl.* Cōcȳtĭă vĭrgo. *V.*

cōdēx. *Cōdĭcĕ quī mīssō, quēm vīx jŭgă bīnă mŏvērēnt.* O. *v. charta, liber, tabula, truncus.*

cōdĭcīllŭs. *Cūltēllūm tĕnŭēsquĕ cōdĭcīllōs.* (phal.) St. *v. liber, tabula.*

Cōdrŭs. *Aŭt jūrgĭă Cōdrī.* V. PH. Cōdrūs prō pătrĭā Nōn tĭmĭdŭs mŏrī. *H.*

coelĕbs *v. caelebs.*

coelum *v. caelum.*

cŏemētĕrĭūm. SY. sĕpūlcrētum. *v. sepulcrum.*

cŏĕmo. *Ōmnĭă cŏndūcĭtis cŏĕmēns ŏpsōnĭă nūmis.* H. *v. emo.*

coenă. EP. sēră, cōncĭnnă, nōctūrnă, laūtă, sūmtŭōsă, ŏpĭmă, dīvĕs, gĕnĭālĭs, mōllĭs, lŭxŭrĭōsă, ŏpŭlēntă, ūnctă, Sălĭārĭs; sĕcūndă mēnsă. PH. Mūltō splēndĭdă lūxū Coenă părātă fŭĭt. Gĕnĭālĭs fērcŭlă coenaē. *I.* Sūmĕ vŏlūptātēm coenaē gĕnĭālĭs hŏnēstām. Nīsī coenă prĭŏr tē dētĭnĕt. *H.* Ō nŏctēs coenaēquĕ dĕūm! *H.* Vĭdēs, ŭt păllĭdŭs ōmnĭs Coenā dēsūrgāt dŭbĭā. *H.* Nūnc Sălĭārĭbŭs Ornārĕ pūlvīnār dĕōrūm Tēmpŭs ĕrāt dăpĭbŭs, sŏdālēs. *H.* Coenaē pōntĭfĭcūm. *H.* Hās prĭmā fĕrĕt āltĕrăvĕ coenā. *v. convivium.*

coenăcŭlūm. — *vĕnĭt ĭn coenăcŭlă mīlĕs.* J. PH. Vĭdĕn', ūt mūtāt coenăcŭlă, lēctōs. *H.*

coenātio. SY. trĭclīnĭūm. PH. Algēntēm răpĭăt coenātĭō sōlĕm. *I.*

coenātŭrĭo. *Coenātŭrĭt Văcērră, nōn căcātŭrĭt.* (iamb.) M.

coeno. PH. Saēpĕ trĭbūs lēctīs vĭdĕās coenārĕ quătērnōs. *H.* Spēs bĕnĕ coenāndī vōs dĕcĭpĭt. *I.* Coenāmŭs ăvēs, cōnchȳlĭă, pīscēs. *H.* Ămāt scrīpsīssĕ dŭcēntōs Antĕ cĭbūm vērsŭs, tŏtĭdēm coenātŭs. *H.* Queīs coenāntĭbŭs ūnā, Fūndānī, pūlcrē fŭĕrĭt tĭbĭ. *H. v. conviva, convivium, epulor, prandium.*

coenŏbĭūm. *Coenŏbĭūm dĭcūnt* etc. Ma.

coenūm. SY. sōrdēs, lŭtūm. EP. crāssūm, tĕnāx, sōrdĭdūm, pălūstrĕ, īnfēctūm, ŏlēns, ŏlĭdūm, grăvĕŏlēns. PH. Seū coenō vĭrĭdāntĕ pălūs, seū nīgră rĕcēssū. Pēr vădă rēptābāt coenō sūbnīxă tĕnācī. *Cl.* Antĕ fŏrēs coenō sūs mērsă jăcēbāt ŏlēntī. *Pamph.* Nēquĭdquām coenō cŭpĭēnt ēvēllĕrĕ plāntām. *H.* Ŏdŏr coenī grăvĭs. *V.* In tĕnĕbrīs vōlvī coenŏquĕ. *Lr. v. lutum.*

cŏĕo. PH. Xērxĭs ĕt īmpĕrĭō bīnă cŏīssĕ vădă. *P.* Lēctă mănūs jŭvĕnūm cŏīrĕ cŭpīdĭnĕ laūdĭs. *O.* Cŏĕānt īn foedĕră dēxtraē. *V.* Dīc īn ămĭcĭtĭām cŏĕānt ĕt foedĕră jūngānt. *V.* Mălĕ sārtă Grātĭă nēquĭdquām cŏĭt. *H.* Plăcĭdīs cŏĕānt īmmītĭă. *H.* Cūm părĕ quaēquĕ sŭō cŏĕūnt vŏlŭcrēsquĕ fĕraēquĕ. *O.* Haēc pūgnaē făcĭēs: cŏĕūnt sĭnĕ mōrĕ, sĭne ārtĕ. *St.* Nēc cŏīrĕ părēs. *L.* Mūltōquĕ cŏĭtŭr Hūmānī gĕnĕrĭs mājōre īn proelĭă dāmnō. *L.* Prēmĭtŭr quūm frīgŏrĕ tērră cŏītquĕ. *Lr.* Gĕlĭdūsquĕ cŏĭt fōrmīdĭnĕ sānguĭs. *V.* Vūlnĕra ĕt ăd sānūm nūnc cŏīrĕ mĕă. *P.*

coepī. PH. Coepĭt quūm tālĭă vātēs. *V.* Nŏvām coepērĕ măpālĭbŭs ūrbĕm. *S.* Coēpīstī mĕlĭŭs, quām dēsĭnĭs. *O.* Dīmĭdĭūm făctī, quī coepĭt, hăbēt: pĕtĕ fīnĕm. *H.* Coeptaēquĕ pĕrēnnĕ Foedŭs ămīcĭtĭaē. *St. v. incipio.*

coeptūm. SY. aūsūm, cōnsĭlĭūm, ōrsūm, prŏpŏsĭtūm. PH. Dī coeptīs Adspīrātĕ mĕīs. *O.* Coeptīs īmmānĭbŭs ēffĕră Dīdō. *V.* Vānĭque īnsānĭă coeptī. *Va.* Nēc taedĭă coeptī Ūllă mĕī. *Va.* Mănŭs ūltĭmă coeptō Dēfŭĭt. *O.* Coeptă tĕnē. *O.* Dīffĕr tŭă coeptă. *O.* Quĭd strŭăt hīc coeptīs. *V.* Dīgnās īnsūmĭtĕ mēntēs *Coeptĭbŭs.* *St.*

cŏērcĕo. *Vīttă cŏērcŭĕrāt nēglēctōs ālbă căpīllōs.* O. SY. cōntĭnērĕ, rĕtĭnērĕ, cŏhĭbērĕ, rēprĭmĕrĕ, cōmprĭmĕrĕ, frēnārĕ. PH. Quōs tū nĭsĭ fūstĕ cŏērcēs. *H.* Nām mŏdŏ bēllă gĕrĭs, nūmĕrīs mŏdŏ vērbă cŏērcēs. *O.* Cārmĕn rĕprĕhēndĭtĕ, quod nōn Mūltă dĭēs ĕt mūltă lĭtūră cŏērcŭĭt. *H.* Invĭdă mē spătĭō nātūră cŏērcŭĭt ārctō. *O.* Sūpplĭcĭīs dēlĭctă cŏērcĕt. *H.* Stўx īntērfūsă cŏērcĕt. *V.* Aēnēĭă

vīrtūs Jūnōnēm vĕtĕrēs fīnīrĕ cŏērcŭīt īrās. *O.* Tērrāsquĕ cŏērcĕăt ŏmnēs. *O.* Grăvĭbūsquĕ *cŏērcĭtă* vīnclīs. *O.*

coetŭs. EP. laetŭs, vŭlgārĭs, nŭmĕrōsŭs, īnnŭmĕrŭs, cīrcŭmstāns, cīrcŭmvāllāns, tŭmŭltŭōsŭs, mŭltă crĕpāns, dēnsŭs. PH. Laetō cōmplērānt līttŏră coetū. *V.* Sŏcĭōs īn coētŭm līttŏre ăb ŏmnī Ādvŏcăt. Coētŭm Tȳrĭī cĕlĕbrātĕ făvēntēs. *V.* Coētŭquĕ sŏlūtō Dīs cēdūnt. *O. v. turba.*

cōgĭtātĭo. *Nām quāsdām vŏlŏ cōgĭtātĭōnēs.* C. SY. mēns, sēntēntĭă, cōnsĭlĭŭm. PH. Sŭă cuīquĕ quŭm sĭt ănĭmī cōgĭtātĭō. *Ph.* Quī lībĕră pŏssĕt Vērba ănĭmī prōfērrĕ. *I.* Cōgĭtātă prōlŏquī. *Te.* Bĕnĕ cōgĭtātă si ēxcĭdūnt, nōn ŏccĭdūnt. *Sy.* Bĕnĕ cōgĭtātă rēspĭcĭt dĕŭs. *Se.* Mōrōsā sĭnĕ cōgĭtātĭōnĕ. *St.*

cōgĭto. *Nōn tămĕn Aēnēām, quămvīs mălĕ cōgĭtĕt, ōdī.* O. SY. pŭtārĕ, rĕpŭtārĕ, vērsārĕ, ăgĭtārĕ, mĕdĭtārī. PH. ănĭmō, mēntĕ, pēctŏrĕ, cōrdĕ ăgĭtārĕ, ănĭmō vŏlūtārĕ, vērsārĕ, vŏlvĕrĕ, rĕvŏlvĕrĕ, īn mēntĕ, sŭb mēntĕ, sŭb pēctŏrĕ. Coecōsquĕ vŏlūtĕt Ēvēntūs ănĭmō sēcŭm. Tēcŭm prĭŭs ērgŏ vŏlūtă Haec ănĭmō. *V.* Sīc ĕquĭdēm dūcēbam ănĭmō rēbārquĕ fŭtūrŭm. *V.* Ōmnĭă praecēpi, ātquĕ ănĭmō mēcum āntĕ pĕrēgī. *V.* Pārtēs ănĭmŭm vērsābăt īn ŏmnēs. *V.* Ānĭmō nūnc hūc, nūnc flūctŭăt īllūc. *V.* Prōtĭnŭs ŏccūrrēnt fălsae pērjūrĭă līnguae. *O.* Sī cōmpōrtātīs bĕnĕ rēbŭs cōgĭtăt ŭtī. *H.* Cōgĭtăt ēt dŭbĭa ēst. *O.* Mēntēm mīsĭt ŭt ād mūrōs. *V.* Ōmnĭă sēcŭm Vērsāntī. *V.* Nēc vēnĭt īn mēntēm, quōrŭm cōnsēdĕrĭs ārvĭs? *V.* Mūltăquĕ dūră sŭō trīstī cŭm cōrdĕ pŭtābānt. *V.* Ānĭmŭm nūnc hūc cĕlĕrēm, nūnc dīvĭdĭt īllūc Īn pārtēsquĕ răpĭt văriās, pērque ōmnĭă vērsăt. *V.* Mūltă mŏvēre ănĭmō. *V.* Tăcĭtōs vŏlvūnt īn pēctŏrĕ quēstūs. *Lr.* Tālĭă dūm sēcŭm mŏvĕt ānxĭŭs. *Cl.* Dīvērsaēquĕ vŏcānt ănĭmum īn cōntrārĭă cūrae. *V.* Trŭtīnārĕ sēcŭm, rĕvŏlvĕrĕ, pērpēndĕrĕ, ēxĭgĕrĕ, rĕquīrĕrĕ, rĕpĕtĕrĕ. — *Meminisse suorum.* Sī mŏdŏ, quŭm dē mē cōgĭtăt, īllĕ vălĕt. *T.* Ănĭmō tē nŏctĕ vĭdēbăm. *O.* Vĭdŭămquĕ dŏmŭm gĕmĭtūsquĕ rĕlĭctae Cōgĭtăt; ŏccūltŭs sŭb cōrdĕ rĕnāscĭtŭr ārdŏr. *St.* Mūltă vĭrī vīrtūs ănĭmō mūltūsquĕ rĕcūrsăt Gēntĭs hŏnōs; haerēnt īnfīxī pēctŏrĕ vūltūs. *V.* Et mēntēm pătrĭae sŭbĭĭt pĭĕtātĭs ĭmāgō. *V.* Sīs mĕmŏr, ātque ănĭmō rĕpĕtās ēxēmplă tŭōrŭm. *V.* Et vĕtĕrīs Faunī vŏlvĭt sŭb pēctŏrĕ sōrtēm. *V.* Ānte ŏcŭlōs rēctŭm pĭĕtāsquĕ pŭdōrquĕ Cōnstĭtĕrānt. *O.* Sŭbĭĭt cārī gĕnĭtōrĭs ĭmāgō. Sŭbĭĭt dēsērtă Crĕūsă. *V.* Vēnātōr dēfēssă tŏrō quŭm mēmbră rĕpōnĭt, Mēns tămĕn ād sīlvās ēt sŭă lūstră rĕdĭt. — *Moliri.* Nōn tămĕn Aēnēām, quămvīs mălĕ cōgĭtĕt, ōdī. *O.* Quĭd cōgĭtĕt hūmĭdŭs aūstĕr, Sōl tĭbĭ sīgnă dăbĭt. *V.* Jam sŭspēndĭă saevă cōgĭtābās. *M.* Īllă dŏlōs dīrŭmquĕ nĕfās īn pēctŏrĕ vērsăt. *V.* Nām scĕlŭs īntră sē tăcĭtŭm quī cōgĭtăt ūllŭm, Fāctī crīmĕn hăbĕt. *I.* At Cȳthĕrēă nŏvās ārtēs, nŏvă pēctŏrĕ vērsăt Cōnsĭlĭă. *V.* Tālĭă flāmmātō sēcŭm dĕă cōrdĕ vŏlūtāns. *V.* — *Cogitabundi descr.* Haec ĕgŏ quŭm sūmtīs ăgĭtārĕm mēntĕ tăbēllīs. *O.* Hīc māgnŭs sĕdĕt Aēnēās, sēcŭmquĕ vŏlūtăt Ēvēntūs bēllī vărĭōs. *V.* Nōndŭmquĕ sŏlūtŭs Scīpĭō cūrārŭm lăquĕīs sŭprēmă vŏlūtăt Ēxcĭdĭa īnfāndae gēntĭs. *S.* Tēmpŭsquĕ lŏcŭmquĕ Atque ădĭtūs fōrmāmquĕ rĕī ēt dīscrīmĭnă sēcŭm Cūnctă sĭmŭl tăcĭtŭs vĭgĭlī sub mēntĕ mŏvēbăm. *V.* At pĭŭs Aēnēās pēr nŏctēm plūrĭmă vŏlvēns Nūnc hūc īngēntēs, nūnc īllūc pēctŏrĕ cūrās Vērsābăt. *V.* cf. *Pe.* 3, 80. *H.* S. 1, 9. *v. curo, meditor.*

cōgnātĭo. *Cāră dărēt sōlēmnĕ tĭbī cōgnātĭŏ mūnŭs.* M. SY. āffīnĭtās, cōnsāngŭĭnĭtās.

cōgnātŭs. *Cōgnātīquĕ pătrēs* etc. V. PH. Cōgnātō sānguĭnĕ jūnctŭs. *V.* Quēm jūnxĭt cōmmūnĕ gĕnŭs. *O.* Cōgnātōs īntĕr hŭmārĕ rŏgōs. *P.* Māgnō cōgnātŭs Īūlō. *S.* Cōgnātōrum ŏpĭbŭs cūrīsquĕ rĕfēctŭs. *H.* Quaesītŭm cōgnātā caedĕ crŭōrĕm. *Cl.* Pārvăquĕ cōgnātās prōhĭbēnt dīscrīmĭnă tērrās. *Cl.* Cōgnātă vŏcābŭlă rēbŭs. *H. v. affinis.*

cōgnĭtĭo. *Īntŏnĕt hōrrēndŭm, jām cōgnĭtĭōnĕ pĕrāctā.* J. SY. nōtĭtĭă, nōtĭo. EP. cērtă, vēră, dŭbĭă, fāllāx, clāră.

cōgnĭtŏr. *Quās ălĭquīs dūrō cōgnĭtŏr ōrĕ lĕgĭt.* O. PH. Sī cōgnĭtŏr īpsĕ. *H.* Cōgnĭtŏr ēst ūrbĭs. *Mn. v. judex.*

cōgnĭtŭs. — *lōngō cōgnĭtŭs ūsū.* O. SY. nōtŭs, āgnĭtŭs, spēctātŭs, pērcēptŭs. PH. Paēnĕ mĭhī pŭĕrō cōgnĭtĕ paēnĕ pŭĕr. *O.* Bĕnĕ cōgnĭtŭs ēnsĭs. *St.* Sēd măgĭs hōc, quō sūnt cōgnĭtĭōră, grăvānt. *O.* Tĭbi haec fŭīsse ŏt ēssĕ cōgnĭtīssĭmă. *C.*

cōgnōmĕn. *Drūsŭs īn hīs mĕrŭĭt quōndām cōgnōmĭnă tērrīs.* O. SY. cōgnōmēntŭm, āgnōmĕn. PH. Tārdō cōgnōmēn pīnguī dŏmŭs. *H.* Hēspĕrĭām Grāĭī cōgnōmĭnĕ dīcūnt. *V.* Cuī nūnc cōgnōmĕn Īūlō āddĭtŭr. *V.* Cōgnōmēntă dĭērŭm. *H. v. nomen.*

cōgnōmĭno. — *Mărĕ quōd māgnūs cōgnōmĭnăt Ātlās.* Ma. PH. Tārtēssŭs prĭŭs Cōgnōmĭnāta ēst. *Av.* Urbĕ cŭm cōgnōmĭnĕ. *Av.* Gaūdēt cōgnōmĭnĕ tērrā. *V.*

cōgnōsco. *Fēlīx, quī pŏtŭĭt rērŭm cōgnōscĕrĕ caūsās.* V. SY. nōscĕrĕ, īntēllĭgĕrĕ, pērcĭpĕrĕ, nōvī. PH. Rīsū cōgnōscĕrĕ mātrēm. *V.* Nōn lătŭĕrĕ dŏlī frātrēm. Sēd sī tāntŭs ămŏr, cāsūs cōgnōscĕrĕ nōstrōs. *V.* Nēc tām praēsēntēs ălĭbī cōgnōscĕrĕ dīvōs. *V.* Ecquĭd ăb īmprēssaē cōgnōscĭs ĭmāgĭnĕ gēmmaē? *O.* Quī tē cōgnōssēm bĕnĕ. *C.* Quōd tĭbĭ cōgnōsse īn mūltīs ĕrĭt ūtĭlĕ rēbŭs. *Lr. v. agnosco, cognitus.*

cōgo. *Cōgŏr ĕt ēxēmplīs tē sŭpĕrārĕ tŭīs.* P. SY. cōmpēllĕrĕ, īmpēllĕrĕ, ădĭgĕrĕ; cōngrĕgārĕ, cōnvŏcārĕ; ăccŭmŭlārĕ, cŏăcērvārĕ, cōllĭgĕrĕ. PH. Rēs dūra ēt rēgnī nŏvĭtās mē tālĭă cōgūnt Mōlīrī. Mŏrī mē dēnĭquĕ cōgēs. *V.* Nām mē rŏgăt ēt prĕcĕ cōgĭt. *H.* Aūdācēs cōgĭmŭr ēssĕ mĕtū. *O.* Nūllō cōgēntĕ săgĭttă Excĭdĭt. *V.* Tŏt ădīrĕ lăbōrēs Īmpŭlĕrĭt. Hīc tĭbĭ, nātĕ, prĭŭs vīnclīs căpĭēndŭs, ŭt ōmnēm Expĕdĭăt mōrbī caūssam, ēvēntūsquĕ sĕcūndĕt. Nām

sĭnĕ vī nōn ūllă dăbīt praecēptă, nĕque īllūm Ōrāndō flēctēs. — Būccĭnă cōgēbāt prīscōs ăd vērbă Quĭrītēs. *P.* Tītўrĕ, cōgĕ pĕcŭs. *V.* Ōmnēs ĕōdēm cōgĭmŭr. *H.* Cōgĕrĕ cōncĭlĭūm, cūm mūrōs ōbsĭdĕt hōstĭs. *V.*—*I. q. congrego.* Cōgĕre ŏvēs stăbŭlīs. *V.* Sŏcĭōs ăd lītŏră cōgānt. *V.* Stēllārum āgmĭnă cōgĭt Lūcĭfĕr. *O.* Aptăque ĭn āltērnōs cōgĕrĕ vērbă pĕdēs. *O.*—*I. q. adstringo.* Frīgŏrĕ mēllă Cōgĭt hўēms. *V.* — *Coactus.* Dīscūnt ŏcŭlī lăcrўmārĕ cŏāctī. *O.* Tōtāmquĕ sŭb ārmă cŏāctăm Hēspĕrĭām. *V.*

cŏhaerĕo. *Sic, ŭt quaēquĕ sōlō dēfīxă cŏhaēsĕrăt hārŭm.* O. SY. cŏhaerēscĕrĕ, haerērĕ, ădhaerērĕ, ădhaerēscĕrĕ, nēctī, ānnēctī, cōnnēctī, cōnjūngī, cōnvĕnīrĕ, cōngrŭĕrĕ. PH. Et tērrae īnfīxă cŏhaesĭt. *S.*

cŏhaerēs. — *sōlŭs mūltīsnĕ cŏhaērēs.* H. PH. Sī quĭs Fōrtĕ cŏhaērēdūm sĕnĭŏr mălĕ tūssĕrĭt. *H.*

cŏhĭbĕo. *Nōn pŏtŭĭt fōrtēs aūrō cŏhĭbērĕ lăcērtōs.* O. SY. ārcērĕ, tĕnērĕ, rĕtĭnērĕ, cōntĭnērĕ, rĕprĭmĕrĕ, cŏērcērĕ, cōmprĭmĕrĕ, cōmpēscĕrĕ, ĭnhĭbērĕ. PH. Mўrrhĕūm nōdō cŏhĭbērĕ crīnĕm. *H.* Cŏhĭbet spēlūncă lătĕbrīs. *V.* Frīgĭdă mē cŏhĭbēnt Eūxīnī lītŏră pōntī. *O.* O, cŏhĭbete īrās. *V.* In tăcĭtō cŏhĭbē gaūdĭă claūsă sĭnū. *P.* Ventī cŏhĭbēntŭr ĭn āntrīs. *V.* *v. claudo, freno.*

cŏhōrs. *Ūt saēpe īngēntī bēllō, cūm lōngă cŏhōrtēs.* V. SY. cătērvă, tūrmă, āgmĕn, phălānx, ēxērcĭtŭs, cŭnĕŭs, cōpĭae, ăcĭēs, mănŭs, lĕgĭo, mănīpŭlŭs. EP. nŭmĕrōsă, ārmĭgĕră, bēllātrīx, vălĭdă, ārmātă, ārmĭsŏnă, mĭnāx, clўpĕātă, scūtātă, fūnēstă, trĕmēndă, săgīttĭfĕră, fŭrĭātă, prōcēră, pīlātă, pīlīs ārmātă. PH. Ibăt ĭn aērātās nūllō tērrŏrĕ cŏhōrtēs. *St.* Phărētrĭgĕraē rĕfĕrūnt sŭă sīgnă cŏhōrtēs. Fŭrĭātă cŏhōrs aūsīsque ăccēnsă sŭpērbīs. *St.* Dūm lĭcĕt īn mĕdĭūm vălĭdās ārmārĕ cŏhōrtēs. — Et nŏvă fēbrĭūm Tērrīs īncŭbŭīt cŏhōrs. *H.* Quĭd stŭdĭōsă cŏhōrs ŏpĕrūm strŭĭt? *H.* Abstŭlĕrāt mūltās īllĕ cŏhōrtĭs ăvēs. *O.* *v. acies, agmen, caterva, chorus, turba.*

cŏhōrtŏr. *v. hortor.*

cŏīnquĭno, ās. *In vĭtĭūm vērsaē mŏnŭmēntă cŏīnquĭnăt ārtĭs.* Pr. *v. maculo.*

cŏĭtŭs. *v. concubitus.*

cŏlăphŭs. *Nōs cŏlăphum īncŭtĭmūs lāmbēntī crūstŭlă sērvō.* J. SY. ălăpă, īctŭs. EP. grăvĭs, dūrŭs, sŏnōrŭs, ăcērbŭs, vĭŏlēntŭs, vălĭdŭs. PH. Cŏlăphīs pērcŭtĕrĕ, vērbĕrārĕ, fĕrīrĕ. Cŏlăphōs īmpīngĕrĕ. Dūrĭōrī mănū pūlsārĕ gĕnās, ōs mănĭbŭs caēdĕrĕ. Vel cŏlăphīs pūlsārĕ căpŭt, vēl caēdĕrĕ pălmīs. Ōbjūrgāt pŭĕrūm cŏlăphīs. *v. alapa.*

Cōlchī. SY. Phrўxēī. EP. trŭcēs, saēvī, fĕrōcēs, ălgēntēs, īmpĭī, vĕnĕfĭcī.

Cōlchĭăcŭs, Cōlchĭcŭs *et* Cōlchŭs. *Cōlchīs Cōlchĭăcīs ŭrĭt ăhēnă fŏcīs.* P. *Pērvĕnĭt īn Cōlchās aūrĕă lānă dŏmōs.* O. *Illĕ vĕnēnă Cōlchĭcă trāctāvĭt.* H.

Cōlchĭs. *Vōs Cōlchĭdŏs hōspĭtĭs ōraē.* Va. EP. īmpĭă, vĕnēnōrūm fĕrāx. PH. Lōngĭs quaēsītām Cōlchĭdă vōtīs Cōntĭgĭmŭs. *Va. v. Medea.*

Cōlĭs *et* Cōlĭăs. — *Cōlĭdĭs ārcĭs.* *Av.*

cōlĭcŭlŭs *s.* caūl. *Crēdīs cōlĭcŭlīs ārbŏrĭbŭsquĕ mĕīs.* M.

cōllăbĕfăcĭo. — *cūm cōrpŏrĕ cōllăbĕfīūnt.* Lr. *Ēt vāstūm mōtū cōllăbĕfăctăt ŏnŭs.* O. *v. quatio.*

cōllābŏr. *Dīxĭt ĕt ēxsānguĭs cōllābĭtŭr, ăc vĕlŭt īpsūm.* P. SY. cōncĭdĕrĕ, lābī, rŭĕrĕ, cōrrŭĕrĕ, prōrŭĕrĕ. PH. Cērvīx cōllāpsă rĕcūmbĭt. *V.* Frūstrā fŭgĭēns cōllābĭtŭr. *O.* In mĭsĕraē cōllābĭtŭr ōră sŏrōrĭs. *Va.* Sŭbĭtō cōllāpsă dŏlōrĕ. *O.* Cōllāpsōs ēxcĭpĭt ārtŭs. *O.* Pōstquām cōllāpsī cĭnĕrēs. *V.* Cōllāpsăquĕ mēmbră Mārmŏrĕō rĕfĕrūnt thălămō. *V.* *v. cado, labor.*

cōllăctānĕŭs *et* cōllăctĕŭs. PH. Māmmām nūtrīcēm sōrtītŭs ĕāndem. Nūtrītŭs ĕōdem Ūbĕrĕ. Quī ĕădem ūbĕră sūgĭt.

cōllārĕ. *Saēvă lĭgānt, ĕt fērrātīs cōllārĭbŭs ārmānt.* Ma.

Cōllātĭă. — *cuī dĕdĕrāt clārūm Cōllātĭă nōmĕn.* O. PH. Altrīx cāstī Cōllātĭă Brūtī. *S.* Hōstĭs ŭt hōspĕs ĭnĭt pĕnĕtrālĭă Cōllātĭnă. *O.* F. 2, 787.

cōllātŭs. — *ădvērsās cōllātĭs cūrsĭbŭs hāstās.* Va. *v. confero.*

cōllaūdo. *v. laudo.*

cōllēgă. *Āt Nŏvĭŭs cōllēgă grădū pōst mē sĕdĕt ūnō.* H. SY. sŏcĭŭs mūnĕrĭs, ōffĭcĭī. PH. Cēnsōrīs mōrēs ĕtĭām cōllēgă tĭmērĕt. *I.*

cōllēgĭūm. *Āmbūbājārūm cōllēgĭă, phārmăcŏpōlaē.* H. SY. gўmnăsĭūm, schŏlă, cōnvēntŭs, pălaēstră, ăcădēmĭă. PH. Prīmŭs ĭn Aŏnĭdūm quī tē cōllēgĭă dūxī. *Au.* *v. chorus, coetus, gymnasium, schola.*

cōllĭbĕt. — *sī cōllĭbŭĭssĕt, ăb ŏvō.* H. *v. libet.*

cōllīdo. *Ānnŭlŭs ŭt fīăt, prīmō cōllīdĭtŭr aūrŭm.* O. SY. frāngĕrĕ, cōntĕrĕrĕ, āttĕrĕrĕ, cōnfrīngĕrĕ, prōtĕrĕrĕ, cōncŭssārĕ, cōncŭtĕrĕ, cōmmĭnŭĕrĕ, prōcūlcārĕ, cōncūlcārĕ. PH. Sī vērō căpŭt īncērtŭs cōllīsĕrĭt īctŭs. *H.* Graēcĭă bārbărĭaē lēntō cōllīsă dŭēllō. *H.*

cōllĭgo, ās. *Ānsăquĕ cōmprēssōs cōllĭgăt ārctă pĕdēs.* T. *v. vincio.*

cōllĭgō, ĭs. *Lūnă rĕvērtēntēs quūm prīmūm cōllĭgĭt īgnēs.* V. SY. cōgĕrĕ, āggrĕgārĕ, cōngrĕgārĕ, cōngĕrĕrĕ; lĕgĕrĕ, cārpĕrĕ, dēcērpĕrĕ; ārgūmēntārī, rătĭōcĭnārī, cōmpŭtārĕ, sē rĕfĭcĕrĕ. PH. Flōrēs mănū lĕgĕrĕ, cōndĕrĕ pōllĭcĕ, tĕnŭī ūnguĕ dēcērpĕrĕ, cārpĕrĕ, mĕtĕrĕ. Pōmă mănū dēcērpĕrĕ, ăb ārbŏrĕ rĕvēllĕrĕ, dētrăhĕrĕ. Cōllēctaē dē vītĭbŭs ūvaē. *O.* Jŭvātquĕ nŏvōs dēcērpĕrĕ flōrēs. *v. carpo, lego.* Dē tĕpĭdīs cōllĭgĭt ōssă rŏgīs. *O.* Flūmĭnă cōllēctīs mūltĭplĭcāntŭr ăquīs. *O.* Spārsōs pēr cōllă căpĭllōs Cōllĭgĭt īn nōdūm. *O.* Cōllēctās ŭtcūnquĕ sĭne ōrdĭnĕ jūnxī. *O.* Nē plŭvĭām nōx cōllĭgăt āntĕ, vĕrēmŭr. *V.* Dŏlŏr rābĭēm cōllēgĕrāt ōmnĕm. *O.* Irām Cōllĭgĭt ăc pōnĭt tĕmĕrĕ. *H.* Ubĭ quārtă sĭtĭm cōllēgĕrĭt hōră. *V.* Cōllĭgĕre ārmă jŭbĕt. *V.* Et sē cōllēgĭt

ĭn ārmă. *V.* Mēntēm cōllēgĭt ăb aestū. *O.* Vīrēs sĭbĭ cōllĭgĭt ūsū. *O.* Lătīnōs Cōllēgīssĕ grădūm vĭdĕt. *S.* Sīc cōllĭgĕ mēcūm. *H.*

cōllĭno. — *pŏsĭtīs sŭă cōllĭnĕt ōră vĕnēnīs.* O. PH. Crīnēs pūlvĕrĕ cōllĭnēs. *H. v. lino.*

Cōllīnŭs. *Est prŏpĕ Cōllīnăm tēmplūm vĕnĕrābĭlĕ pōrtăm. O.*

cōllĭquĕfăcĭo. *Cōllĭquĕfāctă vŏrāns* etc. Pr.

cōllĭs. SY. mōns, jŭgūm, clīvūs, ăpĕx, vērtĕx. EP. ăpērtūs, sŭpīnūs, pătŭlūs, ūmbrōsūs, cēlsūs, spătĭōsūs, dūmōsūs, vĭrĭdĭs, frīgĭdūs, hērbĭfĕr, foecūndūs, flōrĭfĕr, vĭrĭdāns, ăprīcūs, vērnūs, scŏpŭlōsūs, frōndōsūs, ābrūptūs, ācclīvĭs, flōrēns, vĭrēns, tŭmĭdūs, āĕrĭūs, frūgĭfĕr, prōmĭnēns, sūrgēns, īncūltūs, cūrvūs, ēdĭtūs, lătĕbrōsūs, nĕmŏrōsūs, vītĭfĕr, cēdrĭfĕr, mălīgnūs, *i. e.* sterilis. PH. Frōndōsō vērtĭcĕ cōllēs. *V.* Cōllĕ sūb ūmbrōsō. Flōrĭfĕrī cōllēs pīctăquĕ prātă vĭrēnt. Grātă cŏlōrātīs spēctācŭlă cōllĭbūs ōffērt. Bācchūs ămăt cōllēs. *V.* Mōllĭtĕr āssūrgēns cōllĭs. *Col.* Ūndĭquĕ cōllēs Inclūsērĕ căvī. *V.* Cōllĭbūs ūndĭquĕ cūrvīs Cīngēbānt sĭlvaē. *V.* Prōmĭnĕt īn pōntūm cŭnĕātūs ăcūmĭnĕ cōllĭs. *O.* Cūrvātă tŭmōrĕ Pārvō plānĭtĭēs, ēt mōllĭbūs ēdĭtă clīvīs Crēvĕrăt īn cōllēm. *Cl.* Sīn tŭmŭlīs ācclīvĕ sōlūm cōllēsquĕ sŭpīnī. *V.* Flūmĭnă sūbsīdūnt, cōllēs ēxīrĕ vĭdēntŭr. *O.* Cōllĕ tŭmēt mŏdĭcō lēnīque ēxcrēvĭt ĭn āltūm Pīnguĕ sŏlūm tŭmŭlō. *L.* Tēllūs tūnc ārdŭă cēlsōs Cōntĭnŭăt cōllēs. *V.* Quā sē sūbdūcĕrĕ cōllēs Incĭpĭūnt. *V. v. clivus, mons.*

cōllŏco. *Cōllŏcăt īpsă prŏcŭl nĕbŭlīs* etc. V. SY. pōnĕrĕ, stătŭĕrĕ, cōmpōnĕrĕ, dēpōnĕrĕ, cōnfērrĕ, īn mātrĭmōnĭūm dărĕ, nūptūī dărĕ, dōtēm īmpēndĕrĕ. PH. Mălĕ cōllŏcārĕ sī vŏlēs bŏnās hōrās. *M.* Optāt sūprēmō cōllŏcārĕ Sīsyphūs In mōntĕ Săxūm. *H. v. pono.*

cōllŏquĭūm. *Cōllŏquĭī nōbīs sēntĭĕt ēssĕ vĭcēs.* O. SY. āllŏquĭūm, sērmo, cōngrēssūs, dĭălŏgūs, cōnfābŭlātĭo. EP. mītĕ, blāndūm, dūlcĕ, grātūm, jūcūndūm, bĕnīgnūm, ōptātūm, hŏnēstūm, mūtŭūm, dōctūm, ămīcūm, ămīcābĭlĕ, lībĕrālĕ, īllībĕrālĕ, ōbscēnūm. PH. Hāc vĭcĕ sērmōnūm. *V.* Hās īntĕr vōcēs, mĕdĭa īntĕr tālĭă vērbă. *V.* Cōllŏquĭō jām tēmpūs ădēst. *O.* Frŭītūrquĕ dĕōrūm Cōllŏquĭō. *V.* Nē quĭs Cōllŏquĭī nōbīs sēntĭăt ēssĕ vĭcēs. *O.* Lēnīrĕ dŏlōrēs Cōllŏquĭīs īmpūnĕ lĭcĕt. *Cl. v. colloquor, sermo.*

cōllŏquŏr. SY. āllŏquī, āffārī, cōmpēllārĕ. PH. Aūdīrĕ ēt rēddĕrĕ vōcēs. *V.* Vărĭō nōctēm sērmōnĕ trăhēbānt. *V.* Lĭcĭtō tāndēm sērmōnĕ frŭūntŭr. *V.* Mūlta īntĕr sēsē vărĭō sērmōnĕ sĕrēbānt. *V.* Tālĭbūs īntĕr sē dīctīs ād tēctă sŭbĭbānt. *V.* Vărĭōquĕ vĭām sērmōnĕ lĕvābant. *V.* Lōngīs prōdūcĕrĕ nōctēm Īnchŏăt āllŏquĭīs. *L.* Tālĭbūs ātque ălĭīs nōctēm sērmōnĭbūs īllăm Īnsōmnēm trāxērĕ. *V.* Īntĕrĕā mĕdĭōs fāllūnt sērmōnĭbūs hōrās. *O.* Tālĭbūs ātque ălĭīs lōngūm sērmōnĭbūs īllī Implēvērĕ dĭēm. *O.* Vīrtūsquĕ lŏquēndī Mātĕrĭa ēst. *O.* Haec ătque hīs pārĭa āltērnō sērmōnĕ sĕrēbānt. *S.* Mūtŭă nōstrīs Dīctă rĕfērs. *O.* Tālĭă fātūs ĕrăt, quūm coepĭt tālĭă vātēs. *V.* Dīxĕrăt, ēt dīctīs īllum ēst sīc vōcĕ sĕcūtūs. *V.* Sīc Vĕnūs; ăt Vĕnĕrīs cōntrā sīc fīlĭūs ōrsūs. *V.* Sōllĭcĭtānt lēnēm mōllī sērmōnĕ Lyaeūm. *L. v. alloquor, colloquium, loquor.*

cōllūcĕo. *Moenĭă cōllūcēnt flāmmīs* etc. V. *v. luceo.*

cōllūdo. *Aūt sūmmā nāntēs īn ăquā cōllūdĕrĕ plūmās.* V. PH. Gaūdēt părĭbūs cōllūdĕrĕ. *H. v. ludo.*

cōllūm. SY. cērvīx. EP. nĭvĕūm, ĕbūrnūm, cāndĭdūm, ārgēntĕūm, tĕnĕrūm, fōrmōsūm, lāctĕūm, vĕnūstūm, cāndēns, ālbūm, pūlchrūm, tŭmĭdūm, cŏlūmbīnūm, tĕrēs, nĭvālĕ. PH. Laevā mārcēntĭă cōllă Sūstēntāns. *St.* Cōllă tĕgēntĕ cŏmā. *V.* Fērrōquĕ sĕcāt pēndēntĭă cōllă. *V.* Fōrmōsōquĕ mĭcānt bāccātă mŏnīlĭă cōllō. Lāctĕă gēmmātō rĕdĭmūntūr cōllă mŏnīlī. Pēndēbānt tĕrĕtī gēmmātă mŏnīlĭă cōllō. Cōllō trăhēntēs lānguĭdō. *H.* Ille ŭbĭ cōmplēxu Aēnēaē cōllōquĕ pĕpēndĭt. *V.* Lāctĕă cōllă Aūro īnnēctūntŭr. *V.* Tōtquĕ dĕdīssĕ dŭcēs cāptīvīs āddĭtă cōllīs Vīncŭlă. *O.* Cōllăquĕ jāctāvĭt crīnēmquĕ pĕr āĕră mōvĭt. *O.* — *Animalium.* EP. hīrtūm, hīspĭdūm, hōrrēns, vălĭdūm, dūrūm, fōrtĕ, rōbūstūm; fēssūm, trītūm, lānguĭdūm; dŏcĭlĕ, īndŏcĭlĕ, rĕbēllĕ. PH. Attōllēntem īrās ēt caerŭlă cōllă tŭmēntēm. *V.* Ubĭ lībĕră cōllă sērvĭtĭo āssuērīnt. Mōllī fĕrĕt ēssĕdă cōllō. *V.* Fōrtĭă trītō Vīncŭlă cōllō. *St.* Dūrō lībĕră cōllă jŭgō. *Cl.* Et jām tēmpūs, ĕquō fūmāntĭă Sōlvĕrĕ cōllă. — *Trop.* Indĭă quīn, Aūgūstĕ, tŭō dăt cōllă trĭūmphō. *P.* Erĭpĕ tūrpī Cōllă jŭgō. *H.* Lāssōquĕ păpāvĕră cōllō Dēmīsērĕ căpŭt. *V.* Cūrtō vĕtūs āmphŏră cōllō. *P.* Lăgēnaē cōllūm lāmbĕrĕ. *Ph.* Pārnāssī frōndĕă cōllă. *St. v. cervix.*

cōllūstro. SY. lūstrārĕ. PH. Ōmnĭă cōllūstrāns, hānc prīmum ăd lītŏră clāssēm Cōnspēxī. *V. v. circumspicio, illustro.*

cōllŭvĭēs. *Cōllŭvĭēs īmmōtă jăcēt* etc. L. SY. cōllŭvĭo, ēlŭvĭēs, dīlŭvĭum. EP. sōrdĭdă, foetĭdă, coenōsă, pūtrĭdă, foedă, tūrpĭs, foetēns.

cōllyrĭă. — *nĭgră mĕīs cōllyrĭă līppūs.* H.

cōlo, ās. *Et cōlārĕ văgōs* etc. Mn.

cŏlo, ĭs. *Cūră pĭī Dīs sūnt, ēt quī cŏlŭērĕ, cŏlūntŭr.* O. SY. īncŏlĕrĕ, hăbĭtārĕ; vĕnĕrārī, hŏnōrārĕ, ădōrārĕ; īncūmbĕrĕ īn ălĭquĭd. PH. Tēmpūs, īndūstrĭām cōllŏcārĕ, īmpēndĕrĕ. Laūdāto īngēntĭă rūră, Exĭgŭūm cŏlĭtō. *V.* Tērră prŏcŭl vāstīs cŏlĭtŭr Māvōrtĭă cāmpīs. *V.* Utĭnām cōntīngĕrĕ pōssĕt Hīc sāltēm prŏfŭgō glēbă cŏlēndă mĭhī. *O.* — Et pătrĭās ārtēs mīlĭtĭāmquĕ cŏlānt. *O.* Vēnāndī stŭdĭūm cŏlĕ. — Tēmplūm mīrō quŏd hŏnōrĕ cŏlēbānt. *V.* Fŏcōs vīrgĭnĭtātĕ cŏlūnt. O. Nūnc dĕă līnĭgĕrā cŏlĭtŭr cĕlĕbērrĭmă tūrbā. *O.* Aūrum ōmnēs vīctā jām pĭĕtātĕ cŏlūnt. — Hōc ēst, cūr nōstrōs ārs cŏlăt īstă dĭēs. *O.* Caesă sŭĭ fēstă cŏlēbānt. *O.* Rītĕ cŏlūnt mātrēs săcră. *O.* Sīnĕ lēgĕ fĭdēm rēctūmquĕ cŏlēbānt. *O.*

Ingenuas pectus coluisse per artes Cura sit. *O. v. adoro.*

colocasia. *Mistaque ridenti colocasia fundet acantho.* V.

colon. — *nunquam colo ligari.* Te. M.

colonia. *Vellet Alexandri si quarta colonia poni.* Au. SY. terra habitata colonis.

colonus. *Dura lacertosi fodiebant arva coloni.* O. SY. agricola, arator, rusticus, agrestis, villicus, cultor agri. PH. Annua sollicitis consumunt vota coloni. Pervigilans lustrat sua rura colonus. Qui face Dardanios ferroque sequare colonos? *V.* Dicitur urbem Acrisioneis Danae fundasse colonis. *V.* — Rus breve cum duro parca colona viro. *O.* Et condit lectas parca colona nuces. *O. v. agricola.*

Colophon. *Smyrna quid et Colophon?* etc. H. *Et placidi Colophona maris* etc. L. Quae *Colophoniaco* Scyllae dicuntur Homero. *V.* Pater huic *Colophonius* Idmon. *O.*

color. *Jam color unus inest rebus, tenebrisque teguntur. O. — Rebus nox abstulit atra colorem.* V. EP. gratus, vivus, splendens, lucidus, pulcher, nitens, varius, micans, coruscans, rutilans, viridis, ruber, rubeus, rubicundus, purpureus, roseus, niger, ater, piceus, fuscus, obscurus, flavus, croceus, luteus, aureus, albus, candidus, niveus, lacteus, olorinus, caeruleus, violaceus. PH. Quoniam nequeunt sine luce colores Esse. *Lr.* Faciemque caput sumitque colorem. *O.* Continuo est aegris alius color. *V.* Quisquis erit vitae color. *H.* Omnis Aristippum decuit color et status et res. *H.* Descriptas servare vices operumque labores. *H.* — Novis rubent prata coloribus. *V.* Hic saxo, liquidis ille coloribus Solers nunc hominem ponere, nunc deum. *H.* Puppis picta coloribus. *O.* Fugerat ora color. *O.* Color ora relinquit. *V.* Oculos pascit color. *Lr.* Insignis vario splendore colorum. Varii radiis distincta coloris. Variis decorata coloribus. Aspice, lacteolo blanditur ut illa colore. Atque erat in niveo pulchra colore coma. Cerva fuit raro terris spectata colore. O formose puer, nimium ne crede colori. *V.*

coloro. *Quas Aurora suis rubra colorat equis.* P. SY. pingere. PH. Colorem dare, conferre, inducere colore, coloribus distinguere, ornare, decorare, pingere, tingere. Usque coloratis omnis devexus ab Indis. *V.* Seres colorati. *O. v. niger.*

colossus. *Quae super imposito moles gemmata colosso.* St. EP. marmoreus, grandis, sidereus, sublimis, altus, ingens, stupendus, celsus, excelsus, immanis, procerus, enormis, vastus, horrendus, arduus, clarus, editus, mirandus, summus, ahenus. PH. Moles procera colossi Miri. radiata colossi Moles. Coepit et in grandes marmor formare colossos. Hic ubi sidereus propius videt astra Colossus. *M.* Descr. *St.* S. 1, 3, 51. *Au.* id. 11, 70. *M.* 8, 44. Spect. 2, 1.

coluber; colubra. — *assuetus coluber succedere tecto.* V. *Candida venit avis, longis invisa colubris.* O. SY. serpens, anguis, draco, hydra, hydrus, vipera, aspis. EP. longus, tumidus, lubricus, hirtus, noxius, venenatus, terrificus, saevus, coeruleus, Medusaeus, squamosus, tortus, ater, dirus, letifer, sinuatus, mordens, maculosus, tortilis, Gorgoneus, niger, venenosus, flexilis, immanis, caecus, latens, tristis, Libycus, trux, frigidus. PH. Pestis acerba boum. *V.* Utque salire solet mutilatae cauda colubrae. Niveisque frequens Sinuessa colubris. *O.* Longae cognata colubrae Anguilla. *I.* Descr. *V.* G. 3, 418. A. 2, 471 sqq. *v. serpens.*

colum. *Colaque praelorum fumosis deripe tectis.* V.

columbus *et* ba. — *timidissima turba, columbae.* O. SY. palumbes. EP. mollis, imbellis, aeria, blanda, timida, torquata, tenera, Dodonaea, nivea, lactea, mitis, alba, pulchra, simplex, celer, trepida, calida, Cytherea, Idalia, pavida, Paphia, Dionaea, Chaonia, rauca, vaga, velox, vagabunda, praepes, Cypria, mansueta. PH. Avis Dionaea, volucris Veneri dilecta. Veneris cura. Expers fellis avis, Chaonis ales. Accipitrem metuens trepidantibus alis. Quas odium nullum, nec felleus inquinat ardor. *Lr.* Murmur apricantes nivea dant turre columbae. *Pol.* Expandunt alas et amicam blanda rogantes Oscula circumeunt, insertantque oribus ora. Quum tempestate repente Urgenti coeco misceri murmure caelum Incipit, et nigrae cinxerunt aethera nubes; Continuo linquunt arva undique, et ardua pennis Tecta petunt, celeresque cavis se turribus abdunt. Ubi mites aquilam videre columbae. Quarum blanditias verbaque murmur habet. *O.* Praecipites atra ceu tempestate columbae Condensae. *V.* Terretur minimo pennae stridore columbae. *V.* Spelunca subito commota columba, Cui domus et dulces latebroso in pumice nati. Utque columba, suo madefactis sanguine plumis, Horret adhuc avidosque timet, quibus haeserat, ungues. *O.* Adspicis, ut veniant ad candida tecta columbae. *O.* Oscula dat cupido blanda columba mari. *O.* Alba Palaestino sancta columba Syro. *T.* Imbelles non progenerant aquilam columbae. *H.* Annuimus pariter vetuli notique columbi. *H.* Ut albulus columbulus. *C.* *Columbino* limum bene colligit ovo. *H.* Columbulatum labra conserens labris. *C. M.* ap. Gell. cf. *M.* 12, 66, 7. 11, 105, 9. *v. accipiter, palumbis.*

columen. *Tu columen vitae praesidiumque meae.* O. SY. tutela, defensio, tutamen, fultura, fulcrum, pila. PH. Grande decus columenque rerum. *H.* Inclinata recumbit In te tota domus. *V. v. auxilium, praesidium.*

columna. *Regia solis erat, sublimibus alta columnis.* O. SY. fulcrum, columen, pila. EP. ferrea, sublimis, celsa, excelsa, ferrata, valida, solida, firma, nitida, fulgida, immanis, pulchra, marmorea, aurata, longa, ardua, elata, erecta, perennis, aeterna, superba, magnifica, supposita, lapidea, rigida,

pictūrātă, aērĕă, tĕrēs, Poēnă. PH. Surgentēs aērĕ cŏlumnae. Tēctūm sūblīmĕ cŏlūmnīs. *V.* Vāstīs īnnīxă cŏlūmnīs Tēmplă. *O.* Ordŏ cŏlūmnārūm gĕmĭnūs lăquĕārĭă tēctī sūstĭnĕt, aūrātīs sūppŏsĭtūs trăbĭbūs. *Pr.* Immānēsquĕ cŏlūmnās Rūpĭbūs ēxcīdūnt. *V.* Cēntēnīs īncūmbūnt tēctă cŏlūmnīs. *M.* Tēmplum ĕrăt aūrātīs centūm sūblīmĕ cŏlūmnīs. Tēr cēntūm fūltă, īnnīxă cŏlūmnīs ātrĭă. *Cl.* Cēlsīs sūggēstă thĕātră cŏlūmnīs. *St.* Părĭīsquĕ nĭtēt quā fūltă cŏlūmnīs Pōrtĭcūs. — Nāvālī sūrgēntēs aērĕ cŏlūmnae. *V. v. Rostra.* — *Herculis. v. Calpe, Gades.*

cŏlūmnārĭs. *Lūcĕ cŏlūmnārī scīndēns ēxērcĭtūs ōlĭm.* Pr.

cŏlūrnūs. — *vĕrūbūs tōrrēbĭmŭs ēxtă cŏlūrnīs.* V.

cŏlūs. *Ēt cŏlūs, ēt fūsūs dĭgĭtīs cĕcĭdērĕ rĕmīssīs.* O. EP. fēmĭnĕă, frăgĭlĭs, īmbēllĭs, lānĭgĕră, Lȳdă, Pāllădĭă, ēxĭlĭs, lĕvĭs, lōngă, mŭlĭĕbrĭs, tĕrēs, plēnă, rŏtūndă. PH. Nōn īllă cŏlō călăthīsvĕ Mĭnērvae Āssuētă. *V.* Īdem ĕgŏ Sīdŏnĭā fēcī sērvīlĭă pāllā Ŏffĭcĭă, ēt Lȳdā pēnsă dĭūrnă cŏlō. *P.* Plēnās ēxŏnĕrātĕ cŏlōs. *O.* Extrēmā jām fīlă cŏlō. *St. v. neo.*

cōmă. *Cōmūntūr nōstrae, mātrĕ jŭbēntĕ, cŏmae.* O. SY. caesărĭēs, căpīllī, crīnēs, cĭncīnnī. EP. ūnctă, nĭtĭdă, prōlīxă, flāvēns, dīffūsă, dīvĭdŭă, fōrmōsă, ŏdōrātă, ōrnātă, āmbrŏsĭă, mōllĭs, dĕcōră, flēxĭlĭs, flāvă, pēxă, splēndĭdă, tĕnĕră, cūltă, ŏdōră, ēffūsă, hīrsūtă, aūrĕă, flŭēns, cānă, flēxă, tōrtă, pēndŭlă, rŭtĭlă, aūrātă, pūlchră, cōmtă, rĕpēxă, lōngă, prōmīssă, īnsīgnĭs, mȳrrhĕă, laūdātă, aūrĭcŏlŏr. PH. Cāndĭdă dīvĭdŭā cōllă tĕgēntĕ cŏmā. Pēxăque Ŏrōntēō frāgrĕt ŏdōrĕ cŏmă. Aūrātīs lūcērĕ cŏmīs. Ĕrăt īn nĭvĕō pūlchră cŏlōrĕ cŏmă. Pāllās hăbēt rŭtĭlām căssĭdĕ tēctă cŏmām. Fōrmōsae pĕrĭērĕ cŏmae, quās vēllĕt Āpōllō. *O.* Omnĭbūs īn mōrēm tōnsā cŏmă prēssă cŏrōnă. *V.* Lībĕră nōdō. *S.* Laēvīs pēctĭnĕ. *O. v. capilli, crinis, juba.* — *Arborum.* Ārbŏrĕās mūlcĕăt aūră cŏmās. *O.* Păpāvĕrĕās sūbsĕcăt ūnguĕ cŏmās. *O.* Arbŏrĭbūsquĕ cŏmae rĕdĕūnt. *H.* Et trĕmĕfāctă cŏmām cōncūssō vērtĭcĕ nūtăt. *V.* Cŏmām tōndēbăt ăcānthī. *V.* Tēllūrīsquĕ cŏmās săcrīs āptātĕ cănīstrīs. *Col. v. frons.*

cŏmāns *et* cŏmātūs. *v. como, as.*

Cŏmānūs. — *lăcĕrăt Bēllōnă Cŏmānōs.* Va.

cōmbĭbo. *Ī prĕcŏr, ēt tōtōs ăvĭdā cŭtĕ cōmbĭbĕ sōlēs.* M. SY. bĭbĕrĕ, ēbĭbĕrĕ, haūrīrĕ. PH. Lăcrȳmās cōmbĭbăt hērbă mĕās. *O.* Ēt cōgŏr lăcrȳmās cōmbĭbĕre īpsă mĕās. *O.* Cōmbĭbĭt ōs măcŭlās. *O.* Ară crŭōrēm Cōmbĭbĕrăt. *O.* Ūt ātrūm Cŏrpŏrĕ cōmbĭbĕrĕt vēnēnūm. *H.* Cōmbĭbăt īllāpsōs dūctŏr pēr vīscĕră lūxūs. *S.*

cōmbĭbo, ōnĭs. *Frĕquēns ĕdōnūm tūrbă cōmbĭbōnūmquĕ.* M. SY. mēnsae, caūpōnae sŏcĭūs, cŏmĕs, cōmpōtŏr.

cōmbūro. *Tūrbĭnĕ vēntōrūm cōmbūrēns īmpĕtĕ măgnō.* Lr. PH. Fūmō cōmbūrī nīl pŏtēst, flāmmā pŏtēst. *Pl.* Rōscĭdă cōmbūstō mădĕfēcĭt flāmmă cămīnō. *Sid. v. incendo, uro.*

cŏmĕdo, ĭs. *Ūt lĭbĕt: haēc hŏdĭē pōrcīs cŏmĕdēndă rĕlīnquēs.* H. SY. ĕdĕrĕ, pāscī, mūndūcārĕ, māndĕrĕ. PH. Quūm dē fĕnēstrā cōrvūs rāptūm cāsĕūm Cŏmēssĕ vēllĕt. *Ph.* O. quānta ēst gŭlă, cēntĭēs cŏmēssĕ. *M.* Dē nōbĭlĭtātĕ cŏmēsă. *I.* Ocŭlīsquĕ cŏmēdĭt. *M. v. consumere.*

cŏmĕs. *Tū tĭbĭ dūx cŏmĭtī, tū cŏmĕs īpsă dŭcī.* O. SY. cŏmĭtāns, cŏmĭtātūs, sŏcĭūs, sŏcĭālĭs, āssĕclă, sŏdālĭs. EP. fīdūs, fĭdēlĭs. PH. Cūlpām poēnă prĕmĭt cŏmĕs. *H.* Et cŏmĕs īn nōstrās ŏffĭcĭōsă vĭās. *O.* Armă dĕōsquĕ părānt cŏmĭtēs. *V.* Sŏcĭīsquĕ cŏmēs dīscōrdĭă rēgnīs. *St.* Hāstă cŏmēs dīctīs. *S.* Cŏmĭtēm sŏcĭūmquĕ dŏlōrĭs. *St.* Et cīrcūm lēctae cŏmĭtēs. *V.* Sūm cŏmĕs īpsĕ tŭūs. *V.* Rērūm nōs sūmmă sĕquētŭr Impĕrĭūmquĕ cŏmĕs. *L.* Et cŏmĭtēm lōngae quaērĭs hăbērĕ vĭaē. *M.* Et cŏmĭtēm cāsūs cōmplēctŏr īn ōmnēs. *V.* Cŏmēs fōrmīdĭnĭs aūră. *Lr. v. comitor, famulus, sodalis.*

cŏmētă *vel* tēs. *Dīrī tŏtĭēs ārsērĕ cŏmētae.* V. — *Dīxērūnt bēllī mălă sīgnă cŏmētēn.* SY. stēllă crīnītă. EP. dīrūs, crīnītūs, sānguĭnĕūs, cāndĭdūs, fātālĭs, praecēps, trīstĭs, fūlgēns, flāmmāns, lūcēns, īnfēlīx, hōrrĭfĭcūs, rŭbĭcūndūs, īgnĭfĕr, clārūs, rŭbēscēns, īgnītūs, hōrrēndūs, fūnēstūs, mĭnāx, saēvūs, crŭēntūs, flāmmĕūs, īgnĕūs, mĕtŭēndūs, vĕrēndūs, īnfaūstūs, pēstĭfĕr, sĭnīstĕr, ēxĭtĭōsūs, pērnĭcĭōsūs, căpīllātūs, ēxĭtĭālĭs, praēnūntĭūs. PH. Fāx dīră cŏmētae. Cōnscĭŭs īngēntĭs dāmnī. Fātālēs ād rēgnă īnjūstă cŏmētae. *Va.* Crīnēmquĕ vŏlāntĭă dūcūnt Sīdĕră. Nūnquām tērrĭs spēctātum īmpūnĕ cŏmētēn. *Cl.* Stēllă făcēm dūcēns. *V.* Rŭbēscēntēs fātālī crīnĕ cŏmētae. *Cl.* Nōn ūnūs crīnĕ cŏrūscō Rēgnōrum ēvērsŏr rŭbŭīt lētālĕ cŏmētēs. *S.* Fĕrālĕ cŏrūscāns. Trīstĕ mĭcāns. Oblīquās pĕr ĭnānĕ făcēs, crīnēmquĕ trĕmēndī Sīdĕrĭs ēt tērrīs mūtāntēm rēgnă cŏmētēn. *L.* Līquĭdā sī quāndō nōctĕ cŏmētae Sānguĭnĕī lūgūbrĕ rŭbēnt. *V.* Flāmmĭgĕrūmquĕ trăhēns spătĭōsō līmĭtĕ crīnēm. *V.* Praēcēps sānguĭnĕō dēlābĭtŭr īgnĕ cŏmētēs, Prōdĭgĭālĕ rŭbēns. *Cl.* Bēllī mōtūs, aūt fūnĕră rēgum Pōrtēndūnt. *Vid.* Mūtāns, tūrbāns rēgnă Vĭdĭmūs coēlō jŭbăr Ārdēns cŏmētae pāndĕre īnfēstām făcēm. *Se.* Descr. *Mn.* 1, 811 sqq. *Cl.* cons. M. Theod. 112. *S.* 8, 639. 1, 461.

cōmĭcūs. *Vērsĭbŭs ēxpōnī trăgĭcīs rēs cōmĭcă nōn vūlt.* H.

Cŏmĭnĭūs. *Sī, Cŏmĭnī, pŏpŭlī* etc. C.

cōmĭnūs. *Cōmĭnūs ēnsĕ fĕrīt, jăcūlō cădĭt ēmĭnūs īpsĕ.* O. SY. prŏpĕ, prŏpĭūs, haūd prŏcūl. PH. In āprōs Aūdĕt ēt hīrsūtās cōmĭnūs īrĕ lĕās. *O.*

cōmĭs. *Hīc tĭbĭ cōmĭs ēt ūrbānūs lībērquĕ vĭdētŭr* H. SY. hūmānūs, cōmmŏdūs, făcĭlĭs, bĕnīgnūs, ūrbānūs, blāndūs, mānsuētūs,

mītĭs, lēnĭs, plăcĭdŭs. PH. Aspĕrĭtātĕ cărens pŏsĭtōquĕ pĕr ōmnĭă fāstū, Īntĕr ĕt aequālēs ūnŭs nŭmĕrārĭs ămīcōs. *Cl.* Tāntăque ĭn Aŭgŭsto ēst clēmēntĭă: sī quĭs ăb īllō Haec pĕtĕrēt prō mē, fŏrsĭtăn īllĕ dărĕt. Caesărĕ nīl īngēns mītĭŭs ōrbĭs hăbĕt. Sēd pĭgĕr ăd poenās Prīncēps, ād praemĭă vēlōx; Quīquĕ dŏlĕt, quŏtĭēs cōgĭtŭr ēssĕ fĕrōx. Quī vīncĭt sēmpĕr, vĭctīs ŭt pārcĕrĕ pōssĭt. Tămĕn īllĕ prĕcāntī Mītĭs, ĕt āffātū bŏnŭs, ēt pătĭēntĭŏr aequī. Lēnēm tē mĭsĕrīs gĕnŭīt nātūră, nĕc ūllī Mītĭŭs īngĕnĭūm, quām tĭbĭ, Brūtĕ, dĕdĭt. Făcĭlĭs vūltūquĕ sĕrēnŭs. *v. clemens, mitis.*

cōmīssātĭo. ***Nōn Ālbānă mĭhī fĭt cōmīssātĭŏ tāntī.*** M. *v. epulae.*

cōmīssātŏr. — ***Nēc cōmīssātŏr hăbērī.*** M. *v. gulosus.*

cōmīssŏr. ***Cōmīssābĕrĕ, Māxĭmĕ.*** (glyc.) H. *v. convivor, epulor.*

cōmĭtās. ***Quĭētĕ Nērvās, cōmĭtātĕ Drūsōnēs.*** (Scaz.) M. SY. bĕnīgnĭtās, ūrbānĭtās, hūmānĭtās. PH. Fōrmā, sīmplĭcĭtātĕ, cōmĭtātĕ. *St.*

cōmĭtātŭs. ***Ēt sĭmŭl ēx ūsū rārīs cōmĭtātĭbŭs ūtī.*** P. SY. cōmĕs, coētŭs, cŏhōrs, cătērvă, tŭrbă. PH. Părĭs cūm sēmĭvĭrō cōmĭtātū. *V.* Iraēque īnsĭdĭaēquĕ, dĕī cōmĭtātŭs, ăgūntŭr. *V. v. turba.*

cōmĭtĕr. ***Cōmĭtĕr ēxcĭpĭtŭr; sānguĭnĕ jūnctŭs ĕrăt.*** O. SY. blāndē, jūcūndē, suāvĭtĕr, ūrbānē, hūmānĭtĕr, cīvīlĭtĕr, bĕnīgnē, haūd sĕvērē.

cōmĭtĭă. ***Crās mānĕ, quaēso, īn cōmĭtĭo ēstōte ŏbvĭăm.*** (iamb.) Pl. SY. cōnvēntŭs, cōncĭlĭum, cōncĭo, coētŭs.

cōmĭto *vel* cōmĭtŏr. ***Et nōstrōs cōmĭtātĕ grădŭs*** etc. O. ***Īllĕ mĕūm cōmĭtātŭs ĭtēr mărĭa ōmnĭă cĭrcūm.*** V. SY. sŏcĭārĕ, sēctārī, sĕquī, stīpārĕ, āssēctārī. PH. Sūm cŏmēs, cŏmĕs ĕo, cōmĭtēm me āddo. Vēstīgĭă sĕquī, sērvārĕ; Cuī fīdŭs Ăchātēs Īt cŏmĕs. *V.* Nēc, nātĕ, tĭbī cŏmĕs īrĕ rĕcūsō. *V.* Quīn ĕt ăvō cōmĭtēm sēsē Māvōrtĭŭs āddĕt Rōmŭlŭs. *V.* Lătĕrī ălĭcūjŭs ădhaerērĕ. Ălĭcūjŭs ĭtĕr, grēssūm cōmĭtārī. Nēvĕ nĕgēt quīsquām, mē dŭcĕ, sē cōmĭtēm. Īncēdĭt māgnā jŭvĕnūm stīpāntĕ cătērvā. *V.* Īpse ūnō grădĭtŭr cōmĭtātŭs Ăchātĕ. Dēxtraē sē pārvŭs Ĭūlŭs Īmplĭcŭĭt, sĕquĭtŭrquĕ pătrēm nōn pāssĭbŭs aēquīs. *V.* Nēc nōn Phrўgĭī cōmĭtēs ēt laētŭs Ĭūlŭs Īncēdūnt. Īpse ānte ălĭōs pūlchērrĭmŭs ōmnēs Īnfērt sē sŏcĭum Aēnēās ātque āgmĭnă jūngĭt. *V.* Nēc cōmĭtem ăbnĕgăt. *H.* Tĭbī cŏmĕs īmprŏbŭs haērĕt. *M.* Mē tĭbĭ vēntūrām cōmĭtēm, quŏcūnquĕ vŏcārĭs. *O.* Fēr grēssūs ăgĭlēs mēcum ēt cōmĭtārĕ vŏcāntĕm. *S.* Hī mĭhĭ sīnt cōmĭtēs, quōs īpsă pĕrīcŭlă dūcēnt. *L.* Quī sīc cōmĭtātŭr ĕūntēm. *V.* Tē pĭă Cĕcrŏpĭaē cōmĭtātŭr tūrbă Mĭnērvaē. *M.* Īpsĕ cŏmēs Nīsō grădĭtŭr. *V.* Fōrtī sĕquēmŭr pēctŏrĕ. *H.* Cōmĭtēm Trĭtōnĭă frātrī sē dĕdĭt. *O.* Quēm pĭă nobīscūm prōlēs cōmĭtāvĭt ĕūntēm. *O.* Īn ārdŭă mōntĭs ĭtē sĭmŭl. *O.* — Nōs jŭvĕnēm vānō moēstī cōmĭtāmŭr hŏnōrĕ. *V.* Īngĕnĭō tămĕn īpsĕ mĕō cōmĭtōrquĕ frŭōrquĕ. *O. v. comes.*

cōmmă. ***Sēd dē cōmmătĭbŭs trādūnt*** etc. Ter. M.

cōmmăcŭlo. ***Cōmmăcŭlārĕ mănŭs.*** etc. V. *v. maculo.*

Cōmmāgēnŭs. — *vel* ***Cōmmāgēnŭs ărūspēx.*** I.

cōmmĕmŏrābĭlĭs. *v. memorabilis.*

cōmmĕmŏro. ***Cōmmĕmŏrārĕ jŭvăt*** etc. O. *v. memini, memoro.*

cōmmēndātĭo. ***Fōrmōsă făcĭēs mūtă cōmmēndātĭō.*** P. Sy. *v. decus, laus.*

cōmmēndo. SY. laūdārĕ, cĕlĕbrārĕ; cōmmīttĕrĕ, trādĕrĕ, crēdĕrĕ, māndārĕ. PH. Cārmĭnă sīnt vēstrō mĕă cōmmēndātă făvōrī. *O.* Nātōs cōmmēndānt cūraē nūmĭnĭbūsquĕ tŭīs. *O.* Nūllōs, crēdĕ mĭhī, cōmmēndăt ĭmāgŏ părēntūm; Cōmmēndānt vīrtūs ēt bĕnĕ făctă bŏnōs. *O.* Quālēs cōmmēndēs, ĭtĕrum ātque ĭtĕrum ādspĭcĕ. *H.* Mē vĕtĕrūm cōmmēndānt māgnă pārēntūm Nōmĭnă. *O.* Sēd sī pārvă tŭī mūnūscŭlă quaērĭs ămīcī Cōmmēndārĕ. *M.* Mĭhĭ cōmmēndāvĭt vīrgĭnēm gnātām sŭām. *Pl.* Săcră sŭōsquĕ tĭbī cōmmēndāt Trōjă pĕnātēs. *v. committo, laudo, mando.*

cōmmēntārĭŭs. ***Ex plūrĭmōrūm sūmtă cōmmēntārĭīs.*** (iamb.) Av.

cōmmēntŏr. SY. cōgĭtārĕ, īnvĕnīrĕ, rĕpĕrīrĕ, fīngĕrĕ, cōmmĭnīscī; ēxplānārĕ, trāctārĕ, dīspŭtārĕ. PH. Dūm tū cōmmēntābĕrĕ. *Pl.* Fŭtūrās mēcūm cōmmēntābŏr mĭsĕrĭās. *Vet. p.* Dāt gĕmĭtūs fīctōs cōmmēntăquĕ fūnĕră nārrăt. *v. meditor.*

cōmmēntŏr, ōrĭs. *v. inventor.*

cōmmēntūm. PH. Cōmmēntīs poēnās dōquĕ dĕdīquĕ tŭīs. *O.* Īpsīs cōmmēntūm plăcĕt. *Te. v. mendacium.*

cōmmĕo, ās. PH. Cōmmĕăt hāc pĕnĭtŭs tăcĭtīs dīscūrsĭbŭs ūndă. *L.* Rūs ābdĭt sēsē, rāro ĭn rŭbēm cōmmĕăt. *Te. v. eo.*

cōmmērcĭūm. ***Nē tămĕn Aūsŏnĭaē pērdām cōmmērcĭă līnguaē.*** O. PH. Bēllī cōmmērcĭă Tŭrnŭs Sūstŭlĭt. *V.* Cūjŭs cōmmērcĭă pāctī Obstrīctōs hăbŭērĕ dĕōs. *L.* Est dĕŭs īn nōbīs ēt sūnt cōmmērcĭă coēlī. *O.* Gĕmĭnōquĕ făcīs cōmmērcĭă mūndō. *Cl.*

cōmmĕrĕo. ***An sēmĕl ēst poēnām cōmmĕrŭīssĕ părūm?*** O. PH. Quĭd, bōs, quĭd, plăcĭdaē cōmmĕrŭīstĭs, ŏvēs? *O. mereor.*

cōmmigro. ***Ex Andrō cōmmĭgrāvĭt hūc vīcīnĭaē.*** *Te. v. migro.*

cōmmīlĭtĭūm. ***Ēt cōmmīlĭtĭī săcră tŭēndă pŭtās.*** O.

cōmmīlĭto. ***Gērmānŭs vīdĭt cōmmīlĭtŏ*** etc. Pr. SY. bēllī sŏcĭŭs, pūgnaē cŏmĕs. *v. miles.*

cōmmĭnīscŏr. ***Pōst haēc căchīnnāns cōmmĭnīscĭtŭr lĭbrōs.*** (scaz.) *M. v. commentor.*

cōmmĭnŭo. ***Īngĕnĭī vīrēs cōmmĭnŭērĕ mĕī.*** O. PH. Quōdsī cōmmĭnŭās. *H.* Dă nīgrīs cōmmĭnŭēndă mŏlīs. *O.* Quā cōmmĭnūtă făcĭlī vēscātŭr cĭbō. *Ph. v. minuo.*

cōmmīscĕo. *v. misceo.*

cōmmītto. SY. ādmīttĕrĕ, patrārĕ, făcĕrĕ; crēdĕrĕ, cōnfīdĕrĕ, cōmmēndārĕ, trādĕrĕ; ēxpōnĕrĕ, ōbjĭcĕrĕ, pĕccārĕ. PH. Tĕnŭī

vītēm cōmmīttĕrĕ sūlcō. *V.* Vīnūm văcŭīs cōmmīttĕrĕ vēnīs. *H.* Vītām cōmmīttĕrĕ vēntīs. *V.* Aūdĕt ĕt īgnōtō sēsē cōmmīttĕrĕ pōntō. *V.* Nēc mē cōmmīttĕrĕ cērae Dēbŭĕrām. *O.* Īnēxpērtae cōmmīttĕrĕ sēmĭnă tĕrrae. *T.* Pōrtām, quaē dŭcĭs īmpĕrĭō cōmmīssă, rĕclūdūnt. *V.* Prōdĭdĕrīt cōmmīssă fĭdēī. *H.* Pōssūnt cōmmīssă nĕgārĕ. *Cl.* Cōmmīssă dŭae sĭnĕ fraūdĕ tŭēntūr. *O.* Cōmmīssīquĕ fĭdēs prōdĭgă. *H.* Īrĕ pĕr ēxcŭbĭās ĕt sē cōmmīttĕrĕ nōctī. *O.* — *De pugna.* Cōmmīssās ăcĭēs sōlvĕrĕ. *P.* Et tŭbă cōmmīssōs mĕdĭō cănĭt āggĕrĕ lūdōs. *V.* Dēsīstĕ mănūm cōmmīttĕrĕ Teūcrīs. *V.* Trīstĭs ŭbi īnfaūstō cōmmīttĭtŭr ōmĭnĕ pūgnă. *V.* — *De crimine.* Quĭd mĕŭs Aēnēās īn tē cōmmīttĕrĕ tāntūm? *V.* Jām nĕquĕō nīl cōmmīsīssĕ nĕfāndūm. *O.* Dīstŭlĭt īn sērām cōmmīssă pĭācŭlă mōrtĕm. *V.* Pōst mĭhĭ nōn sĭmĭlī poēnā cōmmīssă lŭētĭs. *V.*

cōmmŏdē; cōmmŏdō; cōmmŏdūm. PH. 1) Sī făcĭās rēcte aūt cōmmŏdē. *Pl.* Ămĭctūs nōn sūm cōmmŏdē. *Pl.* Nōn ĕgō cōmmŏdĭūs, quām tū *H.* 2) Cōmmŏdo ăpĕrĭtūr fŏrēs. *Pl.* 3) Cōmmŏdum ādvēnī dŏmūm. *Pl.*

cōmmŏdĭtās. *Cōgĭmŭr ĭpsĭŭs cōmmŏdĭtātĕ frŭī.* O. SY. ūtĭlĭtās; ōccāsĭo, cōmmŏdă tĕmpŏră, cōmmŏdūm.

cōmmŏdo. *Sī mŏdŏ cūltūrae pătĭēntēm cōmmŏdĕt aūrēm.* H. SY. āccōmmŏdārĕ, mŭtŭum dărĕ, praēbērĕ, āptārĕ, cōmpărārĕ. PH. Opĕrām, quām cīvĭs cīvī cōmmŏdăt. *Pl.* *v. accommodo, do, praebeo.*

cōmmŏdūm, *subst.* *Mūltă fĕrūnt ānnī vĕnĭēntēs cōmmŏdă sēcūm. H.* PH. In pūblĭcă cōmmŏdă pēccēm. *H.* Hăbēnt pārvae cōmmŏdă māgnă mŏrae. *O.* Prō mĕrĭtō cōmmŏdă mīllĕ prĕcŏr. *O. v. emolumentum.*

cōmmŏdŭs. *Quaē sĭt stēlla hŏmĭnī cōmmŏdă, quaēquĕ mălă.* P. SY. āccōmmŏdŭs, ūtĭlĭs, ōppōrtūnŭs, āptŭs, tēmpēstīvŭs, ĭdōnĕŭs. PH. Aūt spēs ēxsĭlĭī cōmmŏdĭōrĭs ĕrăt. *O.* Sĭbĭ cōmmŏdŭs ūnī. *H.* Ad cūrsūm cōmmŏdă vēstĭs. *O.* Cōmmŏdŭs ĕt pătĭēns. *H.* Tū tāntūm cōmmŏdŭs aūdī. *Clp.*

cōmmōlĭŏr. *Cūm cōmmōlīrī tēmpēstās fūlmĭnă coēptĭt.* Lr. SY. mōlīrī, nītī, ādnītī, cōnnītī, cōmmīttĕrĕ, ādmīttĕrĕ.

cōmmŏrŏr. *v. moror.*

cōmmŏvĕo. — *cĕlĕrēs nĕquĕ cōmmŏvĕt ālās.* V. SY. mŏvērĕ, pērtūrbārĕ, āffĭcĕrĕ, īncĭtārĕ, cōncĭtārĕ. PH. Injēctām pēctŏrĕ mōlēm Cōmmŏvĕt ēxpĕrĭēns. *Va.* Cōmmŏvĕrĕ cănēs cērvūm. *V.* Spēlūncā cōmmōtă cŏlūmbă. *V.* Cōmmōtae Ĕrĕbī dē sēdĭbŭs īmīs Ūmbrae. *V.* Cōmmŏrĕrānt aēquŏră vēntī. *V.* Cōmmōtō dŏcŭērūnt pŭlvĕrĕ nūbēs. *S.* — *Trop.* Quī mē cōmmŏrĭt, mĕlĭūs nōn tāngĕrĕ, clāmō. *H.* Dūrae cōmmŏvĭt īmāgĭnĕ poēnae. *Va.* Cōmmōtā fērvĕt plēbēcŭlă bīlĕ. *Ps.* Cōmmōtī pēctŏrĭs īgnēs. *Cl.* Cōmmōtae mēntĭs ĕūndēm Absōlvēs. *H.* Cōmmōtŭs hăbēbĭtŭr. *H.* Mēns cōmmōtă mĕtū. *Lr.* Hī mōtŭs ănĭmōrŭm. *V.*

cōmmūnĭco. *Ăt sŭă Tȳdīdēs mēcūm cōmmūnĭcăt āctă.* O. SY. cōnfērrĕ, crēdĕrĕ, pārtĭcĭpēm făcĕrĕ, pārtīrī, īmpērtīrī. PH. Prĭŭs cōmmūnĭcātum ŏpōrtŭĭt. *Te.* Rēgnī dēmēns īn pārtĕ lŏcāvī. *V.* Nēc pārtēm pŏsŭērĕ sŭīs. In mĕdĭūm quaērēbānt. Sŏcĭōsque īn rēgnă vŏcēmŭs. *V.* In pārtem ădhĭbērĕ pĕrīclī. *O.* Pārtĭcĭpēm stŭdĭī Caēsăr hăbērĕ sŏlĕt. *O.*

cōmmūnĭo, ōnĭs. *Āĕrĭs ĕt coēlī cōmmūnĭō* etc. Pr.

cōmmūnĭs. *Quĭd prŏhĭbētĭs ăquās? Ūsŭs cōmmūnĭs ăquārŭm.* O. SY. vūlgārĭs, pŏpŭlārĭs, plēbēĭŭs, pērvăgātŭs, trītŭs, nōn rārŭs, frĕquēns, mītĭs, cōmĭs, clēmēns. PH. In cōmmūnĕ dătŭs. Lĕvĭūs cōmmūnĭă tāngūnt. *Cl.* Cōmmūnĭa ēsse ămīcōrum īntēr se ōmnĭă. *Te.* In cōmmūnĕ, quōdcūnque ēst lŭcrī. *Ph.* Cōmmūnī sēnsū plānē cărĕt. *H.* Gēntĭs cōmmūnĕ Pĕlāsgaē. *O.* Cōmmūnī deēssĕ sălūtī. *Lr.* Plēbī cōmmūnĕ sĕpūlcrūm. *H.* Urbĕ, dŏmō sŏcĭās. *V.* Cōmmūnĭă sōlŭs ŏccŭpăt. *O.* Bŏnĭs cōmmūnĭbŭs ōbstăt. Cūnctĭs aūrāmque ūndāmquĕ pătēntēm. *V.* Dīffĭcĭle ēst, prŏprĭē cōmmūnĭă dīcĕrĕ. *H.* Īdem ōmnēs sĭmŭl ārdŏr hăbĕt. *V.* Jāmquĕ vălē, ĕt nātī sērvā cōmmūnĭs ămōrĕm. *V. v. communitas.*

cōmmūnĭtās. SY. cōmmūnĭo, cōmmērcĭūm, foedŭs, sŏcĭĕtās. EP. sŏcĭă, fīdă, suāvĭs. PH. Eōsdem hăbĭtārĕ pĕnātēs. Iīsdēm cōnsīdĕrĕ rēgnīs. Cōnsōrtĭă tēctă Ūrbĭs hăbēnt. *V.* In mĕdĭūm quaēsītă rĕpōnūnt. *V.* Mēns ōmnĭbŭs ūna ēst. Ōmnĭbŭs ūnă quĭēs ŏpĕrūm, lăbŏr ōmnĭbŭs īdēm. *V.* Quō rēs cūnquĕ cădēnt, ūnum ēt cōmmūnĕ pĕrīclūm, Ūnă sălūs āmbōbŭs ĕrĭt. *V.* Cōmmūnem hīnc ĕrgō pŏpŭlūm părĭbūsquĕ rĕgāmŭs Aūspĭcĭīs. *V.* Sī Jūpĭtĕr ūnăm Ēssĕ vĕlĭt Tyrĭīs ūrbēm, Trōjāquĕ prŏfēctīs, Mīscērīvĕ prŏbĕt pŏpŭlōs aūt foedĕră jūngī. *V. v. communis.*

cōmmūnĭtĕr. — *Dīque ō cōmmūnĭtĕr ōmnēs.* O. SY. vūlgō, ŭbīquĕ; saēpĕ, saēpĭŭs, crēbrō, plērūmquĕ, frĕquēntĕr, aēquălĭtĕr, aēquē, părĭtĕr.

cōmmūto. *Ōmnĭă cōmmūtăt nātūra, ĕt vērtĕrĕ cōgĭt.* Lr. *v. muto.*

cŏmo, ās. — *stēllāmquĕ cŏmāntēm.* O. PH. Et cōnum īnsīgnīs gălĕaē crīstāsquĕ cŏmāntēs. *V.* Equōrūm cōllă cŏmāntĭă. *V.* Nēc sēră cŏmāntēm Nārcīssūm. *V. v. frondeo.* — Călvŭs quūm fŭĕrĭs, ĕrĭs cŏmātŭs. *M.* Cŏmātă Gallĭă. *C.* Crīnĭbŭs ēffūsīs tōtī praēlātă Cŏmātaē. *L. v. Gallia.*

cōmo, ĭs. *Cōmĭt vīrgĭnĕās hāstă rĕcūrvă cŏmās.* O. SY. pēctĕrĕ, dēpēctĕrĕ, ōrnārĕ, ădōrnārĕ. PH. Sēctō dēntĕ cōmĕrĕ căpīllōs. *M.* Lĕgēmquĕ căpīllīs Rēddĭt. *Cl.* Cōmĕrĕ crīspātōs călămīstro ēt pēctĭnĕ crīnēs. Nĭvĕă cōmēbăt frōntĕ căpīllōs. *S.* Nēc nĭtĭdūm tārdā cōmpsērĭt ārtĕ căpŭt. *T.* Vēstēsque ĕt cīngŭlă cōmĭt Saēpĕ mănū. *Cl.* Dūm mōlĭūntŭr, dūm cōmūntŭr, ānnŭs ēst. *Te.*

cōmoēdĭă. — *vōcēm cōmoēdĭă tōllĭt.* H. SY. sōccŭs, cōmĭcă Thălĭă. EP. vĕtŭs, prīscă; rĕcēns; mĕdĭă; tŏgātă, lĕpĭdă, laētă, tĕnŭĭs. PH. Hūnc sōccī cēpĕrĕ pĕdēm grān-

dēsquĕ cŏthūrnī. *H.* Ac prŏpĕ sōccō Dīgnīs cārmĭnĭbŭs. *H.* Et tŭă cūm sōccō Mūsă, Mĕlīssĕ, lĕvĭs. *O.* Quae sōccī sŭpĕrēnt rīsūs, lūctūsquĕ cŏthūrnī. *Cl.* An jŭvăt ăd trăgĭcōs sōccūm trānsfērrĕ cŏthūrnōs? *M.* Mĕnāndĕr, nōbĭlĭs cōmoedĭīs. *Ph.* Descr. *H.* S. 1, 4. *v. comicus, fabula.*

cōmoedŭs. ***Haec dē cōmoedīs tē cōnsŭlŭit, īllă trăgoedŭm.*** I. SY. hīstrĭo, mīmŭs, lūdĭŭs, lūdĭo. PH. Nātĭŏ cōmoeda ēst. *I.*

cŏmōsŭs. ***Călvŭs, cŏmōsă frōntĕ, nūdŭs cōrpŏrĕ.*** (iamb.) Ph.

cōmpāctŭs. SY. jūnctŭs, nēxŭs, cōmpŏsĭtŭs. PH. Est mĭhĭ dīspărĭbŭs sēptēm cōmpāctă cĭcūtīs Fīstŭlă. *V.* Tūrrīm cōmpāctīs trăbĭbŭs quam ēdŭxĕrăt īpsĕ. *V.*

cōmpāgēs, ĭs. ***Īn lĭtŭs, īnquĕ fĕrī cŭrvūm cōmpāgĭbŭs ālvūm.*** V. SY. cōmpāgo, cōmmīssūră, vīncŭlūm. EP. sŏlĭdă, vălĭdă, ărctă, fērrĕă, dūră, rĭgĭdă, fīrmă, sēcūră, tĕnāx, īncōncūssă. PH. Fērro ēt cōmpāgĭbŭs ărctīs Claūdēntŭr bēllī pōrtae. *V.* Dūrā cōmpāgĕ tĕnēbānt. *Cl.* Effĭcĭēns hŭmĭlēm lăpĭdūm cōmpāgĭbŭs ārcūm. *O.* Strūctā lătĕrūm cōmpāgĕ lĭgātăm Arctĕt hŭmūm. *L.* Vălĭdīs cōmpāgĭbŭs haerēns. *Lr. v. compago, vinculum.*

cōmpāgo, ĭnĭs. — ***Cătēnātae sĭlŭĭt cōmpāgŏ tăbērnae.*** I. PH. Rārāquĕ lăbēnt cōmpāgĭnĕ rīmaē. *Mn.*

cōmpār. ***Bēllātōrquĕ tŭō prēnsŭs sĭnĕ cōmpărĕ pūgnēs.*** O. SY. pār, sĭmĭlĭs, aēquālĭs, haūd īmpār, haūd dīssĭmĭlĭs, haūd ĭnaēquālĭs. PH. Mūnĭă cōmpărĭs aēquārĕ. *H. v. conjux, socius.*

cōmpārĕo. ***Lūcĭfĕr īn tōtō nūllī cōmpārŭĭt ōrbĕ.*** O. SY. āppārērĕ, vĭdērī, ădēssĕ, ĕxīstĕrĕ.

cōmpăro. — ***dīvīnīs hōc fāctūm cōmpărăt aūsīs.*** S. SY. cōnfērrĕ, āssĭmĭlārĕ, āptārĕ, cōmpōnĕrĕ, aēquārĕ, cŏaēquārĕ, ĭmĭtārī, ĕxaēquārĕ, ădaēquārĕ; părārĕ, āssĕquī, ăcquīrĕrĕ, ădĭpīscī, ŏbtĭnērĕ, cōllĭgĕrĕ. PH. Et călĭdām fēssŏ cōmpărăt ūxŏr ăquăm. *T.* Annŭs hībērnŭs Jŏvĭs Imbrēs nĭvēsquĕ cōmpărăt. *H.* Sī quĭs tămĕn ūrĕrĕ tēctă Cōmpărĕt. *O.* Sī părvă lĭcēt cōmpōnĕrĕ māgnīs. *V.* Nōn īllī quīsquām bēllō sē cōnfĕrĕt hērōs. Et mēcūm cōnfērtŭr Ŭlyssēs! *O.* Et sē mĭhĭ cōmpărăt Ājāx. *O.* Cōmmīttīt vātēs ēt cōmpărăt. *I.* Laetă pĕrīclīs Mĕtĭŏr. *Cl.* Quĭd vĕtăt, ā māgnīs ăd rēs ĕxēmplă mĭnōrēs Sūmĕrĕ? *O.* Sīc părvīs cōmpōnĕrĕ māgnă sŏlēbăm. *V.* Sī lĭcĕăt sŭpĕrīs hŏmĭnūm cōnfērrĕ lăbōrēs; Grāndĭă sī părvīs āssĭmĭlārĕ lĭcēt. *O.* Sī lĭcēt ā părvīs ănĭmum ăd mājōră rĕfērrĕ. *O.* Sī lŏcŭs ēst ălĭquīs tānta īntĕr nōmĭnă părvīs. Sī lĭcēt ĕxēmplīs īn părvō grāndĭbŭs ūtī, Aptārī māgnīs īnfĕrĭōră lĭcēt. *O. v. assimilo, similis.*— *Comparandi formulae:* Nōn sĕcŭs āc, haūd sĕcŭs āc, ceū, vĕlŭt, vĕlŭtī, ŭt, sīcŭt, īnstăr, ŭt sŏlēt. Nōn sĕcŭs ātquĕ ōlīm; ŭt quōndăm. Nēc mĭnŭs-quām; nēc tāntŭm-quāntum; nōn cĭtĭŭs-quām; nōn măgĭs, mĭnŭs-quām; quālĭs-haūd ălĭtĕr; quām-tām; sĭmĭlĭs-haūd ălĭtĕr; tāntō-quāntō; ŭt, aūt-sīc, aūt ĕtĭām măgĭs. O. H. 14, 39. Avī sĭmĭlĭs, quaē. *V.* Tālĭs ĕrăt. Fūlmĭnĭs īn mōrĕm. *V.* Flūmĭnĭs rĭtū. *H.* Dēlphīnūmquĕ mŏdō. *V.* Āpĭs Mătĭnaē mōrĕ mŏdōquĕ. *H.*

cōmpēs, ĕdĭs. ***Spēs ĕtĭām vălĭdă sōlātŭr cōmpĕdĕ vīnctūm.*** T. ***Sēd nĕquĕ cōmpĕdĭbŭs, nēc mē cōmpēscĕ cătēnīs.*** O. SY. cătēnă, vīncŭlă, lăquĕŭs. EP. dūră, praedūră, saēvă, tĕnāx, fīrmă, sērvīlĭs, pōndĕrōsă, vălĭdă, tārdă, grăvĭs, fērrĕă, mŏlēstă. PH. Sērvīlī cōmpĕdĕ vīnctŭs. Tārdae păssūrŭs cōmpĕdĭs ōrbēs. *Cl.* Dūrā cōmpĕdĕ crūră pĕrūstŭs. In mănĭcīs ĕt Cōmpĕdĭbŭs saēvō tē sūb cūstōdĕ tĕnēbo. *H.* Implĭcĭtī cŏhĭbēnt fērrātaē cōmpĕdĭs ōrbēs. Mē tĕnēt grātā cōmpĕdĕ vīnctūm. *H.* Hēbrūsquĕ nĭvālī Cōmpĕdĕ vīnctŭs. *H.* Et quī fŭgĭtīvīs sērvīs īndŭūnt cōmpĕdēs. *Ph. v. catena.*

cōmpēllo, ās. PH. Pārtĭcĭpēs ŏpĕrūm cōmpēllăt Hyāntĭŭs ōrĕ. *V. v. alloquor.*

cōmpēllo, ĭs. SY. pēllĕrĕ, ūrgērĕ, ădĭgĕrĕ, cōgĕrĕ. PH. Cōmpŭlĕrāntquĕ grĕgēm Cŏrydōn ēt Thyrsĭs ĭn ūnūm. *V.* Cōmpŭlĭt, aūdācī nĭmĭūm dēsīstĕrĕ cœptō. *L.*

cōmpēndĭūm. ***Nēc văgŭs īgnōtīs rĕpĕtēns cōmpēndĭă tērrīs.*** T. PH. Errātĭōnĭs fēcĭt cōmpēndĭūm. *Pl.* Sēd pēr cōmpēndĭă mōntĭs Antĭcĭpātă vĭa ēst. *O.* Sī vēlōx gaūdēs īre, ēt cōmpēndĭă grātă sūnt tĭbĭ. *S.* Cōmpēndĭă lētī, sĭlvaē. *St.*

cōmpēnsātĭo. — ***haec cōmpēnsātĭŏ rūpĭt.*** Sid.

cōmpēnso. SY. pēnsārĕ, mūnĕrārī, rĕmūnĕrārī. PH. Mūnŭs rēddĕrĕ, rĕfērrĕ, rĕpēndĕrĕ. Quūm mĕă cōmpēnsēt vĭtĭīs bŏnă. *H.* Tŏt tămĕn āmīssīs tē cōmpēnsāvĭmŭs ūnŭm. *O.* Māgnōsquĕ sĭnŭs Tēlmēssĭdŏs ūndaē Cōmpēnsāt mĕdĭō pĕlăgī. *L. v. compendium.*

cōmpĕrĭo. ***Ūndĕ haec cōmpĕrĕrīm tām bĕnĕ, quaerĭs? ămō.*** O. SY. dēprĕhēndĕrĕ, scīrĕ, nōvīssĕ, ĕxpĕrīrī. PH. Cōmpertum ēst vērācĭbŭs ŭt mĭhĭ sīgnīs. *T.* Nōn bĕnĕ cōmpertum ēst. *L.*

cōmpēsco. — ***Equūm cĕlĕrem ărctātă cōmpēscĕrĕ frēnō.*** T. SY. cŏhĭbērĕ, rĕtĭnērĕ, cōntĭnērĕ, cŏērcērĕ frēnārĕ, rĕfrēnārĕ, cōmprĭmĕrĕ. PH. Cōmpēscĕrĕ flūmĭnă rīpīs. Dĭgĭtō cōmpēscĕ lăbēllŭm. *I.* Cōmpēscĭtŭr īră lĕōnūm. *O.* Sĭtīm cōmpēscŭĭt ūndā. *O.* Āddĕ mĕrūm, vīnōquĕ nŏvōs cōmpēscĕ dŏlōrēs. *T.* Rāmōs cōmpēscĕ flŭēntēs. *V.* Spătĭāntĭă pāssīm Brāchĭă cōmpēscĭt. *O.* Lūxŭrĭāntĭă cōmpēscēt. *H.* Quī dīssŏlūtōs mōrēs vī cōmpēscĕrēt. *Ph.* Sēd sī cōmpēscĕrĕ cōrdă Nōn dătŭr ōrāntī. *S.*

cōmpĕto. SY. cōnvĕnīrĕ, cōngrŭĕrĕ, dĕcērĕ. PH. Rōmānōs tērra ātque ūndīs, sī cōmpĕtĕt aētās, Fērro īgnīquĕ sĕquăr. *S.* Nēc coēlī nēc cāmpī cōmpĕtĕt hūmŏr. *Col.*

cōmpīlo. ***Cōmpīlārĕ Cĭlix vŏlēbăt hōrtūm.*** (phal.) M. SY. ĕxpīlārĕ, dīrĭpĕrĕ, fūrārī, praedārī, ădĭmĕrĕ, aūfērrĕ, sūffūrārī, fūrtō sūrrĭpĕrĕ. PH. Nē tē cōmpīlēnt fŭgĭēntēs. *H.*

Nē mē Crīspīnī scrīnĭă līppī Cōmpīlāssĕ pŭtēs. *H.*

cōmpīngo. SY. cōmpēllĕrĕ, dētrūdĕrĕ, ădĭgĕrĕ, ūrgērĕ; cōmpōnĕrĕ, cōnjūngĕrĕ. PH. In cārcĕrēm cōmpēgĕrīnt. *Pl.*

cōmpĭtŭm. *Cōmpĭtă grātă Dĕō, cōmpĭtă grātă cănī.* O. SY. vĭă, ĭtĕr, vīcŭs, plătĕaē. PH. Rūmŏr pĕr cōmpĭtă mānăt. *H.* In tērnās cōmpĭtă sēctă vĭās. *O.* Pāgōs ēt cōmpĭtă cīrcŭm. *V.* — *Compitalia* descr. *V.* A. 8, 717. *Au.* ecl. 18, 17. *v. via.*

cōmplăcĕo. *Tē vēllem aūrōrae cōmplăcŭīssĕ vĭrūm,* Ped. SY. plăcērĕ, ărrīdērĕ. PH. Insīstĕrĕ prātō Cōmplăcĭtō. *Nem.*

cōmplāno. *v. aequo.*

cōmplēctŏr. *Et pătrĭs Anchīsaē grĕmĭō cōmplēctĭtŭr ōssă.* V. SY. cōmplēxū tĕnērĕ, fŏvērĕ. PH. Sōpŏr fēssōs cōmplēctĭtŭr ārtūs. *V.* Cōmplēctĕrĕr ōmnĭă vērbĭs. *O.* Flōrĭbŭs ēt dūlci ădspīrāns cōmplēctĭtŭr ūmbrā. *V.* Dēxtrām cōmplēxŭs ĕūntĭs. *O.* Pēctŏrĕ tōtō Accĭpĭo ēt cŏmĭtēm cāsūs cōmplēctŏr ĭn ōmnēs. *V.* Cōmplēctĭtŭr ārtēs Ingĕnŭās. *O.* Grĕmĭō pŭĕrūm cōmplēxă tĕnēbăt. *V.* Arbŏr ūmbrā cōmplēxă pĕnātēs. *V. v. amplector, comprehendo, colo.*

Cōmplēmēntŭm. SY. sūpplēmēntŭm.

cōmplĕo. *Ānnŭīs ēxāctīs cōmplētŭr mēnsĭbŭs ōrbĭs.* V. SY. īmplērĕ, ădīmplērĕ; pērfĭcĕrĕ, ăbsōlvĕrĕ, fīnīrĕ, cōnfĭcĕrĕ, īmpōnĕrĕ fīnem. PH. Lūnaē sē cōrnŭă lūmĭnĕ cōmplēnt. *V.* Lātē lŏcă mīlĭtĕ cōmplēnt. *V.* Cōmplētĕ sēdīlĭă, pātrēs. *Cl.* Sŭaē cōmplēvĭt saēcŭlă vītaē. *O.* Et jām cōmplērāt gĕnĭtŏr sŭă fātă. *O.* Pĕr Etrūscōs lĕgĭō cōmplētă mănĭplōs. *St.* Cōmplēbō nŭmĕrŭm. *V.* Trēs pŏtŭĭt cōmplērĕ dŭcēs. *Cl.* Ŭlŭlātĭbŭs aēthĕră cōmplēnt. *V.* Tĭmōrĕ pōstquām cōmplēvĭt lŏcŭm. *Ph.* Cōmplērānt lītŏră coētū, āgmĭnĕ rīpās. *V.* Tĭmēndā vōcĕ cōmplēstī nĕmŭs. *H.*

cōmplēxŭs, ūs. — *Quĭs tē nōstrĭs cōmplēxĭbŭs ārcĕt?* *V.* PH. Cōmplēxū cŏĕrūnt mēmbră tĕnācī. *O.* Intĕr cōmplēxŭs ēxcĭdĭt ūmbră mĕōs. *P. v. amplexus.*

cōmplĭco, ās. PH. Cūr ĭtă cōmplĭcĭtĭs ălĭs? *Anth. v. plico.*

cōmplūrēs. *Cōmplūrēs ălĭōs, dōctōs ĕgŏ quōs ēt ămīcōs.* H. SY. mūltī, pērmūltī, plūrēs, plūrĭmī. PH. Ut fĭt, nŏva hīc cōmplūrĭă. *Te.* Dĭēs cōmplūscŭlōs. *Pl.* Jām cōmplūrĭēs. *Pl.*

cōmpōno. — *sīc pārvĭs cōmpōnĕrĕ māgnă sŏlēbām.* V. SY. cōmpărārĕ, cōnfērrĕ, ăptārĕ, āssĭmĭlārĕ, aēquārĕ, ēxaēquārĕ, ădaēquārĕ, cōaēquārĕ; cōnjūngĕrĕ, cōmmīttĕrĕ; scrībĕrĕ. PH. Cōmpōnĕrĕ tŏgām, vūltūs, crīnēs. Urbēm tūtā cōmpōnĕrĕ tērrā. *V.* Cōmpōnēns mănĭbūsquĕ mănūs ātque ōrĭbŭs ōră. *V.* — *I. q. ordino.* Is gĕnŭs īndŏcĭle āc dīspērsŭm mōntĭbŭs āltīs Cōmpŏsŭĭt. *V.* Mājŭs ŏpŭs, mōrēs cōmpŏsŭīssĕ sŭōs. *O.* Nēc bĕnĕ mēndācī rīsŭs cōmpōnĭtŭr ōrĕ. *T.* — *I. q. sedo.* Mōtōs cōmpōnĕrĕ flūctūs. *V.* Pătrĭă sĕnĭŭm cōmpōnĕrĕ tērrā. *St.* Antĕ dĭēm clausō cōmpōnēt vēspĕr ŏlympō. *V.* Dēfēssă sĕnēm pāssūs cōmpōnĕrĕ mēmbră. *V.* Blāndăquĕ cōmpŏsĭtās aūră sĕcūndĕt ăquās. *O.* Cōmpŏsĭtīs vĕnĕrāntŭr ārmīs. *H.* — *I. q. sepelio.* Tū mĕă cōmpōnēs ōssă. *P.* Cōmpŏsĭtī cĭnĕrēs. *O.* Mōllĭtĕr īn plăcĭdō lītŏrĕ cōmpŏsĭtŭs. *P.* Cōmpŏsĭtīs plēnaē gĕmŭērūnt ōssĭbŭs ūrnaē. *L.* Tŏrōquĕ Mŏrtŭă cōmpōnăr. *O.* Plăcĭdā cōmpōstŭs pācĕ quĭēscĭt. *V.* Cōmpŏsĭtūsquĕ cĭnĭs, tŭmŭlīque īn mārmŏrĕ cārmĕn. *O.* — *I. q. concilio.* Avērsōs cōmpōnĕre ămīcōs. *H.* Nōn nōstrum, īntĕr vōs tāntās cōmpōnĕrĕ lītēs. *V.* Laētī cōmpōnĭtĕ foēdŭs. *V.* Cōmpōnī foēdĕrĕ bēllŭm. *V.* — *I. q. scribo.* Prīmŭs ĭn hūnc ŏpĕrĭs cōmpōnĕrĕ cārmĭnă mōrĕm. *H.* Quōs ĕgŏ cōmpŏsŭī vērsūs. *O.* Cōmpŏsĭtūm quō sĭt tēmpŏrĕ, quōquĕ lŏcō. *O.* Nēc nōstră tĕnērī A cōmpōnēndō cārmĭnĕ Mūsă pŏtēst. *O.* Et mĕdĭtātă mănū cōmpōnĭt vērbă trĕmēntī. *O.* Cōmpŏsŭĭt cāsūs īstĕ pŏētă mĕōs. *O.* — *I. q. convenio.* Cōmpŏsĭtā rĕpĕtāntŭr hōrā. *H.* Cōmpŏsĭtīs vērbĭs. *O.* Cōmpŏsĭtō rūmpĭt vōcēm. *V.*

Cōmpōrto. PH. Cōmpōrtārĕ jŭvăt praēdās. *V. v. colligo, congero.*

cōmpŏs, ŏtĭs. *Insĕquĕre, ēt vōtī pōstmŏdŏ cōmpŏs ĕrĭs.* O. *Cōmpŏtĕ vōtō rēddūnt grātēs.* (dact.) Se. PH. Cōmpŏs mĕmŏrābĭlĭs ausī. *S.* Vīx sānaē Nīsēĭă cōmpŏs Mēntĭs ĕrăt. *O.*

cōmpŏto. *v. combibo.*

cōmprĕcŏr. *Coēlēstūmquĕ fĭdēm sūprēmā cōmprĕcŏr hōrā.* C. *v. precor.*

cōmprĕhēndo *vel* cōmprēndo. SY. āccĭpĕrĕ, căpĕrĕ, āpprĕhēndĕrĕ, āpprēndĕrĕ, āssĕquī; cōncĭpĕrĕ, īntēllĭgĕrĕ, pērcĭpĕrĕ, ănĭmō cōmplēctī, tĕnērĕ. PH. Rōbŏră cōmprēndĭt frōndēsque ēlāpsŭs (īgnĭs) *V.* Cōmprēndĭt gūttŭră mōrsū. *L.* Cōmprēndĭtŭr īgnĭbŭs āggĕr. *O.* Quāntum īmpŭlsă vălēt cōmprēndĕrĕ lāncĕă nōdō. *S.* Tēr frūstrā cōmprēnsă mănŭs ēffūgĭt īmāgō. *V.* Nōn ōmnēs scĕlĕrŭm fōrmās cōmprēndĕrĕ pōssŭm. *V.* Nēc cōmprĕhēndī vērsĭbŭs nōstrīs vălĕt. *Pr. v. complector.*

cōmprĭmo. *Illĕ mĕōs ŏcŭlōs cōmprĭmăt, īllĕ tŭōs.* O. SY. tĕnērĕ, rĕtĭnērĕ, cŏērcērĕ, cŏhĭbērĕ, cōmpēscĕrĕ, sīstĕrĕ, rĕtārdārĕ; ābscōndĕrĕ, ŏccūltārĕ, tĕgĕrĕ, ōbtĕgĕrĕ; cōntrăhĕrĕ, strīngĕrĕ, cōnstrīngĕrĕ; prĕmĕrĕ, ōpprĭmĕrĕ. PH. Pōstquām vōcĕ mănūquĕ Mūrmŭră cōmprēssĭt. *O.* Cōmprĭmĕ grēssŭm. *V.* Cōmprĭmĕ tēlă mănū. *St.* Irārūm cōmprĭmĕ flūctŭs. *S.* Cōmprēssŭs ĕt ōmnĭs Impĕtŭs. *V.* Praēgrăvĕ cōmprēssă fāūcĕ pĕpēndĭt ŏnŭs. *O.* Haēc ĕgŏ mēcŭm Cōmprēssīs ăgĭtō lăbrĭs. *H.* Et ămŏr cōmprēssŭs ĕdēndī. *V. v. premo.*

cōmprŏbo. *Laūdăt ēt hōrtātū cōmprŏbăt āctă sŭō.* O. SY. prŏbārĕ, āpprŏbārĕ, laūdārĕ; dēmōnstrārĕ, cōnvīncĕrĕ, āssēntīrĕ, sūbscrībĕrĕ. PH. Rēbŭsque ūt cōmprŏbĕt ōmĕn. *O.*

cōmpŭto. *Ŭtĭlĕ, sōllĭcĭtīs cōmpŭtăt ārtĭcŭlīs.* O. SY. nŭmĕrārĕ, cēnsērĕ, pŭtārĕ; ămpŭtārĕ, cīrcŭmcīdĕrĕ; pērpēndĕrĕ, rĕpŭtārĕ, sūppŭtārĕ.

Cōmūm. *Cōmī mœnĭă, Lārĭūmquĕ lĭttŭs.* C.

cōnāmĕn. — *Ēxĭgŭō fūnēm cōnāmĭnĕ trāxĭt.* O. *v. conatus.*

cōnātŭs. *Sēd quŏnĭām tāntīs fātūm cōnātĭbŭs ōbstăt.* O. SY. cōnāmĕn, tēntāmĕn, mōlīmĕn, nīsŭs, vīs. EP. māgnŭs, cōnstāns, aŭdāx, gĕnĕrōsŭs, fŏrtĭs, māgnănĭmŭs, laūdābĭlĭs, īngēns, vălĭdŭs, sūmmŭs, gĕmĭnātŭs, ēxĭgŭŭs, cŭpĭdŭs, mŏdĭcŭs, nōbĭlĭs, lībĕrālĭs, īgnōbĭlĭs, īllībĕrālĭs. PH. Stŭpŭērĕ pătrēs tēntāmĭnă tāntă Cōnātūsquĕ tŭōs. Ēt frăgĭlīs vălĭdō cōnāmĭnĕ sōlvĭtŭr ēnsĭs. Ēt nōbĭlĕ nērvīs Cōnāmēn călĭdūs praebēt crŭōr. Īn mĕdĭīs cōnātĭbŭs aēgrī Sŭccĭdĭmŭs, nōn līnguă vălēt, nōn cōrpŏrĕ nōtaē Sŭffĭcĭūnt vīrēs. *V.* Ēt māgnūm māgnō cōnāmĭnĕ mīsĭt. *O.* Nēc ădhŭc cōnātă pătrāntŭr. *Lr.* Cĕdŏ, sī cōnātă pĕrēgĭt. *I. v. coeptum, consilium.*

Cōncānŭs. *Et laētum ĕquīnō sānguĭnĕ Cōncānŭm.* (Alc.) H.

cōncăvo. *Ēst lŏcŭs, īn gĕmĭnōs ŭbĭ brāchĭă cōncăvăt ārcŭs.* O. PH. Cōncăvăt īllĕ mănŭs, pālmāsque īn pōcŭlă vērtĭt. *Nem. v. cavo.*

cōncăvŭs. — *cōncăvă vēlă tĕnĕt.* O. PH. Vāllēs ēt cōncăvă sāltū Vīncĕrĕ. *Cl. v. cavus.*

cōncēdo. *Quŏ mĭhĭ fōrtūnăm, sī nōn cōncēdĭtŭr ūtī?* H. SY. dōnārĕ, dărĕ, lārgīrī, trĭbŭĕrĕ, pērmīttĕrĕ, cēdĕrĕ; fătērī, nōn nĕgārĕ, nōn rĕpŭgnārĕ, nōn rĕcūsārĕ, nōn ābnŭĕrĕ; āccēdĕrĕ, trānsīrĕ. PH. Hūc sāltēm cōncēde: haēc āră tŭēbĭtŭr ōmnēs. *V.* Cūm Zĕphyrīs sī concēdēs ĕt hīrūndĭnĕ prīmā. *H.* Cōncēssĭt moēsta ād mānēs cōrpūsquĕ rĕlīquĭt. *V.* Sŭpĕrīs cōncēssĭt ăb ōrīs. *V.* Ergo ŭbĭ cōncēssĭt tēmpūs pŭĕrīlĕ jŭvēntaē. *O. v. abeo.* Pŭĕrīs cōncēdĕrĕ lūdūm. *H.* Nērvōs ātquĕ cŭtēm mōrtī cōncēssĕrăt ātraē. *H.* Et mē cōnsōrtēm nātī cōncēdĕ sĕpūlcrō. *V.* Dī făcĭlēs, pēccāssĕ sĕmēl cōncēdĭtĕ tūtō. O. Quārē cōncēdō, sĭt dīvĕs. *C.* Cōncēssă pŭdĕt īrĕ vĭā. *L.* Āmēnt cōncēssă pŭēllaē. *O. v. ignosco, permitto.* Nēc, sī mūnĕrĭbūs cērtēs, cōncēdăt Iōlās. *V.* Nēc nōstraē făcĭlīs cōncēdĕrĕ laūdī. *S. v. cedo.*

cōncĕlĕbro. *Cōncĕlĕbra ēt mūltō tēmpŏră fūndĕ mĕrō.* T. PH. Quaē mārĕ nāvĭgĕrūm, quaē tērrās frūgĭfĕrēntēs Cōncĕlĕbrās. *Lr.* Pŏpŭlīquĕ mūltī cōncĕlĕbrārūnt lŏcūm. *Av. v. celebro.*

cōncēntŭs, ūs. *Nūnc, ăgĕ, quid nōstrūm cōncēntūm dīvĭdĭt, aūdī.* H. SY. hārmŏnĭă, cōnspīrātĭo, cōnsēnsŭs. EP. grātŭs, dūlcĭs, ārgūtŭs, blāndŭs, flĕxănĭmŭs, laētŭs, trĕmŭlŭs, quĕrŭlŭs, sŏnōrŭs, dūlcĭsŏnŭs. PH. Cōncōrs cāntŭs. Vōcūm dīscōrdĭă cōncōrs. Laētīs vŏlŭcrēs cōncēntĭbŭs āĕră mūlcēnt. *V.* Vŏlŭcrūm rĕsŏnāt cōncēntŭs ăd aūrās. *V.* Ārgūtī cōncēntŭs mūrmŭră. Fēstī cōncēntūs āĕră, aedēs mūlcēnt. Tūnc īlle ăvĭūm cōncēntŭs ĭn āgrīs. *V. v. cantus, concordia.*

cōncērto. PH. Trīclīnĭă tēmplīs Cōncērtānt. *Mn.*

cōnchă. EP. squālēns, căvă, prĕtĭōsă, vīlĭs, dētrītă, mărīnă, tĕnŭĭs, tōrtă, aēquŏrĕă, tōrtĭlĭs, lūcĭdă, ădūncă, nērvōsă, Īndă, gēmmĭfĕră, gēmmātă, squāmōsă, squālĭdă, Sīdōnĭă, spūmāns, laēvĭs, aūrātă, Ĕrycīnă, Cythĕrĭăcă, Lūcrīnă, lūbrĭcă, Cōă, lūnātă. PH. Bāccă rĕnīdēbāt cōnchā dērāsă tĕnācī. Ēt nĭvĕōs hŭmĕrōs lūcĭdă cōnchă tĕgĭt. Hānc ĕgŏ nōn aūrō, nōn Īndīs flēctĕrĕ cōnchīs. *P.* Ē rūbrō lūcĭdă cōnchă mărī. *T.* Et vĕnĭt ē rūbrō cōncha Erycīnă sŏlō. *P.* Sīc laēvēs cūrvō spērnūntŭr lītŏrĕ cōnchae. Ēt quāscūnquĕ nĭgēr rūbrō dē līttŏrĕ cōnchās Prōxĭmŭs Ēōīs cōllĭgĭt Īndŭs ăquīs. *T.* — Caērŭlĕūm Trītōnă vŏcāt, cōnchāquĕ sŏnāntī Īnspīrārĕ jŭbēt. *O.* Căvă dūm pērsŏnăt aēquŏră cōnchā. *V.* Aūdĭt vēntōsā pērflāntēm lītŏră cōnchā. *L. v. tuba.* — Fūndĕ căpācĭbŭs Ūnguēntă dē cōnchīs. *H.* Cōnchă sālĭs pūrī. *H. v. vas.* — Pūrpŭră Thēssălĭcō cōnchārūm tīnctă cŏlōrĕ. *Lr. v. purpura.*

cōnchĭs. PH. Sī cōnchēm dĕcĭēs mĕām cŏmēssēs. *M.*

cōnchȳle, ĭs *et* cōnchȳlĭūm, ĭ. *Tīnctă tĕgĭt rŏsĕō cōnchȳlīs pūrpŭră fūcō.* C. *Lūbrĭcă nāscēntēs īmplēnt cōnchȳlĭă Lūnaē.* H. PH. Nōs, īnquăm, coēnāmŭs ăvēs, cōnchȳlĭă, pīscēs. *H.* Pīscēs, cōnchȳlĭă, sūmĕn. *M. v. murex, purpura.*

cōncīdo (caedo) — *scrŏbĭbŭs cōncīdĕrĕ mōntēs.* V. PH. Līgnă sĕnēx mĭnŭīt cōncīsăquĕ cōnstrŭĭt āltē. *O.* Pūgnīs cōncīsŭs ădōrăt. *I. v. caedo.*

cōncĭdo (cădo) — *quā cōncĭdĭt Īlĭă tēllŭs.* V. *Venti* concidunt H. *v. cado.*

cōncĭĕo. PH. Fūlmĭnăque ēt tŏnĭtrūs ēt nīmbōs cōncĭĕt ātrōs. *S.* Mūrālī cōncĭtă nūnquăm Tŏrmēntō sīc Săxă frĕmūnt. *V. v. cieo.*

cōncĭlĭo. *Īstĕ tĭbĭ dŏmĭnăm cōncĭlĭāvĭt ămŏr.* M. SY. cōnjūngĕrĕ, dēvīncīrĕ; ăcquīrĕrĕ, părārĕ, cōmpărārĕ. PH. Pārtēs cōncĭlĭāntĭs ăgām. Fēmĭnă cōncĭlĭātă vĭrō. *C.* Quaē sūrsūm cōncĭlĭāntŭr ĭn āltō. *Lr.* Āntĕ, dĕōs hŏmĭnī quŏd cōncĭlĭārĕ vălērĕt, Fās ĕrăt. *O.* Thălămīs ēt cōnjŭgĕ pāctă Cōncĭlĭăt rēgēs. *Va.* Īngĕnĭō făcĭēs cōncĭlĭāntĕ plăcēt. *O.* Et dīctīs ārtēs cōncĭlĭāssĕ sŭās. *O.* Et rārām fāmaē cōncĭlĭārĕ fĭdēm. *O.*

cōncĭlĭūm. *Īlle ē cōncĭlĭō mūltīs cūm mīllĭbŭs ībăt.* V. SY. coētŭs, cōnvēntŭs, cōncĭo, cŏrōnă, cōnsēssŭs.

cōncīnno. PH. Cōnsuētūdō cōncīnnăt ămōrēm. *Lr.* Quāntum hŏmō bĭlīnguĭs saēpĕ cōncīnnēt mălī. PH. *v. facio, paro.*

cōncīnnŭs. PH. Vērsŭs paūlō cōncīnnĭōr. *H.* Cōncīnnŭs ămīcīs Pōstŭlăt ūt vĭdĕātŭr. *H.* Vīrgō cōncīnnă făcĭē. *Pl.*

cōncĭno. *Dīcĭtŭr ād claūsās cōncĭnŭĭssĕ fŏrēs.* O. SY. cănĕrĕ, cāntārĕ, cōncēntūm ēdĕrĕ, cāntū rēspōndĕrĕ, rēspōnsō ăccĭnĕrĕ; cōnsēntīrĕ, cōnspīrārĕ. PH. Ād vădă Maeāndrī cōncĭnĭt ālbŭs ŏlŏr. *O.* Vīctōrī laūdēs cōncĭnŭĭssĕ Jŏvī. *T. v. cano.*

cōncĭo. *Jūpĭtĕr ēt tĕnĕbrās, frĕmĭtŭs ēt mūrmŭră cōncĭt.* Lr. PH. Quāntās tūrbās cōncīvi īnscĭēns! *Te.* Quāntō Scȳthĭām mōlĭmĭnĕ Pērsēs Cōncĭĕrĭt. *Va.* Rŭĭt ē spārsō cōncĭtă măpālī Agrēstūm mănŭs. *Va.*

cōncio, ōnis. SY. cōncĭlĭūm, coetūs; ōrātĭo, sermo.

cōncĭōnātŏr. *v. orator.*

cōncĭōnŏr. *Cōncĭōnātūrūm plēbes ēdĭlĭ circūmsistĭt.* Sid. Male. SY. ōrātĭōnēm hăbērĕ; vērbă făcĕrĕ. *v. orator.*

cōncĭpio. *Cōncĭpĭt Iris ăquās* etc. O. *v. conceptus.* SY. pērcĭpĕrĕ, nōscĕrĕ, cōgnōscĕrĕ, āssĕquī, īntēllĭgĕrĕ, căpĕrĕ. PH. Cōncĭpĕrēt flāmmās tōtūsque ārdēscĕrēt āxis. *O.* Cōncēpĭt mēntĕ fŭrōrēm. Pēctŏrĕ cōncĭpĭō nīl nĭsĭ trīstĕ mĕō. *O.* Stūpă jăcĭt flāmmās cōncēptō prōtĭnŭs īgnī. *Lr.* Lăcūs ēt flūmĭnă vīrēs Cōncĭpĭūnt. *O.* Occūltās vīrēs ēt pābŭlă tērrae Pīnguĭă cōncĭpĭūnt. *O.* — Anĭmō mājōră căpācī Cōncĭpĭt. *O.* Ūrbēsquĕ dŏmōsquĕ Cōncĭpĭās ănĭmō. *O.* — Plēnīssĭmă cōncĭpĭt hērōs Vērbă. *O.* Cōncĭpĭt īllĕ prĕcēs. *O.* Cōncĭpĕ foedŭs. *V.*

cōncīsŭs. *v. concido.*

cōncĭto, ās. — *pŏpŭlī mĭhĭ cōncĭtăt īrăm.* O. SY. ēxcĭtārĕ, mŏvērĕ, sōllĭcĭtārĕ, stĭmŭlārĕ, īncēndĕrĕ, ăgĕrĕ, pēllĭcĕrĕ, ăcŭĕrĕ, īncĭtārĕ, īnstīgārĕ, īnflāmmārĕ, īmpēllĕrĕ, ēxstĭmŭlārĕ. PH. Cōncĭtăt Eūrŭs ăquās. *Va.* Fŭgĭēntĭbŭs īnstăt ĕt āgmĕn Cōncĭtăt. *O.* Et sĭbĭ nŏcĭvūm cōncĭtānt pērĭcŭlūm. *Ph.* O. F. 6, 588. M. 5, 164.

cōncĭtŭs (conciēre). — *Răpĭdō cūm cōncĭtŭs aestū.* V. *v. citus.*

cōncītŭs (concire) — *tōtō cōncītă pĕrīcŭlă mūndō.* L. SY. cōncĭtātŭs, ēxcĭtŭs, vēlōx, īncĭtātŭs, īnstīgātŭs.

cōnclāmo, ās. — *Ītălĭām prīmŭs cōnclāmăt Āchātēs.* V. SY. clāmārĕ, ēxclāmārĕ, vōcĭfĕrārī. PH. Aūxĭlĭūm vŏcăt ēt dūrōs cōnclāmăt ăgrēstēs. *V.* Cōnclāmăt sŏcĭōs. *O.* Dūcēndum ăd sēdēs sĭmŭlācrum ōrāndăquĕ dīvae Nūmĭnă, cōnclāmānt. *V.* — Imēnsīs cōnclāmātă quĕrēlīs Sāxă. *M.* Plānctū cōnclāmăt ŭtērquĕ Isthmōs. *St.* — Cōrpŏră nōndūm Cōnclāmātă jăcēnt. *Lr.*

cōnclāvĕ. *Cūrrĕrĕ pēr tōtūm păvĭdī cōnclāvĕ, măgīsquĕ.* H. *v. cubiculum.*

cōnclūdo, ĭs. *Pārs āptārĕ lŏcūm tēcto ēt cōnclūdĕrĕ sūlcō.* V. SY. claūdĕrĕ, īnclūdĕrĕ; cōllĭgĕrĕ, īnsĕrĕrĕ; ābsōlvĕrĕ, pērfĭcĕrĕ, cōmplēctī, fīnīrĕ. PH. Cōnclūdĕrĕ fōllĭbŭs aūrās. *H.* Cōnclūdĕrĕ vērsūm. *H.* Vēl pĭcĕ vēl mōllī cōnclūdĕrĕ vūlnĕră cērā. *Va.* Suāvĕ lŏcūs vōcī rĕsŏnăt cōnclūsŭs. *v. claudo.*

cōncŏlŏr, ōris. — *cūm foetū cōncŏlŏr ālbō.* V. PH. Flōs dē sānguĭnĕ cōncŏlŏr ōrtŭs. *O.*

cōncŏquo, ĭs. *Pūlchrē cōncŏquĭtĭs; nĭhĭl tĭmētĭs.* (phal.) C.

cōncōrdĭă. *Quĭd mĭhĭ, sī tāntō fēlīx cōncōrdĭă bēllō.* P. SY. pāx, ănĭmōrūm cōnsēnsŭs, cōnspīrātĭo. EP. dūlcĭs, mītĭs, fēlīx, cāndĭdă, īnnŏcŭă, ālmă. PH. Pāscĭt ŭbī tūtās dūlcĭs cōncōrdĭă mēntēs. *Mant.* Vīrtūs cōntrārĭă lītī. Nūllīs cōncōrdĭă rūptă quĕrēlīs. Pārvīs dīvēs cōncōrdĭă rēbŭs. *S.* Illĭc jūstō pōndĕrĕ rērūm Vĕtĕrēm sērvānt sīdĕră pācēm. *Boe.* Ūnă quĭdēm făcĭēs sēmpēr, mēns ūnă dŭōbŭs, Ūnă quĭēs, ūnūsquĕ lăbŏr. Quĭd vēlĭt āc pōssīt rērūm cōncōrdĭă dīscors. *H.* Cōnsŏcĭāns, jūngēns, ūnĭēns, cōncĭlĭāns mēntēs; cōnnēctēns, lĭgāns pēctŏră, cōrdă. *v. pax.*

cōncōrdĭtĕr. — *dūlcēs cōncōrdĭtĕr ēxĭgĭt ānnōs.* O. SY. sĭnĕ lītĕ, cōncōrdī mēntĕ, cōncōrdĭbŭs ănĭmīs. *V.* Cōncōrdĭbŭs stŭdĭīs, aūsīs. *S.* Unănĭmō nīsū, ămīcō foedĕrĕ. PH. Vīxĭmŭs, ŭt nōstīs, tōtōs cōncōrdĭtĕr ānnōs. *Ma.* Aetērnūm sĕrĭtōtĕ dĭēm cōncōrdĭtĕr āmbō. *Enn.* Intēr sē cōngrŭūnt cōncōrdĭtĕr. *Pl.*

cōncōrdo, ās. — *Cōncōrdānt cārmĭnă nērvīs.* O. PH. Et sēnsĭt, vărĭōs, quāmvīs dīvērsă sŏnārēnt, Cōncōrdārĕ sŏnōs. *O.* Sī cōncōrdābīs cūm īllō. *Te. v. consentio.*

cōncōrs, dĭs. PH. Nūnc dŭŏ cōncōrdēs ănĭmā mŏrĭēmŭr ĭn ūnā. *O.* Cōncōrdēs ēgĭmŭs ānnōs. *O.* Cōncōrdēs ănĭmās. *V.* Cōncōrdēs stăbĭlī fātōrūm nūmĭnĕ Pārcae. *V.* Frēnă jŭgō cōncōrdĭă fērrĕ. *V.* Cōncōrdēs mēnsae. *L.* Et mūltō fīăt cīvĭtās cōncōrdĭŏr. *Pl.*

cōncrēbēsco. — *Zĕphyrŭs cōncrēbŭĭt Eūrō.* V. *v. crebesco.*

cōncrēdo. — *gnātūm vēntīs cōncrēdĕrĕt Aēgeŭs.* C. PH. Vēl quĭbŭs ōbsēssōs pōssĭt cōncrēdĕrĕ mūrōs. *V.* Nōn ēs vērĭtŭs cōncrēdĕrĕ nōbīs. *P. v. credo, fido.*

cōncrĕmo, ās. *Ūt cōncrĕmārēm prōlĭs ēt thălămī rŏgōs.* (iamb.) *Se. v. cremo, uro.*

cōncrĕpĭto, ās. *Strīdĕrĕ, vīrgārūm cōncrĕpĭtārĕ frĭgŏr.* Pr.

cōncrĕpo, ās. *Cymbălă Thēbānō cōncrĕpŭērĕ Dĕō.* P. PH. Aērĭfĕrae cōmĭtūm cōncrĕpŭērĕ mănūs. *O.* — Tārtēssĭăcā cōncrĕpăt aērĕ mănū. *M. v. crepo.*

cōncrēsco. SY. cōnflārī, cŏīrĕ, cōmmīscērī, cōndēnsārī, dēnsārī, cōgī, īndūrārī, glăcĭārĕ, rĭgērĕ. PH. Cōncrēscūnt sŭbĭtae cūrrēnti īn flūmĭnĕ crūstae. *V.* Imbrēs gĕlĭdīs cōncrēscĕrĕ vēntīs. *O.* Gĕlĭdūs cōncrēvĭt frīgŏrĕ sānguĭs. Cōncrētōs sānguĭnĕ crīnēs. *V.* Nīx ācrī cōncrētă prŭīnā. *Lr.* Mūltă dĭū cōncrētă mŏdīs īnŏlēscĕrĕ mīrīs. *V.* Sŭōs brĕvĭtĕr cōncrētŭs ĭn ārtŭs. *P.* Cōncrētă sānguĭnĕ bārbă. *O.* Cānā cōncrētă prŭīnă. *V.* Cōncrētās pĭgrō frīgŏrĕ rīdĕt ăquās. *M.*

cōncŭbīnŭs. *Quĭd nūbĭs, Prŏcĭlĭnă, cōncŭbīnō?* (phal.) M. SY. moechŭs, ădūltĕr.

cōncŭbĭtŭs. *Cōncŭbĭtū vĕtĭtō nātūrae pōllŭĕ foedŭs.* O. SY. coĭtŭs. EP. nĕfāndŭs, īmpūrŭs, nōctūrnŭs, scĕlĕrātŭs, sōns, vĕtĭtŭs, īmprŏbŭs, dŏlōsŭs.

cōncŭbĭŭs. *Nāmque ŭbĭ cōncŭbĭae vĕnĕrĕ sĭlēntĭă nōctīs.* M.

cōncŭlco, ās. PH. Impŏsĭtō pĕdĕ prĕmĕrĕ, prōcŭlcārĕ, sŭbĭgĕrĕ. Caesōs cālcārĕ dŭcēs. Cōllă dŭcūm cōmprĭmĕrĕ. Plāntās sŭb pĕdĭbŭs tĕrĕrĕ. Errāns bŭcŭlă cāmpō Dēcŭtĭăt rōrem ēt sūrgēntēs āttĕrăt hērbās. *V.* Spārsās pĕdĭbŭs prōtĕrĭt ēscās. Et laevō prēssĭt pĕdĕ tālĭă fātŭs. Pĕdĭbŭsquĕ vĭrūm cōncŭlcăt ĕquīnīs. *O.* Et tŭă saevŭs ămŏr sŭb pĕdĕ cōllă prĕmĭt. *O. v. calco.*

concumbo, is. *Evandri profugae concubuere boves.* P. *v. cubo.*

concupio *et* concupisco. *At si quid unquam tale concupiverit.* (iamb.) H. PH. Quid concupiscam, quaeris ergo? Dormire. *M.* Qui concupisti subito regales opes. *Ph. v. cupio.*

concurro, is. SY. accurrere, advolare, convolare, concursare, coire, confluere. PH. Concursu accedere magno. *V.* Raptis concurrunt undique telis. Concurrunt trepidae comites. *V.* Puppis ad auxilium sociae concurrit. *L.* — Ingentem comitum affluxisse novorum Invenio admirans numerum. *V.* Omnisque relictis Turba fluit castris. *V.* Audetque viris concurrere virgo Bellatrix. *V.* Ausus concurrere cominus hosti. *O.* Omnia ventorum concurrere proelia vidi. *V.* Concurrit dextera laevae. *H.* Montes concurrere montibus altos. *V.* Sidera sideribus concurrent. *H.* Nunc hinc, nunc illinc abrupti nubibus ignes Concursant. *Lr.* Trepide concursans, occupata in otio. *Ph.*

concursus, us. SY. accursus, concursio, concursatio, turba frequens. EP. magnus, ingens, celebris, frequens. PH. Concursibus intonat aether. *O.* Quid vult concursus ad amnem? *V.*

concutio, is. *Aegida concuteret dextra, nimbosque cieret.* V. *Excutere foedus, pacem,* i. e. turbare. *V.* A. 12, 158. SY. quatere, movere, commovere, agitare, concitare, excutere, jactare, labefacere, labefactare. PH. Nutu concutit orbem. *O.* Concutit ossa metus. *O.* Ingenti bellorum Roma tumultu Concutitur. *L.* Boreas freta concutit. *O.* — Denique te ipsum Concute. *H.* Fecundum concute pectus. *V.* Excanduit, et se Concussere ambae. *I.* Casu concussus acerbo. Concussa fides. *L.* Mens, concussa metu. *V.*

Condas, atis. *Condatem ad portum, si modo deproperes. Au.*

Condecet. *Magis pudorem, quam aurum, gerere condecet.* Pl. (iamb.) *v. decet.*

condecoro, as. *Dignis digna locis picturis condecoravi.* An. ap. Plin. *Potestas condecorandi ludos scenicos.* Te. (iamb.) *v. decoro.*

condemno, as. SY. damnare. PH. Crimine damnare. Reum judicare. Sceleris arguere. Morte, exsilio mulctare. Morti, neci addicere, dedere. Nigrum praefigere theta. Mortiferum addere signum. Nec mea decreto damnasti facta senatus, Nec mea selecto judice jussa fuga est. *O. v. damno.*

condenso, as. *v. denso, densus.*

condico, is. PH. Ad coenam condicam foras. *Pl.* Certo condixit pretio. *Ph.* Vulcano condicta domus. *Gr.* Condictas vitant in vallibus ulmos. *Clp. v. figo, promitto.*

condimentum. *Quae salis admisto tandatur condimento.* Ser. SY. conditio, conditura, suavitas, dulcedo. EP. suave, dulce, gratum.

condisco, is. — A teneris crimen condiscitur annis. *O.* PH. Pauperiem pati Condiscat acri militia puer. *H.* Condisce patris exemplo fidem. *Se. v. disco.*

condio, is. — *nimis condire gulosum.* J. PH. Condimentis, suavi sapore temperare. Dulcem saporem aspergere, condimenta miscere.

condiscipulus. *Hac condiscipula vel hac magistra.* (phal). M. *Rhetoris Luciolum, condiscipulum atque magistrum. Au.* PH. Hunc mihi conjunxit studiis communibus aetas. *Cl.*

conditio (condere). *Accipe et hoc munus conditione mala.* O. SY. lex, pactum; modus; fortuna, sors, status. EP. misera, commoda, difficilis, iniqua, dura, felix, fortunata, prospera. PH. Conditio melior si tibi nulla, veni. *M.* Si poteram audita conditione capi. *O.* — Credibile est fieri conditione loci. *O.* — Accipe sub certa conditione preces. *O.* — Attalicis conditionibus Nunquam dimoveas. *H.*

conditio. *v. condimentum.*

conditor. (condire) *Ciconiarum Rufus ille conditor.* (scaz.) Vet. Ep. *v. coquus.* EP. sollers, peritus, industrius.

conditor. (condere) — *Romanae conditor arcis.* V. PH. Mundi communis conditor. *I.* Conditor Iliados. I. Conditor artis. *O.* Humilis tantis sim conditor actis. *T. v. aedificator, scriptor.*

conditus. *Ne mille conditum jus apponatur, et omnes.* H.

conditus. *Condita quum verax aperit praecordia Liber.* H. SY. absconditus, abditus, occultus, latens, reconditus, obscurus, tectus, obtectus, involutus, caecus. PH. *I. q. recondo.* Et condit lectas parca colona nuces. *O.* Coelum condidit umbra Jupiter. *V.* Et vocem memori condidit aure tuam. *O.* Ferrum adverso pectore condit. *V.* Digitos in perfida lumina condit. *O.* Sol cum se condet in undas. *V.* Condit quisque diem collibus in suis. *H.* Cum sol referetque diem condetque relatum. *V.* Animamque sepulcro Condimus. *V.* — *I. q. aedifico.* Tantae molis erat, Romanam condere gentem. *V.* Memorandum condere nomen. *S.* Palatini condidit ora jugi. *O.* — *I. q. scribo.* Condere rem numeris. *O.* Tristia condere bella. *V. v. abdo, aedifico, occulto.*

condo, is. Per omnes *condunt* se Teucri portas. V. A. 9, 38. V. E. 9, 52. SY. abscondere, occulere, occultare, tegere, obtegere; construere, componere, colligere, coacervare.

condoleo, es. *At si condoluit tentatum frigore corpus.* H. *v. doleo.*

condono, as. *v. dono, parco.*

conducibilis. SY. commodus, aptus, utilis.

conduco, is. *Quod non proposito conducat et haereat apte.* H. SY. ducere; sum commodus, utilis, aptus, convenio; redimere, locare. PH. *I. q. cogo.* Sparsas donec oves campo conducere in unum Nox jubet. *Clp.* Partes conducere in unum. *Lr.* Nubila conducit. *O.* — *I. q. loco.* Aedem conducere. *I.*

Pārs hŏmĭnŭm gĕstĭt cōndūcĕrĕ pūblĭcă. *H.* Ut quī cōndūctī plōrānt ĭn fūnĕrĕ. *H.* Cōndūctŭm rĕpĕtēns nōctĕ jŭbēntĕ lărĕm. *M.* — *I. q. convenio.* Quōd nōn prōpŏsĭtō cōndūcăt ĕt haerĕăt āptē. H.

cōndŭplĭco, ās. *Adde ĕtĭăm, quī cōndŭplĭcānt* etc. Lr.

cōndŭs, ī. PH. *Prōmŭsquĕ, quăm cōndŭs, măgĭs. Au.*

cōndȳlŭs, ī. *Părvī tībĭă cōndȳlī sŏnābĭt.* (phal.) M.

Cōnē, ēs. — bărbără Cōnē. *L.*

cōnfăbŭlŏr, ārĭs. *v. colloquor.*

cōnfĕro. *Cōntŭlĭt aēs pŏpŭlūs* etc. O. *Cōllātum ēst dĕcĭes* etc. M. — *ănĭmum ălĭō cōnfĕrūnt.* Te. *Non ūllī quĭsquăm sē cōnfĕrĕt hērōs.* C. PH. *I. q. comparo.* Praesēntĭă cōnfĕr Praetĕrĭtīs. *Lr.* Et mēcūm cōnfĕrtŭr Ŭlȳssēs! *O.* Cōnfērrĕ nōstrīs tū pŏtēs tē laūdĭbŭs. *Ph.* Nīl ĕgŏ cōntŭlĕrĭm jūcūndō sānŭs ămīcō. *H.* — *I. q. misceo.* Cōrăm nūtŭs cōnfērrĕ lŏquācēs. *T.* Sērĭă mūltă mĭhī tēcŭm cōllātă rĕcōrdŏr. *O.* Cōnfērrĕ mănŭm pŭdŏr īrăquĕ mōnstrānt. *V.* Dūcī cērtāmĭnă Mārtĭs Cōntŭlĕrānt. *V.* Cōntŭlĕrānt ārctō lūctāntĭă nēxū Pēctŏră. *O.* Dīră dŭcēs Phārsālĭă cōnfērt. *L.* — *I. q. muto.* Cōntŭlĭt ĭn săxŭm. *O.* Cōntŭlĭt ĭn vērsūs sīc sŭă vērbă dŭōs. *O.* — *I. q. exhaurio.* Măcĭē cōnfēctă sŭprēmā. *V.* Cōnfēctum aētātĕ părēntĕm. *V.*

cōnfērtŭs. PH. Dēnsīs lĕgĭō cōnfērtă mănĭplīs. *S. v. densus, frequens.*

cōnfēstim. *v. brevi, protinus.*

cōnfĭcĭo. — *dūm cōnfĭcĭt ōmnĭă tērrŏr.* L. — *immēnsūm spătĭīs cōnfĕcĭmŭs aēquŏr.* V. SY. făcĕrĕ, ēffĭcĕrĕ, ābsōlvĕrĕ, ēxpĕdīrĕ, pērfĭcĕrĕ, ābsūmĕrĕ, pēssūndărĕ, āttĕrĕrĕ; ōccīdĕrĕ, īntērfĭcĕrĕ, pĕrĭmĕrĕ. PH. Plēnŭs ĭnēxstīnctā cōnfĭcĭārĕ fămē. *O.* Păvŏr āttŏnĭtōs cōnfĕcĕrăt hŏstēs. *L.* Sōmnŭsquĕ sŭās cōnfĕcĕrăt hōrās. *S.*

cōnfīdēns. — *tē, jŭvĕnŭm cōnfīdēntĭssĭmĕ nōstrās.* V. *v. audax, confisus, fidens.*

cōnfīdēntĭă. — *Ingēntēm cōnfīdēntĭăm.* Te. *v. audacia.*

cōnfīdo, ĭs. *Dēsĭnăt ēlātīs quĭsquăm cōnfīdĕrĕ rēbŭs.* Cl. PH. Āfflīctīs mĕlĭŭs cōnfīdĕrĕ rēbŭs. *V.* Fāllācī tĭmĭdē cōnfīdĕ fĭgūrae. *O. v. audeo, credo, fido.*

cōnfīgo, ĭs. *Nīl pŭĕrī făcĭūnt, ĭpsăm cōnfīgĭtĕ mātrĕm.* J. SY. fīgĕrĕ, trānsfīgĕrĕ, vūlnĕrārĕ, cōnfŏdĕrĕ, saūcĭārĕ, dēfīgĕrĕ, rĕfīgĕrĕ.

cōnfīnĭs, ĕ. — *dŭbĭaē cōnfīnĭă nōctĭs.* O. SY. āffīnĭs, vĭcīnŭs, prŏpīnquŭs, fīnĭtĭmŭs, cōntērmĭnŭs. PH. Pĕrĭt ăd cōnfīnĕ mămīllaē. *Va.* Intĕr gĕmĭnaē nāntēm cōnfīnĭă mōrtĭs. *T.* Aūsŏnĭaē Sĭcŭlaēquĕ tĕnēt cōntĭnĭă tērrae. *O.* Aūtŭmni aēstātĭsquĕ sĭmŭl cōnfīnĭă mĭscēns. *Au.* Quā cōllō cōnfīnĕ căpŭt. *O.* Stŭdĭō cōnfīnĭă cārmĭnă vēstrō. *O.*

cōnfīo. PH. Cōnfĭĕrī pōssĭt. *V.* Rēs cōnfĭt ŭtrāquĕ. *Lr.* Jūssĕrăt, ŭt lūx Cōnfĭĕrĕt: făcta ēst. *Pr. v. conficio.*

cōnfīrmo, ās. SY. āssĕvĕrārĕ, āffīrmārĕ, cōrrōbŏrārĕ. PH. Trĕpĭdūm fōrmīdĭnĕ cūlpaē Cōnfīrmānt. *I.* Prīncēps cōnfīrmăt ĭtūrōs. *Cl.* Anĭmōsquĕ lăbāntēs Cōnfīrmānt. *L.*

cōnfīsŭs. *Ō nĭmĭŭm caēlo ĕt pĕlăgō cōnfīsĕ sĕrēnō.* V. PH. Rōbŏrĕ cōnfīsŭs Lătĭō. *L.* Stūltē cōnfīsŭs ămārī. *I.* Rēmĭs cōnfīsă mĭnūtīs Cȳmbă. *P. v. confidens.*

cōnfĭtĕŏr, ērĭs. *Ēt scĕlĕrĭs nŭmĕrōs cōnfĭtĕārĕ tŭī.* O. SY. fătērī, āgnōscĕrĕ, cōncēdĕrĕ, prōfĭtērī. PH. Nēc tămĕn, ŭt vērŭm cōnfĭtĕāmŭr, ĕrānt. *O.* Cōnfēssŭs gĕlĭdō pāllōrĕ tĭmōrĕm. *O.* Nōn ēst cōnfēssī caūsă tŭēndă rĕī. *O.* Almă părēns, cōnfēssă dĕăm. *V.*

cōnflăgro, ās. *v. ardeo, flagro.*

cōnflīgo, ĭs. *Tōt sĭmŭl ōbjēctīs pōssĭt cōnflīgĕrĕ rēbŭs.* Cl. PH. Cōnflīgūnt cōllātīs āgmĭnă sīgnīs. *Cl.* Cōnflīgūnt Zĕphȳrŭsquĕ Nŏtŭsquĕ. *V. v. certo, luctor, pugno.*

cōnflīctŭs, ūs. *v. certamen, lucta.*

cōnflo, ās. SY. fābrĭcārī, fābrĭcārĕ, ēx aērĕ, aūrō etc. fūndĕrĕ, cūdĕrĕ, ēxcūdĕrĕ, lăbōrārĕ, āllăbōrārĕ, cōnfĭcĕrĕ. PH. Mĕaē cōnflāvĭt ĭmāgĭnĭs aūrŭm. *P.* Fālcēs cōnflāntŭr ĭn ēnsĕm. *V.* Mōrtĭfĕrām pōssĭt clādĕm cōnflārĕ cŏōrtă Mōrbĭdă vīs hŏmĭnūm gĕnĕrī. *Lr.*

cōnflŭo, ĭs. SY. īnflŭĕrĕ, pērflŭĕrĕ, cōnvĕnīrĕ, cōncūrrĕrĕ. PH. Nīlŭs ĭn Hĕbrŭm Cōnflŭăt. *O.* Ex tōtō sōlērtĭă cōnflŭĭt ōrbĕ. *O.*

cōnflŭvĭŭm. *Dōnĕc cōnflŭvĭă rĕvŏlūtīs aēstĭbŭs āmnĭs.* Corn. Se.

cōnflŭŭs. PH. In sēmēt rĕvŏlāns gūrgĭtĕ cōnflŭō. *Pr.*

cōnfŏdĭo, ĭs; ōdī. *Tēlăquĕ cōnfŏdĭūnt hŏstēs* etc. V. F. SY. fŏdĕrĕ, dēfŏdĕrĕ; fĕrīrĕ, pērcŭtĕrĕ, pērfŏdĕrĕ, caedĕrĕ. PH. Jŭgŭlūmquĕ sĕnīlĕ Cōnfŏdĭām. *L.* Infēstīs taūrŭs mōx cōnfŏdĭt cōrnĭbŭs Hŏstīlĕ cōrpŭs. *Ph.* Cōnfōssŭm mĕdĭcā pōstmŏdŏ jŭvĭt ŏpĕ. *O.*

cōnfōrmo, ās. SY. āssĭmĭlārĕ; cōmpōnĕrĕ, fōrmārĕ, fĭgūrārĕ. PH. Sĭcŭlīs ĭn cōnfōrmātă cămīnīs Effĭgĭēs. *St.* Cōnfōrmārĕ lŏcŭm. *V.*

cōnfrăgōsŭs. *Clīvōsă plānīs, cōnfrăgōsa ŭt lēnĭbŭs.* (iamb.) Pr. SY. āspĕr, scăbĕr, sălĕbrōsŭs, scrūpĕŭs, pĕtrōsŭs, lăpĭdōsŭs. *v. saxosus.*

cōnfrăgŭs. — *cāstēllă vŏcānt, ĕt cōnfrăgă dēnsīs.* L. SY. īnăccēssŭs, cōnfrăgōsŭs. PH. Pĕr cōnfrăgă sīlvaē. *St. v. scrupeus.*

cōnfŭgĭo. *v. fugio.*

cōnfŭgĭŭm. *v. perfugium.*

cōnfūndo, ĭs; ūdī. SY. mĭscērĕ, cōmmĭscērĕ, tūrbārĕ, pērtūrbārĕ. PH. Sĭcŭlīs cōnfūndĭtŭr ūndīs. *O.* In chăŏs āntīquūm cōnfūndĭmŭr. *O.* Advērsōsquĕ jŭbēt fērrō cōnfūndĕrĕ vūltūs. *L.* Et ōra ĕt īllās nōbĭlēs pătrīs nŏtās Cōnfūdĭt. *Se.* — Cōnfūndĕrĕ săcră prŏfānīs. *Cl.* Făsquĕ nĕfăsquĕ Cōnfūsūră rŭĭt. *O.* Intēllēctă părūm cōnfūsăquĕ vērbă fŭērĕ. *O.* Prōmīssă, prĕcēs cōnfūndĭt ĭn ūnŭm. *O.* — Obstŭpŭĭt vărĭā cōnfūsŭs ĭmāgĭnĕ rērŭm. *V.* Cōnfūndŏr ĭmāgĭnĕ nōctĭs. *O.* Cōnfūsăquĕ pēctŏră vīsū Tērrĭfĭcō. *S.* Nūnc mălĕ dēfēnsaē cōnfūndānt moēnĭă Trōjaē. *O.* Pŏsĭtās cōnfūndĕrĕ mēnsās. *Va.* Avĭdŭs cōnfūndĕrĕ foēdŭs. *V.*

confuto. *An confutabunt nares, oculique revincent?* Lr. *v. refuto.*

congelo. *Congelat hyberni vultus Jovis* etc. V. F. *v. gelo.*

congemino, as. *Congeminant, sors et virtus miscentur in unum.* V. *v. gemino.*

congemo. *Congemuit, traxitque jugis* etc. V. *v. gemo.*

congenitus. *Cives congenitos concludat moenibus unis.* Pr. SY. Ingenitus, insitus, innatus, nativus.

congeries, ei. *Congeriem secuit, tectamque* etc. O. PH. Congeriem silvae sternis. *O.* Per arma et membra jacentum Tetraque congerie. *Va.* Venit aetas omnis in unam Congeriem. *L.* Erexit subitas congestu cespitis aras. *L.*

congero. *Divitias alius fulvo sibi congerat auro.* T. PH. Aramque sepulcri Congerere arboribus. *V.* Captivaque vestis Congeritur. *V.* — Aeriae quo congessere palumbes. *V.* — Spes omnis in unum Te mea congesta est. *O.* Congestis undique saccis Indormis inhians. *H.* Congestum cespite culmen. *V. v. accumulo.*

conglomero. *Continuet parvo, si possit conglomerari.* L. *v. congero.*

conglutino. *v. agglutino.*

congredior. — *si congrediamur, habemus.* V. PH. Congressi jungunt dextras mediisque residunt Aedibus. *V.* Hectora quaerens Congreditur Cycno. *O.* Impar congressus Achilli. *V. v. certo, luctor, pugno.*

congrego. *Congregat, et longum dant cornua mixta sonorem.* Ser. SY. congerere, coacervare, cogere, colligere, contrahere, aggregare, conjungere, glomerare, agglomerare, compellere. PH. Quid congregare cum leonibus vulpes? *M.* MetusqueCongregat. *St.* Comprendunt inter se conque gregantur. *Lr.*

congressus, us. *v. colloquium, pugna.*

congruo. SY. convenire, quadrare, consonare, consentire, conspirare. PH. Minus horrida matrum Congruerat. *Va.* Illi inter se congruunt concorditer. *Te.*

congruus. PH. Congrua tempora differt. *Cl.* Tristibus accepit congrua fata reis. *Rut. v. aptus, similis.*

conifer et coniger. *Aeriae quercus aut coniferae cyparissi.* V. — *Conigeram sudanti cortice pinum.* C.

conjectura. *Augurium ratio est et conjectura futuri.* O. SY. conjectio, opinio, suspicio, divinatio.

conjicio, is; eci. *Telaque conjiciunt* etc. V. SY. augurari, divinare, suspicari, conjectare; jacere, injicere; hariolari. PH. Grandia conjice saxa. *V.* Frugmina conjiciens silvarum. *Lr.* Conjectaque vincula collo Accipit. *O.* Conjecto sternit jaculo. *V.* — Conjicere ut possis ex hoc, quod cernere non quis. *Lr.* Nec male conjectat. *I.*

conjugalis et conjugialis. *O conjugale tempus!* (iamb.) Se. *Non mea virginitas, nec conjugialia jura.* O. *v. maritalis.*

conjugium. *Ni dare conjugium, et dicto parere fatetur.* V. SY. connubium, Hymenaeus, matrimonium, thalamus, torus, nuptiae. EP. stabile, fidum, sociale, sanctum, firmum, sacrum, sollicitum, perenne, fidele, geniale, faustum, felix, castum, pudicum, socium, concors, amicum, solemne, laetum, ferax, triste, infelix, infaustum. PH. Taedae jugales, sociales. Socii consortia lecti. Connubiale jugum. Jura tori, lecti socialia jura. Sacra jugalia, vincla jugalia. Thalami, tori foedus. Debita jura tori. Casti jura marita tori. Faces maritae. Foedera lecti. Socialis amor. — Junoni ante omnes, cui vincla jugalia curae. At tibi ego ignarus thalamos taedasque parabam. *O.* Quantis connubia nostra procorum Turba petat studiis. *St.* — *Conjugium inire.* Conjugem accipere, nubere, matrimonium inire. Socii foedus inire tori. Subire vincla jugalia. Tibi ducitur uxor. *V.* Te face solemni junget sibi. *O.* Nullo me vinclo vellem sociare jugali. *V.* Connubio sibi jungere. Tori, thalami socium, sociam, accipere, recipere in tori partem. Recipere thalamo, coire toro sacro. Subire casti debita jura tori. Connubio stabili, solemni taeda, sibi jungere; accipere in foedus socii tori, consortem thalami sumere. Legitimo foedere sociare. Vinclo sociare jugali. sociam deligere sibi, ducere. Germanam, nuper thalamo sociatus, habebat. *V.* Par connubium maturo tempore adepta est. *C.* Accipiet conjux felici foedere divam. *C.* Et mentem vincire toris et jungere festa Connubia. *St.* Jugales Conciliare toros festasque accendere taedas. *St.* Quin natam egregio genero dignisque hymenaeis Des, pater. *V.* Tum Thetidi pater ipse jugandum Pelea sensit. *C.* Annuitur thalamis Albani virgo tyranni. *Va.* Praeposito cunctis Laurenti tradita Pico est. *O.* Multi illam magno e Latio totaque petebant Ausonia. *V.* Si qua velis apte nubere, nube pari. *O.* Sunt mihi bis septem praestanti corpore Nymphae, Quarum quae forma pulcherrima, Deiopejam Connubio jungam stabili, propriamque dicabo. *V.* Vertumnamque tori sociamque Delige. Ne pete connubiis natam sociare Latinis. *V.* Cui pater intactam dederat primisque jugarat Ominibus. *V.* Duxerat Hippodamen. *O.* Optatos animi conjungite amores. *T.* Quod si forte virum non degigneresPelasgum. *O.* Si qua tibi sponsa est, si quam dignabere taeda. *O.* Unus erat, cum quo sociare cubilia vellem. *O.* Me tibi, teque mihi taeda pudica dedit. *O. v. celebrare nuptias.* — *Conjugium odisse.* SY. fugere concubitus, connubia, accessus, contactus viriles. Taedas jugales, socium thalamum, vincla jugalia aversari, usum conjugis negligere, abhorrere ab uxore. PH. Si mihi non animo fixum immotumque sederet, Ne cui me vellem vinclo sociare jugali. *V.* Toties sum dedignata maritos. *V. v. caelebs, virginitas.* — *Conjugii fidem servare.* SY. connubia servare, foedera lecti, conjugii fidem, socialia jura, matrimonii fidem non

vĭŏlārĕ, fallĕrĕ. PH. Cōnjŭgĭūm pĕr lūstră nŏvēm sĭnĕ crīmĭnĕ cōncŏrs Ūnum hăbŭī. Cōnjŭgĭō, dīxī, sōlă frŭĕrĕ mĕō. *O.* Jūră pŭdōrquĕ, Et cōnjŭgĭī sācrātă fĭdēs. *Se.* Mĕtŭēns ăltĕrĭūs vĭrī Cērtō foedĕrĕ cāstĭtās. *H. v. castus.* — *Conjugium violare.* SY. cŭbīlĕ, fĭdēm tĕmĕrārĕ mărītăm. Tēndĕrĕ rētĭă lēctō. Dēsĕrĕrĕ foedĕră lēctī. Săcră mărītă pōllŭĕrĕ. Vĕnĕrēm tĕmĕrārĕ mărītăm. Līnquĕrĕ lēgĭtĭmōs tŏrōs. PH. Heū, ŭbī pāctă fĭdēs, ŭbī cōnnŭbĭālĭă jūră? *O.* — Nōn jām cōnjŭgĭum āntīquŭm, quŏd prōdĭdĭt, ōrō. *V.* Haēcnĕ mărītă fĭdēs? *P. v. adulter.* — *Conjugium felix.* Cōnjŭgĭō fēlīx. *O.* Cōnnŭbĭīs pācem fēlīcĭbŭs ēstō Compōnānt. *V.* Cuī tē bŏnă nūmĭnă jūngānt. *O.* Cōnjŭge ĕrām fēlīx, fēlīx ĕrăt īllă mărītō. Incĭdăt ĕt vēstrō rāră quĕrēlă tŏrō. *O.* Nūmina *conjugii: Jūnō,* prōnŭbă, dŏmĭdūcă, lūcīnă, jŭgālis; *Hȳmĕn s. Hȳmĕnaēŭs,* thȳrsĭgĕrī prōlēs gĕnĕrōsă Lyaeī. Cōnjŭgĭī praesēs, cuī sūnt cōnnŭbĭă cūraē.

cōnjūngo. SY. cōpŭlārĕ, ădstrīngĕrĕ, ŏbstrīngĕrĕ, cōnstrīngĕrĕ, ōblĭgārĕ. PH. Hūnc căpĕ cōnsĭlĭīs sŏcĭum ĕt cōnjūngĕ vŏlēntēm. *V.* Avĭdī cōnjūngĕrĕ dēxtrās Ardēbānt. *V.* Dēxtrām cōnjūngĕrĕ dēxtraē. *O* Cāstrīs sē cōnjūngĕrĕ. *Cl.* Et quāmvīs tēcūm mūltō cōnjūngĕrĕr ūsū. *C.* Tāntās cōnjūngĕrĕ vīrēs. *Va.* Quāmvīs cōnjūnctĭŏr īllō Nēmŏ mĭhī ēst. *O.* Cōnjūnctīs spătĭāntūr pāssĭbŭs āmbō. *O. v. addo, adjungo, junge.*

cōnjūro. *Āltĕră pōscĭt ŏpēm rēs, ĕt cōnjūrăt ămīcē.* H. SY. cōnspīrārĕ, īnsĭdĭārī; jūrārĕ. PH. Sĭmŭl ōmnĕ tŭmūltū Cōnjūrăt trĕpĭdō Lătĭūm. *V.* Cōnjūrātaēquĕ sĕquūntūr Mīllĕ rătēs. *O.* Et cōnjūrātī vĕnĭūnt ăd clāssĭcă vēntī. *V.* Cōnjūrātă, tŭās rūmpĕrĕ nūptĭās. *H* Cōnjūrăt ĭn ārmă Prōgĕnĭēs vēsānă Jŭbaē. *Cl. v. jupo.*

cōnjŭx, ŭgĭs, *f. Exēmplūmquĕ bŏnaē cōnjŭgĭs ēstŏ mĭhī.* O. SY. mărītă, ūxŏr, spōnsă. EP. pŭlchră, vĕnūstă, fōrmōsă, pŭdīcă, cāră, ămātă, rīxōsă, clāmōsă, fīdă, fīdēlis, grātă, ămīcă, dīlēctă, cāstă, sōllĭcĭtă; pērfĭdă, nĕglĭgēns, dīssŏlūtă, prōdĭgă, lūxŭrĭōsă, īngrātă, īncēstă, īmpŭdīcă, lāscīvă, vĕtŭlă, ānnōsă, līgnĕă, ārĭdă, C. 23, 5. Lr. 4, 1155. PH. Sŏcĭă, cōnsōrs, pārtĭcĕps tŏrī, thălămī, lēctī. Sī quă tĭbī spōnsa ēst. Sērvāns cāstī sŏcĭālĭă foedĕră lēctī. Vīnclō sŏcĭātă jŭgālī. Ūxŏr pŭĕrīs foecūndă crĕāndīs. Făcĭēns vīrūm pŭlchrā dē prōlĕ părēntem. Mūltōs dīlēctă pĕr ānnōs.

cōnjŭx, *m.* SY. spōnsŭs, mărītŭs, vĭr. EP. fīdŭs, cārŭs, fīdēlis, ămātŭs, dīlēctŭs, cāstŭs, sŏcĭŭs, sōllĭcĭtŭs, pērfĭdŭs, nĕglĭgēns, dīssŏlūtŭs, prōdĭgŭs, lūxŭrĭōsŭs, īngrātŭs, īncēstŭs, īmpŭdīcŭs. PH. Thălămī sŏcĭŭs. Hīc vĭr, hīc ēst tĭbī, quēm prōmīttī saēpĭŭs aūdīs. Heū, quĭs tē cāsŭs dējēctām cōnjŭgĕ tāntō Excĭpĭt? *V.* Cōnjŭgĭs aūdīsset făctūm quūm Pōrcĭă Brūtī. *M. v. conjugium, maritus, vir.*

cōnnecto. PH. Et dŭŏ cōntĭnŭō cōnnēctēns aēquŏră mūrō. *Cl.* Vĭrĭdī cōnnēctĭt tēmpŏră laūrō. *Va.* Vērbă lȳraē mōtūră sŏnūm cōnnēctĕrĕ dīgnĕr. *H.* Cōnnēxīs ūndĭquĕ rāmīs. *L.* Cōnnēxōs īrātŭs cārpĕrĕ crīnēs. *P.* Māgnō cōnnēxŭs ămōrĕ. *St. addo, jungo, necto.*

cōnnītŏr. *Ātquĕ gĕnū flēxō taūrŭs cōnnītĭtŭr īngēns.* Cic. PH. Nūnc tōtīs īn mē cōnnītĕrĕ flāmmīs, Jūpĭtĕr! *St.* Tōrsĕrăt hīc tōtīs cōnnīsūs vīrĭbŭs hāstăm. *Va.* Fērt īngēns tōtō cōnnīxŭs cōrpŏrĕ sāxŭm. *V. v. nitor.*

cōnnīvĕo. *Cōnnīvēnt sōlēmquĕ păvēnt ăgnōscĕrĕ vīsū.* S. SY. dīssĭmŭlārĕ, īndŭlgĕrĕ, pārcĕrĕ, pērmīttĕrĕ, cōndōnārĕ.

cōnnubĭālis. *Heū! ŭbī pāctă fĭdēs? ŭbī cōnnŭbĭālĭă jūră?* O. *Vēctīgāl mĕrĭtaē cōnnŭbĭālĕ lȳraē.* Cl. ep. ad Ser. 2, 18. *v. conjugalis.*

cōnnubĭūm. *Cōnnŭbĭō pātrem āmbīre* etc. V. *Pĕr cōnnŭbĭă nōstră, pĕr īncēptōs hȳmĕnaēōs.* V. PH. Cōnnŭbĭă mātrīs Dēlphĭcō ădmŏnĭtū trĕmō. *Se.* Prōspĕr cōnnŭbĭō dĭēs cŏrūscăt. *Sid.* Rōrĕ lĭquăt tĕnŭīquĕ thȳmō, Nēxĭlĭs īnscĭă cōnnŭbĭī. *Pr. v. conjugium.*

Cŏnōn, ōnĭs. *In mĕdĭō dŭŏ sīgnă: Cŏnōn* V. — *ă prŏăvō dŭctă Cŏnōnĕ dŏmŭs.* P.

Cōnōpēūm et ēūm et ĭūm. *Ut tēstūdĭnĕō tĭbī, Lēntŭlĕ, cōnōpēō.* I. *Foedăquĕ Tārpējō cōnōpĭă tēndĕrĕ sāxō.* P. *Sōl ădspĭcĭt cōnōpĭūm.* H.

cōnŏr. *Mōllĭtĕr īmprēssō cōnŏr ădīrĕ tŏrō.* P. *Ōmnĭă cōnāndō dŏcĭlĭs sōlērtĭă vīncĭt.* Mn. — *Nĕc ădhūc cōnātă pătrāntŭr.* Lr. SY. tēntārĕ, nītī, ēnītī, cōntēndĕrĕ, mōlīrī, īncūmbĕrĕ, ăggrĕdī, cōnnītī, ānnītī, vēllĕ, pērīclĭtārī, ĕxpĕrīrī. PH. Vīrĭbŭs ēnītī. *V.* Tōtō cōnnītī cōrpŏrĕ. Mōlīmĭnĕ māgnō tēntārĕ. *O.* Īnstārĕ ătquĕ ōmnēs īmpēndĕrĕ vīrēs, ădhĭbērĕ. Hōc ăcrĭŭs ōmnēs Īncūmbūnt. *V.* Hūc ōmnēs vērtĭtĕ vīrēs. *V.* Tēr cōnātŭs ĭbī cōllō dărĕ brāchĭă cīrcūm. *V.* Sī cōnātă pĕrēgĭt. *I.* Cōnāntēm plūrĭmă frūstrā. *H.* Sūmmīs ădnīxŭs vīrĭbŭs. *V.* Sūmmăque ēvērtĕre ŏpŭm vī Cērtābānt. *V.* Phrȳgĭaē rēs vērtĕrĕ fūndō Cōnāmŭr. *V.* Cōnārī mănĭbŭs, pĕdĭbŭs, nōctēsque ăc dĭēs. *Te. v. connitor.*

cōnquĕrŏr. *Cōnquĕrŏr; ībe ă mē, vērbă vērbă, prĕcŏr.* T. PH. Cōnquĕrăr, ăn sĭlĕăm? *O.* Sēd quĭd ĕgo īgnārīs nĕquīdquăm cōnquĕrŏr aūrīs? *C* Lūgĕrĕ tŭăm pŏtĕrĭt dīgnē Cōnquēstă dŏmŭm. *Se. v. queror.*

cōnquīro. — *vūlgō cōnquīrere ămāntēs.* P. *Cōnquīsītă dĭū, dūlcĭquĕ rĕpērtă lăbōrĕ.* L. *v. appeto, quaero.*

cōnsānguĭnĕŭs. *Et cōnsānguĭnĕūs lētī sŏpŏr,* etc. V. PH. Sānguĭnĕ jūnctŭs, nātŭs ĕōdĕm, prōpāgātŭs, cōncōrs gĕnĕrĭs. Sānguĭnĕ ăb ūnō. Stīrpĕ ăb ūnā. Eādĕm stīrpĕ gĕnŭs dūcēns, trăhēns. Ab īīsdĕm fōntĭbŭs ōrtī. Dūcūnt ăb ĕōdĕm stēmmătĕ rāmŭm. Iīsdĕm mājōrĭbŭs ōrtŭs. Eādĕm quōs līnĕă jūngĭt Stēmmătĭs. Quōdque ă stīrpĕ fŏrēs gĕmĭnīs cōnjūnctŭs Atrīdīs. *V.* Et gĕnŭs ămbōrŭm sē sānguĭnĕ scīndĭt ăb ūnō. *O.* Et cōnsānguĭnĕō lăcrȳmāns cōmmēndăt Acēstaē. *V.* Et cōn-

sānguĭnĕae quōndām cēntēsĭmă tūrbae. *O. v. affinis, cognatus.*

cōnsānguĭnĭtās. — *cōnsānguĭnĭtātĕ prŏpĭnquŭm.* V. PH. Quĭsnam ĭmpācātā cōnsānguĭnĭtātĕ lĭgāvĭt? *St.* Gĕnĕrĭs cōnsōrtĭă. *St.* Nōn mĭxtī foedĕră tāngūnt Tē gĕnĕrĭs? *L.* Lēgēs ā sānguĭnĕ dūctās. *P.* Cōntĭngēns sānguĭnĕ coelūm. *I. v. cognatio.*

cōnscĕlĕro. *Dīcĭtŭr ēt mĭsĕrām cōnscĕlĕrāssĕ dŏmŭm.* C. PH. Ocŭlōsquĕ vĭdēndō Cōnscĕlĕrō. *O. v. scelero.*

cōnscēndo. Bĭs dēnĭs Phrўgĭŭm cōnscēndī nāvĭbŭs aēquŏr! *V.* Cōnscēndēbăt ĕquōs. *O. v. ascendo.*

cōnscĭēntĭă. *Ābāctă nūllā Vējă cōnscĭēntĭā.* H. EP. bŏnă, trānquīllă, rēctă, plăcĭdă, plācātă, mălă, ĭnquĭētă, mōrdāx, mōrdēns, stĭmŭlāns, crŭcĭāns, dūră, rĕmōrdēns, tōrquēns. PH. Cōnscĭă mēns, ănĭmūs cōnscĭŭs. Mēns cōnscĭă factī. Tēstĭs dŏmēstĭcŭs, ĭntĕrĭŏr stĭmŭlŭs. Cōnscĭă mēns ūt cuĭquĕ sŭă ēst, ĭtă cōncĭpĭt ĭntrā Pēctŏră prō factō spēmquĕ mĕtŭmquĕ sŭō. *O.* Nōctĕ dĭēquĕ sŭŭm gēstānt ĭn pēctŏrĕ tēstĕm. *I.* Prūdēntĕ clāmāt cōnscĭēntĭă: scrīpsī. *M.* — *Bona.* PH. Mēns sĭbĭ cōnscĭă rēctī. *V.* Cōnscĭă mēns rēctī fāmae mēndācĭă rīdēt. *O.* Stăbĭlēm quāndo ŏptĭmă factă Dāns ănĭmūm, mājōrquĕ pĭĭs aūdācĭă coēptĭs. *Va.* Nīl cōnscīrĕ sĭbī, nūllā pāllēscĕrĕ cūlpā. *H.* — *Mala.* PH. Nōn ĕnĭm gāzae nĕquĕ cōnsŭlārĭs Sūbmŏvĕt līctōr mĭsĕrōs tŭmūltŭs Mēntĭs ēt cūrās. *H.* Cōnscĭŭs ĭpse ănĭmŭs sē fōrtĕ rĕmōrdĕt. *Lr.* Est poenă praēsēns cōnscĭŭs mēntĭs păvŏr. *Se.* Et quŏd praēcĭpŭĭs mēntēm sŭdōrĭbŭs ūrgĕt. *I.* O caecă nŏcēntŭm Cōnsĭlĭa, ō tĭmĭdūm sēmpĕr scĕlŭs! *St.* Pēctŭs scĕlĕrūm cōnscĭŭm ŏmnĭŭm. *Se.* Quōs dīrī cōnscĭă factī Mēns hăbĕt ăttŏnĭtōs, ēt sūrdō vērbĕrĕ caedĭt, Occūltŭm quătĭēnte ănĭmōs tērrōrĕ flăgēllŭm. *I.* Praētĕrĭtĭs ādmīssă mălĭs pēccātă rĕmōrdēnt. *Lr.* Cārnĭfĭcēs hăbĕt ŏccūltōs. Quī măgĭs ātquĕ măgĭs tōrquēnt quām vērbĕră pēctŭs. Mĭsĕrī mēntĭs tŭmūltŭs. Scĕlĕrīsquĕ pătrātī Sūpplĭcĭŭm ĕxĕrcēnt cūrae. *St.* Mēns sĭbĭ cōnscĭă factī Praemĕtŭēns ădhĭbēt stĭmŭlōs tērrētquĕ flăgēllīs. *Lr.* Rōstrōque ĭmmānĭs vūltŭr ădūncō Īmmōrtālĕ jĕcūr tūndēns foecūndăquĕ poēnĭs Vīscĕră, rīmātūrque ĕpŭlĭs hăbĭtātquĕ sūb āltō Pēctŏrĕ, nēc fībrĭs rĕquĭēs dătŭr ūllă rĕnātĭs. *Vid.* Descr. *I.* 13, 2.

cōnscĭndo. PH. Cōnscĭndūnt hŏmĭnēm cūppēdĭnĭs ācrēs sōllĭcĭtūm cūrae. *Lr.* Ipsūm cōnscĭdĭt. *Te.*

cōnscio. *Nīl cōnscīrĕ sĭbī, nūllā pāllēscĕrĕ cūlpā.* H. *v. conscius.*

cōnscīsco. SY. dĕcērnĕrĕ; īnfērrĕ. *v. mors.*

cōnscītŭs. SY. dĕcrētŭs.

cōnscĭŭs. *Cōnscĭŭs aūdācĭs factī* etc. V. Conscia *rupes* Cl. *epistola* O. *cista* T. SY. pārtĭcēps, sŏcĭŭs, ārbĭtĕr, tēstĭs; rĕŭs, nŏcēns. PH. Nūmĭnă cōnscĭă vērī. *V.* Păvĕt ōmnĭ cōnscĭă lātē Sīlvă. *V.* Cōnscĭă sīdĕră tēstŏr. *V.* Cōnscĭŭs ōmnĭs ăbēst. *O.* Sācrī sĭbĭ cōnscĭă factī. *V.* Cōnscĭŭs aēthĕr Cōnnūbĭī. *V.* Tūm pŭdŏr āccēndĭt vīrēs ēt cōnscĭă vīrtūs. *V.* Stўgĭī quŏquĕ cōnscĭă sūntō Nūmĭnă tŏrrēntēs. *V.* Quōrūm nōx cōnscĭă sōla ēst. *O.* Gēns sī quă jăcēt nāscēntī cōnscĭă Nīlō. *L.* Cōnscĭŭs, ĭn cūlpā nōn scĕlŭs ēssĕ sŭā. *O.* Et Jŏvĭs ārcānĭs Mīnōs ādmīssŭs. *H.* Quī tē pārtĭcĭpēm sēcrētī fēcĭt hŏnēstī. *I.* Nām tē scĭēntĕ făcĭām, quĭdquĭd ēgĕrō. *Te.* Nām tĭbĭ nāscēntēs dŏmĭnī cŏgnōscĕrĕ cūrās, Et sēcrētă dŭcĭs pēctŏră nōssĕ lĭcĕt. *M. v. nocens, reus.*

cōnscrībo. PH. Cōnscrīpsĭmŭs ārtĕm. *O.* Cōnscrīptum hōc lăcrўmĭs mīttĭs ĕpĭstŏlĭŭm. *C.* Cōnscrīptăquĕ vīnō Mēnsă. *O. v. scribo.* — Campūs cŏmĭtĭīs, ūt Cōnscrīptĭs cūrĭă. *Au.* Quŏd sĭt Cōnscrīptī, quŏd jūdĭcĭs ŏffĭcĭūm. *H. v. senator.*

cōnsecro. *Vātūm dīvĭtĭbŭs cōnsĕcrăt īnsŭlĭs.* H. *Sūpplĭcĭtĕr Chrĭstō sē cōnsĕcrāssĕ rĕgēndōs.* *Pr.* SY. săcrārĕ, dărĕ, dīcĕrĕ, dēdĭcārĕ, ĭnaūgŭrārī.

cōnsēctŏr. SY. sēctārī, pērsĕquī, cōnsĕquī, aūcŭpārī. PH. Cōnsēctābāntūr sīlvēstrĭă saeclă fĕrārŭm. *Lr.*

cōnsĕnēsco. *Mācrēscō, cōnsĕnēscō, tābēscō mĭsĕr.* (iamb.) Pl. SY. sĕnēscĕrĕ, sĕnēx fīo, cōnfĭcī, sĕnĭūm cōntrăhĕrĕ. PH. Illā sūnt ānnĭs jūnctī jŭvĕnīlĭbŭs, īllā Cōnsĕnŭērĕ căsā. *O.*

cōnsēnsŭs. PH. Dīssēnsŭs ăcērbŭs, Sēd grăvĭŏr cōnsēnsŭs ĕrăt. *Cl. v. assensus, consentio.*

cōnsēntānĕŭs. *Nōn pār vĭdētŭr, nĕquĕ sĭt cōnsēntānĕŭm.* Pl. (iamb.) *v. aptus.*

cōnsēntĭo. SY. cōnvĕnīrĕ, āssēntīrĕ, āssēntīrī, sūffrāgārī, ădstĭpŭlārī, ānnŭĕrĕ, cōngrŭĕrĕ, nōn ădvērsārī, nōn rĕpūgnārĕ, ēssĕ ūnănĭmēm, nōn ābnŭĕrĕ. PH. Mēns ōmnĭbŭs ūna ēst, Omnĭbŭs ĭdem ănĭmŭs. *V.* Assēnsēre ŏmnēs. *V.* Idem ŏmnēs sĭmŭl ārdŏr hăbĕt. *V.* Cūnctae sĭmŭl āssēnsērĕ cŏhōrtēs. Quŏd sī Dĕŭs ōrĕ sĕrēnō Annŭĕrĭt. Nōn āvērsātă pĕtēntī Annŭĭt. *V.* Dīctă Jŏvĭs pārs vōcĕ prŏbānt, stĭmŭlōsquĕ frĕmēntī Adjĭcĭūnt, ălĭī pārtēs āssēnsĭbŭs ĭmplēnt. *O.* Sīc īlle ĕffātŭs, ēt ŏmnēs Assēnsēre ănĭmĭs, nūtūque ēt mūrmŭrĕ laetō. *V.* Cūnctī sĭmŭl āssēnsērĕ. *L.* Cōnsēntīrĕ sŭĭs stŭdĭīs quī crēdĭdĕrĭt tē. *H.* Nē nōs ĭntĕr nōs cōnsēntīrĕ sēntĭānt. *Te.* Sī cōnsēntītŭr, mŏră nūllă ĭntērvĕnĭt: ēst, ēst. *Au. v. assensus, concordia.*

cōnsēpĭo, īs. SY. sēpīrĕ, mūnīrĕ, claūdĕrĕ, praētēndĕrĕ sēpem. PH. Sīc āltĭs nātūră mănēt cōnsēptă tĕnēbrĭs. *Mn.*

cōnsĕquŏr. *Cōnsĕquĭtŭr, mĕlĭōr rēmĭs, sĕd pōndĕrĕ tārdĭ.* V. SY. sĕquī; ădĭpīscī, ăcquīrĕrĕ, părārĕ, cŏmpărārĕ, āssĕquī. PH. Accĭpĭtĕr sāxō săcĕr ālĕs ăb āltō Cōnsĕquĭtŭr pēnnĭs. *V.* Cōnsĕquŏr hōc, ūt mē nēc tĭmĕās, nēc ămēs. *M.* Extērnă cōnsĕcūtŭs, ēxpŭlsŭs tŭĭs. *Te. v. acquiro, aemulor, imitor.*

1) cōnsĕro, ēvī, ĭtum. — V. *Insĕrĕ nūnc, Mĕlĭboeĕ, pĭrōs; pōne ōrdĭnĕ vītēs. En, queīs cōnsēvĭmŭs āgrōs!* V. SY. sĕrĕrĕ, īn-

sĕrĕrĕ, sēmĭnārĕ, plāntārĕ. PH. Itquĕ sŭpēr Lĭbȳēn, quae nūllō cōnsĭtă cūltū. *L.* Grāmĭnĕ cōllĕm Cōnsĕrĕt. *Mn.* Cōnsĭtăque ărbŏrĭbŭs Lyrceă rĕlĭquĕrăt ărvă. *O.* — Crēbrīs lĕgĭmŭs frĕtă cōnsĭtă tĕrrīs. *V.* Caecā cālīgĭnĕ mēntĕm Cōnsĭtŭs. *C.* Sōl lūmĭnĕ cōnsĕrĭt ărvă. *Lr. v. tego, vestio.*

2) cōnsĕro, ŭī, ĕrtŭm. *Intĕr sē strīctās cōnsĕrŭērĕ mănūs.* O. *Cōnsĕrĭtŭr thōrāx* etc. S. SY. mĭscērĕ, īmmĭscērĕ, cōnjūngĕrĕ, cōnnēctĕrĕ, cōnfērrĕ. PH. Mūltăquĕ pĕr caecăm cōngrēssī proelĭă nōctĕm Cōnsĕrĭmŭs. *V.* Lōrīcăm cōnsĕrtam hāmīs, aurōquĕ trĭlīcĕm. *V.* Īncĭpĕ, sī qua ănĭmō vīrtūs, ĕt cōnsĕrĕ dēxtrăm. *V.* Quĭd nōctī cōnsĕrŭīssĕ dĭēm? *O.* Cōnsĕrtūm spīnīs tĕgŭmĕn. *V.* Cōnsĕrtăquĕ bēllīs Bēllă gĕrăt. *L.* Quōs ŭbĭ cōnsĕrtōs aūdēre īn proelĭă vīdī. *V.*

cōnsērvo. *v. servo.*

cōnsērvŭs. PH. Dūrăquĕ cōnsērvae līgnă vălētĕ fŏrēs. *O. v. servus.*

cōnsēssŭs, ūs. *v. coetus.*

cōnsĭdĕo, ēs; ēdī. SY. āssĭdērĕ, āssĭdĕrĕ, ūnā sĕdērĕ; quĭēscĕrĕ, mŏrārī, cōmmŏrārī, cōnsīstĕrĕ, cōnsīdĕrĕ. PH. Cōnsēdĕrĕ dŭcēs. *O.* Fōrtĕ sŭb ărgūtā cōnsēdĕrăt īlĭcĕ Dăphnĭs. *V.*

cōnsīdĕro. *Aūt lātūm pĭctae vēstĭs cōnsīdĕrăt aūrūm.* J. SY. pŭtārĕ, rĕpŭtārĕ, cōgĭtārĕ, cōntēmplārī, mĕdĭtārī, pōndĕrārĕ, ēxpēndĕrĕ, trŭtĭnārĕ, pĕrpēndĕrĕ. PH. Ănĭmō vōlvĕrĕ, vērsārĕ, ăgĭtārĕ, rĕvōlvĕrĕ, trāctārĕ. *v. aspicio, cogito, conspicio, intueor, specto.*

cōnsīdo. *Cōnsīdūnt dīvī tēctīs* etc. V. PH. Cōnsīdūnt tēctīs bĭpătēntĭbŭs. *V.* Tōtămquĕ vĭdēmŭs Cōnsēdīssĕ ŭrbēm lūctū. *V.* — Ŭt mărĕ cōnsīdăt. *O.* Īlĭŏn ārdēbăt, nĕque ădhūc cōnsēdĕrăt īgnĭs. *O.* Opprēssūm vīdĭt cōnsīdĕrĕ bēllŭm. *S. v. consideo.*

cōnsīgno. SY. ōbsīgnārĕ, sīgnārĕ, fīrmārĕ; dēpōnĕrĕ, sīgīllārĕ. PH. Lĭtĕrīs cōnsīgnārĕ, trādĕrĕ, sīgīllūm āppōnĕrĕ, sīgīllō cōnfīrmārĕ. Aequum ēst tăbēllīs cōnsīgnātīs crēdĕrĕ. *Pl.*

cōnsĭlĭŏr. PH. Īllĕ bŏnīs făvĕătque ēt cōnsĭlĭātŭr ămīcē. *H.* Grātum ēlŏcūtă cōnsĭlĭāntĭbŭs Jūnōnĕ dīvīs. *H. v. consilium, delibero, suadeo.*

cōnsĭlĭŭm. *Cōnsĭlĭūm nōbīs rēsquĕ lŏcūsquĕ dăbūnt.* O. SY. sēntēntĭă, mēns, sēnsŭs, jūdĭcĭŭm, ănĭmŭs. EP. ārcānŭm, prōvĭdŭm, sălūtārĕ, fīdĕlĕ, ămīcŭm, quaesītŭm, sēcrētŭm, caecŭm, mātūrŭm, sălūtĭfĕrŭm, fōrtĕ, pĭŭm, săpĭēns, mītĕ, sălūbrĕ, ūtĭlĕ, ăbsūrdŭm, ăbsŏnŭm, stōlĭdŭm, nŏxĭŭm. PH. Quīs jām sōlātĭă vīctō Cōnsĭlĭūmquĕ fĕrăt? Ădmŏnĭtū coepī fōrtĭŏr ēssĕ tŭō. Ărcānŭm jŏcōsō Cōnsĭlĭūm rĕtĕgīs Lyaeō. *H.* Cōnsĭlĭō sălūbrī sūccūrrĕrĕ, prōspĭcĕrĕ, praesto ēssĕ. Cōnsĭlĭīs pārĕ, quae nūnc pūlchērrĭmă naūtīs Dăt sĕnĭŏr. *V.* Tū mēntĕ lăbāntĕm Dīrĭgĕ mē dŭbĭŭm. *L.* Cōnsĭlĭūm nē spērnĕ mĕŭm; tĭbĭ fāmă părātŭr. *V.* Cōnsĭlĭo ēst ūsă pŭēllă tŭō. *O.* Pārĕt cōnsĭlĭīs, nēc jūssă rĕcūsăt Ăcēstēs. *V.* Cērtă rĕquīrēntī tāndēm sēntēntĭă sēdĭt. *Cl.* Nŏvă pēctŏrĕ vērsăt Cōnsĭlĭă. *V.* Cōnsĭlĭūm sūmmīs rēgnī dē rēbŭs hăbēbānt. *V.* Vīs cōnsĭlī ēxpērs mōlĕ rŭĭt sŭā. *H.* Hūnc căpĕ cōnsĭlĭīs sŏcĭŭm. *V.* Cōnsĭlĭīs hăbĭtŭs nōn fūtĭlĭs aūctŏr. *V.* Sŏcĭō sēmpĕr cōnfīdĭt Ŭlyssī. *V.* Quīs jām sōlātĭă vīctō Cōnsĭlĭūmquĕ fĕrăt? *V.* Cōnsĭlĭa īn mĕlĭŭs rĕfĕrĕt. *V.*

cōnsīsto, ĭs; ĭtī. *Cōnstĭtĭt Ānchīsā sătŭs* etc. V. PH. Cōnsīstĕrĕ cōntrā. Tēr frīgŏrĕ cōnstĭtĭt Īstĕr. *O.* Ēst mŏdŭs īn rēbŭs, sūnt cērtī dēnĭquĕ fīnēs, Quōs ūltrā cĭtrāquĕ nĕquĭt cōnsīstĕrĕ rēctŭm. *H.* Mē vīrēs prŏhĭbēnt cōnsīstĕrĕ. Āgmĭnĕ dēnsō Cōnsīstūnt. *V.* Nĕque ĕnĭm pătrĭīs cōnsīstĕrĕ mēntĕm Pāssŭs ămŏr. *V. v. maneo, quiesco, sto.*

cōnsĭtŏr, ōrĭs. — *gĕnĭālĭs cōnsĭtŏr ŭvae.* O.

cōnsōbrīnŭs. *Cōnsōbrīnĕ, mĕīs īmmĕmŏrātŭs ĕrĭs.* Au. *v. consanguineus.*

cōnsŏcĭo. *Ūmbram hōspĭtālēm cōnsŏcĭāre ămānt.* (Alc.) H. *v. conjungo, socio.*

cōnsōlātĭo. *v. solatium.*

cōnsōlŏr. *Hīs mē cōnsōlŏr* etc. H. *v. solor.*

cōnsŏno, ās. *Cōnsŏnăt ōmnĕ nĕmŭs, vōcēmque īnclūsă vŏlūtānt.* V. SY. sŏnārĕ, rĕsŏnārĕ, pērsŏnārĕ; cōnsēntīrĕ, cōnvĕnīrĕ. PH. Cōnsŏnăt āssēnsū pŏpŭlī prĕcĭbūsquĕ făvēntŭm. *O.* Cōnsŏnăt āstrŭm. *Mn.* Vītae tĕnŏr sĭbĭ cōnsŏnăt. *Se. v. consentio.*

cōnsŏnŭs. — *vōx cōnsŏnă lĭnguae.* S. PH. Trāctăt īnaurātae cōnsŏnă fīlă lȳrae. *O.* Cōnsŏnŭs ēxĭt īn aūrās Tēr clāngŏr. *O.* Praenūntĭātŭs ōrĕ vātŭm cōnsŏnō. *Pr.* Cōnsŏnă rēgnō Ceū jŭvĕnēm dŏcĕās. *Cl. v. aptus, concors.*

cōnsōrs. SY. pārtĭcĕps, sŏcĭŭs. PH. Cōnsōrs sŏcĭūsquĕ lăbŏrĭs. Cōnsōrs pătrĭaequĕ lȳraequĕ. *O.* Cōnsōrtĭă tēctă Ūrbĭs hăbēnt. *V.* Ōmnīsquĕ pŏtēstās Īmpătĭēns cōnsōrtĭs ĕrĭt. *L.* Cōnsōrtēs părĭtĕr gĕnĕrĭsquĕ nĕcĭsquĕ. *O.* Cōnsōrs īmpĕrĭī. *Cl.* Cōnsōrs stŭdĭīs pŭĕrīlĭbŭs aetās. *L.* Cōnsōrtēm prŏpĕrās ēvādĕrĕ cāsŭm. *P.* Cōnsōrtem ēt sŏcĭŭm fāllăt ĕt hōspĭtĕm. *H.* Cūm cōnsōrtĕ tŏrī. *O.*

cōnsōrtĭŭm. PH. Sĕd spătĭŭm, quŏd dīssŏcĭăt cōnsōrtĭă tērrae. *T.* Cōnsōrtĭă fāmae Dēspĭcĭt. *Va.*

cōnspēctŭs. PH. Vīx ē cōnspēctū Sĭcŭlae tēllūrĭs īn āltŭm. *V.* Nāvem īn cōnspēctū nūllăm. *V. v. aspectus.*

cōnspērgo. *v. spargo.*

cōnspĭcĭo. *Moenĭă cōnspĭcĭō* etc. V. — *lŏcŭm cōnspēxĭmŭs īpsī.* V. PH. Plătănō cōnspēctĭŏr āltā. *O.* Pĭctīs cōnspēctŭs īn ārmīs. *V.* Īnsĭdĕăt cĕlĕrī cōnspĭcĭēndŭs ĕquō. *T. v. aspicio.*

cōnspĭcŏr. *Cērvī quŏque ălta ēst cōnspĭcătŭs cōrnŭă.* PH. *Fōntĭbŭs īn lĭquĭdīs quŏtĭēs mē cōnspĭcŏr īpsĕ.* Clp. *v. conspicio.*

cōnspĭcŭŭs. *Ŏccūltŭm stēllae, cōnspĭcŭūmquĕ pŏlŭm.* O. SY. clārŭs, pērspĭcŭŭs, īllūstrĭs. PH. Cōnspĭcŭŭs lōngē fūlgēntĭbŭs ārmīs. *O.* Īnsīgnĭs clārā cōnspĭcŭūsquĕ dŏmō. *T.* Lātē cōnspĭcŭūm tōllĕrĕ vērtĭcĕm.

H. Nōs ĭn cōnspĭcŭā sŏcĭīs hōstīquĕ cărīnā. *L.* Tāntō cōnspēctĭŭs ĭn sē Crīmĕn hăbēt. *I. v. clarus, conspicio.*

cōnspīrō. *Aērĕăque āssēnsū cōnspīrant cōrnŭă raūcō.* V. PH. Cōnspīrāt mūtŭŭs ārdŏr. *Lr.* Hīnc cōnspīrātīs fāctĭōnūm pārtĭbŭs. *Ph. v. conjuro, consentio.*

cōnspŭo. PH. Fūrĭŭs hībērnās cānā nĭvĕ cōnspŭĭt Alpēs. *Bibac.* ap. *H. v. spuo.*

cōnstāns. SY. fīrmŭs, stăbĭlĭs, īmmōtŭs, īmmōbĭlĭs, tĕnāx. PH. Haēc māndātă prĭŭs cōnstāntī mēntĕ tĕnēntĕm. *C.* Anĭmŭs cōnstāntĭŏr ānnīs. *L.* Nūllă dĭēs tām fōrtĭbŭs aūsīs Dīssĭmĭlem ārgŭĕrĭt. *V.* Mēns īntāctă mănēt, sŭpĕrāt rīdētquĕ dŏlōrēs. Stāt cūnctīs īmmōtă mĭnīs. *St.* Mēns īmmōtă mănēt, nĕquĕ mē sēntēntĭă vērtĭt. *V.* Nūllă mĕām vērtēt sēntēntĭă mēntĕm. *V.* Sī mĭhĭ nōn ănĭmō fīxum īmmōtūmquĕ sĕdērĕt. *V.* Quōd sĕmĕl ōrĕ prŏfūdī, Nūlla īmmūtābĭt vēntūrī tēmpŏrĭs aētās. Pērstĭtĭt īlle ănĭmō vūltūque īmmōtŭs ĕōdĕm. *V.* Nūllīs frāngĭtŭr īllĕ mĭnīs. *St.* Pērmănĕt īn vōtō mēns mĕă fīrmă sŭō. *O.* Tālĭă pērstābāt mĕmŏrāns fīxūsquĕ mănēbăt. *V.* Fōrtūnaē sūbdĕrĕ cōllă nĕscĭŭs. Haūd ălĭō vūltū, quām sī cōnvīvă jăcērĕt Īntēr plēnă mĕrī rĕdĭmītŭs tēmpŏră sērtīs. *O.* Fōrtūnāmquĕ rŭēns ūtrāmquĕ, Rēctŭs īnvīctūm pŏtŭĭt tĕnērĕ Vūltūm. Īllĕ, nĭhīl vūltūm mūtātŭs, ĭnānēs Pērdĭs, ăĭt, lăcrўmās. *St.* Sēd nūllīs īllĕ mŏvētŭr Flētĭbŭs, aūt vōcēs ūllās trāctābĭlĭs aūdĭt. *V. Descr. Boët.* 1, 4. *H.* O. 3, 3. 5, 41. *V.* G. 2, 490 sqq. *Comp.* c. *rupe* V. A. 7, 586. 10, 693. c. *quercu* 4, 441.

cōnstāntĭă. SY. grăvĭtās, fīrmĭtās, fīrmĭtūdo, pērsĕvērāntĭă, pērdūrātĭo. EP. īmpĕnĕtrābĭlĭs, īmmōtă, īnvīctă, fīrmă, īntrĕpĭdă, sēcūră, fōrtĭs, aūdāx, gĕnĕrōsă, māgnănĭmă, vĭrĭlĭs, stăbĭlĭs, īmmōbĭlĭs, īmpăvĭdă, pērpĕtŭă, īmpērtērrĭtă, māgnă, īncōncūssă, īmpătĭēns, īntērrĭtă, stŭpēndă, īnexpūgnābĭlĭs. PH. ănĭmŭs fīrmŭs, cōnstāns, īmmōbĭlĭs, īmmōtŭs. Mēns īnvīctă, nēscĭă flēctī, cōnsĭlĭūm, pēctŭs fīrmŭm. Mĭnīs nēscĭă mŏvērī. Vūltū grăvĭtās īmmōtă sĕrēnō. *V.* Aēquālīs tāntām tĕnŭĭt cōnstāntĭă tūrbăm. *Cl.* Mōvĭt ămīcĭtĭaē tūm tē cōnstāntĭă lōngaē. *O.* Dŏcēt cōnstāntĭă, fūtĭlĕ nē quĭd Īnfīrmūmquĕ gĕrās. *Cl. v. constans, fortitudo, patientia.*

Cōnstāntīnŏpŏlĭs. *Cōnstāntīnŏpŏlĭs rhētŏrĕ tē vĭgŭĭt.* Au. EP. āltă, māgnă, āmplă, pŏtēns, mūnītă. PH. Ūrbs Cōnstāntīnī dē nōmĭnĕ dīctă. Nŏvă Rōmă. *v. Byzantium.*

1) cōnstērno, ās. PH. Quūm cōnstērnātīs dīrĭpĕrērĭs ĕquīs. *O.* Cōnstērnāntŭr ĕquī. *O.* Tūrmāsquĕ mĕtū cōnstērnăt ĭnānī. *St. v. terreo.*

2) cōnstērno, ĭs; rāvī, ātŭm. SY. ēffūndĕrĕ, stērnĕrĕ, spārgĕrĕ, cōnspērgĕrĕ. PH. Abĭēs cōnstērnĭtŭr āltă. *Enn.* Mŏrĭēns cōnstrāvĭt cōrpŏrĕ tērrăm. *Cic.* Cōnstērnūnt tērrām cōncūssō stīpĭtĕ frōndēs. *V.* Cōnstērnēns vēstĕ cŭbīlĕ. *C.* Mītī pĕlăgūs cōnstērnĭtŭr ūndā. *Mn.* Cōnstrātă mānsuēscĕrĕ prōfŭĭt īrā. *St. v. sterno.*

cōnstīpo. *Īntēr cārnĭfĭcēs, ēt cōnstīpātă sĕdēbăt.* Pr. *v. stipo.*

cōnstĭtŭo. *Cōnstĭtŭūnt taūrum ānte ārās* etc. V. SY. dēlībĕrārĕ, cōgĭtārĕ, dēsīgnārĕ; pōnĕrĕ, cōllŏcārĕ, ōrdĭnārĕ. PH. Urbēm cōnstĭtŭī. *O.* Cōnstĭtŭērĕ pўrās. *V.* Sīc jūstī cōnstĭtŭērĕ pătrēs. *O.* Cōnstĭtŭĭt ănĭmŭs, prĕcĭbŭs īrātam āggrĕdī. *Se.* Quaērĕrĕ cōnstĭtŭĭt. *V.* Cōnstĭtŭīsque hōrām cōnstĭtŭīsquĕ dĭēm. *M.* Vōx cōnstĭtūtō sēră dēcrētō vĕnĭt. *Se. v. decerno, statuo.*

cōnsto, ās; ĭtī. — āddūctō cōnstĭtĭt ārcū. V. SY. stārĕ, pērstārĕ, pērsĕvērārĕ. PH. E dūlcī cōnstāt ŏlīvō. *H.* Pōstquām cūnctă vĭdēt coēlō cōnstārĕ sĕrēnō. *V.* Cōnstāt sĭnĕ crīmĭnĕ vītă. *O.* Flāmĭnă nōn cōnstānt. *O.* Quaē nūnc ănĭmō sēntēntĭă cōnstĕt. *V.* Mē cōnstārĕ mĭhī scīs. *H.*

cōnstrīngo. *v. vincio.*

cōnstrŭo. *v. accumbo, aedifico, condo.*

cōnsuēfăcĭo. *v. assuefacio.*

cōnsuēsco. *Cōnsuēvērĕ jŏcōs vēstrī quŏquĕ fērrĕ trĭūmphī.* M. *v. assuesco.*

cōnsuētūdo, ĭnĭs. *Cōnsuētūdŏ mĭhī: tĕnĕt īnsānābĭlĕ mūltōs.* J. SY. mōs, ūsŭs, āssuētūdo, rĭtŭs, hăbĭtŭs. EP. āntīquă, vĕtŭs, nŏvă, bŏnă, mălă, pēssĭmă, ūtĭlĭs. PH. Nĭl cōnsuētūdĭnĕ mājŭs. *O.* Nātūra aūt ĕtĭām cōnsuētūdō mălă. *H. v. assetudo.*

cōnsŭl, ŭlĭs. *Ātrĭă sūnt īllīc cōnsŭlĭs āltă mĕī.* M. EP. vĭgĭl, ānxĭŭs, sōllĭcĭtŭs, aēquŭs, jūstŭs, pŏtēns, vĭgĭlāns, sēgnĭs. PH. ūrbĭs rēctŏr. Quēm pĕnĕs ēst cōmmūnĭs cūră sălūtĭs. Ūrbĭs frēnă tĕnēns. Ūrbĭs sōrtĭtŭs hăbēnās. Quī jūstīs mŏdĕrātŭr lēgĭbŭs ūrbĕm. Quēm pĕnĕs ēst lēgūm vĕnĕrāndă pŏtēstās. Quī scrībĭt lēgēs. Quī plăcĭdā pŏpŭlōs īn pācĕ gŭbērnăt. Ūrbĭs sūmmă tĕnēns. Tĭbĭ sī fōrtūnă bĕnīgnōs Dētŭlĕrĭt fācēs. *H.* Bīs sēnōs prīmum īllă dĕdĭt praecēdĕrĕ fāscēs, Ēt jūnxĭt tŏtĭdēm tăcĭtō tērrōrĕ sĕcūrēs. *T.* Annŭă jūră căpĭt. *O.* Quūm tŭă bīs sēnōs nŭmĕrārĕt pūrpŭră fāscēs. *H.* Praēfēctŭs, cōnsŭl ēt īdēm, Jūdĭcĭs pŏpŭlōs ātque ānnūm nōmĭnĕ rēxĭt. *Sid.* — Bīs jām paēnĕ tĭbī cōnsŭl trīgēsĭmŭs īnstăt. *M.* In fāstōs dīstīnguĭt tēmpŏră cōnsŭl. *L.* Amphŏră cēntēnō cōnsŭlĕ fāctă mĭnŏr. *M.* Ō nātă mĕcūm cōnsŭlĕ Mānlĭō. *H.* Tē cōnsŭlĕ. *V.*

cōnsŭlārĭs. *Nōn ĕnĭm gāzaē, nĕquĕ cōnsŭlārĭs.* (Sapph.) H.

cōnsŭlātŭs. *Pēr cōnsŭlātūm pējĕrāt Vĭtīnĭŭs.* (iamb.) C. SY. fāscēs, sĕcūrēs. PH. Cōnsŭlĭs īmpĕrĭum hīc prīmŭs saēvāsquĕ sĕcūrēs Accĭpĭēt. *V.* Cuīlĭbĕt īs fāscēs dăbĭt. *H.* Bīs sēnōs cĭtō tē rŏgāntĕ fāscēs. *M.* Laūrĭgĕrīs ānnūm quī fāscĭbŭs īntrās. Pōstquām bīs sēnīs īngēntēm fāscĭbŭs ānnūm Rēxĕrăt. Nōn cōnsŭlātŭs īpsĕ, nōn trĭbūnātŭs, Saēvīquĕ fāscēs, nēc sŭpērbă clāmōsī Lĭctōrĭs vīrgă. *M.* Trādātquĕ sĕcūrēs Mūtŭă pōstērĭtās, sērvātōque ōrdĭnĕ fātī Māscŭlă cōntĭnŭō nŭmĕrētŭr cōnsŭlĕ prōlēs. *Cl.*

cōnsŭlo, ĭs; ŭlŭī. — *spīrāntĭă cōnsŭlĭt ēxtă*. V. SY. prōvĭdērĕ, prōspĭcĕrĕ; cōnsĭlĭārĕ, cōnsĭlĭŭm pĕtĕrĕ, căpĕrĕ, ăccĭpĕrĕ. PH. Cōnsŭlĭte ĭn mĕdĭŭm, ĕt rēbŭs sŭccŭrrĭtĕ fēssīs. *V.* Tū tămĕn haec, quaesō, cōnsŭlĕ mīssă bŏnī. *O.* Cōnsŭltānt māndārĕ dŭcī. *S. v. consilium.*

cōnsŭltŏr, cōnsŭltŭs. PH. Sŭb gāllī cāntŭm cōnsŭltŏr ŭbi ōstĭă pŭlsăt. *H.* Cōnsŭltŭs jūrĭs ĕt āctŏr. *H.* Tū cōnsŭltŭs, mŏdŏ rūstĭcŭs. *H.* Cōnsŭltīssĭmŭs ŭtĭlīssĭmŭsquĕ Rūrĭs, mīlĭtĭaē fŏrīquĕ cŭltŏr. *Sid.*

cōnsŭmmo. SY. cōmpŭtārĕ, cōnfĭcĕrĕ, pērfĭcĕrĕ, ābsōlvĕrĕ, pĕrăgĕrĕ. PH. Cōnsŭmmātīquĕ Cătōnĭs Dōgmătă sī sĕquĕrĭs. *M. v. finio, perago.*

cōnsūmo. — *frūgēs cōnsūmĕrĕ nātī*. H. SY. tĕrĕrĕ, cōntĕrĕrĕ, ăbsūmĕrĕ, īmpēndĕrĕ, ēxhaŭrīrĕ, dĭssĭpārĕ, cōnfĭcĕrĕ, pērdĕrĕ. PH. Lēntā cōnsūmĭtĭs ōmnĭă mōrtĕ. *O.* Hōstēm cōnsūmĕrĕ plāgĭs. *H.* Annŭă sōl cōnsūmĭt tēmpŏră cūrsū. *Lr.* Tēmpŭs ĭn ăgrōrŭm cŭltū cōnsūmĕrĕ, dŭlce ēst. *O.* Cōnsūmĭtŭr ānnŭlŭs ūsū. *O.* Sŏcĭŏs cōnsūmtā nōctĕ rĕvīsō. *V.* Lōngĭs cōnsūmtŭs ăb ānnĭs. *O.* Cōnsūmtŭsquĕ pŭdŏr pēccāndō. *S.*

cōnsūrgo. PH. Cūnctīquĕ rĕlĭctĭs Cōnsūrgūnt mēnsĭs. *V.* Sĕmĭlăcērquĕ tŏrō tēntăt cōnsūrgĕrĕ. *O.* Vĕspĕre ăb ātrō Cōnsūrgūnt vēntī. *V.* Tērnō cōnsūrgūnt ōrdĭnĕ rēmī. *V.* Cōnsūrgūnt gĕmĭnaē quērcŭs. *V.* — Quaē caūsă fŭĭt, cōnsūrgĕre ĭn ārmă? *V.* Sŭbĭtōquĕ nŏvūm cōnsūrgĕrĕ bēllŭm. *V.* Maeŏnĭō cōnsūrgĕrĕ cārmĭnĕ. *O.* Cōnsūrgūnt ĭtĕrūm pārtēs. *L.* In plaūsŭs cōnsūrrēctum ēst. *Ph. v. assurgo, surgo.*

cōnstābĕfăcĭo. — *cūrā cōntābĕfĕcĭt*. (iamb). Pl. Ps. 1, 2, 91. *v. tabefacio.*

cōntābēsco. *v. tabesco.*

cōntāgēs, ĭs *et* cōntāgĭō, ōnĭs *et* cōntāgĭŭm. *Quaē cōntāgĕ sŭā pāllŏrĭbŭs ōmnĭă pīngūnt*. Lr. *Nec mălă vĭcīnī pĕcŏrĭs cōntāgĭă laēdēnt*. V. — *dĕdĭt hānc cōntāgĭŏ lābem*. I. SY. lŭēs, pēstĭs. EP. mălŭm, dīrŭm, sōrdĭdŭm, foedŭm, pūtĭdŭm, mōrbĭdŭm, fūnēstŭm, mōrtĭfĕrŭm, īnfēstŭm, nŏxĭŭm, lētālĕ, hōrrēndŭm. PH. Dīră pĕr īncaūtŭm sērpūnt cōntāgĭă vŭlgŭs. *V.* Dīră pĕr ōmnēs Mānābānt pŏpŭlōs foedī cōntāgĭă mōrbī. *V.* Invādūnt tōtŭm cōntāgĭă mōrbĭdă rēgnŭm. Illaēsās vĭtĭātĭs āddĕrĕ pārtēs. *O.* Quĭs nōn ē tĭmĭdĭs aegrī cōntāgĭă vītăt, Vīcīnŭm mĕtŭēns nē trăhăt īndĕ mălŭm? *O.* Dŭm spēctānt ŏcŭlī laēsōs, laēdūntŭr ĕt īpsī. *O.* Aēgraē cōntāgĭă mēntĭs. *O.* c. lŭcrī. *H.* Scĕlĕrŭm c. *L. v. pestis.*

cōntāmĭno. — *vīlĭs cōntāmĭnăt ūnctō*. M. PH. Cōntāmĭnārĭt rēgĕ quĭs caēsō mănŭs? *Se. v. maculo.*

cōntĕgo. *Aŭt hĭc Taēnărĭă cōntĕgăr ēxsŭl hŭmō*. O. PH. Căpŭt glaūcō cōntēxĭt ămĭctū. *V.* Cōntēctām strāmĭnĕ vīdĭt Fōrtĕ căsām. *O. v. abdo, abscondo, occulto, tego.*

cōntĕmĕro. *Aūsŭs tām nōtās cōntĕmĕrārĕ mănŭs*. M. *v. temero.*

cōntēmno. SY. tēmnĕrĕ, fāstīdīrĕ, rēspŭĕrĕ, spērnĕrĕ, āspērnārī, dēspĭcĕrĕ, cōncŭlcārĕ, ăbjĭcĕrĕ, dējĭcĕrĕ, nēglĭgĕrĕ; pārvī, nĭhĭlī dūcĕrĕ, făcĕrĕ, aēstĭmārĕ, pēndĕrĕ, pŭtārĕ, nōn cūrārĕ, rējĭcĕrĕ, rĕpŭdĭārĕ, āvērsārī, pōstpōnĕrĕ. PH. Nēc mūnĕră cūrās. Cōntēmnĕrĕ mūrmŭră fāmaē. *P.* Invĕnĭēs ălĭŭm, sī tē hĭc fāstīdĭt Ălēxĭs. *V.* Quūmquĕ tĭbi ēst ŏdĭō mĕă fīstŭlă. *V.* Nī rĕfŭgĭs tĕnŭēsquĕ pĭgēt cōgnōscĕrĕ caūssās. *V.* Rēspŭĭs haēc ănĭmō, lōngēquĕ rĕmīttĭs. *Lr.* Tū căvĕ nōstră tŭō cōntēmnās cārmĭnă fāstū. *P.* Cōntēmtŭī hăbērĕ, flōccī făcĕrĕ, naūcī *s.* pĭlī nōn făcĕrĕ, prō nĭhĭlō dūcĕrĕ, hăbērĕ. Sōrdēnt tĭbĭ mūnĕră nōstră. *V.* Nēc mūnĕră pārvă Rēspŭĕrĭs. *T.* Nĭhĭl īllĕ dĕōs, nīl cārmĭnă cūrăt. *V.* Cōntēmnō vŏlŭcrĭs praēcōnĭă fāmaē. *O.* Nōndŭm caērŭlĕās pīnŭs cōntēmsĕrăt ūndās. *T.* Ad mĕă mūnĕră sūrdŭs. *O.* Cōntēmnĕrĕ, mĭsĕr. *H.* Frōntĕ sŭpērbā Dēspĭcĭt. *Cl.* Cōntēmtūmquĕ prĭŭs nūnc vĕrĕārĕ frĕtŭm. *O.* Sprētaēque īnjūrĭă fōrmaē. *V.* Pōsthăbĭtā cŏlŭīssĕ Sămō. *V. v. abjectus, aspernor.*

cōntēmplŏr. PH. Sĭmŭlāc nūmmōs cōntēmplŏr ĭn ārcā. *H. v. aspicio, cogito.*

cōntēmtŏr. *Cōntēmtŏr Dīvŭm Mēzēntĭŭs* etc. V. PH. Cōntēmtŏr Amŭlĭŭs aēquī. *O.* Illă prŏpāgō Cōntēmtrīx sŭpĕrŭm. *O.* Cōntēmtrīx tūrbă pĕrīclī. *S.*

cōntēmtŭs, ūs. PH. Armăt cōntēmtŭ mēntēm nĕcĭs. *S. v. fastidium, superbia.*

cōntēndo. PH. Cōntēntā cērvīcĕ trăhūnt strīdēntĭă plaūstră. *V.* Cōntēndĕ tĕnācĭă vīnclă. *V.* Nĭsĭ sē cōntēndĭt, ăcūtĕ Cērnĕrĕ nōn pŏtĭs ēst ănĭmŭs. *Lr.* Trĕmŭlō stābānt cōntēntaē fūnĕ cărīnaē. *L.* Nōn lĭbĕt, īn tālēs ănĭmŭm cōntēndĕrĕ cūrās. *O.* Infēnsām cōntēndĕrăt hāstăm. *V.* Aērĭās tēlŭm cōntēndĭt ĭn aūrās. *V.* Cūrsū cōntēndūnt pĕtĕrĕ. *V.* Nēc tām tūrpĕ fŭĭt vīncī, quām cōntēndīssĕ dĕcōrŭm. *O.* Altērnĭs ĭgĭtŭr cōntēndĕrĕ vērsĭbŭs āmbō Coēpērĕ. *V.* Nōn hūc Argōō cōntēndĭt rēmĭgĕ pīnŭs. *H.* In vĕtĭtās cōntēndĕrĕ tērrās. *O.* *Mihi* contendere noli H. Ep. 1, 18. 20. *v. conor, rixor.*

cōntēntĭo. *v. rixa.*

cōntēntŭs. PH. Lūxŭrĭēs nūnquām pārvō cōntēntă părātū. *Cl.* Nēc tămĕn hĭs cōntēntŭs ĕrĭs. *T.* Hāc gălĕā cōntēntŭs ăbĭtō. *V.* Cōntēntŭs nōstrĭs sī fŭīssēs sēdĭbŭs. *Ph.* Haūd ūnŭm cōntēntă lătŭs trānsīrĕ quĭēscĭt. *L.* Cōntēntŭs vīvĕrĕ pārvō. *T.* Mēns plăcĭdā cōntēntă quĭētĕ. *V.*

cōntērmĭnŭs. *Ardŭă mōrĭs ĕrăt, gĕlĭdō cōntērmĭnă fōntī*. O. PH. Cōntērmĭnă Maūrĭs Rēgnă Jŭbaē. *L.* Tĭlĭaē cōntērmĭnă quērcŭs Cōllĭbŭs ēst Phrўgĭĭs. *O.* Mōrtī cōntērmĭnă vīrtŭs. *St. v. vicinus.*

cōntĕro. *Cōntĕrĭt ūnă trĭbŭs* etc. M. PH. Cōntĕrĭtŭr fērrŭm, sĭlĭcēs tĕnŭāntŭr ăb ūsū. *O.* Cōntĕrĭmŭsquĕ bŏvēs ēt vīrēs āgrĭcŏlārŭm Cōnfĭcĭmŭs. *Lr.* Quī sōmnō pārtēm mājōrēm cōntĕrĭs aēvī. *Lr.* Omnĭă quŏd cōntrĭtă, quŏd īgnī cōllābĕfāctă. *Lr. v. consumo.*

cōntērrĕo. *v. terreo.*

cōntēstŏr. *v. obtestor.*

cŏntēxo. *v. texo.*

cŏntĭcĕo. *Cōntĭcŭēre ōmnēs, ĭntēntīque ōră tĕnēbānt.* V. PH. Vărĭae, cŏntĭcŭīstĭs, ăvēs. *v. sileo.*

cŏntĭgŭŭs. *Hūnc ŭbĭ cōntĭgŭūm mīssaē fōrē crēdĭdĭt hāstaē.* V. PH. Cōntĭgŭās hăbŭērĕ dŏmōs. *O. v. vicinus.*

cōntĭnēns. SY. nōn īntērrūptŭs, ăssĭdŭŭs, nōn īntērmīssŭs, pērpĕtŭŭs; ābstĭnēns, tēmpĕrāns. *v. castus.*

cōntĭnēntĕr. *v. continuo.*

cōntĭnēntĭă. SY. cōmplēxŭs; mŏdĕrātĭo, ābstĭnēntĭă. *v. castitas.*

cōntĭnĕo. *Cōntĭnĕt āmplēxū* etc. Lr. *Vix mē cōntĭnŭī* etc. O. SY. cōmprĕhēndĕrĕ, īnclūdĕrĕ, cōmplēctī; cŏhĭbērĕ, frēnārĕ, cŏērcērĕ, cōmprĭmĕrĕ, rĕfrēnārĕ, cōmpēscĕrĕ, cōgĕrĕ, cŏhĭbērĕ, ĕxērcērĕ. PH. Quătŭŏr aētērnŭs gĕnĭtālĭă cōrpŏră mūndŭs Cōntĭnĕt. *O.* Lăcrĭmās mălĕ cōntĭnĕt. *O.* Cōntĭnŭītquĕ grădŭm. *V.* Agrĭcŏlām sī quāndō cōntĭnĕt īmbĕr. *V.* Urbĭs sē moēnĭbŭs hōstēs Cōntĭnŭērĕ dĭū. *O.* Jām sē mălĕ cōntĭnĕt āmēns. *O.*

cōntĭngō, ĭs; ĭgī. SY. tāngĕrĕ, āttĭngĕrĕ, āttrēctārĕ; ēvĕnīrĕ, āccĭdĕrĕ. PH. Fūnēmquĕ mănū cōntĭngĕrĕ gaūdēnt. *V.* Cōntĭgĭmŭsquĕ mănūm, quā cōncĭdĭt Ilĭă tēllŭs. *V.* Jām frăgĭlēs pŏtĕrām ā tērrā cōntĭngĕrĕ rāmōs. *V.* — Tŭrnō cōntĭngăt rĕgĭă cōnjŭx. *V.* Nōn cuīvĭs hŏmĭnī cōntĭngĭt ădīrĕ Cŏrĭnthŭm. *H.* Umbrōsă tĭbī cōntĭngānt tēctă. *T.* Hŏnŏr ĕx mĕrĭtō tĭbĭ cōntĭgĭt. *O.*

cōntĭnŭo, ās. *Cōntĭnŭātquĕ dăpēs* etc. H. SY. pērgĕrĕ, pērsĕvērārĕ, nōn ābsĭstĕrĕ, nōn cēssārĕ, nōn dēsĭnĕrĕ. PH. Cōntĭnŭārĕ dĭēs ĕpŭlĭs. *Cl.* Tēllŭs hĭnc ărdŭă cēlsōs Cōntĭnŭāt cōllēs. *L.* Cōntĭnŭārĕ lătŭs lătĕrī. *O.* Săxă trăbēsquĕ Cōntĭnŭānt. *O.* Dŏmŭs Aŭgŭstō cōntĭnŭātă fŏrō. *O. v. continuus.*

cōntĭnŭō, *adv.* *Haūd mŏrā, cōntĭnŭō pērfēctĭs ōrdĭnĕ dōnĭs.* V. SY. sēmpĕr, pērpĕtŭō; cōnfēstĭm, rĕpēntĕ, mōx, sŭbĭtō, prōtĭnŭs, ēxtēmplō, haūd mŏră, īlĭcĕt, ōcyŭs, stătĭm, cōnfēstĭm, āctūtŭm, īllĭcō, dērĕpēntĕ, ōppĭdō, cĭto. PH. Cōntĭnŭō făc tămĕn īllă lĕgăt. *O.*

cōntĭnŭŭs. *Leūcădĭ cōntĭnŭām vĕtĕrēs hăbŭērĕ cŏlōnī.* O. SY. pĕrēnnĭs, cōntĭnŭātŭs. PH. Cōntĭnŭī mōntēs, nĭ dĭssŏcĭēntŭr ŏpācā Vāllĕ. *H.* Sēd quăm cōntĭnŭīs ĕt quāntĭs lōngă sĕnēctŭs Plēnă mălĭs! *I. v. perpetuus.*

cōntōrquĕo. *v. torqueo.*

cōntrā. *Cārthāgo, Itălĭām cōntrā Tĭbĕrīnăquĕ lōngē.* V. PH. *Alcĭdēm cōntrā* stĕtĭt. *V.* Părĭdēm cōntēndĕrĕ cōntrā. *V.* Stăt cōntrā stārīquĕ jŭbĕt. *I.* — Cōntrā nōn ūlla ēst ŏlĕīs, cŭltūră. *V.* Vōs cōntrā rēgī mĕă nūnc māndātă rĕfērtĕ. V. SY. ĭn *c. acc.*; ādvērsŭs, ādvērsŭm; vĭcīssĭm, ēx ādvērsō, ē rĕgĭōnĕ, ē cōntrārĭō, cōntrārĭē.

cōntrăho. — *jām brāchĭă cōntrăhĭt ārdēns.* V. SY. cōngrĕgārĕ, cōllĭgĕrĕ, cōgĕrĕ; pācīscī, ĕmĕrĕ, cŏēmĕrĕ. PH. Cōntrăhĭmŭsquĕ vĭrōs. *V.* Cōntrăhĕ, quĭdquĭd Sīve ănĭmĭs, sīve ārtĕ vălēs. *V.* Cōntrăhēs vēntō nĭmĭŭm sĕcūndō Tūrgĭdă vēlă. *H.* Hōrrĭdă tēmpēstās coēlŭm cōntrāxĭt. *H.* Cōntrăhĕt ōră dŏlŏr. *O.* Cōntrāxĭt vūltŭm fōrtūnă. *O.* Anĭmŭs fōrmĭdĭnĕ dīvûm Cōntrăhĭtŭr. *Lr.* Nōstră lĭbāt vērnŭm cōntrāctă cŭtĭcŭlă sōlĕm. *I.* Cōntrāctō mĕlĭŭs pārvă cŭpĭdĭnĕ Vēctīgālĭă pōrrĭgăm. *H.* Explĭcŭĭt vīnō cōntrāctae sĕrĭă frōntĭs. *H.*

cōntrārĭŭs. *Scīndĭtŭr īncērtŭm stŭdĭa īn cōntrārĭă vūlgŭs.* V. SY. ādvērsārĭŭs, aēmŭlŭs, ĭnĭmīcŭs, pūgnāns, rĕpūgnāns, īnfēstŭs. PH. Fātĭs cōntrārĭă nōstrĭs Fātă Phrўgŭm. *V.* Nōn cōntrārĭă fōvī Armă. *O. v. adversus, oppositus.*

cōntrēcto. PH. Dūmque ĕă cōntrēctō. *O.* nōn cōntrēctārī tūtĭŭs ēssĕ pŭtēm. *O. v. palpo.*

cōntrēmo. *v. tremo.*

cōntrĭbŭo. *Cōntrĭbŭĕre ălĭquĭd* etc. O. PH. Prŏprĭōs ĕgŏ tēcŭm, Sĭt mŏdŏ fās, ānnōs cōntrĭbŭīssĕ vĕlĭm. *T. v. confero.*

cōntrīsto. PH. Invērsŭm cōntrīstăt Aquārĭŭs ānnŭm. *H.* Jūpĭtĕr, heū, moēstō cōntrīstăt sīdĕră vūltū. *Va.* Plŭvĭō cōntrīstăt frīgŏrĕ coēlŭm. *V.*

cōntrovērsĭă. *Sĭnĕ cōntrŏvērsĭa ōmne ărgēntŭm rēddĕrĕ.* (iamb.) Pl. *Dēclāmătĭō cōntrŏvērsĭārŭm.* (phal.) Sid. *v. lis, rixa.*

cōntrŏvērsŭs. *Sīn cōntrŏvērsŭm, dīssēnsĭō sŭbjĭcĭĕt, nōn.* Au. SY. āmbĭgŭŭs, dŭbĭŭs, īncērtŭs, ānceps.

cōntrūdo. *Dŭplĭcĭtĕr, nām vīs vēntī cōntrūdĭt ĕt īpsă.* Lr. SY. cōmpēllĕrĕ, īmpēllĕrĕ, īmpīngĕrĕ. PH. Cōntrūsae nūbēs. *Lr. v. trudo.*

cōntŭbērnālĭs. *Sălāx tăbērnă, vōsquĕ, cōntŭbērnālēs.* (Scaz.) C. SY. dŏmēstĭcŭs, fămĭlĭārĭs, cōnvīctŏr, sŏcĭŭs, sŏdālĭs.

cōntŭĕŏr. *Quōd bĕnĕ prōpŏsĭtŭm sī plānē cōntŭĕārĕ.* Lr. *v. aspicio.*

cōntŭmācĭă. *v. superbia.*

cōntŭmāx, ācĭs. *Sĕd tū, sўllăbă cōntŭmāx, rĕpūgnās.* (phal.) M. SY. pērtĭnāx, ōbfīrmātŭs, sŭpērbŭs, rĕbēllĭs. PH. Līmăm mŏmōrdĭt: īllă cōntrā cōntŭmāx. *Ph.* Et cōntŭmācem rēgĭbŭs pŏpŭlŭm sŭĭs. *Se.*

cōntŭmēlĭă. *Dŏcĕt ēxsĕcrāndās fērrĕ cōntŭmēlĭās.* (iamb.) Pr. PH. Quōd quŭm īnquĭnāssēnt ōmnī cōntŭmēlĭā. *Ph.* Vĭri ōmnēs fērre ĕt tĕgĕrĕ cōntŭmēlĭās. *Se. v. calumnia, convicium.*

cōntŭmēlĭōsŭs. *Nĕc tē bărbără cōntŭmēlĭōsī.* (phal.) M.

cōntŭmŭlo. *v. tumulo.*

cōntūndo, ĭs; ŭdī, ūsŭm. *Cōntŭdĕrĭt vĭtēs ŏlĕāmquĕ mŏmōrdĕrĭt aēstŭs.* H. SY. tūndĕrĕ, ōbtĕrĕrĕ, frāngĕrĕ, pĕrcŭtĕrĕ, vērbĕrārĕ. PH. Dīrām quī cōntŭdĭt hўdrăm. *H.* Crēbrō cōntūndĭtŭr īctū. *Cl.* Anĭmōs plăcĭdā cōntŭdĭt ārtĕ fĕrōs. *O.* Aspĕr ĕquŭs dūrĭs cōntūndĭtŭr ōră lŭpātĭs. *O.* Cōntŭdĭt īngĕnĭŭm pătĭēntĭă lōngă mălōrŭm. *O.* Cōntūsōs ănĭmōs ĕt rēs mĭsĕrābĕrĕ frāctās. *V.*

cōntūrbo. PH. Prīmă nŏvĭs cōntūrbēs vūlnĕră plāgĭs. *Lr.* Cōntūrbābĭmŭs īllă, nē scĭāmŭs. *C. v. turbo.*

cōntŭs. SY. sŭdēs; hăstă. EP. fĕrrātŭs, pūgnāx, trăbālis, dūrŭs, lōngŭs, ăhēnŭs, fĕrrĕŭs, praēpīlātŭs, tĕrēs, ăcĕrnŭs. PH. Fĕrrātāsquĕ sŭdēs ĕt ăcūtā cŭspĭdĕ cōntōs Ēxpĕdĭūnt. *V.* Tēlōrum ēffūndĕrĕ cōntrā ōmnĕ gĕnŭs Teŭcri ĕt dūrīs dētrūdĕrĕ cōntīs. *V.* Īpsĕ rătĕm cōntō sŭbĭgĭt. *V. v. hasta.*

cōnvălēsco. *Hērēdĕm scrīpsĭt mē Nŭmĭŭ, cōnvălŭĭt.* M. SY. vălērĕ, cōnvălērĕ, ēx mōrbō rĕcrĕārī. PH. Cōnvălŭī nōndūm dă vūlnĕrĕ tālī. *O.* Cūm mălă pēr lōngās cōnvălŭērĕ mŏrās. *O. v. sano.*

cōnvāllĭs. Quālĕm saēpĕ căvā mōntĭs cōnvāllĕ sŏlēmŭs Dēspĭcĕrĕ. *V.* Obscūrīs claūdūnt cōnvāllĭbŭs ūmbraē. *V. v. vallis.*

cōnvēcto. *v. veho.*

cōnvēllo. PH. Dūrō pŏtĕrĭs cōnvēllĕrĕ fērrō. *V.* Cōnvēllĭmŭs īmīs Sēdĭbŭs. *V.* Avĭdō cōnvēllĕrĕ dēntĕ. *O.* — Vērbīs cōnvēllĕrĕ pēctŭs. *O. v. avello, confuto.*

cōnvĕnă. — *īntēr sē fācĕrēm cōnvĕnās.* (iamb.) Pl. *v. advena.*

cōnvĕnĭēns, — ēntĕr. *Rēddĕrĕ pērsōnaē scīt cōnvĕnĭēntĭă cuīquĕ.* H. PH. Vīvĕrĕ nātūraē sī cōnvĕnĭēntĕr ŏpōrtĕt. *H.* Et stŭdĭō mōrēs cōnvĕnĭēntĕr ĕūnt. *O. v. aptus.*

cōnvĕnĭo. SY. ădīrĕ, īnvīsĕrĕ, vīsĕrĕ, vīsĭtārĕ; cŏīrĕ, cōncūrrĕrĕ, cōnflŭĕrĕ, cōngrĕgārĕ; cōnsēntīrĕ, cōnsŏnārĕ, cōngrŭĕrĕ. PH. Quŏnĭăm cōnvēnĭmŭs āmbō. *V.* Ūndĭquĕ cōllēctī cŏĕūnt. *V.* Haēc lūdō cōnvĕnĭt aētās. *P.* Nōn bĕnĕ cōnvĕnĭūnt, nēc ĭn ūnā sēdĕ mŏrāntŭr Mājēstās ĕt ămōr. *O.* — Cōnvĕnĭt, Evāndrī vīctōs dīscēdĕre ăd ūrbĕm. *V.* Cōnvēntăquĕ pātrūm Sīdōnĭī frēgērĕ dŭcēs. *S.*

cōnvēntŭs, ūs. *v. coetus.*

cōnvērro. PH. Tūrbĭdă cērtāntēs cōnvērrēnt aēquŏră Caūrī. *Au.*

cōnvērsĭo. *v. chorus, motus.*

cōnvērto. PH. Haēc tū cōnvērsūs ăd ōrtūs Dīc quătĕr. *O.* In mē cōnvērtĭtĕ fērrūm. *V.* Cōnvērtūnt clāmōrĕ fŭgām. *V.* Rūrsūsquĕ vŏcātī Cōnvērtērĕ vĭās. *V.* — Sīve ĕlĕphās ālbūs vūlgī cōnvērtĕrĕt ōră. *H.* — Cōnvērsăquĕ nūmĭnă sēntīs. *V.* Cōnvērsīs stŭdĭīs. *H. v. adverto.*

cōnvēstĭo. *v. vestio.*

cōnvēxŭs. PH. Coēlī cōnvēxă tŭērī. *V.* Intēr cōnvēxă lŏcātŭs sīdĕră. *O.* In cōnvēxō nĕmŏrūm, sūb vāllĕ căvātā. *V. v. cavus, vallis.*

cōnvīcĭūm. — *pŭĕrīs cōnvīcĭă naūtaē.* H. PH. Nēc dīc blāndĭtĭās, nēc fāc cōnvīcĭă. *O.* Mŭlĭēr răbĭdā jăctāt cōnvīcĭă līnguā. *P.* In sŭpĕrōs aūdĕt cōnvīcĭă vūlgŭs. *L.* Rīxaē mălă vērbă. *T.* Dīcĭt ĭn aētērnōs āspĕră vērbă dĕōs. *T.* Hōstĭs ămārĕ, quĭd īncrĕpĭtās? *V.* Cōnvīcĭō pērmōtŭs quaērĭt Jūpĭtĕr Caūsām quĕrēlaē. *Ph.* Objūrgāvĭt plūrĭbŭs vērbīs mălīs. *Pl. v. Fescenninus, objurgo.*

cōnvīctŭs, ūs. PH. Dūlcĭă cōnvīctūs mēmbră fŭērĕ mĕī. *O.* Cōnvīctūs făcĭlīs, sīne ārtĕ mēnsaē. *M.* Est glōrĭōsūs sānē cōnvīctūs dĕūm. *Ph.*

cōnvīnco. PH. Illō cōnvīncăr jūdĭcĕ tūrpīs ĕgō. *O.* Ancĭpĭtīquĕ rĕfūtātū cōnvīncĕrĕ fălsūm. *Lr.*

cōnvīvă. *Trēs mĭhĭ cōnvīvaē prŏpĕ dīssēntīrĕ vĭdēntŭr.* H. SY. hōspĕs, cōnvīctŏr; cōmpōtŏr, cōmbĭbo, mēnsaē sŏcĭŭs. EP. ăvĭdŭs, laētŭs, cōmĭs, ēbrĭŭs, prŏcāx, făcētŭs, īnsānŭs, hĭlărĭs, vŏcātŭs, ādmīssŭs, ŏptātŭs, īmpōrtūnŭs, ēxspēctātŭs, grātŭs, frĕquēns, cōmmŏdŭs, bĕnĕ ăccēptŭs, mădĭdŭs, dūlcĭs. PH. Vīvĕt ĕt āntĕ sŭōs dūlcīs cōnvīvă pĕnātēs. *P.* Cōnvīvă jŏcō mōrdēntĕ făcētŭs. *I.* Bŏnīsquĕ Rēbŭs ăgĭt laētūm cōnvīvăm. *H.* Sŏcĭōrum ādsuēscĭtĕ mēnsīs. *V.* Sŏlĭōque Invītāt ăcĕrnō. *V.* Sīc Jŏvĭs īntērēst Ōptātīs ĕpŭlīs īmpĭgĕr Hērcŭlēs. *H.* Nēc nōn ĕt Tÿrĭī pēr līmĭnă laētă frĕquēntēs Cōnvēnērĕ, tŏrīs jūssī dīscūmbĕrĕ pīctīs. *V.* Cūr nōn ē vītā, sătŭr ŭt cōnvīvă, rĕcēdĭs? *Lr.* Cēdăt, ŭtī cōnvīvă sătŭr. *H.* Tū dās ĕpŭlīs āccūmbĕrĕ dīvûm. *V.* Tē mēnsīs ădhĭbĕt dĕūm. *H.* Queīs coēnāntĭbŭs ūnā. *H.* Nōbīscūm sŏcĭās dăpēs īnīstī. *St.* Sēd cōnvīvātōrĭs, ŭtī dŭcĭs, īngĕnĭūm rēs Advērsaē nūdārĕ sŏlēnt. *H.*

cōnvīvĭūm. *Mūtŭăque īntēr sē laētī cōnvīvĭă cūrănt.* V. Descr. *L.* 10, 109. *H. S.* 2, 6. 2, 8. *St. S.* 3, 1, 77. *S.* 11, 278. *V. A.* 1, 641. SY. ĕpŭlūm, ĕpŭlaē, dăpēs, mēnsă. EP. dūlcĕ, vīnōsūm, laētūm, laūtūm, sūmtŭōsūm, cĕlĕbrĕ, māgnĭfĭcūm, pīnguĕ, bŏnūm, fœcūndūm, splēndĭdūm, sŏlēmnĕ, rēgĭūm, părātūm, fēstīvūm, dēlĭcĭōsūm, Hÿmĕnaeūm, nūptĭālĕ, cōnjŭgālĕ, gĕnĭālĕ, rēgālĕ, īnstrūctūm, ŏpīmūm, suāvĕ, rĕpĕtītūm, tēmpēstīvūm, īntēmpēstīvūm, lūxŭrĭōsūm, cāndĭdūm. PH. *Sumptuosum.* Ēpŭlaēque ānte ōră părātaē Rēgĭfĭcō lūxū. *V.* Rēgālēs ĕpŭlae, ĕt fēstō cōnvīvĭă lūxū. Lūxŭrĭōsă părānt laūtīs cōnvīvĭă mēnsīs. *V.* Fēstō cōnvīvĭă laētă tŭmūltū. *V.* Instrūctūm laūtīs ĕpŭlīs. Nēquĭtĭām vīnōsă tŭām cōnvīvĭă nārrānt. *O.* Inquĕ rĕpēntīnōs cōnvīvĭă vērsă tŭmūltūs. *O.* Pūlcrōque Instrūctă părātū. *O.* Dīvĕs ĕt ēx ōmnī pŏsĭta ēst īnstrūctă măcēllō Coēnă tĭbī. *M.* Tēctă părānt ĕpŭlīs ŏstrōquĕ rĕtēctă cŏrūscō Hūmĭdă gēmmĭfĕrīs īllūxĭt rēgĭă mēnsīs. *C.* Lūxŭrĭānt ĕpŭlīsquĕ văcānt gĕnĭālĭbŭs. *Cl.* Lārgē mūltĭplĭcī cōnstrūctaē sūnt dăpĕ mēnsaē. *C.* Coēnă quĭdēm laūta ēst dăpĭbŭsque īnstrūctă sŭpērbīs. *M.* Mūltăquĕ dē māgnā sŭpērēssēnt fērcŭlă mēnsā. *V.* At dŏmŭs īntĕrĭōr rēgālī splēndĭdă lūxū Instrŭĭtŭr, mĕdĭīsquĕ părānt cōnvīvĭă tēctīs. *V.* — *Simplex.* Pērsĭcōs ōdī, pŭĕr, āppărātŭs. *H.* O. 1, 38. 2, 16. 3, 29. *I.* 2, 69. Addēntŭr sĭnĕ fēllĕ jŏcī, nēc mānĕ tĭmēndă Lībērtās, ĕt nĭl, quōd tăcŭīssĕ vĕlīs. *M.* — *Rusticum.* Cāndĭdă nūnc mōllī sŭbĕānt cōnvīvĭă lūcō. *P.* Instĭtŭūntquĕ dăpēs ĕt ădōrĕă lībă pĕr hērbās sūbjĭcĭūnt ĕpŭlīs. *V.* Vērbēnāsquĕ prĕmēns vēscūmquĕ păpāvĕr Rēgum aēquăbăt ŏpēs ănĭmīs, sērăquĕ rĕvērtēns Nōctĕ dŏmūm dăpĭbŭs mēnsīs ŏnĕrābăt īnēmtīs. *V.* Pīnguĭă sūb vĭrĭdī cĕlĕbrānt cōnvīvĭă frōndĕ. Cōrpŏră sūb rāmīs dēpōnūnt ārbŏrĭs āltaē Et Cĕrĕālĕ sŏlūm pōmīs ăgrēstĭbŭs aūgēnt. *V.* Annŭă pāstōrūm cōnvīvĭă, lūsŭs ĭn ūrbĕ,

Cūm pāgānă mădēnt fērcŭlă dēlĭcĭīs. *P.* Descr. *O.* M. 8, 650 sqq. *H.* Epod. 2, 45 sqq. *H.* S. 2, 6. Sūnt nōbīs mītĭă pōmă, Cāstănĕae mōllēs ĕt prēssī cōpĭă lāctĭs. *V.* Ĕt hōrnă dūlcī vīnă prōmēns dōlĭō Dăpēs ĭnēmtās āppărăt. *H. v. coena, convivor, epulae.*

cōnvīvo, ĭs. *Nōn cōnvīvĕrĕ, nēc vĭdērĕ săltĕm.* (phal.) M. SY. sĭmŭl, ūnā vīvĕrĕ, dĕgĕrĕ.

cōnvīvŏr, ārĭs. *Quōd cōnvīvārĭs sĭnĕ mē* etc. M. SY. ĕpŭlārī. PH. Cōnvīvĭă cĕlĕbrārĕ, ăgĭtārĕ, cūrārĕ, ĭnīrĕ, īnstĭtŭĕrĕ. Fēstīvās cĕlĕbrārĕ dăpēs, ĕpŭlīs văcārĕ; īnstaūrārĕ ĕpŭlās. Lūcĭs pārs ōptĭmă mēnsae Est dătă. *O.* Sīc ĕpŭlīs fūnctī. *O.* Dăpĭbūsque ĕpŭlāmŭr ŏpīmīs. Dūlcĭă quūm mūltō cĕlĕbrāt cōnvīvĭă Bācchō. Cērtātim īnstaūrānt ĕpŭlās ātque ōmĭnĕ māgnō Crātērās laetī stătŭūnt, ĕt vīnă cŏrōnānt. *V.* Īndūlgēnt vīno, ĕt vērtūnt crātērăs ăhēnōs. Īnstĭtŭūnt dē mōrĕ ĕpŭlās, fēstāmquĕ pĕr ūrbĕm Rēgĭfĭce ēxstrūctīs cĕlĕbrānt cōnvīvĭă mēnsīs. *S.* Mīscēbānt fēstīs cōnvīvĭă laūtă dĭēbŭs. Tūm văcŭī cūrīs vīcīno īn lītŏrĕ mēnsās Īnstĭtŭūnt fēstōque ăgĭtānt cōnvīvĭă lūdō. *S.* Splēndĭdă rēgālī fēcĭt cōnvīvĭă lūxū. Dīscŭbŭērĕ tŏrīs prŏcĕrēs ĕt cōrpŏră tōstā Cārnĕ rĕplēnt, vīnōquĕ lĕvānt cūrāsquĕ sĭtīmquĕ. *O.* Ăgĭtānt cōnvīvĭă pătrēs. *O.* Pŏsĭtīs īntĕr cōnvīvĭă mēnsīs. *P.* Nē māgnae gaūdĭă coēnae sēntīrēnt. *I.* In mĕdĭīs dăpĭbŭs. *Va.* Dăpĭbŭs mēnsās ŏnĕrārĕ. Āccīngĕrĕ sē dăpĭbŭs. Māgnĭfĭcō īnstrūctă părātū cōnvīvĭă ĭnīrĕ. Mēnsae grātă sĕcūndae dōnă cūrārĕ. *v. accumbo, epulor.*

cōnvŏco. PH. Amīcōs mĕdĭcōsquĕ cōnvŏcăt. *C.* Cōnvŏcăt āltērnōs ăd sŭă fēstă dĕōs. *O.* Sēd cōnvŏcātŭs vōcĭs ĕt cĭthărae sŏnō. *Se. v. advoco, concilium.*

cōnvŏlo. *v. accurro, advolo.*

cōnvōlvo. PH. Cōnvōlvĭt mărĕ gēntēs. *L.* Sērpēns cōnvōlvĭt lūbrĭcă tērgă. *V.* Cōnvŏlūtīs ārtŭbŭs. *Pr. v. cogo, involvo.*

cōnŭs. *Ēt cōnum īnsīgnīs gălĕaē, crīstāsquĕ cŏmāntēs.* V. PH. Paūlātīm trăhĭt aūgŭstī fāstīgĭă cōnī. *Lr.* Quădrŭo īn fāstīgĭă cōnō Sūrgĭt, ĕt īpsă sŭās mīrātŭr pȳrămĭs ūmbrās. *Au. v. apex, galea.*

cŏŏpĕrĭo. *Coōpĕrĭānt mărĭa āc tērrās* etc. Lr. PH. Innūmĕrō cŏŏpĕrta ĕxāmĭnă sīgnō. *L. v. abscondo, occulto.*

cŏŏrĭŏr. PH. Quūm saēpĕ cŏōrta ēst Sedĭtĭō. *V.* Fēbrĭs bīlī sŭpĕrāntĕ cŏōrta ēst. *H. v. orior.*

cōpă, ae. *Cōpă Sўrīscă, căpŭt* etc. V.

cŏphĭnŭs. — *quōrŭm cŏphĭnŭs foenūmquĕ sŭpēllēx.* J. SY. spōrtŭlă, călăthŭs, cănīstrŭm, cŏrbĭs. EP. vīmĭnĕŭs, tēxtĭlĭs, nēxŭs, vīrgātŭs, căpāx, ărūndĭnĕŭs. PH. Vīmĭnĕōs Implēnt cŏphĭnōs, ŏnĕrīquĕ fĕrēndō Inclīnāntŭr. *v. canistrum.*

cōpĭă, ae. *Pōst mēssēm praēdaē cōpĭă mājŏr ĕrĭt.* O. SY. jūs, pŏtēstās, făcŭltās, ăbūndāntĭă, ūbērtās, vīs, cŭmŭlŭs, ŏccāsĭo, āffluēntĭă, ăcērvŭs. EP. āffluēns, fāstīdīōsă, dīvĕs, aūrĕă, lārgă, bŏnă, bĕātă, sŭpērflŭă, ĭnūndāns. PH. Prōdĭgă rērŭm Lūxŭrĭēs. Hīnc tĭbī cōpĭă Mānābĭt ăd plēnŭm bĕnīgnō Rūrĭs hŏnōrŭm ŏpŭlēntă, cōrnū. *H.* Prēssī cōpĭă lāctĭs. *V.* Bŏnōrum īngēns ăcērvŭs, cŭmŭlŭs, cōngĕrĭēs. Vītae cōpĭă dēfŭĭt īllīs. *Lr.* Fāstīdĭōsām dēsĕrĕ cōpĭăm. *H.* Nēc nōn ĕt sŏcĭī, quaē cuīque ēst cōpĭă, laetī Dōnă fĕrūnt ŏnĕrāntque ārās. *V.* Īnŏpēm mē cōpĭă fēcĭt. *O.* Plēnĭŏr ŭt sī quōs dēlēctăt cōpĭă jūstō. *H.* At sī lūxŭrĭă fŏlĭōrum ēxūbĕrăt ārbŏr. *V.* Omnĭs cōpĭă nārĭŭm. *H.* — Pōstquām dătă cōpĭă fāndī. *V.* Sōlī Zĕphȳrō sĭt cōpĭă coēlī. *St.* — *Copiae v. agmen, exercitus.* — *Dea.* Appārētquĕ bĕātō Cōpĭă cōrnū. *H.* Hīc rĕtĭnēt pătŭlō fōrtūnae Cōpĭă cōrnū. *Se.* Dīvēsquĕ mĕō bŏnă Cōpĭă cōrnu ēst. *O.* Aūrĕă frūgēs Ĭtălĭae plēnō dēfūndĭt Cōpĭă cōrnū. *H.* Tāntās fūndăt ŏpēs, nēc rĕtrăhăt mănŭm Plēnō Cōpĭă cōrnū. *Boe.* Tē pōnĕ flāvō lārgă Cĕrēs sĭnū Rĕnūmquĕ plēnĭs nōn sĭnĕ cōrnĭbŭs. *Sa.* cf. *H.* O. 1, 14, 17.

cōpĭōsŭs. *Mē cōpĭōsă rĕcĭpĭt īncŏlŭmĕm dŏmŭs.* (iamb.) Ph. *v. dives, fertilis.*

cōpŭlă. *Lātrāntēm frūstrā cōpŭlă dūră tĕnēt.* O. SY. vīncŭlŭm, lĭgāmĕn, nēxŭs, lĭgāmēntŭm, lĭgātūră, lōră, lōrāmēntă, vīmĕn, lăquĕŭs, fūnĭs, fūnĭcŭlŭs. EP. dūră, īrrūptă, tĕnāx, ārctă, strĭctă. PH. Fēlīcēs tĕr ĕt āmplĭŭs, Quōs īrrūptă tĕnēt cōpŭlă. *H.*

cōpŭlo. *v. conjungo.*

cŏquo. *Mītĭs ĭn āprīcīs cŏquĭtŭr vīndēmĭă săxīs.* V. SY. pŏpīnārī. PH. Ignĕ, flāmmīs tōrrērĕ. Dŏmăt cārnĕm fērvēntĭbŭs ūndĭs. *O.* Ătque ĭtă sēmĭnĕcēs pārtīm fērvēntĭbŭs ārtŭs Mōllĭt ăquīs, pārtīm sŭbjēctō tōrrŭĭt īgnĕ. *O.* Pārs īn frūstă sĕcānt, vĕrŭbūsquĕ trĕmēntĭă fīgūnt: Lītŏre ăhēnă lŏcānt ălĭī, flāmmāsquĕ mĭnīstrānt. *V.* Sūnt, quaē mītēscĕrĕ flāmmā, Mōllīrīquĕ quĕānt hērbaē. *O.* Sŭppŏsĭtŭm cĭnĕrī pānĕm părăt. *O.* Ātrā vērsārĕ făvīllā. *O.* Ēt sŏlĭda īmpōnĭt taūrōrŭm vīscĕră flāmmīs. *V.* Pārs īndĕ căvĭs ēxūltăt ăhēnĭs, Pārs vĕrŭbŭs strīdĕt. *O.* Indĕ cĭbŭm cŏquĕre ĕt flāmmīs mōllīrĕ văpōrĕ Sōl dŏcŭĭt. *Lr.* Quaē mōllīrĕ quĕūnt flāmmaē. *Lr.* — *Trop.* Mē călŏr, Aētnaeō nōn mĭnŏr īgnĕ, cŏquĭt. *O.* Sīccās īnsānă Cānĭcŭlă mēssēs Jām cŏquĭt. *Pe.* — Impătĭēns āspērquĕ cŏquēbăt Jāmdūdum īmmītēs īrās. *St.* Quōs īră mĕtūsquĕ cŏquēbānt. *S.*

cŏquŭs, ī. *Sēd cŏquŭs īngēntēm pĭpĕrĭs cōnsūmĕt ăcērvŭm.* M. SY. pŏpīnātŏr, līxă. EP. saēvŭs, pīnguĭs, ātĕr, nĭgĕr, ūnctŭs, sōrdēns, sōrdĭdŭs, clāmōsŭs, sōllĭcĭtŭs, sēdŭlŭs. PH. Ōrĕ nĭgēr, fūmō pāstŭs, fŭlīgĭnĕ tīnctŭs, Ēt cūjŭs făcĭēs căcăbŭs āltĕr ădēst. *Fort.* Nōn sătĭs ēst ārs sōlă cŏquī sērvīrĕ pălātō: Nāmquĕ cŏquŭs dŏmĭnī dēbĕt hăbērĕ gŭlăm.

cŏr. *Cōnfĭtĕŏr, mĭsĕrō mōllĕ cŏr ēssĕ mĭhī.* O. (Incerta lectio ap. *O.* Her. 15, 19. *Mōllĕ mĕŭm lĕvĭbŭs cŏr ēst vĭŏlābĭlĕ tēlĭs.*) SY. pēctŭs, praecōrdĭă, ănĭmŭs, fōrtĭtūdō, ārx ănĭmī, cōrcŭlŭm. EP. mōllĕ, călēns, ăvĭdŭm, tĕnĕrŭm, pūrpŭrĕŭm, călĭdŭm, fērvēns, ĭnēxpūgnābĭlĕ, vĭŏlābĭlĕ, lōngaēvŭm i. e. prūdēns *Cl.* PH. Sānguĭnĭs ĕt vītaē fōns cŏr dē

pēctŏrĭs āntrō Vītālēm spārgĭt pēr caetĕrā mēmbră călōrēm. Cōr mēdĭā rĕgĭōnĕ lŏcātum ēst Cōrpŏrĭs. Pūlsāntūr trĕpĭdī cōrdĕ mĭcāntĕ sĭnūs. *O.* Ēt scĭndēnt ăvĭdī pērvĭdă cōrdă cănēs. *O.*—*Trop.* Ipsĕ sŭūm cŏr ĕdēns hŏmĭnūm vēstīgĭă vītāns. *Cic.* Mōllĕ cōr ād tĭmĭdās sīc hăbĕt īllĕ prĕcēs. *O.* Nēscĭă vīncī Pēctŏră. *V.* Vĭŏlēntăquĕ pēctŏră Tūrnī. *V.* Aegră vĭrōrūm Cōrdă lăbānt. *Va.* Nūnc ănĭmīs ŏpŭs ēst, nūnc pēctŏrĕ fīrmō. *V.* Acrī cōrdĕ tŭmērĕ. *Va.* Pācem īndīgnāntĭă cōrdĕ. *St.* Mĭsĕrīs, heū, praescĭă lōngē Hōrrēscūnt cōrda āgrĭcŏlīs. *V* Quī cōrdĕ vĭgēbānt. *Lr.* Quāmvīs hĕbĕtī cōgnōscĕrĕ cōrdĕ. *Lr.* — Cōr jŭbĕt hōc Ennī. *Pe.* — Vīrgĭnĭbūs cōrdī grātăquĕ fōrmă sŭa ēst. *O.* Dīs pĭĕtās mĕă Ēt Mūsă cōrdi ēst. *H.* Bēllō trĕpĭdāntĭă cōrdă. *V.* Sōlvĭtĕ cōrdĕ mĕtūm. *V.* Nĕc īn tĕnĕrō rĭgĭdūs stăt tĭbĭ cōrdĕ lăpĭs. *T.* Fērrĕă lāscīvīs mōllēscūnt cōrdă săgīttīs. *O.* Nēscĭăque hūmānīs prĕcĭbūs mānsuēscĕrĕ cōrdă. *V.* Sī fērt ĭtă cōrdĕ vŏlūntās. *V.* Tālĭă flāmmātō sēcūm Dĕă cōrdĕ vŏlūtāns. *V.* Răbĭē fĕră cōrdă tŭmēnt. *V.* Săcĕr ēffĕră răptăt Cōrdă păvŏr. *V.* Cōrquĕ tĭmōrĕ mĭcăt. *O.* Cōrda ŏblītă lăbōrūm. *V.* Quīquĕ gĕrīs stŭdĭīs cōrdă prŏpīnquă mĕīs. *O.* Cūrīs ăcŭēns mōrtālĭă cōrdă. *V.* Cōllūstrārĕ cōrdă săcrātō Lūmĭnĕ dīvīnī flātūs. Cōntīngĕrĕ, āccēndĕrĕ pēctŏră caelēstī flāmmā; Īmplērĕ, mŏvērĕ mēntēs, cōrdă săcrō nūmĭnĕ.

Cŏră. *Nōmēntum ēt căptae jūgĕră paūcă Cŏrae.* P.

coralĭūm *et* cōrăllĭūm. *Nūnc quŏquĕ cōrāllĭīs ĕădēm nātūră rĕmānsĭt.* O. *Quūm vĭrĭdēs ālgās, ēt rūbră cōrālĭă nūdă.* Au. *Lāctĕă pūnĭcĕō sĭnŭāntūr cōllă cōrāllō.* Sid. EP. frăgĭlĕ, pūnĭcĕūm, lĭquĭdūm, rŭbĕūm, rŭbēns, rāmōsūm, rŭbĭcūndūm, tĕnĕrūm, sŏlĭdūm, aēquŏrĕūm, mărīnūm, dūrūm, flāvūm, ālbūm. PH. Cūrālĭī lăpĭdēm quī rūbrō līttŏrĕ cārpūnt. *Prsc.* Cūrālĭīquĕ dĕcūs lĭquĭdī. *Prsc.* Mērgĭt sē sŭbĭtō vēllītquĕ cōrālĭă Dōtō. *Cl.* Cūrālĭō frăgĭlī ātque ēlēctrō lăcrĭmōsō. *V.* Descr. *O.* M. 4, 749 sqq.

Cōrāllī. — *flāvīs nĭsī scrīptă Cōrāllīs.* O.

cōram. *Īmprōvīsūs ădīt, cōrām, quēm quaerĭtĭs, ādsūm.* V. SY. āntĕ, īn ŏcŭlīs, āntĕ ŏcŭlōs, āntĕ ōră, īn cōnspēctū; pălam, ăpērtĕ. PH. Cōrāmquĕ părēntēm Āllŏquĕrĕ. *V.* Īre īn cōnspēctūm cārī gĕnĭtōrĭs. *V.* Cūm mĭhĭ sē nōn ānte ŏcŭlīs tām clāră vĭdēndăm Ōbtŭlĭt. *V.* Nē pŭĕrōs cōrām pŏpŭlō Mēdēă trŭcīdĕt. *H.* Cāntābĭt văcŭūs cōrām lātrōnĕ vĭātŏr. *I.* Quōd fĭĕrī cōntrā, cōrām nātūră rĕpūgnăt. *Lr.* Cōrām praesēns praesēntēm vĭdĕt. *Pl. v. aspectus.*

Cŏrānŭs. — *Nāsīcă Cŏrānō.* H.

Cŏrās, aē. *Ēt cūm frātrĕ Cŏrās* etc. V.

cōrbĭs. SY. cănīstrūm, cŏphĭnūs, spōrtă, fīscēllă. EP. mēssōrĭă, pābŭlātōrĭă. PH. O quŏtĭēs hăbĭtū dūrī mēssōrĭs, ărīstās Cōrbĕ tŭlĭt! *O.* Cōrbĭs ĕt īmpŏsĭtō pōndĕrĕ mēssŏr ĕrăm. *P. v. calathus.*

cōrbĭtă. *Tārdĭōrēs quām cōrbītae sūnt īn trānquīllō mărī.* (troch.) Pl.

Cŏrbŭlo, ōnĭs. *Cŏrbŭlŏ vix fērrĕt* etc. J.

Cōrcȳră. *Cōrcȳraē sēcrētă pĕtĭt* etc. L. SY. Phaeācĭă, Phaeācūm tēllūs, īnsŭlă. PH. Hīnc lātē pătĕt ōmnĕ frĕtūm, seū vēlă fĕrūntūr Īn pōrtūs, *Cōrcȳră*, tŭōs, seū saevă pĕtātūr Īllȳrĭs. *L.* Prōtĭnŭs ăĕrĭās Phaeācum ābscōndĭmŭs ārcēs. *L.* Phaeācūm Thēsprōtĭăque ārvă lăcēssēns. *S.* Male: Pāndētūr Cōrcȳră rūrsūm. *Av.* — Aūt Cōrcȳraeī sūnt haēc dē frōndĭbūs hōrtī. *M.*

cōrdātŭs. *Ā tē, cuī săpĭēns fŭĭt ēt cōrdātă jŭvēntūs.* M. SY. prūdēns, săpĭēns, sōllērs, īngĕnĭōsŭs. PH. Ēgrĕgĭē cōrdātŭs hŏmō. *Enn.* Cĕcĭdĭt pūlcrē cōrdātūs hŏmō, Quō nōn ălĭūs fŭĭt īn tōtō fōrtĭŏr ōrbĕ. *Se.*

cōrdŏlĭūm. *Quaē mĭsĕrō mŏvĕāt flēbĭlĕ cōrdŏlĭūm.* Anth. *v. moeror.*

Cōrdŭbă. *Nēc dĕcŭs aūrĭfĕraē cēssavĭt, Cōrdŭbă, tērraē.* S. EP. fācūndă, dōctă, dīvĕs, foecūndă. PH. Cōrdŭbă praēstāntūm gĕnĭtrīx foecūndă vĭrōrŭm. *M.* Quā dīvēs plăcĭdūm Cōrdŭbă Baetĭn ămăt. *M.*

cōrdȳlă. — *mĕlĭŏr cōrdȳlă lăcērtō.* M.

Cōrfīnĭūm. *Cōrfīnī pŏpŭlōs* etc. S.

cŏrĭāndrūm. *Vēllĭt ĕt ēxĭgŭō cŏrĭāndră trĕmēntĭă fīlō.* V.

Cŏrīnnă. — *āntīquaē cōmmīttĭt scrīptă Cŏrīnnaē.* P. PH. Nōmĭnĕ nōn vērō dīctă Cŏrīnnă mĭhĭ. *O.*

Cŏrīnthŭs. *Nōn cuīvīs hŏmĭnī cōntīngĭt ădīrĕ Cŏrīnthūm.* H. SY. Ēphȳrē; Īsthmŭs. EP. nōbĭlĭs, clāră, grātă, Ēphȳraeă, bĭmărĭs, āltă, vĕtŭs, prīscă, āntīquă, cĕlĕbrĭs, aēquŏrĕă, māgnĭfĭcă, tūrrītă, pŏtēns, vāllātă, īnăccēssă, īnsīgnĭs, Pȳrēnĭs, ūnctă. PH. Ārcēs Ēphȳrēaē, Cēnchrēaē, Cŏrīnthĭăcaē, Cŏrīnthī moēnĭă, ărx, ārcēs, ūrbs Cŏrīnthĭăcă, Ēphȳrēă, bĭmărĭs, Ēphȳrēă s. Ēphȳrēĭă moēnĭă. Nōbĭlĭs aērĕ Cŏrīnthŭs. *O.* Sī sŭbĕās Ēphȳrēs Bācchēĭdōs āltūmCūlmĕn. *St.* Ēt quā Bācchĭădaē, bĭmărī gēns ōrtă Cŏrīnthō, Īntĕr īnaēquālēs pŏsŭĕrūnt moēnĭă pōrtūs. *O.* Ādrĭăcūmquĕ pătēns lātē bĭmărēmquĕ Cŏrīnthūm. Tū lĭcĕt ēdīscās tōtām rĕfĕrāsquĕ Cŏrīnthōn. *M.* Bĭmărīsvĕ Cŏrīnthī. *H.* Īsthmī sī quĭs ămāt rēgnă Cŏrīnthĭī. *Se.* Ānŭs Cŏrīnthĭă. *Te.* Īllă Cŏrīnthĭăcīs prīmūm mĭhĭ cōgnĭtă Cēnchrīs. *O.* Nōn aūsaē vĕtĕrūm Cŏrīnthĭōrūm. *M.*

Cŏrĭtŭs. *Vēnĕrăt āntīquīs Cŏrĭtī dē fīnĭbŭs Ācrōn.* V.

cŏrĭūm. *Ūt cănĭs ā cŏrĭō nōn ābstērrēbĭtŭr ūnctō.* H. EP. ūnctūm, pīnguĕ, ātrūm, fūscūm, lēvĕ, Phoenīcēūm. PH. Nām nĕque ĕrăt cŏrĭīs ūsŭs. *V.* Trĭbŭsquĕ Īntēxtūm cŏrĭīs ŏpŭs. *V.* Taurīnō quāntūm pōssēnt cīrcūmdărĕ tērgō. *V.* Tāntōrum īngēntĭă sēptēm Tērgă bŏūm plūmbo īnsūtō fērrōquĕ rĕgēbānt. *V. v. cutis.*

Cōrnēlĭă. *Nūm mĭnŭs īmmītēs hăbŭī, Cōrnēlĭă, Pārcās?* P. 4, 12, 13. cf. *L.* 2, 349.

Cōrnēlĭŭs. *Cōrnēlī rĕfĕrāt mē lĭcĕt ūsquĕ fŏrō.* M.

cōrnĕŭs. PH. Ūngŭlă frōndēntēm dīscūssĭt cōrnĕă cāmpūm. *L.* — Cornĕă, quā vērīs făcĭlīs dătŭr ēxĭtŭs ūmbrīs. *V. v. eburneus.*

cōrnĭcĕn. *Īllĭnc cōrnĭcĭnēs, hīnc praecēdēntĭă lōngē.* J.

cōrnĭcŏr. *Nēscĭŏ quĭd tēcūm grăvĕ cōrnĭcārĭs, ĭnēptē.* Pe.

cōrnĭcŭlă. *Grēx ăvĭūm plūmās, mŏvĕăt cōrnĭcŭlă rīsūm.* H.

Cōrnĭcŭlūm. *Praēsīgnĭs făcĭē Cōrnĭcŭlānĕ fŭĭt.* O.

Cōrnĭfĭcĭŭs. *Mălĕ ēst, Cōrnĭfĭcī, tŭō Cătūllō.* (phal.) C.

cōrnĭgĕr. *Cōrnĭgĕr Hēspĕrĭdūm flŭvĭŭs rēgnātŏr ăquārūm.* V. SY. cōrnū, cōrnŭă gĕrēns, cōrnĭbŭs hōrrēns. PH. Cōrnĭgĕr Ammōn. *O.* Cōrnĭgĕr Hēbrŭs. *St.* Frōns haēdō prīmīs tūrgĭdă cōrnĭbŭs. *H.* Pārvō sīgnāntūr tēmpŏră cōrnū. *O.*

cōrnĭpēs. *Cōrnĭpĕdēs ārcēntŭr ĕquī* etc. V. PH. Cōrnĭpĕdī Faūnō caēsā dē mōrĕ căpēllā. *O.* Cōrnĭpĕdēm tŭlĕrĭt praecīsă pĕr ăvĭă plāntăm. *S. v. equus, Faunus, Satyrus.*

cōrnīx, īcĭs. — *cōrnīcūm saēclă vĕtūstă.* Lr. EP. lŏquāx, praēsāgă, sĭnĭstră, raūcă, gārrŭlă, ānnōsă, vīvāx, lōngaēvă, ātră, nĭgră, vĕtŭlă, fūscă, crŏcĭtāns, īngrātă, īmprŏbă, văgă. PH. Vŏlucrĭs īnvīsă Mĭnērvaē. *O.* Fātī prōvĭdă. Saēcŭlă pāssă nŏvēm. *O.* Plŭvĭōsaē nūntĭă lūcĭs. Plŭvĭaē vātēs saēclīs vīx mŏrĭtūră nŏvēm. Tēr trēs aētātēs hūmānās gārrŭlă cōrnīx Vīncĭt. Tūm cōrnīx plēnā plŭvĭām vŏcăt īmprŏbă vōcĕ, Ēt sōla īn sīccā sēcūm spătĭātŭr ărēnā. *V.* Quūm plŭvĭaē vātēs cōrnīx crŏcĭtāvĕrĭt. Saēpĕ sĭnīstră căvā praēdīxĭt ăb īlĭcĕ cōrnīx. *V.* Īmbrĭūm dīvīna ăvĭs īmmĭnēntum. *H.* Ăquaē aūgŭr ānnōsă cōrnīx. Hōs nŏvĭēs sŭpĕrāt vīvēndō gārrŭlă cōrnīx. Scĭt bĕnĕ, quĭd fātī prōdĭgă cāntĕt ăvĭs. Gārrŭlă mōtĭs Cōnsĕquĭtŭr pēnnīs, scĭtētŭr ŭt ōmnĭă, cōrnīx. *O.* Fūscă grădū cōrnīx lēntō mētĭtŭr ărēnās. *Pol.* Fūscăquĕ nōnnūnquām cūrsāns pĕr līttŏră cōrnīx Ătquĕ căpūt spārgēns ūndīs vĕlŭt ōccŭpăt īmbrēm.

cōrnū. *Īntĕr sē ădvērsīs lūctāntŭr cōrnĭbŭs hoēdī.* V. SY. būccĭnă, tŭbă, lĭtŭŭs; ālă; ārcŭs. EP. dūrŭm, ăcūtŭm, flēxŭm, cūrvŭm, rĕcūrvŭm, tōrvŭm, tōrtŭm, prōmĭnēns, prōcērŭm, īntōrtŭm, pătŭlŭm, lūnārĕ, flēxĭlĕ, rĭgĭdŭm, īnflēxŭm, ădūncŭm, cūrvātŭm, tērrĭfĭcŭm, hōrrĭsŏnŭm, dīstōrtŭm, quĕrŭlŭm, raūcĭsŏnŭm, mĭnāx, aūdāx, fĕrŭm, saēvŭm, gĕmĭnŭm, fōrtĕ, vălĭdŭm, rāmōsŭm, lūnātŭm, Cȳdōnĭŭm, Gōrtȳnĭŭm. PH. Ārmă bŏvĭs. Quaē bōs ārmă gĕrĭt. Nātŭm frōntī Īn tērgă rĕcūrvŭm. Cuī frōns āspĕră cōrnū. Īn cōrnŭă cēlsŭs. Flēxŭm cīrcŭm căvă tēmpŏră cōrnū. *O.* Sūmmīs vīx cōrnĭbŭs ēxstānt. *V.* Tūm vĭtŭlŭs bīmā cūrvāns jăm cōrnŭă frōntĕ. *V.* Ēt tĕnĕrā nōndūm cōrnŭă frōntĕ gĕrēns. *O.* — Dēcērnĕrĕ cōrnĭbŭs. *V.* Ēxplōrārĕ cōrnŭă īn trūncīs. *L.* Vīrēs īn cōrnŭă sūmĭt. *V.* Cōrnŭăquĕ ōbnīxī īnfīgūnt. Fĕrĭt ūncīs cōrnĭbŭs hōstēm. *P.* Ēt tēntāt sēse ātque īrāsci īn cōrnŭă dīscĭt. *V.* — Rĕpărāt nŏvă cōrnŭă Phoebē. *O. v. luna.* — Raūcō strĕpŭērūnt cōrnŭă cāntū. *V. v. tuba.* — *v. arcus, liber, ungula.* — *Trop.* Paūpĕr cōrnŭă sūmĭt. *H.* Vēnērūnt căpĭtī cōrnŭă sēră mĕō. *O. v. robur.*

cōrnŭm. PH. Cōndĭtăque īn lĭquĭdā cōrna aūctūmnālĭă faēcĕ. *O.* Cōrnă vĕprēs ēt prūnă fĕrūnt. *H.* Lăpĭdōsăquĕ cōrnă Dānt rāmī. *V.*

cōrnŭs, ī. EP. nōdōsă, dūră, āltă, prōcēră, trĕmĕbūndă, strīdēns, Cȳdōnĭă, āspĕră. PH. Bŏnă bēllō. *V.* Bēllīs ăccōmmŏdă cōrnŭs. *Cl.* Sēcăt āĕră strīdŭlă cōrnŭs. *v. hasta.*

cōrnūtŭs. *Hōrrĭdă cōrnūtō prōcēdĭt bēllŭă rōstrō.* Anth.

Cŏroebŭs. — *fŭrĭātā mēntĕ Cŏroebŭs.* V.

cŏrōllă. *Ēt mŏdŏ sōlvēbām nōstrā dē frōntĕ cŏrōllās.* P. *v. corona.*

cŏrōnă. *Ōmnĭbŭs īn mōrēm tōnsā cŏmă prēssă cŏrōnā.* V. SY. cŏrōllă, vīttă, sērtŭm; tūrbă, coētŭs. EP. aūrĕă, gēmmĭfĕră, pīctă, nēxă, nēxĭlĭs, sūtĭlĭs, nĭtĭdă, frōndēns, stēllātă, ŏdōră, gēmmĕă, īmplĭcĭtă, fūlgēns, īnsīgnĭs, flōrĭdă, spīcĕă, splēndĭdă, rēgĭă, clāră, nōbĭlĭs, gēmmātă, prĕtĭōsă, dĕcōră, trĭūmphālĭs, laūrĕă, cŏrūscă, pūlchră, nĭtēns, spēctābĭlĭs, flōrĭcŏmă, ŏdōrātă, ŏdōrĭfĕră, sacră, rēgālĭs, Ōlympĭăcă, clāssĭcă, rōstrātă, nāvālĭs, ōbsĭdĭōnālĭs, vāllārĭs, cāstrēnsĭs, mūrālĭs, cīvĭcă, lăpĭdūm dīstīnctă īgnĕ. PH. Tēmpŏră, căpūt cīngēns, ōrnāns. Fūlgēns aūrō rădĭāntĕ cŏrōnă, gēmmīs dīstīnctă, gēmmīs aūrōquĕ cŏrūscă. Clārāmque aūrō gēmmīsquĕ cŏrōnām. *O.* Vīrgĭnĕī crīnēs aūrō gēmmāquĕ prĕmūntŭr. *L. v. diadema.* — *Florum.* Nēxaē phĭlȳrā cŏrōnaē. *H.* Nārdō flōrēntĕ cŏrōnās Āccĭpĭūnt. *L.* Flāvēntĭă sērtă cŏmārŭm. *Cl.* Pīctās dăt flōrĕ cŏrōllās. Rūrĕ pŭĕr vērnō prīmūm dē flōrĕ cŏrōnām Fēcĭt. *O.* Nēctūntquĕ cŏrōnās. *O.* Sērtăquĕ coēlēstēs īmplĭcĭtūră cŏmās. Tēmpŏră sūtĭlĭbŭs cīngūntŭr tēctă cŏrōnīs. Cŏrōnă căpūt, tēmpŏră cīngĭt, ōrnăt, īmplĭcăt, ămbĭt. Ŏdōrātīs īnnēctūnt tēmpŏră sērtīs. *O.* Laētī naūtaē īmpŏsŭērĕ cŏrōnās Pūppĭbŭs. Nēxaē phĭlȳrā cŏrōnaē. Cŏrōnām tĕnĕrō pōllĭcĕ, făcĭlī mănū tēxĕrĕ. Sērtīs īntēxĕrĕ flōrēs. Flōrĭbŭs ē vărĭīs cōntēxĕrĕ sērtŭm. Fūsaē pĕr cōllă cŏrōnaē. *O.* Crīnēs ūmbrōsă tēgēbăt ărūndo. *V.* Cīngēns vĭrĭdī tēmpŏră pāmpĭnō. *H.* Frōndĕ prĕmĭt crīnēm fīngēns ātque īmplĭcăt aūrō. *V.* Flōrĕă cōnnēxīs sērtă tŭlērĕ rŏsīs. *Cl.* Tēmpŏră pōpŭlĕā fērtŭr vīnxīssĕ cŏrōnā. *H. v. sertum, corono.* — *Poetarum.* Īllĕ căpūt flāvŭm laūrō Pārnāsĭdĕ vīnctŭs, Ūndĕ prĭŭs nūllī vēlārūnt tēmpŏră Mūsaē. *Lr.* Ūndĭquĕ dēcērptām frōntī praēpōnĕre ŏlīvăm. *H.* Laūrōque īnnēctĭtĕ crīnēm. *O.* Hānc sĭnĕ tēmpŏră cīrcŭm Īntēr vīctrīcēs hĕdĕrām tĭbĭ sērpĕrĕ laūrōs. *V.* Laūrĕā dōnāndŭs Ăpōllĭnārī. *H.* Vĭrĭdīque ădvēlăt tēmpŏră laūrō. *O.* Pĭĕrĭō rĕdĭmīrĕ sērtō. *Cl.* Mōllĭă, Pēgăsĭdēs, vēstrō dătĕ sērtă pŏētaē. Cīngĭt vĭrĭdāntĭă tēmpŏră laūrō. *V.* Pāstōrēs, hĕdĕrā crēscēntem ōrnātĕ pŏētām. *V. v. laurus.* — *Triumphalis.* Frōndĭbŭs Āctĭăcīs cōmptōs rĕdĭmītă căpīllōs. *O.* —, *Civica.* Ūmbrātă gĕrĭt cīvīlī tēmpŏră

quercū. *V.* Augŭrĭum mentī quernă cŏrōnă dăbāt. *O.* Emĕrĭtīquĕ gĕrens insignĭă dōnī, Servātī cīvis rĕfĕrentem praemĭă quercum. *L.* Saepĕ dŭces mĕrĭtās bellō trĭbŭĕrĕ cŏrōnās: Hunc cingit mūrālis hŏnŏs, hunc cīvĭcă quercus Nexuit, hunc dŏmĭtis ambit rostrātă cărīnis. *Cl.* — *Muralis.* Tempŏră mūrālī cinctus turrītă cŏrōnā. *S.* Mūrālīquĕ căput summum cinxērĕ cŏrōnă. *Lr.* Hunc cingit mūrālis hŏnŏs. *Cl.* — *Rostrata.* Cui belli insignĕ sŭperbum, Tempŏră nāvālī fulgent rostrātă cŏrōnā. *V.* Hunc dŏmĭtis ambit rostrātă cărīnis. *Cl.* — *Sidus.* EP. Arĭadnaeă, Gnōsĭă, Gnōsĭăcă. PH. Gnōsĭă stellă. Conjŭgis additus stellis hŏnŏr. *H.* Sic mĭcĕt aeternum vīcīnăquĕ sīdĕră tangat, Conjŭgis in coelō clără cŏrōnă tŭae! *O.* Cŏrōnae Arĭadnaeum sīdŭs. Gnōsĭă dēsertae fulgent mŏnŭmentă pŭellae. Atque Arĭadnaeae coelestĭă dōnă cŏrōnae. Clārō vŏlat orbĕ cŏrōnă. Lūcĕ mĭcans vărĭă. Bacchō plăcuissĕ cŏrōnam Ex Arĭadnaeō sīdĕrĕ nossĕ pŏtes. *O.* Gemmāsquĕ nŏvem transformat in ignes. *O.* Haec quondam Bacchi mŏnŭmentum fulgĕt ămōris. *Av.* Descr. *O.* M. 8, 178. F. 3, 459. A. A. 1, 538. *C.* 66, 60. *Ge.* Ar. 70. *Cic.* Ar. 353. *Av.* Ar. 299. *St.* S. 1, 6, 88. *Au.* ecl. 2. *v. Ariadne.* — *Turba.* Consēdērĕ dŭces et vulgī stantĕ cŏrōnā. *O.* Nē spissae rīsum tollant impūnĕ cŏrōnae. *H. v. coetus.*

cŏrōnātŭs. *Saepĕ cŏrōnātis stillant unguentă căpillis.* O. SY. cinctŭs, ambītŭs, circumdătŭs. PH. Cŏrōnă cinctŭs, rēdĭmītŭs, rĕvinctŭs, praecinctŭs, festā frondĕ rĕvinctŭs, ămictŭs, ornātŭs. Tĕnĕris crīnem rēdĭmītĕ cŏrymbis. *St.* Myrtō vinctŭs et ipsĕ căpŭt. *T.* Fēlīcī comptŭs ŏlīvā. *V.* Festā frondĕ rĕvinctŭs. Nexĭlĭbus rēdĭmītă cŏrōnis. *St.* Mădĕfactŭs tempŏră laurō. *T.* Praecinctŭs pīnū căpŭt. *O.* Tortā rēdĭmītŭs tempŏră quercū. Bacchĕ, răcēmĭfĕros hĕdĕrā rēdĭmītĕ căpillos. *O.* Ipsĕ căpŭt tonsae fŏlĭis ornātŭs ŏlīvae. *V.* Pūnĭceis ibant ēvinctī tempŏră sertis. *V.*

Cŏrōneŭs, ĕī. — *Phōcăĭcā clārŭs tellūrĕ Cŏrōneŭs.* O.

cŏrōnĭs. *Sī nĭmĭŭs vĭdĕŏr, sērăquĕ cŏrōnĭdĕ longŭs.* M. SY. ăpex, fīnis.

cŏrōno. *Crātēras magnos stătŭunt, et vīnă cŏrōnant.* V. SY. circumdărĕ, cingĕrĕ, ambīrĕ. PH. Cŏrōnā căpŭt, tempŏră, crīnes, căpillos, cŏmam, frontem ornārĕ. Cŏrōnā, dĭădēmătĕ exornārĕ, cingĕrĕ, rēdĭmīrĕ, vincīrĕ, umbīrĕ, implĭcārĕ, praecingĕrĕ, rēdĭmīrĕ, vincīrĕ, ambīrĕ, implĕārĕ, praecingĕrĕ, vēlārĕ, circumdărĕ, prĕmĕrĕ, tĕgĕrĕ, vestīrĕ. Sertă cŏmae impōnĕrĕ. Cingĕrĕ flōrĕ căpŭt, innectĕrĕ tempŏră rāmō. Praecingĕrĕ flōrĕ căpillos. Căpĭtī dărĕ sertă. Frondentī tempŏră rāmō implĭcat. *V.* Vĭrĭdī căpŭt impĕdīrĕ myrtō. *H.* Jussis sŭā tempŏră flōrĭbus ornant. *O.* Flāvăquĕ căpŭt nectentŭr ŏlīvā. *O.* Lassentŭrquĕ rŏsis tempŏră sūtĭlĭbus. *M.* Mollĭbus intexens ornābat cornŭă sertis. *V.* Vēlārĕ tempŏră myrtō. Mollī flŭentem crīnem frondĕ prĕmĕrĕ, innectĕrĕ sertis tempŏră. Mĕrĭtās cingĕrĕ flōrĕ cŏmās. *O.* Purpŭrĕō frontem cinxērĕ cŏrymbō. *S.* Căpŭt plexis rēdĭmīrĕ cŏrōnis *T.* Cĕrĕrem dōnārĕ cŏrōnā. *H.* Sertăque ŏdōrātae myrteă fertĕ cŏmae. *O.* Bis nĭvĕā cingunt tempŏră vittā. *O.* Et dĕcŏrant sanctās flōrĕă sertă cŏmās. *T.* — *Coronare aras.* Mollī cingĕ haec altārĭă vittā. *V.* Saepĕ deum nexis ornātae torquĭbus ārae. *V.* Nōs dēlūbră deum festā vēlāmus frondĕ pĕr urbem. *V.* Parvōs cŏrōnantem mărīnō rōrĕ deos frăgĭlīquĕ myrtō. *H.* — *Limina.* Nectĕ cŏrōnam postĭbus, et densōs pĕr līmĭnă tendĕ cŏrymbōs. *I.* Mădĭdās lăcrĭmārum rōrĕ cŏrōnās postĭbus intendit. *O.* Postēs ornātōs saepĕ cŏrōnis. *O.* Lărem cŏrōnă nostrum dĕcŏrārī vŏlō. *Pl.* Illĕ cŏrōnātōs jamdudum amplectĭtŭr ignēs. *St.* Intenditquĕ lŏcum sertis et frondĕ cŏrōnat. *V.* Văriis flōrentĭă līmĭnă sertis. *V.* — *Naves.* Puppĭbus et laetī nautae impŏsuērĕ cŏrōnās. *V.* Aurātis Argō rĕdĭtūră cŏrymbis. *Va.* — *Pocula.* Sŏcīī crātēră cŏrōnant. *V.* Cŏrōnātus stăbit et ipsĕ călix. *T.* Magnum crātēră cŏrōnā Induit implēvitquĕ mĕrō. *V.* Festāsquĕ dăpēs rēdĭmītăquĕ vīnă. *St. v. cingo, corona, coronatus.*

corpŏrĕŭs. *Corpŏrĕae abscēdunt pestes* — V.

corpŭs, ŏris. *Mājŏr in exĭguō regnābat corpŏrĕ virtŭs.* St. *Corpŏrăque ăgrestī nūdat praedūră pălaestră.* V. SY. membră, artŭs. EP. tĕnĕrum, formōsum, pulchrum, candĭdum, ēgrĕgĭum, vălĭdum, nĭtĭdum, infirmum, morbĭdum, pūtrĭdum, cădūcum, dēbĭlĕ, fortĕ, rŏbustum, lăcertōsum, vĕgĕtum, sānum, firmum, mortālĕ, languĭdum, aegrum, morbōsum, frăgĭlĕ, PH. Compāgēs membrōrum, corpŏrĕă mōlēs, corpŏris artŭs, membră. Corpŏris pondŭs, ănĭmae carcĕr. — *Valens.* Pătĭens lăbōrum. Grātĭŏr est pulchrō vĕnĭens in corpŏrĕ virtŭs. *V.* Candĭdă purpŭrĕō vēlantŭr corpŏră peplō. Vălĭdō corpŏrĕ fortis ĕrat. *O.* Hic membris et mōlĕ vălens. *V.* — *Aegrum.* Aegră trăhēbant corpŏră. *V.* Magnō contūsă lăbōrĕ. *Lr.* Exercĭtă cūris. *O.* Corpŭs ŏnustum Hesternis vĭtĭis. *H.* Quassātum vīrĭbus aevī. *Lr.* Corpŭs hĕbĕt somnō. *Va.* Fessum corpŭs mandārĕ quĭētī. *Lr.* Longăquĕ fessum mīlĭtĭă lătŭs. *H.* Stultĕ, quĭd hoc tandem dēbĭlĕ corpŭs ămas? Ungĭtŭr infirmum prĕtĭōsō corpŭs ŏdōrĕ. — *Mortuum.* Sic, ō sic pŏsĭtum ăffātī discēdĭtĕ corpŭs. *V.* Corpŏrăque in cĭnĕrēs ăbeunt ēvānĭdă ădustōs. *v. cadaver.* — *Homines.* Aut ultŏr vestrae, fīdissĭmă corpŏră, mortis. *V.*

corpuscŭlum. *Quantŭlă sint hŏmĭnum corpuscŭlă* etc. I.

corrādo. *Argūmentă fĭdem dictis corrādĕrĕ nostris.* Lr. SY. rādĕrĕ, ābrādĕrĕ; colligĕrĕ.

correctŏr. PH. Aspĕrĭtātis et invĭdĭae, correctŏr et īrae. *H. v. censor.*

corrĭgĭă, ae. *Corrĭgĭamquĕ pĕdum* etc. Fort.

cŏrrigo. *Cŏrrĭgĕre ŭt rēs ēst* etc. O. (Formulae correctionis: *V.* A. 2, 101. *O.* M. 9, 200, 322. H. 18, 75. 21, 71. F. 4, 573. P. 3, 6, 61.) SY. ēmēndārĕ, mūtārĕ, ēxpōlīrĕ. PH. Lĕvĭūs fĭt pătĭēntĭā, Quĭdquĭd cŏrrĭgĕre ēst nĕfās. *H.* Quōd cĕcĭdĭt fŏrte, ĭd ărte ŭt cŏrrĭgās. *Te.* — *Libros.* Cŏrrĭgĕre ŭt rēs ēst tāntō măgĭs ārdŭă, quāntō Măgnŭs Arīstārchō mājŏr Hŏmērŭs ĕrăt. *O.* Quīntĭlĭō sī quĭd rĕcĭtārēs; cŏrrĭgĕ, sōdēs. *H.* Nōtă lēgēs quaedām, sēd līmā rōsă rĕcēntī. *M.* Līmam ădhĭbērĕ. Ēt mălĕ tŏrnātōs īncūdī rēddĕrĕ vērsūs. *H.* Saepe ĕgŏ cŏrrēxī sŭb tē cēnsōrĕ lĭbēllōs, Saepĕ tĭbi ādmŏnĭtū făctă lĭtūră mĕo ēst. *O.* Mănŭs ūltĭmă dēfŭĭt coēptō. Cāstīgāre ăd ūnguĕm. *H.* Ăd īncūdēm rĕvŏcārĕ lĭbēllŭm. *H.* Mūltă lĭtūră cŏērcŭĭt. *H.* Scīlĭcĕt īncĭpĭām līmā mŏrdācĭŭs ūtī, Ūt sŭb jūdĭcĭūm sīngŭlă vērbă vŏcēm. *O.* — *Mores.* Quŭm ăd frūgēm cŏrrĭgĭs. *Pl.* Pĕccātŭm tŏtĭēs cŏrrĭgăt īllă tŭŭm. *O.* Vīvēndī mōrēs pērvērsōs līnquĕrĕ, ēxŭĕrĕ. Mĕlĭōrĭs vītaē mŏdum ăgĕrĕ. Cōnvērtĕrĕ vītam īn mĕlĭŭs. Dēlĭctī āgnōscĕrĕ cūlpăm. Trānsāctaē vītaē crīmĭnă, dēlĭctă, pĕccātă dŏlērĕ. *v. emendo, resarcio.*

cŏrrĭpĭo. *Cŏrrĭpĭūnt spătĭūm mĕdĭūm* etc. V. SY. pūnīrĕ, plēctĕrĕ, cāstīgārĕ, ărgŭĕrĕ, rĕdārgŭĕrĕ, ōbjūrgārĕ, rĕprĕhēndĕrĕ; ăccĭpĕrĕ, căpĕrĕ, cŏmprĕhēndĕrĕ. PH. — *I. q. attingere.* Jŭvĕnīlĭtĕr ārcūs Cŏrrĭpĭt. *O.* Cĕlĕrēsquĕ săgīttās Cŏrrĭpŭĭt. *V.* Cŏrrĭpŭĕrĕ săcram ēffĭgĭēm. *V.* Cŏrrĭpĭtŭr flāmmīs. *V.* Nūnc īpsās īgnī cŏrrĭpŭĕrĕ căsās. *O.* Et mŏdŏ sōl nĭmĭŭs, nĭmĭŭs mŏdŏ cŏrrĭpĭt īmbĕr. *O.* Lūmĭnă cŏrrĭpĭt hōrrŏr. *Va.* *v. invado.* Cŏrrēptŭs ĭmāgĭnĕ fōrmaē. *O.* — *Viam.* Cŏrrĭpŭĕrĕ vĭam īntĕrĕā. *V.* Praecĭpĭtī cērtāmĭnĕ cāmpŭm Cŏrrĭpŭĕrĕ. *V.* Cŏrrĭpĭūnt spătĭūm mĕdĭūm. *V.* Aēquŏră dēlphīn Cŏrrĭpĭt. *Va.* Sēmōtīquĕ prĭūs tārdă nĕcēssĭtās Lētī cŏrrĭpŭĭt grădŭm. *H.* — *Moram.* Cŏrrĭpĭūntquĕ mŏrās. *O.* Nēc plūră lŏcūtŭs Cŏrrĭpŭĭt sēsē. *V.* — *I. q. reprehendere.* Cŏrrĭpĭūnt dĭctīs frūstrāque ĭnhĭbērĕ lăbōrānt. *O.* Cŏrrēptŭs vŏcĕ măgīstrī. *H.* *v. castigo, objurgo.*

cŏrrōbŏro. — *tĕnŭēs cŏrrōbŏrăt ārtūs.* M. *v. roboro.*

cŏrrōdo. *Cŏrrōdēt sănĭēs ēt pūtrĭdă cōntrăhĕt ŏssă.* Ca. PH. Tōtŭm cŏrrōsīs ŏssĭbŭs ēdĭt. *I.* *v. rodo.*

cŏrrŏgo. *Nĕc pārvō mēndīcăt ŏpēs, nĕc cŏrrŏgăt aūrās.* Corn. *v. rogo.*

cŏrrūgo. *Cŏrrūgĕt nārēs* etc. H. *v. ruga.*

cŏrrūmpo; ūpī. *Omnĭă pērvērsās pŏssūnt cŏrrūmpĕrĕ mēntēs.* O. *Cŏrrūpĭtquĕ lăcūs* etc. V. SY. vĭtĭārĕ, dēprăvārĕ, cōntāmĭnārĕ, dēstrŭĕrĕ, pērdĕrĕ, dīspērdĕrĕ, cōntĕrĕrĕ, āttĕrĕrĕ, cōmmĭnŭĕrĕ. PH. Lăcrȳmīs cŏrrūmpĭs ŏcēllōs. *O.* Tĕnĕrōs cŏrrūmpĕrĕ fēbrĭbŭs ārtūs. *O.* Cŏrrūmpīs vĭtĭō gaūdĭă nōstră tŭō. *O.* Cērnĭs, ŭt īgnāvūm cŏrrūmpūnt ōtĭă cŏrpŭs? *O.* Cŏrrūptă dŏlōrĕ vŏlūptās. *H.* Lĭttĕră Graēcă, sŏnō cŏrrūptă Lătīnō. *O.* Cŏrrūptĭŏr aētās. *H.* Itĕr făctūm cŏrrūptĭŭs īmbrī. *H.* — Dēcĭpĭt īllă Cūstōdēs aūt aĕrĕ dŏmăt. *I.* Cŏrrūptŭs vānīs rērŭm. *H.* Cŏrrūptŭs jūdēx. *H.*

cŏrrŭo. *v. cado.*

cŏrrūptēlă. *Hic cŏrrūptēlīs ănĭmīque ēt cŏrpŏrĭs aēgĕr.* Pr. *v. scelus.*

cŏrrūptŏr. *Ut pērdĕrēmŭs cŏrrūptŏrēm cīvĭūm.* (iamb.) Pl.

Cŏrsĭcă. *Incĭpĭt ōbscūrōs ōstēndĕrĕ Cŏrsĭcă mōntēs.* Ru. PH. Cŏrsĭcă, Phōcaēō tēllūs hăbĭtātă cŏlōnō, Cŏrsĭcă, quaē Grājō nōmĭnĕ Cyrnŭs ĕrās. *Anth.* Cŏrsĭdă quām părĭtĕr gĕmĭnātō nōmĭnĕ dĭcūnt. *Prsc.* — *Adj.* Cŏrsĭcă mīsĭt ăpĭs. *M.* Cŏrsĭs ōbrūtă clāssĭs ăquīs. *O.*

cŏrtēx, ĭcĭs. — *In cŏrtĭcĕ sīgnănt.* V. SY. lĭbĕr. EP. pīnguĭs, vĭrĭdĭs, căvātŭs, tūmĭdŭs, sīccŭs, rūgōsŭs, rīmōsŭs, tūrgĭdŭs, ārbŏrĕŭs, frăgĭlĭs, tĕnĕr, tĕnŭĭs, mōllĭs, rĭgēns, dūrŭs, glaūcŭs. PH. Claūsī ārbŏrĕī sŭb cŏrtĭcĕ lĭbrī. Nūnc tŭmĭdō gēmmās cŏrtĭcĕ pālmĕs ăgĭt. Dūm nŏvŭs īn vĭrĭdī cŏălēscĭt cŏrtĭcĕ rāmŭs. Nūdūm dēcērptō cŏrtĭcĕ līgnŭm. *O.* Mūscō cīrcūmdăt ămāraē Cŏrtĭcĭs. *V.* Pīnguĭă cŏrtĭcĭbŭs sūdēnt ēlēctră mȳrīcaē. *V.* Răptŭs dē sŭbĕrĕ cŏrtēx. *V.* Rŭdēm nōdīs ēt cŏrtĭcĕ crūdō Hāstăm. *V.* — Nābīs sĭnĕ cŏrtĭcĕ. *H.* Tū lĕvĭŏr cŏrtĭcĕ. *H.*

cŏrtĭcĕŭs. *Dūcĭt cŏrtĭcĕīs flūĭtāntĭă rētĭă sīgnīs.* Au.

cŏrtīnă. — *mūgīre ădȳtīs cŏrtīnă rĕclūsīs.* V. SY. trĭpūs, lĕbēs. EP. Ăppōllĭnĕă, Dēlphĭcă, fātĭdĭcă, Phoēbēă, praēnūntĭă, praēsāgă, vērĭdĭcă, tērrĭfĭcă, vĕnĕrāndă. PH. Nĕquĕ tē cŏrtīnă fĕfēllĭt. *V.* Cŏrtīnăquĕ rēddĭdĭt īmō Hānc ădȳtō vŏcēm. *O.* *v. adytum.*

Cŏrtōnă, aē. — *lēctōs Cŏrtōnă sŭpērbī.* S.

Cŏrtyna. *v. Gortyna.*

Cŏrvīnŭs. *Cŏrvīnōsquĕ sĭmŭl* etc. L. PH. Et cuī cōgnōmēn cŏrvŭs hăbērĕ dĕdĭt. *P.* 3, 9, 64. *Mn.* 1, 787. *I.* 8, 5.

Cōrŭs. *v. Caurus.*

cŏrūsco. — *pēnnīsquĕ cŏrūscānt.* V. PH. Fūlgōrĕ cŏrūscānt Ārdēntēs. *V.* Sībĭlă dānt līnguāsquĕ cŏrūscānt. *O.* Tēlīs făcĭbūsquĕ cŏrūscăt. *Va.* Māvōrs ădămāntĕ cŏrūscăt. *V.* Tēlŭm fātālĕ cŏrūscăt. *V.* Strīctūmquĕ cŏrūscăt Mūcrōnēm. *V.* Ōdĭtquĕ mŏrās hāstāmquĕ cŏrūscăt. *O.* *v. jacio, luceo.*

cŏrūscŭs. — *fērro aūrōquĕ cŏrūscī.* St. PH. Cŏrūscā Fūlmĭnă mōlĭtŭr dēxtrā. *V.* Īgnī cŏrūscō nūbĭlă dīvĭdēns. *H.* Sīlvīs scēnă cŏrūscīs. *V.* Tēlīs ēt lūcĕ cŏrūscŭs ăhēnā. *V.* *v. lucidus.*

cŏrvŭs. SY. vŏlŭcrĭs Dēlphĭcă. Phoēbō săcră vŏlucrĭs. Ăpōllĭnĭs ālĕs, Phoēbēĭŭs, Phoēbō săcĕr. EP. nīgĕr, gārrŭlŭs, crŏcĭtāns, fămēlĭcŭs, lŏquāx, vŏcālĭs, raūcŭs, vīvĭdŭs, ānnōsŭs, fērālĭs, vŏrāx, lōngaēvŭs, sĭnīstĕr, tūrpĭs, ōbscēnŭs, fātĭdĭcŭs, fūnĕrĕŭs, praēnūntĭŭs, īnfaūstŭs, mălŭs. PH. Lĭquĭdās cŏrvī prēssō tēr gūttŭrĕ vŏcēs Aūt quătĕr īngĕmĭnānt. *V.* Ālbŭs ĕrăt quōndām, vŏlŭcrĭs Phoēbēĭă, cŏrvŭs; Nūnc īmpŏrtūnaē praēmĭă vŏcĭs hăbĕt. *O.* Cūm cāndĭdŭs āntĕ

fŭĭssēs, Cōrvĕ lŏquāx, sŭbĭtō nĭgrāntēs vērsūs ĭn ālās. *O.* Cōrvūs rĭdētūr Lēdaeōs ĭntĕr ŏlōrēs. *M.* Incrĕpŭĭt dēnsīs cōrvōrum ēxĕrcĭtŭs ālĭs. *V.* Nōn pāscēs ĭn crŭcĕ cōrvōs. *H.* Illĕ sălūtātōr rēgūm, nōmēnquĕ lŏcūtŭs Caesărĕŭm. *St.* Cōrvĕ sălūtātŏr. *M.* 14, 74. cf. *O.* M. 2, 531. *Ph.* 1, 13.

Cŏrȳbās, āntĭs. *Hōc Cūrētēs hăbēnt, hōc Cŏrȳbāntēs ŏpŭs.* O. EP. Cȳbĕlēĭī, clāmōsī, ārmĭgĕrī, ĭnsānī, ŭlŭlāntēs, fŭrĭōsī, dēmēntēs, fŭrĭbūndī, mălĕsānī, trŭcēs, Idaeī, Dĭctaeī. PH. Acūtă sī gĕmĭnānt Cŏrȳbāntēs aeră. *H.* Cȳbĕlēĭŭs aerĕ cănōrō Lūstrāvĭt Cŏrȳbās. *Cl.* Cȳbĕlē Cŏrȳbāntĭăque aeră. *V.*

Cōrȳcŭs, ĭ. *Cōrȳcĭdās Nȳmphās ĕt nūmĭnă mōntĭs ădōrānt.* O. *Insŭlă Cōrȳcĭĭs quōndām cĕlĕbērrĭmă Nȳmphĭs.* O. PH. Cōrȳcĭă quĭdquĭd mŏdŏ Phoebŭs ĭn ūmbrā Mōnstrābăt. *St.*

Cŏrȳdōn, ōnĭs. *Āh, Cŏrȳdōn, Cŏrȳdōn, quaē tē dēmēntĭă cēpĭt?* V.

cŏrȳlŭs. *Phȳllĭs ămăt cŏrȳlōs* etc. V. EP. dūră, frăgĭlĭs, sĭlvēstrĭs, flēxĭlĭs, dēnsă. PH. Nēc mȳrtūs cŏrȳlōs vĭncēt, nēc laūrĕă Phoebī. *V.* In sĭlvĭs ĭntēr cŏrȳlētă lătēbăt. *O.*

cŏrȳmbŭs. *Dīffūsōs hĕdĕrā vēstĭt pāllēntĕ cŏrȳmbōs.* V. EP. dīffūsŭs, grăvĭdŭs, cŏmāns, tĕnĕr, Bācchēŭs, tēxĭlĭs, bĭcŏlŏr, crŏcĕŭs, trĕmŭlŭs, vĭrĭdĭs, mōllĭs, nĭgĕr, frōndēns, frōndōsŭs, ămoēnŭs, răcēmĭfĕr, Nȳsaeŭs, spīssŭs, hĕdĕrōsŭs. PH. Ūmbrăquĕ tēxtĭlĭbūs cĭrcūm vărĭātă cŏrȳmbĭs. *Pont.* Ēt vĭtrĕūm tĕnĕrĭs crīnēm vēstīrĕ cŏrȳmbĭs. *St.* Āntră răcēmĭfĕrĭs sēmpĕr vēstītă cŏrȳmbĭs. *Pont.* Hĕdĕraēquĕ nĭtōr pāllēntĕ cŏrȳmbō. *V.* Fēstă cŏrȳmbĭfĕrī cĕlĕbrābăt Graēcĭă Bācchī. *O.*

Cŏrȳthŭs, ĭ. *Pēr Cŏrȳthī pŏpŭlōs* etc. Ru.

cŏrȳtŭs, ĭ. *Cōrȳtīquĕ lĕvēs hŭmĕrĭs, ĕt lētĭfĕr ārcŭs.* V. PH. Coēlēstĭbŭs īmplĕt Cŏrȳtōn tēlĭs. *St. v. pharetra.*

cōs, cōtĭs. — *sŭbĭgūntque ĭn cōtĕ sĕcūrēs.* V. EP. dūră, trītă, āspĕră, ēxĭgŭă, tĕnŭĭs, lōngă, mōrdāx, ĕdāx, Deūcălĭōnĕă. PH. Cōtĕ nŏvāt nĭgrās rūbĭgĭnĕ fālcēs. *St.* Cōtĕ ăcŭĭt tēlum. *O.* Fūngăr vĭcĕ cōtĭs, ăcūtūm Rĕddĕrĕ quaē fērrūm vălĕt, ēxsōrs ĭpsă sĕcāndī. *H.* Cōtĭbŭs āspĕr Exārsĭt mūcrō. *L.* Ardēntēs ăcŭēns săgĭttās Cōtĕ crŭēntā. *H.*

Cōs *s.* Cŏōs. *Cīnctă mărī quaēnām tēllūs crĕăt Hīppŏcrătēm? Cōs.* Au. PH. Hūnc ĭpsĕ Cōō plaūdēntĕ Phĭlētās. *St.* S. 1, 1, 359. — *Adj.* Sī Vĕnĕrēm Cōŭs nūnquām pĭnxīssĕt Apēllēs. *O.* Spīrăt de lĭttŏrĕ Cōō Aūră flŭēns. *L.* Illă gĕrăt vēstēs, quās fēmĭnă Cōă Tēxŭĭt. *T.* Cōaē tēxtūră Mĭnērvaē. *P.* Cōă dĕcērĕ pŭtā. *O.* Indŭĕ mē Cōĭs. *P.*

Cŏsaē, ārŭm. *Quīque ūrbēm lĭquērĕ Cŏsās* etc. V.

cōstă, aē. PH. Saēpe ŏlĕō tārdī cōstās ăgĭtātŏr ăsĕllī Vĭlĭbŭs aūt ŏnĕrăt pōmĭs. *V.* Frĭcăt ărbŏrĕ cōstās. *V.* Tērgŏră dērĭpĭūnt cōstĭs. Cōstĭs ēxūtă lĕōnĭs Vēllĕră. *O.* Cōstă rătĭs lăcĕraē. *Pe.*

Cŏsȳră, aē. — *Mĕlĭtē stĕrĭlī vĭcīnă Cŏsȳraē.* O. F. 3, 567. *Et bēllārĕ Tĭbās dŏcĭlĭs Cŏsȳrăquĕ pārvă.* S. 14, 272.

Cŏthōn, ōnĭs. *Pūppĭm ăptānt clāvūmquĕ Cŏthōn* etc. S.

cŏthūrnŭs, ĭ. *Pūrpŭrĕōque ăltē sūrās vĭncīrĕ cŏthūrnō.* V. EP. Sŏphoclēŭs, grāndĭs, trăgĭcŭs, grăvĭs, grātŭs, āltŭs, pĭctŭs, Lȳdĭŭs, tērrĭfĭcŭs, māgnĭlŏquŭs, ăcĕr, prĭscŭs, āltĭsŏnŭs, hērōĭcŭs, sŭpērbŭs, sūblīmĭs, āntīquŭs, Aēschȳlēŭs, pūrpŭrĕŭs, Cĕcrŏpĭŭs. PH. Lȳdĭŭs āltă pĕdūm vĭnclă cŏthūrnŭs hăbĕt. Mātĕrĭa ēst quāmquām sūblīmĭbŭs āptă cŏthūrnĭs. Sōlă Sŏphŏclēō tŭă cārmĭnă dĭgnă cŏthūrnō. *V.* Mūsă trăgĭcĭs ĭnnīxă cŏthūrnĭs. *O.* Grāndĕ mūnŭs Cĕcrŏpĭō rĕpĕtēs cŏthūrnō. *H.* Māgnūmquĕ lŏquī nĭtīquĕ cŏthūrnō. *H.* Nōn hŭmĭlī rĕfĕrām mĕmŏrāndă cŏthūrnō. *P.* En, ĭn cŏthūrnĭs prōdĭt Aēsōpŭs nŏvĭs. *Ph.* — Illă cŏthūrnātōs ĭntĕr hăbēndă dĕōs. *O.* Brĕvĭōrquĕ vĭdētūr Vĭrgĭnĕ Pȳgmaeā, nūllĭs ādjūtă cŏthūrnĭs. *I.* *v. comoedia, epicus, lyricus, tragoedia.*

cōttăbŭs. *Nē būbŭlī ĭn tē cōttăbī crēbrī crĕpēnt.* (iamb.) Pl.

cōtūrnĭx, ĭcĭs. *Eccĕ, cōtūrnĭcēs ĭntĕr sŭă prŏelĭă vīvūnt.* O. — *ĕt cōttūrnĭcĭbŭs aŭgĕt.* Lr. 4, 634. et Pl. Capt. 5, 4, 6. EP. pĭă, pĕrĕgrīnă, ādvĕnă. PH. Mātērtĕră Phoebī. Rēgūm grātīssĭmă mēnsĭs. Sēdŭlă pēr stĭpŭlās tĕnĕrā cūm prōlĕ cŏtūrnĭx Pāscĭtūr. *O.* Nĭmĭa ēst ĭmpēnsă cŏtūrnĭx. *M.*

cŏtȳlă, aē. *Pōst hūnc ĭn cŏtȳlā rāsă sēlībră dătă ēst.* M.

Cŏtȳs, ȳŏs. *Ō Cŏtȳ prōgĕnĭēs dīgnă părēntĕ tŭō!* O.

Cŏtȳttō, ūs. — *lāssārĕ Cŏtȳttō.* J.

Cŏŭs. *v. Cos.*

cŏvīnŭs. *Et dŏcĭlĭs rēctŏr rōstrātī Bēlgă cŏvīnī.* L.

cōxă, aē *et* cōxēndĭx, ĭcĭs. — *cōxēndĭcĕ mōrbŭs.* Ser. Sam.

crābro, ōnĭs. *Mīllĭă crābrōnūm cŏeūnt* etc. O. EP. fĕrŭs, fĕrōx, cēlsŭs, vĭrēns, vĭrĭdĭs, āspĕr, ăcūlĕātŭs. PH. Sĭmĭlīsquĕ jŭvēncō Spīcŭlă crābrōnūm prēssā cērvīcĕ gĕrēntī. *O.* Prēssŭs hŭmō bēllātŏr ĕquŭs crābrōnĭs ŏrīgo ēst. *O. v. vespa.*

Crăgŭs, i. *Jām Crăgŏn ĕt Lȳmĭrēn* etc. O. EP. āltŭs, sūblīmĭs, ēxcēlsŭs, vĭrēns, vĭrĭdĭs, Apōllĭnī săcĕr. PH. Sĭlvĭs aūt vĭrĭdĭs Crăgī. *H.*

crāmbē. *Occīdĭt mĭsĕrōs crāmbē rĕpĕtītă măgīstrōs.* I. *v. brassica, caulis.*

Crāntōr, ŏrĭs. *Plēnĭŭs āc mĕlĭŭs Chrȳsĭppo ĕt Crāntōrĕ dīcĭt.* H.

crāpŭlă. — *ŭt ēdōrmīscam hānc crāpŭlăm.* (iamb.) Pl. EP. grăvĭs, foedă, ĭnērs, ōbscēnă, tĭtŭbāns, fŭrēns, mălĕsānă, īnsānă, dēmēns, āmēns, tūrpĭs, fŭrĭōsă, aūdāx, ĭmpăvĭdă, fŭgĭēndă, pērnĭcĭōsă, hōrrĭdă, ēxĭtĭōsă. *v. ebrietas.*

crās. *Dīc mĭhĭ, crās īllŭd, Pōsthŭmĕ, quāndŏ vĕnĭt?* M. PH. Crāstĭnă tēmpŏră. Crāstĭnŭs sōl, Cynthĭŭs, lūcĭfĕr. Cūm crāstĭnă dĭēs lūstrăt lāmpădĕ tērrās. Crāstĭnă lūx, aūrōră. Quām prīmūm crāstĭnă caēlō

Puniceis invecta rotis Aurora rubebit. *V.* Cum crastina fulserit Eos. *O.* Crastina Puniceos quum lux detexerit ortus. *Cl.* Ubi primos crastinus ortus Extulerit Titan, radiisque retexerit orbem. *V.* Et lux cum primum terris se crastina reddet. *V.* Postera cum thalamis Aurora rubebit apertis. *S.* Forsitan includet crastina fata dies. *O.* Quid crastina volverit Eos, Scire nefas homini. *St.* Quid sit futurum cras, fuge quaerere. *H.* Nunquam te crastina fallet Hora. *H.* Quis scit, an adjiciant hodiernae crastina summae Tempora Di superi? *H.* Aurea mala decem misi: cras altera mittam. *V.* Jam cras hesternum consumsimus; ecce, aliud cras. *Pe.* Cras te, Caeciliane, non vocavi. *M.* Proxima victricem quum Romam inspexerit Eos. *O.*

crassities *et* crassitudo. — *quanta crassitudine.* Pl. *v. pinguedo.*

crassus. SY. densus, opacus, pinguis, spissus, condensus. PH. Boeotum in crasso jurares aere natum. *H.* Crassisque paludibus alni Nascuntur. *V.* Crassaque conveniunt liquidis. *Lr.* Crassas gurgite volvit aquas. *O.* Crassaque robusto deducis pollice fila. *O.* Crassa mole leo. *Cl.* Rusticus abnormis sapiens, crassaque Minerva. *H.* Vulgus crassaque turba. *M.* Crasse compositum. *H.* Nemo tam divos habuit faventes, Crastinum ut possit sibi polliceri. *Se.*

Crassus. EP. dives, cupidus. PH. Tradat opes Crassi divitis arca potens. *Faust.* Umbraque erraret Crassus inulta. *L.*

crastinus. *v. cras.*

crater, eris. *Crater auratis surgit caelatus ab astris.* Mn. — *medio cratere recepit.* O. — *urnae cratera capacem.* I. *Indulgent vino et vertunt crateras ahenos.* V. SY. cratera, patera, calix, scyphus, poculum. EP. ahenus, auratus, inauratus, coruscus, impressus, aureus, argenteus, profundus, latus, pulcher, splendens, gratus, micans, signifer, caelatus, capax, undans, laetus, Corinthiacus. PH. Gestat cratera coruscum. Crateras laeti statuunt, et vina coronant. *V.* Signis exstantibus asper. *O.* Magnum cratera corona Induit, implevitque mero. *V.* Antiquo signis fulgentibus aere, Summus inaurato crater erat asper acantho. *O. v. patera, poculum.*

cratera, ae. *Si tibi crateras argenti* etc. Pe. PH. Veteri craterae limus adhaesit. *H. v. crater.*

Craterus, i. *Et quid opus Cratero* etc. Pe.

Crates, etis, *Quem sibi conferret Varro priorque Crates.* Au. *En cor Zenodoti, en iecur Cratetis* (phal.) *Val. C.*

crates, is. *Arbuteae crates et mystica vannus Iacchi.* V. A. 12, 508. EP. viminea, arbutea, dentata, texta, fraxinea. PH. Transadigit costas et crates pectoris ense. *V.* — Flectuntque salignas Umbonum crates. *V.* Aeratae propugnant pectora crates. *St.* — Claudens textis cratibus laetum pecus. *H.*

Crathis, is *et* idis. *Crathis, et hinc Sybaris* etc. O.

craticula. *Parva tibi curva craticula sudat ofella.* M. EP. ferrea, candens, ignita, fervens, accensa, supposita, atra, nigra.

Cratinus. *Prisco si credis, Maecenas docte, Cratino,* H. EP. priscus, compotor, audax. PH. Eupolis atque Cratinus Aristophanesque poetae. *H.*

creator, oris. — *magnique creator Achillis.* O. SY. genitor, auctor. PH. Ille creator Atque opifex rerum. *Lr.* Rerum natura creatrix. *Lr.* Ille opifex rerum, mundi melioris origo. *O.* Tellus bellorum dira creatrix. *S. v. auctor, mater, pater.*

creatura. *Fallo creaturam nisi doctor apostolus omnem.* Pr. SY. res creata.

creber. *Non tam creber, agens hiemem, ruit aequore turbo.* V. SY. frequens, densus, repetitus, multus, plurimus. PH. Creberque procellis Africus. *V.* Labat arjete crebro Janua. *V.* Crebrisque bipennibus instant. *V.* Errat tempora circum Crebra manus. *V.* Creber ad aures Visus adesse pedum sonitus. *V.* Tela Crebra nivis ritu. *V.* Crebrius agmen erit. *O.* Creber arundinibus. *O. v. crebro.*

crebresco. SY. increbescere, crescere, augeri; vulgari. PH. Saevus campis magis ac magis horror Crebrescit. *V.* Crebrescunt optatae aurae portusque patescit. *V.* Simulac crebrescere vidit Sermonem. *V.*

crebro. *Est mihi, purgatam crebro qui personet aurem.* H. SY. saepe, saepius, frequenter, non raro, saepenumero, subinde, quam saepissime, plerumque, haud semel, iterumque iterumque, ter et quater, terque quaterque, crebra. PH. Et pede terram Crebra ferit. *V.* Crebrius in cassum magnum cecidisse laborem. *Lr. v. saepe.*

credibilis. *Credibile est, ipsos consuluisse Deos.* O. SY. probabilis, verisimilis; credi, fide dignus; fidem merens, non superans, fide non major. PH. Si credere dignum est. *V.* Magnum narras, vix credibile. *H.* Cui credere fas est. Si qua fides. *V.* Prisca fides facto. *V.* Vix credere possis. *H.* Nec credere quivi. *V. v. credo, fides.*

creditor. *Creditor introitum solet exspectare macelli.* I. EP. benignus, patiens, asper, durus.

credo. *O formose puer, nimium ne crede colori.* V. *Nil mihi credideris: praesens potes ipse videre.* O. *Creditus ante annos Marti* etc. S. SY. fidere, confidere, committere; fidem dare, habere, adhibere, putare, existimare, reri. PH. Nil equidem durare diu sub imagine eadem Crediderim. *O.* Creditis, avectos hostes? *V.* Credimus; an, qui amant, ipsi sibi somnia fingunt? *O.* Credamus Phoebo. *V.* Desit in hac mihi parte fides, nec credite factum: Vel, si credetis, facti quoque credite poenam. *O.* Nulla viro juranti femina credat. *C.* Desinat elatis quisquam confidere rebus. Dictis addere, addicere, habere fidem. Experto si quidquam credis amico. *O.* Sum ratus, esse feram. *O.* Jamque dies, ni fallor, adest. *V.*

Crēdĭtĕ dīcentī. *O.* Crēdĭtĕ, pōstĕrī. *H.* Pōstĕrĭtās, ădmĭttĕ fĭdĕm. *Cl.* Nēc cĭtō crēdĭdĕrĭs; quāntūm cĭtō crēdĕrĕ laedăt, Exēmplūm vōbīs nōn lĕvĕ Prōcrĭs ĕrĭt. *O.* — *Credor.* Sī quă fĭdēs rēbūs tămĕn ēst āddēndă prŏbātīs. *O.* Prō māgnā tēstĕ vĕtūstās Crēdĭtŭr. *O.* Nōn bĕnĕ rīpae Crēdĭtŭr. *V.* Cāssāndrae quĭă nōn crēdĭtūm, rŭĭt Ilĭūm. *Ph.* Tārdă vĕnĭt dīctīs dīffĭcĭlīsquĕ fĭdēs. *O.* Illă rătām tēstĭs dēbĕt hăbērĕ fĭdĕm. *O.* — *I. q. committere.* Pĕdĭbūs sē crēdĕrĕ. *S.* Nūm pŭĕrō sūmmām bēllī, nūm crēdĕrĕ mūrōs? *V.* Crēdēbāt lĭbrīs ārcānă fĭdēlĭbŭs. *H.* Mărīque, ăĭt, ōmnĭă crēdĭs? *O.* Inquĕ nŏvōs sōlĕs aūdēnt sē grāmĭnă tūtō Crēdĕrĕ. *V.* Nāvĭs, quae tĭbĭ crēdĭtūm Dēbēs Vĭrgĭlĭūm. *H.* Pēnnĭs aūsūs sē crēdĕrĕ coelō. *V.* Jāmquĕ cădēntĕ dĭē vĕrĭtŭs sē crēdĕrĕ nōctī. *O.* *v. fides, fido.* — *Credentes*; eccl. PH. Spōndĕt sălūtĕm pērpĕtĕm crēdēntĭbŭs. *Pr.* Infūndĭtquĕ nŏvām crēdēntum ĭn cōrdă sălūtĕm. *Paul. Nol.*

crēdŭlĭtās. *Et tĭmĭdūs Gāllā crēdŭlĭtātĕ frŭĭtr.* O. PH. Aūt sŭă crēdŭlĭtās ĭn ădūncōs ēgĕrăt hāmōs. *O.* Crēdŭlĭtātĕ căpī. *O.* *v. credulus.*

crēdŭlŭs. *Vūtēm mē dīcūnt: sēd nōn ĕgŏ crēdŭlŭs īllīs.* V. PH. Sēd nōs ĭn vĭtĭūm crēdŭlă tūrbă sŭmŭs. *O.* Crēdŭlă rēs ămŏr ēst. *O.* Anĭmūmquĕ rēbūs crēdŭlūm laētīs dĕdĭt. *Se.* Cārpĕ dĭēm, quām mĭnĭmūm crēdŭlă pōstĕrō. *H.* Crēdŭlūs ădvērsīs. *S.* Spēs ănĭmī crēdŭlă mūtŭī. *H.* *v. credo, credulitas.*

Crĕmĕră, aē. *Quĭd Crĕmĕrae lĕgĭs* etc. J.

crĕmo. *Dĕt tŭă sūccēnsaē mēmbră crĕmāndă pyrae.* O. PH. Incēnsă crĕmāvĭt Trōjă vĭrōs. *V.* Gēns quae crĕmātō fōrtĭs ăb Ilĭō. *H.* Pōssūm crĕmātōs ēxcĭtārĕ mōrtŭōs. *H.* Flāmmā crĕpĭtāntĕ crĕmārī. *V.* *v. incendo, uro.*

Crĕmōnă. *Māntŭă, vaē, mĭsĕrae nĭmĭūm vĭcīnă Crĕmōnae.* V. EP. cūltă, pūlchră, frūmēntĭfĕră, tūrrĭtă, dīvĕs, mĭsĕră.

crĕmŏr, ōrĭs. — *āffūndĕ crĕmōrĕm.* O. *v. jusculum.*

Crēnae, ārūm. *Quūm fŭgĕrĕt Phrȳgĭās trāns aēquŏră Mārsyā Crēnās.* S. PH. Vūlnŭs, Crēnaeĕ, tŭlīstī. *O.*

crĕo. SY. prōcrĕārĕ, părĕrĕ, părārĕ, gīgnĕrĕ, prōdūcĕrĕ; ēlĭgĕrĕ. PH. Ex nĭhĭlō ēffĭcĕrĕ, ēffĭngĕrĕ, făcĕrĕ, cōnflārĕ. Assărăcōn crĕăt hĭc, Assărăcūsquĕ Căpyn. *O.* Fōrtēs crĕāntūr fōrtĭbūs ĕt bŏnĭs. *H.* Mūltăquĕ cūm tēllūs ĕtĭām pōrtēntă crĕārĕ Cōnāta ēst. *O.* *v. pario.*

Crĕōn, ōntĭs.—*Immānsuētūmquĕ Crĕōntă.* St. EP. saevŭs, īmmānĭs, dīrŭs, dūrŭs, fērrĕŭs, mĭsĕr, ĭnhūmānŭs, bărbărŭs, īmmānsuētŭs. PH. Antĭgŏnēn vĭdŭāmquĕ Crĕōn Adrāstĭdă lētō Admŏvĕt. *St.* Adēst pĕtītŭs ōmnĭūm vōtĭs Crĕo. *Se.* O. 205.

crēpĕrŭs. *Exaēquātăquĕ sūnt crēpĕrī cērtāmĭnă bēllī.* Lr. *v. anceps.*

crĕpĭdă, aē. *Nōn hĭc, qui ĭn crĕpĭdās Grājōrūm lūdĕrĕ gēstĭt.* Pe. PH. Săpĭēns crĕpĭdās sĭbĭ nūnquām, Nēc sŏlĕās fēcĭt. *H.* *v. solea.*

crĕpīdo, ĭnĭs. *Fōrtĕ rătĭs, cēlsī cōnjūnctă crĕpīdĭnĕ săxī.* V. SY. ōră, margo; căcūmĕn, ăpĕx. PH. Aētērnă crĕpīdō, Quae sŭpĕrīngēstī pōrtārĕt cūlmĭnă mōntĭs. *St.* Stābăt grāmĭnĕā prōdūctă crĕpīdĭnĕ rīpae. *St.* Rūpĭbūs ēxpŏsĭtĭs, lōngīquĕ crĕpīdĭnĕ dōrsī. *St.* Nūllă crĕpīdō văcăt. *I. v. basis, fundamentum.*

crĕpĭtăcŭlūm. *Allĭcĭt, ĕt trĕmŭlīs quāssāt crĕpĭtăcŭlă pālmīs.* Clp. EP. aērĕūm, blāndūm. PH. Haēc quătĭăt tĕnĕrā gārrŭlă sīstră mănū. *M.* *v. crotalum, sistrum.*

crĕpĭto. — *lēnī crĕpĭtābăt brāctĕă vēntō.* V. PH. Ut sūccēnsă săcrīs crĕpĭtĕt bĕnĕ laūrĕă flāmmīs. *T.* Cūrētūm sŏnĭtūs crĕpĭtāntĭăque aēră sĕcūtae. *V.* Impŏsĭtōs dūrĭs crĕpĭtāre īncūdĭbūs ēnsēs. *V.* Quām mūltā grāndĭnĕ nĭmbī Cūlmĭnĭbūs crĕpĭtānt. *V.* Oră dĕdērĕ sŏnūm tĕnŭī crĕpĭtāntĭă rōstrō. *O.* *v. crepo, sono.*

crĕpĭtūs, ūs. *Dūm pōscŏr crĕpĭtū dĭgĭtōrum* etc. M. *v. sonitus.*

crĕpo; ŭī, ĭtūm. PH. Crĕpăt ĭn mĕdĭīs laūrūs ădūstă fŏcīs. *O.* Mănĭbūs faūstōs tēr crĕpŭērĕ sŏnōs. *P.* Lĕvĭs crĕpāntĕ lymphă dēsĭlĭt pĕdĕ. *H.* Crĕpŭĭtquĕ sŏnābĭlĕ sīstrūm. *O.* Rēmī Obnīxī crĕpŭērĕ. *V.* Prŏcŭl aūxĭlĭāntĭă gēntēs Aēră crĕpānt. *St.* — Quĭs pōst vīnă grăvēm mīlĭtĭam aūt paūpĕrĭēm crĕpĕt? *H.* Et crĕpăt āntīquūm gĕnŭs. *Lr.* Sī quĭd Stērtĭnĭūs vērī crĕpăt. *H.* *v. crepito.*

crĕpūndĭă, ōrūm. — *pŭĕrīquĕ crĕpūndĭă pārvī.* Pr. EP. pŭĕrīlĭă, pārvă, grātă.

crĕpūscŭlūm. *Pāstŏr ŏvēs sătŭrās ăd prīmă crĕpūscŭlă lūstrăt.* O. EP. ŏpācūm, ŏbscūrūm, sērūm, nōctūrnūm, nōctĭfĕrūm, ŏccĭdŭūm, crŏcĕūm, rŭbĭcūndūm, rĕdūx, nĭgrūm, vēspērtīnūm. PH. Dŭbĭaēquĕ crĕpūscŭlă nōctĭs. *O.* Extrēmă pĕrāctae Pārs lūcĭs. *O.* Nōx prīmă. Mŏdŏ făctă crĕpūscŭlă tērrĭs. *O.* Quālĭă sŭblūcēnt fŭgĭēntĕ crĕpūscŭlă Phoebō. *O.* Ut ēssĕ Phoebī lūmēn dūlcĭŭs sŏlĕt Jāmjām cădēntĭs, āstră quūm rĕpĕtūnt vĭcēs, Prēmĭtūrquĕ dŭbĭūs nōctĕ vĭcīnā dĭēs. *Se.* Crĕpūscŭlō sŏlūtŭs, quā vīsum ēst, văgŏr. *Ph.* Trăhĕrēnt quūm sērā crĕpūscŭlă nōctĕm. *O.* Ultĭmă pārs lūcĭs, prīmăquĕ nōctĭs ĕrăt. *O.* Indūcūnt nōctūrnă crĕpūscŭlă nōctēm. *O.* Lōngă rĕpērcūssō nĭtŭērĕ crĕpūscŭlă Phoebō. *L.* Jāmquĕ dĭēs ēxāctūs ĕrăt, tēmpūsquĕ sŭbībăt, Quŏd tū nēc tĕnĕbrās, nēc pōssĭs dīcĕrĕ lūcēm, Sēd cūm lūcĕ tămēn dŭbĭae cōnfīnĭă nōctĭs. *O.* *v. aurora, noctescit, vesper.*

Crēs, ētĭs. *Crēs ĕrăt* etc. S. *Crētēs ĕrūnt tēstēs; nēc fīngūnt ōmnĭă Crētes.* O. *v. Creticus.*

crēsco. *Crēvērūnt ĕt ŏpēs ĕt ŏpūm fŭrĭōsă lĭbīdo.* *Cresse* pro *crevisse* Lr. 3, 683. SY. aūgērī, ădaūgērī, aūgēscĕrĕ, ēxtēndĕrĕ, ăccrēscĕrĕ. PH. Sēsē āttōllĕrĕ, āssūrgĕrĕ ĭn aūrās; pūllŭlārĕ ā rādīcĕ. Sē sūstŭlĭt ārbōs Sēmĭnĭbūs jăctīs. Altăquĕ nātīvō crēvĕrăt hērbă tŏrō. *O.* Atque ănĭmōs tōllēnt

sătă. *V.* Sē tōllĭt ĭn aūrās Fērtĭlĭs. *O.* Quaē stĭrpĭbŭs ēxĭt ăb ĭmĭs. *V.* Sē laētŭs ăd aūrās Pālmĕs ăgĭt. *V.* Exsĕrĭt ă tĕpĭdā mōllĕ căcūmĕn hŭmō. *O.* Exĭĭt ād coēlūm rāmĭs fēlīcĭbŭs ārbōs. *V.* — Căvă flūmĭnă crēscūnt Cūm sŏnĭtū. *V.* Aēquŏr crēscĭt ăquĭs. *L.* Moēnĭă crēscūnt. *O.* Strāgēs ĭn cŭmŭlūm crēscūnt. *Cl.* Iliăcō tŭmĭdūm quī crēscĕrĕ sānguĭnĕ Tĭbrĭm. *V.* Prīmĭs ĕt ădhūc crēscēntĭbŭs ānnĭs. *O.* In spēm sūrgēntĭs Iūlī. *V.* Tēmpŏrĕ crēvĭt ămŏr. *O.* Vīm crēscĕrĕ vīctĭs. *V.* Vīs ănĭmī părĭtēr crēscĭt cūm cŏrpŏrĕ. *Lr.* Et sōl crēscēntēs dēcēdēns dūplĭcăt ūmbrās. *V.* *v. augeo.*

Crēssĭŭs. *v. Creticus.*

Crētă. ***Crētă Jŏvĭs māgnī mĕdĭō jăcĕt īnsŭlă pōntō.*** V. SY. Mīnōĭă tēllūs, ārvă Mīnōĭă, Gōrtȳnĭă, Gnōsĭă, Dīctaeă, tērră Cūrētĭs, Crētĭs. EP. spătĭōsă, dīvĕs, nōxĭă, nōbĭlĭs, săgĭttĭfĕră, vīnĭfĕră, īnnŏcŭă. PH. Ūrbĭbŭs īnsŭlă cēntūm Crētă pŏtēns. Ūrbĭbŭs īnclȳtă cēntūm. Trōjaē cūnābŭlă gēntĭs. *V.* Cīvēm sōrtītă tŏnāntēm. *Mn.* Māgnō tēllūs clāră Tŏnāntĕ. *Se.* Cēntūm nōbĭlĭs ūrbĭbŭs. *H.* Nōn ĕgŏ tē, Crētē, cēntūm dīgēstă pĕr ūrbēs, Adspĭcĭăm. *O.* Ūbĕrrĭmă rēgnă. *V.* Frētī dŏmĭnātrīx. *Se.*

crētă, aē. ***Illă prĭŭs crētā, mōx haēc cārbōnĕ nŏtāstī.*** Pe. EP. ālbă, tĕnāx, pūtrĭs, fīglīnă, hūmĭdă, ăcĭdă, mōllĭs. PH. Crētā sŏlĭdāndă tĕnācī Ārĕă. *V.* Crētā sīgnārĕ dĭēm. *St.* Crēssā nē cărĕăt pūlcră dĭēs nŏtā. *H.*

crētăcĕŭs *et* crētātŭs. SY. crētā ōbdūctŭs, fūcātŭs. PH. Crētăcĕăm ĭn tēstām. *Ser. Sam.* Crētātūmquĕ bŏvēm. *I.*

Crētĭcŭs. ***Trādām prōtērvĭs ĭn mărĕ Crētĭcūm.*** (Alc.) H. SY. Crēssŭs, Crēssĭŭs, Crētaēŭs, Crētēnsĭs; Crētĭs; Dīctaeŭs, Gnōsĭŭs, Mīnōĭŭs. PH. Pūgnācēs *Crēssaē. St. Crēssă* gĕnŭs Phŏlŏē. *V. Crēssĭă* rēgnă vĭdērĕt. *O.* Nĕmŏra īntĕr *Crēssĭă. V.* Ūrbēs *Crētaēaē. O.* Nȳmphaē păvĭssĕ fĕrūntŭr Crētĭdēs. *O.* Strātăquĕ Crētaeām bēllŭă tīnxĭt hŭmŭm. *O.*

Crētheŭs, ĕī.— ***ămīcūm Crēthĕă Mŭsīs.*** V.

crētōsŭs. — ***crētōsăquĕ rūră Cīmōlī.*** O.

crētŭs. — ***Trōjānō sānguĭnĕ crētūm.*** V. *v. creo, cresco.*

Crĕūsă. — ***ātque ĭpsĭŭs ŭmbră Crĕūsaē.*** V. SY. dīvaē Vĕnĕrĭs nŭrŭs. Fōrmōsī mātĕr Iūlī. *O.* EP. Dārdănĭs, Trōjānă, pūlchră, fōrmōsă. PH. Aēnēĭă cōnjūx. Ā dūrō sōlă rĕlīctă vĭrō. *O.*

crībrūm. ***Lāc sŏlĕt, ūtvĕ lĭquŏr rārī sŭb pōndĕrĕ crībrī.*** O. EP. fărīnārĭūm, lŏlĭārĭūm, rārŭm.

crīmĕn, ĭnĭs. ***Fāmăquĕ nōn fīctō crīmĭnĕ crīmĕn hăbĕt.*** O. SY. scĕlŭs, nĕfās, dēlĭctŭm, mălŭm, pĭācŭlŭm, pĕccātŭm, nōxă, vĭtĭŭm, cūlpă, făcĭnŭs, flāgĭtĭŭm, ērrātŭm, cōmmĭssŭm, mălĕfĭcĭŭm, crīmĭnātĭo, mălĕfĭcēntĭă, mălĕfāctŭm, ădmĭssŭm, lābēs. EP. nōxĭŭm, saēvŭm, crūdēlĕ, tūrpĕ, trīstĕ, nĕfāndŭm, foēdŭm, prāvŭm, īnjūstŭm, scĕlĕrātŭm, īnfāndŭm, dīrŭm, dŏlōsŭm, dāmnābĭlĕ, īmpĭŭm, pērfĭdŭm, ōccūltŭm, īnaūdītŭm, ĭnĕxōrābĭlĕ, fāmōsŭm, mōrtĭfĕrŭm, īnquĭnātŭm, ĭnĕxcūsābĭlĕ. PH. Cōmmăcŭlārĕ mănŭs scĕlĕrātō crīmĭnĕ. Atquĕ vĭgēnt ŭbĭ crīmĭnă. *H.* Ulyssēs Crīmĭnĭbŭs tērrērĕ nŏvĭs. *V.* Et crīmĭne ăb ūnō Dīsce ōmnēs. *V.* Tālēs prō crīmĭnĕ poēnās Pērpĕtĭtŭr. *Va.* Scĕlĕrātă lĭbīdo. Īnfāndŭm crīmĕn pāssă nĕfāsquĕ grāvĕ. Dētēstāndă lŭēs ĕt ĭnēxcūsābĭlĕ crīmĕn. Crīmĭnĭs īnjūstī tūrpĭă sīgnă pătī. *O. v. culpa, peccatum, scelus.*

crīmĭnŏr. ***Tērram īnfīdēlēm nēc fĕrăcēm crīmĭnāns.*** (iamb.) Au. PH. Nē mē crīmĭnārētŭr tĭbĭ. *Te.* Illŭm rēscīscēs crīmĭnātōrēm mĕŭm. *Pl. v. accuso.*

crīmĭnōsŭs. ***Quēm crīmĭnōsĭs cūnquĕ vŏlēs mŏdŭm Pōnēs ĭāmbĭs.*** (Alc.) H. *v. probrosus.*

crīnālĕ. ***Et mădĭdōs mȳrrhā cūrvūm crīnālĕ căpīllōs.*** O. *v. crinalis.*

crīnālĭs, ĕ. ***Crīnālī flōrēns hĕdĕră prōcēdĭt Iācchŭs.*** *Cl.* PH. Caēsărĭēm crīnālī strīngĕrĕ cūltū. *Cl.* Crīnālēm căpĭtī vīttām nātaēquĕ sĭbĭquĕ Dētrăhĭt. *O.* Prō crīnālī aūrō. *V.* Crīnēs nōdāntŭr ĭn aūrŭm. *V.*

crīnĭo, ĭs. — ***crīnītŭr frōndĭbŭs ărbŏr.*** St. PH. Atrō crīnītās ănguĕ sŏrōrēs. *O.* Mūltă crīnītūm mĭssĭlĕ flāmmă. *St. v. como, as.*

crīnĭs, ĭs. ***Dūlcĭs cōmpŏsĭtīs spīrāvĭt crīnĭbŭs aūră*** V. SY. căpĭllī, cŏmă, caēsărĭēs. EP. īntōnsī, pēndŭlī, flāvĭcŏmī, flāvī, văgī, rŏsĕī, ŏdŏrātī, flāvēntēs, cōmtī, nĭtĭdī, rŭtĭlī, cōmpŏsĭtī, cōnnēxī, hīrsūtī, rĕtōrtī, aūrātī, cŏmāntēs, dĕcōrī, dĕcēntēs, mȳrrhĕī, rĕnīdēntēs, dīvĭdŭī, īngĕnŭī, mūltĭfĭdī. PH. Iliădēs crīnēm dē mōrĕ sŏlūtaē. *O.* Mȳrtĕūm nōdō cŏhĭbērĕ crīnĕm. *H.* — Ēffūsĭs stēllātŭs crīnĭbŭs āēr. *Va.* Crīnēmquĕ vŏlāntĭă dūcūnt Sīdĕră. *V. v. capillus.*

Crīnīsŭs, ī. ***Trōĭă Crīnīsō*** etc. V.

Crīspīnŭs. — ***Crīspīnī scrīnĭă lĭppī.*** H.

crīspo. SY. ūndārĕ, flūctŭārĕ; vĭbrārĕ, quătĕrĕ, quāssārĕ. PH. Dēnsō crīspātă căcūmĭnĕ būxŭs. *Cl.* Ingĕmĭnāt trĕmŭlōs nāsō crīspāntĕ căchīnnōs. *Pe.* Almă nŏvō crīspāns pĕlăgŭs Tīthōnĭă Phoēbō. *Va.* Plăcĭdūm rădĭīs crīspāntĭbŭs aēquŏr. *Rut.* — Bīnă mănū lātō crīspāns hāstīlĭă fērrō. *V.* Trĕmŭlō crīspāntŭr caērŭlă mōtū. *Anth.* Nūnc ăpĭō vĭrĭdī crīspātŭr flōrĭdă tēllūs. *Col. v. undo.*

Crīspŭlŭs. ***Crīspŭlŭs īstĕ quĭs ēst?*** etc. M.

crīspŭs. PH. Crīspāmque īnvōlvĕrĕ vīsa Ēst Mītĭs flāmmă cŏmām. *S. v. crispo.*

crīstă. EP. cŏmāns, rŭtĭlă, tērrĭfĭcă, āltă, cŏrūscă, hōrrēns, ūndāns, mĭcāns, ēlātă, mĭnāx, splēndĭdă, rĕfūlgēns, ēffūsă, sūrgēns, ērēctă, tērrĭbĭlĭs, fōrmĭdābĭlĭs, mīlĭtārĭs, nūtāns, rŭbēns, pīctă, tŭmĕfāctă. PH. Ūndāntēs rŭtĭlānt ĭn vērtĭcĕ crīstaē. Trĕmūnt ĭn vērtĭcĕ crīstaē Sānguĭnĕaē. *V.* Ūndāntēs căssĭdĕ crīstaē. Aērĕ căpūt fūlgēns, crīstāque hīrsūtŭs ĕquīnā. *V.* Căvō prōtēgĭt aērĕ căpŭt. Mānāntēs sānguĭnĕ crīstaē. *V.* Altō Vērtĭcĕ crīstă trĕmēns. *V.* Rūbraē cōrnŭă crīstaē. *V.* Gĕmĭnaē stānt vērtĭcĕ crīstaē. *V.* Aūt pīctūrātās gălĕaē Jūnōnĭă crīstās

Ornĕt ăvĭs. *Cl.* Et crĭstam ădvērsō cŭrrū quătĭt aūrā vŏlāntĕm. *V. v. galea.*

crĭstātŭs.— *īnstārĕt cūrrū crĭstātŭs Ăchĭllēs.* V. SY. crĭstā īnsīgnĭs, hōrrĭdŭs, cŏrŭscŭs. PH. Crĭstātā cāssĭdĕ pēnnīs. *O.* Nōctĭ crĭstātŭs caedĭtŭr ālĕs. *O. v. crista.*

Crĭtĭās, aē. *Et Crĭtĭās* etc. Apul.

crĭtĭcŭs. *Ŭt crĭtĭcī dīcūnt, lĕvĭtĕr cūrārĕ vĭdētŭr.* H. *v. censor, grammaticus.*

Crĭto, ōnĭs. *Quōd sānārĕ Crĭtō* etc. M.

Crōbўălŏn, ī. *Crōbўălī lătŭs* etc. *Va.*

Crŏcălē, ēs. *Ismēnĭs Crŏcălē* etc. O.

crŏcĕŭs. *Invītānt crŏcĕīs hālāntēs flōrĭbŭs hōrtī.* V. SY. rŭtĭlŭs, lūtĕŭs, flāvŭs. PH. Crŏcĕōs ŭt Tmōlŭs ŏdōrēs Mīttĭt. *V.* Crŏcĕŭm līnquēns Aūrōră cŭbīlĕ. *V.*

crŏcĭnŭs. *Fŭlgēbāt crŏcĭnā cāndĭdŭs īn tŭnĭcā.* C.

crōcĭo. *Ĕt crōcĭt cōrvŭs, grăcŭlŭs ăt frīgŭlăt.* Auct. Philom.

crŏcŏdīlŭs *et* cōrcŏdīlŭs. *Aēgўptŭs pōrtēntă cŏlāt, crŏcŏdīlŏn ădōrĕt.* J. *A cōrcŏdīlīs nē răpĭāntŭr, trādĭtum ēst.* (iamb.) Ph. EP. Nīlĭăcŭs, Nīlĭcŏlă, Aēgўptĭŭs, Phărĭŭs, vŏrāx, ăquātĭcŭs, īngēns, hōrrēndŭs, căllĭdŭs, āstūtŭs, fĕrŭs, fōrmīdābĭlĭs, mĕtŭēndŭs, mĭnāx, crūdēlĭs, īmmĭtĭs, īmmānĭs, tĕrrĭfĭcŭs, īmprŏbŭs, lētĭfĕr, ēxĭtĭōsŭs, hōrrĭdŭs, mōnstrōsŭs. PH. Īncŏlă Nīlī. Nīlĭăcă fĕră. Imprŏbă Nīlĭăcīs quōd făcĭt hўdră fĕrīs. *M.* Mēntītās fŭndēns lăcrўmās. Părăt ōrĕ crŭēntō Pērdĕrĕ tē, lăcrўmās dūm crŏcŏdīlŭs ăgĭt. *Pamph.*

crŏcōtă *et* crŏcōtŭlă, aē. — *tĕnŭī stĕtĕrāt sŭccīnctă crŏcōtā.* V.

crŏcŭs *et* ŭm. *Īllĕ crŏcŭm sĭmŭlāt; crŏcĕō vēlātŭs ămīctū.* O. EP. rŭbēns, aūrĭcŏmŭs, pūrpŭrĕŭs, dŏlēns, spīrāns, flāvēns, lūtĕŭs, fŭlvŭs, tĕnĕr, pāllēns, pāllĭdŭs, aūrĕŭs, mōllĭs, Sĭcŭlŭs, Pūnĭcĕŭs, Cōrўcĭŭs, Tўrĭŭs, Sĭcānĭŭs, tĕnŭĭs, ŏdōrātŭs, hālāns, grātŭs, ămoenŭs, Cĭlĭx, rŭbĕr, lĭquĭdŭs, suāvĭs, sōlēmnĭs, rŭtĭlŭs, rĕdŏlēns. PH. Spīcă Cĭlīssă. Cĭlĭcŭm mēssĭs. Vōbīs pĭctă crŏco ēt fŭlgēntī mūrĭcĕ vēstĭs. *V.* Nēc fŭĕrānt rŭbrī cōgnĭtă fīlă crŏcī. *O.* Spīrāntēsquĕ crŏcōs Ēt ĭn ūrnā pērpĕtŭŭm vēr. *I.* Īpsă crŏcōs tĕnŭēs lĭlĭăque ălbă lĕgĭt. *O.* Tū mēssēs Cĭlĭcŭmque Ărăbŭmquĕ sŭpērbīs Mērgĕ rŏgīs. *St.* Cōrўcĭaēquĕ cŏmae Cĭnўrēăquĕ gērmĭnă. *St.* Tērquĕ căvēt nōstrās spīcă Cĭlīssă cŏmās. *P.* — Et Crŏcŏn īn pārvŏs vērsŭm cŭm Smīlăcĕ flōrēs. *O.* M. 4, 283. *Au.* id. 6.

Croesŭs. EP. Lўdŭs, māgnŭs, dīvēs, sŭpērbŭs, ŏpŭlēntŭs, pōllēns. PH. Māgnī pātrĭmōnĭă Croesī. Dīvĭtĭs aūdīta ēst cuī nōn ŏpŭlēntĭă Croesī? Pōllēntēm sŏlĭō Croesŭm vīctōrĭă Cўrī Frēgĭt. *Cl.* Quĭd Croesī rēgĭă Sārdīs? *H.* Croesŭm vōx jūstī făcŭndă Sŏlōnĭs Rēspĭcĕre ăd lōngaē jūssĭt spătĭa ūltĭmă vītaē. *I.* Lўdŭs Dūlĭchĭō nōn dīstāt Croesŭs ăb Irō. *P. v. Irus.*

Crŏmўŏn, ōnĭs. — *ărāt Crŏmўōnă cŏlōnŭs. O.*

Crŏnĭŭs. *Sī Crŏnĭŭs sĭmĭlēm* etc. M.

crŏtălŭm. *Crīspŭm sŭb crŏtălō dŏctă mŏvērĕ lătŭs.* V. *Cop.* SY. cўmbălŭm. PH. Crŏtălīstrĭă Phўllĭs. *P.*

Crŏtōn, ōnĭs. *Āltă Crŏtōn pōrtās* etc. S. PH. Nēc prŏcŭl hīnc tŭmŭlŭm, sŭb quō sēcrētă Crŏtōnĭs Ōssă tĕgēbăt hŭmŭs. *O.*

Crŏtŏpŭs. — *ŏpŭlēntă Crŏtŏpī. S.*

Crŏtŭs. — *tērgōquĕ Crŏtī fēstīnăt ĕquīnō.* Col. *v. Sagittarius.*

crŭcĭātŭs, ŭs. — *lătĕrīs crŭcĭātĭbŭs ūrŏr.* O. SY. poenă, sŭpplĭcĭŭm, tōrmēntŭm, crŭcĭāmĕn, crŭcĭāmēntŭm, cārnĭfĭcīnă. EP. saevŭs, ătrōx, moestŭs, dīrŭs, Sīsўphĭŭs, dūrŭs, ăcērbŭs, fĕrŭs, trīstĭs, crūdēlĭs, hōrrĭdŭs, sĕvērŭs, īmmānĭs, ămārŭs. PH. Mōlĭtŭr mōrtem ēt saevīs crŭcĭātĭbŭs īnstăt. Ēt crŭcĭātu āmbōs pāssim āffĭcĭēbăt ătrōcī Sīsўphĭīsquĕ lăbōr sĭmĭlīs crŭcĭātĭbŭs ōssă Cōrrĭpĭt. Dīrīs ănĭmām crŭcĭātĭbŭs aegrăm Aūfĕr. *O.* Vērbĕrĭbŭs, īgnī, mōrtĕ, crŭcĭātu ēlŏquī, Quōdcŭnquĕ cēlās. *Se.* Pēr crŭcĭāmĭnă lētī. *Pr.* Crŭcĭāmēntă cōnfĕrūnt. *Pl. v. dolor, supplicium.*

crŭcĭfĕr *et* crŭcĭgĕr. *O crŭcĭfĕr bŏnĕ* etc. Pr.

crŭcĭfīgo: *eccl.* *Ō praesēs, crŭcĭfīgĕ cĭtō crŭcĭfīgĕ, nēc ūnquăm.* Calc. PH. Mēmbră crŭcī āffīgĕrĕ, sŭffīgĕrĕ, īn trăbĕ fīgĕrĕ, īn crŭcēm tōllĕrĕ. Īnfāmī sūspēndĕrĕ trūncō. Īnsōntem āffīgūnt trăbĭbŭs pēr mūtŭă nēxīs. Nŭdă dĕhīnc tēndūnt trānsvērsō brāchĭă lĭgnō, Dīvērsăque āmbās āffīgūnt cūspĭdĕ pālmās Hīnc ātque hīnc, mŭcrōnĕ pĕdēs tĕrĕbrāntŭr ĕōdĕm: Jāmque īllum ērēctō prŏpĕrānt dīstēndĕrĕ lĭgnō Āffīxum, ēt lēntă paūllātĭm pērdĕrĕ mōrtĕ. *Vid.* Quī crŭcĭfīxŭs ĕrăt, dĕŭs, ēccĕ, pĕr ōmnĭă rēgnăt. *Fort.* Poenās pērsōlvĭt crŭcĕ. *Ph.* Sŭffīxum īn sŭmmā mē mĕmĭni ēssĕ crŭcĕ. *C.* Ērēctō sŭffīxŭm cōrpŏrĕ moestīs Ostēntābăt ŏvāns pŏpŭlīs sĭnĕ fūnĕrĕ rēgĕm. *S.* Vĭdī, quŭm rŏbŏrĕ pēndēns, Hēspĕrĭăm crŭcĕ sŭblīmīs spēctārĕt ăb āltā. *S.* Pōnĕ crŭcēm sērvō. *I.* Et crŭcĕ vīrgĭnĕā mŏrĭtūră pŭēllă pĕpēndĭt. *Mn.* Lĭbĕrĕt ēt mĭsĕrō cōnfīxŭm stīpĭtĕ rēgĕm. *Ivc.* Jāmquĕ crŭci āffīxŭm pēndēbăt īn ărbŏrĕ cōrpŭs, Quōd crŭcĭs īn lĭgnō scĕlĕrāta īnsānĭă fīnxĭt. *Ivc.* Rĕdēmtōrēm pāssŭm crŭcĭs ūltĭmă mōrtĕ. *Prsp.* Nŏxĭŭs īnfāmī dīstrĭctŭs stīpĭtĕ mēmbră. *Anth.* Ērĭpĕrĕ vītăm sŭffīxō stīpĭtĕ. Sŭblīmēm tōllĕrĕ īn crŭcēm cēlsam. Dĕcŭssātae ărbŏrī rĕōs sŭffīgĕrĕ. *v. Christus, crux.*

crŭcĭo. *Īllŭd mē crŭcĭăt* etc. I. PH. Quāntŭm sīc crŭcĭăt lūmĭnă vēstră dŏlŏr. *P.* Pōssĕ mŏrī cŭpĭēs tŭm, quŭm crŭcĭābĕrĕ dīraē sānguĭnĕ sērpēntĭs. *O. v. cruciatus.*

crūdēlĭs.. *Tōllĕrĕt heū fŏrtūnă, quĭs ēst crūdēlĭŏr īn nōs?* H. SY. saevŭs, ătrōx, fĕrŭs, fĕrōx, trŭx, dīrŭs, bārbărŭs, dūrŭs, īnhūmānŭs, trŭcŭlēntŭs, fērrĕŭs, ăcērbŭs, īmmānĭs, crŭēntŭs, ēffĕrŭs, tĕtĕr, īmmĭtĭs, fŭrēns, īnclēmēns, āspĕr, īmprŏbŭs, sānguĭnĕŭs, tōrvŭs, haūd clēmēns, fŭrĭbūndŭs. PH. En, ĭtĕrŭm crūdēlĭă rētrō Fātă vŏcānt. *V.* Crūdēlĭŏr īpsō sĭt mĭhĭ mēns pĕlăgō. *O.*

Nūnc lĭcĕăt crūdēlem ăbrūmpĕrĕ vītăm. *V.* Quī mĕă crūdēlī lăcĕrāvĭt vērbĕrĕ tērgă. *O.* Aūt quĭd ĭn ēversā vīdī crūdēlĭŭs ŭrbĕ? *V.* — Crūdēli ŏffĭcĭō nĭmĭūm crūdēlĭtĕr ūtī. *M.* Sūbrīsĭt crūdēlĕ pătĕr. *Cl.* Sānguĭnĕ gaūdēns. Prĕcĭbūs mānsuēscĕrĕ nēscĭă cōrdă. *V.* Crŭōrĭs, caedĭs ăvĭdŭs, cŭpĭdŭs. Mūltă caedĕ crŭēntŭs. Īndŏcĭlĭs flēctī. Dūrĭŏr aēquŏrĭbŭs; aēquŏrĕ quŏvīs ăspĕrĭŏr. *O.* Quēm nēc lōngă dĭēs, pĭĕtās nēc mītĭgăt ūllă. *V.* Sēd nūllīs īllĕ mŏvētūr Flētĭbŭs, aūt vōcēs ūllās trāctābĭlĭs aūdĭt. *V.* Fērrum ēt scŏpŭlōs ĭn pēctŏrĕ gēstăt. Īn dūrō stăt tĭbĭ cōrdĕ sĭlēx. *T.* Mĭtĭŭs ĭnvēnī, quăm tē, gĕnŭs ōmnĕ fĕrārŭm. *O.* Dūrĭs gĕnŭĭt tē caūtĭbŭs hōrrēns Caūcăsŭs, Hўrcānaēque ădmōrūnt ūbĕră tĭgrēs. *V.* Tē lăpĭs, ēt mōntēs īnnātăquĕ rūpĭbŭs āltīs Rōbŏră, tē saēvaē prōgĕnŭērĕ fĕraē. Dūrōs sĭlĭcēs sŏlĭdūmque ĭn pēctŏrĕ fērrŭm, Ātque ădămāntă gĕrĭt. Saēvĭŏr ēs trīstī Būsīrĭdĕ, saēvĭŏr īllō. Quī fālsūm lēntō tōrrŭĭt ĭgnĕ bŏvĕm. *O.* Āspĕr ĕt īmprŏbŭs īrā. *V.* Nēc vīsū făcĭlĭs, nēc dĭctu ăffābĭlĭs ūllī. *V.* Quăm fĕrŭs ēt vērē fērrĕŭs īllĕ fŭĭt! *T.* Nēc moēstĭs lăcrўmīs, nēc blāndā vōcĕ mŏvērĭs. Tŭă sūnt sĭlĭcīs cīrcūm praēcōrdĭă vēnaē, Ēt rĭgĭdūm fērrī sēmĭnă pēctŭs hăbĕt. Praē tē nōn dūrī mōntēs, nōn rōbŏră dūră; Dūrĭŏr ēst glăcĭēs pēctŏrĕ nūllă tŭō. *V.* Nōn ădămās praē tē dūrŭs, nōn mārmŏră dūră; Dūrĭtĭēm vīncūnt nūllă mĕtāllă tŭăm. Quaēnăm tē gĕnŭĭt sōlā sŭb rūpĕ lĕaēnă? Quōd mărĕ cōncēptūm spūmāntĭbŭs ēxspŭĭt ūndīs? Quaē Sўrtīs? quaē Scўllă vŏrāx, quaē vāstă Chărўbdĭs? Tālĭă quī rēddĭs prō dūlcī praēmĭă vītā? *V.* Nātŭs ĕs ē scŏpŭlīs, nūtrītŭs lāctĕ fĕrīnō. Nōn īllō cătŭlōrum ōrbātă lĕaēnă Saēvĭŏr. *V.* Gaūdĕt pērfūsŭs sānguĭnĕ frātrĭs. *V.* Cōntēmtrīx Sŭpĕrūm saēvaēque ăvĭdīssĭmă caedĭs. *O.* Nātūrămquĕ sĭmūl frātrēmque hŏmĭnēmquĕ Ēxŭĭt. Jānŭă vel dŏmĭnā pĕnĭtŭs crūdēlĭŏr īpsā. *P.* Jūnōnĭs grăvĭs īra ĕt ĭnēxsătŭrābĭlĕ pēctŭs. *V.* Saēvĭŏr Hўrcānā sūblātō tĭgrĭdĕ foētū. Nēc ūsque ădĕō sūnt cōrdă fĕrōcĭă nōbīs, Pēctŏrĕ sŭb nōstrō, nēc mēns tăm bārbără vīvĭt. Quămquĕ lŭpī, saēvaē plūs fĕrĭtātĭs hăbēs. Sūrdĭŏr aēquŏrĭbŭs, cālcăto īmmītĭŏr hўdrō, Āspĕrĭŏr trĭbŭlīs, foētā trŭcŭlēntĭŏr ūrsā. *O.* Ō mītēs Dĭŏmēdĭs ĕquī, Būsīrĭdĭs ărae Clēmēntēs, jăm, Cīnnă, pĭŭs, jăm, Spārtăcĕ, lēnĭs. *v. crudelitas.*

crūdēlĭtās, ātĭs. ***Quaēcūnquĕ vēstră jūssĕrĭt crūdēlĭtās.*** (iamb.) Crudelitate infames: ***Thraces***, ***Getae***, ***Sauromatae***, ***Scythae***, ***Massagetae***, ***Numidae***, ***Mauri***, ***Busiris***, ***Phalaris***, ***Atreus***, ***Diomedes***, ***Sycron***, ***Procrustes***, ***Sinis***, ***Phineus***, ***Creon***, ***Cinna***, ***Nero*** etc. SY. fĕrĭtās, īmmānĭtās, bārbărĭēs, saēvĭtĭă, saēvĭtĭēs, īnclēmēntĭă, dūrĭtĭēs, āspĕrĭtās, fĕrōcĭă, ăcērbĭtās, ātrōcĭtās, trŭcŭlēntĭă, īnhūmānĭtās, fĕrōcĭtās. EP. īnhūmānă, fĕrīnă, fŭrēns, saēvă, crŭēntă, īmmānĭs, hōrrēndă, īnsānă, bārbără, īmmītĭs, răbĭdă, Scўthĭcă, dūră, īnvĭdă, coēcă, fŭrĭōsă, praēcēps, fĕră, ātrōx, scĕlĕrātă, īnaūdĭtă, sānguĭnŏlēntă, fŭrĭbūndă, īmpătĭēns, tērrĭbĭlĭs, ŏdĭōsă, dīră, īmpŏtēns, crŭēntātă, haūd īncrŭēntă. PH. Ēffĕră mēns. Mēns crŭōrĭs ăvĭdă. Mēns īndŏcĭlĭs flēctī. Ănĭmŭs fĕrōx. Fĕrĭtās īnāmābĭlĭs. Nēscĭă flēctī Bārbărĭēs. Nīl īllaēsūm scĕlĕrātă rĕlīquĭt Bārbărĭēs. Ēt bārbărŭs īnfrĕmĭt hōrrŏr. Nūllī vĭŏlēntă pĕpērcĭt Saēvĭtĭēs. Dūrĭtĭēs pĭĕtāti īnĭmīcă rĕsīstĭt Flētĭbŭs, ēt sūrdā cōntēmnĭt vērbă prĕcāntŭm Aūrĕ.

crūdēsco. ***Sīn ĭn prŏcēssū coēpĭt crūdēscĕrĕ mōrbŭs.*** V. SY. rĕcrūdēscĕrĕ, īngrăvēscĕrĕ, aūgērī. PH. Crūdēscūnt īraē. *S.* Crūdēscēntĕ tŭmūltū. *Sid.* Dējēctā crūdēscĭt pūgnă Cămīllā. *V.*

crūdŭs. — ***quī vūlnĕră crūdă rĕtrāctĕt.*** O. SY. īmmātūrŭs, vĭrĭdĭs; dūrŭs, crūdēlĭs. PH. Accīsās rūmpīsquĕ cŏquūm, tānquam ōmnĭă crūdă Āttŭlĕrĭt. *I.* Cōntēntă cădāvĕrĕ crūdō. *I.* Ēssĕ nĕgās cŏctūm lĕpŏrēm. *M.* Crūdŭs nīl hăbĕt ăgrĭcŏlă. *M.* Nāmquĕ pĭlā līppīs īnĭmīcum ēt lūdĕrĕ crūdīs. *H.* — Crūdă nĕpōtĭs Fūnĕră. *St.* Crūdōs sĭnĕ vīrĭbŭs ānnōs. *St.* Crūdă dĕō vĭrĭdīsquĕ sĕnēctŭs. *V.* Haūd aēvī frăgĭlĭs sŏnĭpēs crūdōquĕ vĭgōrĕ Āspĕr frēnă pătī. *S.* Tēgmĭnă crūdă bŏūm. *St.* Crūdăm cōntra ăspĕră mēntĕm. *S.* Crūdăvĕ bēllă gĕrānt. *O. v. saevus.*

crŭēnto. — ***īnfrāctăquĕ tēlă crŭēntăt.*** V. SY. crŭōrĕ, sānguĭnĕ foēdārĕ, tūrpārĕ, īnfĭcĕrĕ, pērfūndĕrĕ, spārgĕrĕ. PH. Tērgă crŭēntāntēm cōncūssī vūlnĕrĭs ūndā. *St.* Mōrsūquĕ crŭēntăt. *P. v. cruentus.*

crŭēntŭs. ***Tўdīdēs mūltā vāstābăt caedĕ crŭēntŭs.*** V. SY. crŭēntātŭs, sānguĭnŏlēntŭs. PH. Sānguĭnĕ mădēns, mădĭdŭs, pērfūsŭs, squālĭdŭs, squālēns, īmbūtŭs, stīllāns, măcŭlātŭs, foēdātŭs, īnfēctŭs, spārsŭs, cōnspērsŭs, rĕspērsŭs. Sĭcŭlūm mărĕ Poēnō pūrpŭrĕūm sānguĭnĕ. *H.* Sānguĭnĕ quō tēllūs lātē mădĕfāctă tĕpēbăt. *O.* Plūrĭmă fūsō Sānguĭnĕ tērră mădĕt. *V.* Ātrō tĕpĕfāctă crŭōrĕ Tērră mădĕt. *V.* Stĕtĭt ōrĕ crŭēntō Īnfōrmĭs făcĭēs. *L.* Squālēntēm bārbam ēt cōncrētōs sānguĭnĕ crīnēs. Ībăt pūrpŭrĕŭs nĭvĕō dē pēctŏrĕ sānguĭs. Rōrāntēs sānguĭnĕ crīstaē. Stăt crŭŏr īn tēmplīs mūltāquĕ rŭbēntĭă caedĕ Lūbrĭcă sāxă mădēnt. *L.* Īncŭbŭĭt fērrō, quŏd ădhūc ā caedĕ tĕpēbăt. *O.* Crīnēs ārdēntĭăque ōră crŭēntīs Rōrĭbŭs ēt tētrā mŏrĭēntum ăspērgĭnĕ mānānt. *V. v. caedes, sanguineus.*

crŭmēnă. ***Ēt mūndŭs vīctŭs, nōn dēfĭcĭēntĕ crŭmēnā.*** H. SY. mārsūpĭŭm, lŏcŭlī, pēră, pērŭlă, săccŭs, săccŭlŭs. EP. plēnă, rĕfērtă, grăvĭs, dīvĕs; īnānĭs, văcŭă. PH. Quĭs ĕnĭm, tē dēfĭcĭēntĕ crŭmēnā Ēt crēscēntĕ gŭlā, mănĕt ēxĭtŭs. *I.*

crŭŏr, ōrĭs. SY. sănĭēs, sānguĭs. EP. flŭĭdŭs, ōbscēnŭs, tĕpĭdŭs, tētĕr, călĭdŭs, ātĕr, pūnĭcĕŭs, rŭtĭlŭs, rŏsĕŭs, fūmāns, pīnguĭs, fūsŭs, foēdŭs, nĭgĕr, cōrrūptŭs, putrĭs, ēffūsŭs. PH. Crāssūm vŏmĭt ōrĕ crŭōrēm. *V.* Spārsō lātē rĭgăt ārvă crŭōrĕ. *V.* Pēr căndĭdă mēmbră Ĭt fūmāns crŭŏr, āc tēllŭs pēr-

fūsă rŭbēscĭt. Tĕpĭdūmquĕ crŭōrĕm Sūscĭpĭūnt pătĕrīs. *V.* Cāndĭdă pūnĭcĕō pērfūdĭt mĕmbră crŭōrĕ. *O.* Mīxtūm spūmīs vŏmĭt ōrĕ crŭōrĕm. Ūndāntīque ănĭmām dīffūndĭt ĭn ārmă crŭōrĕ. Mīstāquĕ crŭōr călcātūr ărēnā. Tĕpēntĕm Caēdĕ lŏcum ēt plēnōs spūmāntī sānguĭnĕ rīvōs. Crŭōr ēmĭcăt āltē. *V.* Fūndĭtūr ātĕr ŭbīquĕ crŭōr. *V.* Lārgūsquĕ cădēntūm Īt crŭōr. *V.* Armă nōndum ēxpĭātīs ūnctă crŭōrĭbūs. *H.* Săcrūm jŭgŭlīs dēmīttĕ crŭōrĕm. *V.* Tĕpēntĕm Caēdĕ lŏcum ēt plēnōs spūmāntī sānguĭnĕ rīvōs. *V.* Crŭōr hōrrĭdă tīnxĕrăt ārmă. *P.* Atrōs sīccābāt vēstĕ crŭōrēs. *V.* Sătĭātūr sānguĭnĕ fērrūm. *L.* Exīgŭūmquĕ sĕnīs Prĭămī Jŏvĭs ără crŭōrĕm Cōmbĭbĕrăt. *O.* Sē părăt īllĕ crŭōrī Impĭŭs hūmānō. *O. v. caedes, cruciatus, sanguis.*

crūs, ūrĭs; crūră, ŭm. *Crūs ŭbĭ cōmmīsĭt* etc. O. *Ēt crūrūm tĕnŭs ā mēntō pălĕārĭă pēndēnt.* V. EP. cāndĭdă, tārdă, mōllĭă, pīnguĭă. PH. Āltăquĕ jāctăt, Vūlnĕrĭs īmpătĭēns, ārrēctō pēctŏrĕ crūră. *V.* Ictŭs ĕrăt, quā crūs ēsse īncĭpĭt, ēt quā Mōllĭă nērvōsūs făcĭt īntērnōdĭă pōplēs. *V.* Crūră thȳmō plēnaē. *V.* Sĭnŭētque āltērnă vŏlūmĭnă crūrūm. *V.* Cāndĭdăque hāmātīs crūră nŏtātă rŭbīs. *T.* Pēctūs cīcādaē, crūscŭlūmquĕ fōrmīcaē. *M. v. pes.*

crūstă. EP. dūră, praedūră, frāgĭlĭs. PH. Cōncrēscūnt sŭbĭtaē cūrrēnti īn flūmĭnĕ crūstaē. *V.* Et grăvĭs aēstīvō crūstă călōrĕ cŏīt. *Rut.* Mōllīsquĕ lūtī cōncrēscĕrĕ crūstās. *Lr.* — Nēc sūmmīs crūstātă dŏmūs sēctīsquĕ nĭtēbăt Mārmŏrĭbūs. *L.*

crūstŭlă. *Īngĕnĭūm tāntūm nŏvă crūstŭlă prōmĭt.* H.

crūstūm *et* crūstŭlūm. — *Ŭt pŭĕrīs ōlĭm dānt crūstŭlă blāndī Dŏctōrēs.* H. PH. Nōs cŏlăphum īncŭtĭmūs lāmbēntī crūstŭlă sērvō. *H.* Crūstīs ēt pōmīs vĭdŭās vēnāntūr ăvārās. *H.*

Crūstūmĕrī. *Ārdĕă Crūstūmĕrīquĕ* etc. V.

Crūstūmĭūm. *Crūstūmĭūmquĕ răpāx* etc. L.

crūx, ŭcĭs. *Cārnĭfĭcī dūrās praebŭĭt īllă crŭcēs.* O. SY. trābs, līgnūm, trūncŭs, stīpēs, ārbŏr, fūrcă, rōbŭr, pătĭbŭlūm. EP. dūră, saēvă, hōrrēndă, rĭgĭdă, crŭēntă, ātră, trīstĭs, ămāră, mĭsĕră, lūrĭdă, fūnĕrĕă, fūnēstă, lūctŭōsă, ăcērbă, prŏbrōsă, ărbŏrĕă, fērālĭs, īnfāmĭs, sērvīlĭs. PH. Īnfāmĭs trūncūs. Fūnēstă trābs. Fātālĕ rōbŭr. Pēndēns īn crŭcĕ vōtă făcĭt. *O.* Pāscēs īn crŭcĕ cōrvōs. *H.* Pēccăt ŭtĕr nōstrūm crŭcĕ dīgnĭŭs? *H.* — *Trop.* Pēr gĕmĭtūs nōstrōs īngĕnŭāsquĕ crŭcēs. *M.* Crūx ēst, sī mĕtŭās vīncĕrĕ, quōd nĕquĕās. *Au. v. cruciatus.* — *Christianorum.* Līgnūm crŭcĭs. *Juc.* Stīpēs c. *Pr.* Līgnūm vĕnĕrābĭlĕ. *Pr.* Crŭcĭs ārbŏr, rōbŭr, vēxīllūm. Pēr līgnūm vītālĕ crŭcĭs. *Alc.* Cārnīs cōndĭtŏr sūspensūs ēst pătĭbŭlō. *Fort.* Arbŏr dĕcōra ēt fūlgĭdă, Ornātă rēgĭs pūrpŭrā, Elēctă dīgnō stīpĭtĕ Tām sānctă mēmbră tāngĕrĕ. *Fort.* Et sŭpēr crŭcĭs trŏpaēō dīc trĭūmphūm nōbĭlĕm. Crūx fĭdēlĭs, īntĕr ōmnēs ārbŏr ūnă nōbĭlĭs; Nūllă tālēm sīlvă prōfert flōrĕ, frōndĕ, gērmĭnĕ. Dūlcĕ līgnūm, dūlcĕ sīgnūm, dūlcĕ pōndūs sūstĭnĕt. *Fort.* Gĕnĕrīs spēs ēt fīdūcĭă nōstrī. *Rap.* Tūnc nĕque hŏnōs ĕrăt, īnfāmī nēc glōrĭă trūncō, Nūnc prŏpĕ nūmĕn hăbēt sāncta ēt vĕnĕrābĭlĭs ārbōs. *Vid.* Dīgnă dĕō trābs hōspĭtĕ, nōbĭlĕ līgnūm. Ōlīm sūpplĭcĭūm māncĭpĭīs grăvĕ, Nūnc rēgūm căpĭtī praecĭpŭūm dĕcŭs. (Alc.) Īnfēlīx ōlīm fŭĕrāt fērālĕquĕ līgnūm, Sūpplĭcĭī gĕnŭs īnfōrmĭs. Īnfōrmĭs trābs hōspĭtă lētī. *v. patibulum.*—Hāc ōlīm scĕlĕra īmpĭă rēgēs Ūrgēbānt poēnā, sōntēsque hāc mōrtĕ nĕcābānt. Crūx dŭcĭs aēthĕrĕī vēxīllum ēt fōrtĕ trŏpaēūm, Rōrĕ quōd īntīnxīt sānguĭnĭs īpsĕ sŭī. — *Signum.* Tēssĕră Chrīstĭădūm; nōbĭlĕ sīgnūm. Sīgnă crŭcĭs pōstquām cērvīci īmprēssĕrĭs āltaē. *Rap.* Et tŭă dēscrībēnt lūstrāndae īnsīgnĭă frōntī, Et pīcta ēst făcĭlī crūx pēr ĭnānĕ mănū. *Sant.* Armābūnt dē mōrĕ tŭō sŭă pēctŏră sīgnō. *Rap.* Gēstăt ădōrāndaē sīgnă vĕrēndă crŭcĭs. *Sant.*

crȳptă. *v. antrum.*

crȳstāllĭnŭs. *Grāndĭă tōllūntūr crȳstāllĭnă māxĭmă rūrsūs.* M.

crȳstāllŭs *et* ŭm. EP. cāndĭdă, glăcĭālĭs, gĕlĭdă, lĭquĭdă, splēndēns, nĭtĭdă, pūră, clāră, lūcĭdă, splēndĭdă, Īndă, Eōă, mĭcāns, lūcēns, frăgĭlĭs, ăquōsă, pērlūcĭdă, lūbrĭcă. PH. Crȳstāllūsquĕ tŭās ōrnĕt ăquōsă mănūs. *P.* Rārăquĕ lōngīnquīs nĭvĭbūs crȳstāllă gĕlārī. *St.* Lĭquĭdī mīrācŭlă sāxī. *Cl.* Mīră sĭlēx mīrūsquĕ lătēx. *Cl.* Cāndĭdă nīgrēscūnt crȳstāllă Fălērnō. *M.* Dūm crȳstāllă pŭēr cōntīngĕrĕ lūbrĭcă gaūdĕt. *Cl.* Quā frīgŏrĭs ārtĕ Tōrpŭĭt ēt mădŭĭt prōdĭgĭōsă sĭlēx. *Cl.* Sōlērs lūsĭt hĭēms, īmpērfēctōquĕ lĭquōrĕ Nōbĭlĭōr, vīvīs gēmmă tūmmēscĭt ăquīs. *Cl.*

Ctēsĭphōn, tĭs. *Īn Ctēsĭphōntĕ dătūr* etc. Sid. Rectius *Te.* Ctēsĭphōn. Gr. *Κτησιφῶν.*

cŭbĭcŭlūm.—*dōrmĭēntēm cŭbĭcŭlō.* (iamb.) Ph. *Sēd ā cŭbĭclō lēctŭlōquĕ jāctātām.* (Scaz.) M. EP. vāstūm, ārcānūm, dīvĕs, ōrnātūm. PH. Līnquēndum ŭbi ēssĕt ōrtō mĭhĭ sōlĕ cŭbĭcŭlūm. *C. v. cubile.*

cŭbīlĕ. *Prōră cŭbīlĕ mĭhī, seū mĭhĭ pūppĭs ĕrĭt.* P. *Aūt quătĕr īngĕmĭnānt, ēt saēpĕ cŭbīlĭbŭs āltīs.* V. SY. lēctŭs, thălămŭs, tŏrŭs, strātūm. EP. nōctūrnūm, cōnjŭgălĕ, mōllĕ, quĭētūm, sŏcĭūm, ārcānūm, plăcĭdūm, pūrūm, lătĕbrōsūm, dūlcĕ, rŏsĕūm, īgnāvūm, plūmōsūm, tĕnĕrūm, ŏccūltūm, grātūm, tĕnĕbrōsūm, tĕpĭdūm. PH. Sīlvă dŏmūs fŭĕrāt, cĭbūs hērbă, cŭbīlĭă frōndēs. *O.* Dērĕpĭt ăd cŭbīlĕ sētōsaē sŭĭs. *Ph.* Hīc ēt lūcĭfŭgaē pŏsŭērĕ cŭbīlĭă blāttaē. *V.* Lūctŭs ēt ūltrīcēs pŏsŭērĕ cŭbīlĭă Cūraē. *V.* Ad ōrtūm Sōlĭs ăb Hēspĕrĭō cŭbīlī. *H.* Ēnērvānt ănĭmōs plūmōsă cŭbīlĭă fōrtēs. Quūm sŭbĭt aūrĭcōmūs nōctūrnă cŭbīlĭă Tītān. *V. v. cubo, lectus.*

cŭbĭtāl *et* ălĕ. *Fāscĭŏlās, cŭbĭtāl, fōcālĭă* etc. H. *v. pulvinus.*

cŭbĭtŭs, ī. *Tĕr sēse āttōllēns, cŭbĭtōque īnnīxa lĕvāvĭt.* V. PH. Lānguĭdŭs īn cŭbĭtūm jām sē cōnvīvă rĕpōnĕt. *H.* Cŭbĭtīsquĕ trūdĭt hīnc ēt īndĕ cōnvīvās. *M.*

cŭbo; ŭī, ĭtum. *Ut mĕă dēfūnctī mōllĭtĕr ōssă cŭbēnt.* O. PH. Mōllĭtĕr īn tĕnĕrā pōnĕrĕt ōssă rŏsā. *P.* Cŭbăt īn făcĭēm, mōx deīndĕ sŭpīnŭs. *I.* Hīc fŭĭt, hīc cŭbŭĭt. *O.* Plānă sŭbūrbānī quā cŭbăt ūndă frĕtī. *M.* *v. jaceo, lectum, peto.*

cŭbŭs, ī. *Ēt mŏdĭcum ē myrrhīs pīnguĭbŭs āddĕ cŭbŭm.* O. *Amphŏră fīt cŭbŭs, quăm* etc. Rhem. Fann.

'cūcŭbo. *Nōctŭă lūcĭfŭgāx cūcŭbăt īn tĕnĕbrīs.* Auct. Phil.

cŭcūllŭs, ī. *Tēmpŏră Săntŏnĭcō vēlās ădŏpērtă cŭcūllō.* J.

cŭcŭlŭs, ī. — *māgnă cōmpēllāns vōcĕ cŭcŭlŭm.* H. PH. Cānō căpĭtĕ tē cŭcūlŭm. *Pl.* Cŭbāt cŭcūlŭs. *Pl.* — Cŭcŭlō cōnvĭcĭă cāntās. *Bed.* Et cŭcŭlī cŭcŭlānt. *Auct. Phil.*

cŭcūmă, aē. *Exstrūxĭt; cŭcūmăm fēcĭt Ŏtăcĭlĭŭs.* M.

cŭcūmĭs *et* ĕr; ĕrĭs. *Crēscĕrĕt īn vēntrĕm cŭcŭmĭs* etc. V. EP. tōrtŭs, īntōrtŭs, coērŭlĕŭs, līvĭdŭs, frīgĭdŭs, ăgrēstĭs.

cŭcūrbĭtă. *Caērŭlĕŭs cŭcŭmĭs tŭmĭdōquĕ cŭcūrbĭtă vēntrĕ.* P. EP. grăvĭs, praēgnāns, vĭrĭdĭs, sīlvēstrĭs, ūncă, vēntrōsă, sēmĭnōsă. PH. Īn lātŭm dēmīssă cŭcūrbĭtă vēntrĕm. *V.* Praēgnānsquĕ cŭcūrbĭtă sērpĭt. Et tĕnĕrō cŭcŭmĭs frāgĭlīquĕ cŭcūrbĭtă cōllō. *Col.*

cūdo; ūdī, ūsŭm. *Mūlcĭbĕr Aētnaēīs fūlmĕn cūdēbăt ĭn āntrīs.* V. PH. Argēntŭm cūdō. *Te. v. procudo.*

cūdo, ōnĭs. — *căpĭtī cūdōnĕ fĕrīnō.* S. *v. galea.*

cŭĭ, cŭī *et* cuī, monosyll. *Sēd nōrŭnt cŭĭ sērvĭānt lĕōnēs.* (phal.) M. *Fābŭlaē fīngŭnt, cŭī lūnă sōmnōs.* Au. — *nĭsĭ cōnscĭŭs ēt cŭī fērvēns.* I. *Cuī pătĕr īntāctăm* etc. V. *Māntĭcă cuī lŭmbōs* etc. H. *Ipsă cŭī gĕnĭtrīx* etc. Fort. *Illĕ cŭī tērnīs* etc. Albin. ap. Prisc. — cuīcūnquĕ *et* cuīcūnquĕ. *Mīttăt ĕt dōnĕt cuīcūnquĕ tērraē.* (sapph.) Se. — cuīquĕ *et* cuīquĕ. *Rĕddĕrĕ pērsōnaē scĭt cōnvĕnĭēntĭă cuīquĕ.* H. *Imŭs ăd ōccŭltŭm: prŏprĭŭs gēntī cuīque ēst mōs.* Pr. — cuīvĭs *et* cuīvĭs. *Nōn cuīvĭs hŏmĭnī* etc. H.

cūjās *et* cūjātĭs. *Quĭd ĕŭm nūnc quaērĭs, aŭt cūjātĭs, ēlŏquŏr.* (iamb.) Pl. *Quĭsquĭs ĕrĭt, cūjātĭ, sĭĕt* etc. Enn. ap. Cic.

cūjŭs, ă, ŭm. *Dīc mĭhĭ, Dāmoētă, cūjŭm pĕcŭs? ăn Mĕlĭboēī?* V.

cūjŭs *et* quoĭus, monosyll. *Cūjŭs ĕbŭr nĭtĭdŭm* etc. O. *Quoĭus ĭpsĕ prīncēps jūrĭsjūrāndī fŭĭt.* Vet. poet. ap. Cic.

cŭlcĭtă *et* cŭlcĭtră. *Tērtĭă nē văcŭō cēssārĕt cŭlcĭtă lēctō.* J. SY. făcĭlĭs, pīctă, lĕvĭs, plūmĕă, mōllĭs. PH. Mōllī tŭmĕăt făcĭlĭs tĭbĭ cŭlcĭtă plūmā. *M.*

cŭlĕŭs, ī. — *nēc cŭlĕŭs ūnŭs.* I.

cŭlĕx, ĭcĭs. *Pōndĕrĕ vēl cŭlĭcĭs lēvĭŏr* etc. V. Cul. EP. mălŭs, īnfōrmĭs, rŏtūndŭs, tĕnŭĭs, lĕvĭs, ēxĭlĭs, āĕrĭŭs, vŏlĭtāns, īmpōrtūnŭs, văgŭs, mŏlēstŭs, văgābūndŭs, mōrdāx, ēxĭgŭŭs, pārvŭs. PH. Mălī cŭlĭcēs rānaēquĕ pălūstrēs Āvērtūnt sōmnōs. *H.* Ante ānnōs Cŭlĭcĭs Mārōnĭānī. *St.* Cŭlĭcēllŭs ămāsĭō Tūllaē. Sept. Sev. ap. *Diomed.*

cŭlīnă. *Căptŭm tē nīdōrĕ sŭaē pŭtăt īllă cŭlīnaē.* J. EP. nīgră, pūtĭdă, ūnctă, grăssă, pīnguĭs, āngŭstă, foētĭdă, fūmōsă, fūmĭdă, fūmĭfĕră, părāns ĕpŭlās, călēns crēbrĭs īgnĭbŭs. PH. Ālgĕt ădhūc nĭtĭdō claūsă cŭlīnă fŏcō. Īpsă dăbĭt laūtās ūnctă cŭlīnă dăpēs. *Nov.* Nām văgă pēr vĕtĕrēm dīlāpsō flāmmă cŭlīnām Vūlcānō. *H.*

cūlmĕn. *Et jăm sŭmmă prŏcŭl vīllārŭm cūlmĭnă fūmānt.* V. SY căcūmĕn, ăpēx, vērtēx, fāstīgĭŭm. EP. āĕrĭŭm, sŭblīmĕ, ūmbrōsŭm, mōntānŭm, āltŭm, sūmmŭm, cēlsŭm, aprīcŭm, nĕmŏrōsŭm. PH. Paūpĕrĭs ēt tŭgŭrī cōngēstŭm cēspĭtĕ cūlmĕn. *V.* — *Trop.* Rŭĭt ālto ā cūlmĭnĕ Trōjă. *V.* Sūmmō dē cūlmĭnĕ lāpsŭs. *L.* Ad sūmmī fāstīgĭă cūlmĭnĭs. *V. v. cacumen, columen, fastigium.*

cūlmŭs. SY. călămŭs, stĭpŭlă, ăvēnă. EP. lĕvĭs, Cĕrĕālĭs, ūdŭs, vĭrĭdĭs, tĕnĕr, lāctēns, flāvēns, spīcĕŭs, tĕnŭĭs, frăgĭlĭs, flāvŭs, flāvēscēns, crŏcĕŭs, frūgĭfĕr, vērnāns, spīrātŭs, trītĭcĕŭs, fĕrāx, foēcūndŭs, aūrĕŭs, pāndŭs, cūrvŭs, pīnguĭs, strīdēns, ăgrēstĭs. PH. Cānĭs flāvēscĭt cūlmŭs ărīstĭs. Grăvĭdĭs prōcūmbĭt cūlmŭs ărīstĭs. *V.* Vĭrĭdēs ăgĭtānt quūm stāmĭnă cūlmōs. Frūmēnta īn vĭrĭdī stĭpŭlā lāctēntĭă tūrgēnt. Tūrgēscūnt lāctēntĭbŭs hōrdĕă cūlmĭs. Pīnguēs pălĕaē tĕrĕt ārĕă cūlmōs. *V.* Sūrgēntēs cūlmī īn sĕgĕtēm. *L.* Frăgĭlī jăm strīngĕrĕt hōrdĕă cūlmō. *V.* Fērrĕt hyĕms cūlmūmquĕ lĕvēm stĭpŭlāsquĕ vŏlāntēs. *V.*

cūlpă. SY. nōxă, dēlīctŭm, vĭtĭŭm, crīmĕn, scĕlŭs, ādmīssŭm, lābēs, pēccātŭm. EP. tūrpĭs, tăcĭtă, sōrdĭdă, hōrrēns, ăpērtă, lătēns, nōxĭă, mĭsĕrāndă, lĕvĭs, grăvĭs, sīlēndă, nōn cărēns pŭdōrĕ, trīstĭs. PH. Foēdaē cōntāgĭă cūlpaē. Tū īnfāmĭs ĕrĭs, tūrpīquĕ nŏtābĕrĕ cūlpā. Lūĭmŭs mĭsĕrāndaē crīmĭnă cūlpaē. Ūt cărĕăt stĭmŭlĭs sōrdĭdă cūlpă sŭĭs. Tăcĭtā sūdānt praēcōrdĭă cūlpā. *I.* Văcārĕ cūlpā. Ēssĕ īn cūlpā. Haūd cūlpae ōbnōxĭŭs ūllī. Cūlpām mōrtĕ pĭārĕ. Sūpplĭcĭō cūlpă rĕcīdĭtŭr. Trīstĕ pĭārĕ nĕfās. Poēnă pŏtēst dēmī; cūlpă pĕrēnnĭs ĕrĭt. *O.* Huīc ūnī fōrsăn pŏtŭī sūccūmbĕrĕ cūlpaē. *V.* Hōc praētēxĭt nōmĭnĕ cūlpăm. *V. v. accuso, crimen, scelus.*

cūlpo. PH. Cūlpātŭr ăb hīs, laūdātŭr ăb īllĭs. *H.* Vĭr bŏnŭs āc prūdēns vērsūs rĕprĕhēndĕt īnērtēs, Cūlpābĭt dūrōs. *H. v. accuso.*

cūltĕr, trī. SY. glădĭŭs, fērrŭm, cūltēllŭs. EP. ăcūtŭs, strīctŭs, fūlgēns, crŭēntŭs, mĭnāx, ēxĭlĭs, tĕnŭĭs, pĕtrīnŭs, trūx. PH. Cūltēllō prōprĭōs pūrgāntēm lēnĭtĕr ūnguēs. *H.* Fīxō dărĕ vūlnĕră cūltrō. *O.* Mōrĕ sŭpērvăcŭām cūltrĭs ăbrūmpĕrĕ cărnĕm. *I.* Tāngēnsvĕ sălsā vīctĭmām cūltĕr mŏlā. *Se.* Călĭdō tīnctūrŭs sāngŭĭnĕ cūltrōs. *O.* Et mē sŭb cūltrō līnquĭt. *H. v. ensis, gladius.*

cūltŏr, ōrĭs. PH. Cūltŏr ŏdōrātaē dīvĕs Ărăbs sĕgĕtĭs. *T.* Vāstānt cūltōrĭbŭs āgrōs. *V.* Extrēmĭs dŏmĭtŭm cūltōrĭbŭs ōrbĕm. *V. v. agricola.* — *Trop.* Jūrĭs ĕt aēquārŭm cūltŏr sānctīssĭmĕ lēgŭm. *M.* Īllĕ tŭaē nōtŭs

cūltōr ămīcĭtĭaē. *M.* Cūltōr ĕnīm jŭvĕnūm. *Pe.* Pārcŭs dĕōrūm cūltōr ĕt īnfrĕquēns. *H.* Sēxtĕ, Pălātīnaē cūltōr fācūndĕ Mĭnērvaē. *M.* Nūmĭnă cūltōrī pērnĭcĭōsă sŭō. *O.* — *I. q. incola.* Sŭs nĕmŏrūm cūltrīx. *Ph.* Vēnĭt ăb Orphĕō cūltōr Rhŏdŏpēĭŭs Haemō. *M.* Nĕmŏrūm cūltrīx Lātōnĭă vīrgō. *V.* Cūltrīxquĕ fŏcī sĕcūră pătēllă. *Pe.*

cūltūră. *Dūlcĭs ĭnēxpērtīs cūltūră pŏtēntĭs ămīcī.* H. SY. cūltŭs. EP. āssĭdŭă, dĭffĭcĭlĭs, fēcūndă, lōngă, sĕdŭlă, ūtĭlĭs, vĭgĭl. PH. Sī mŏdŏ cūltūraē pătĭēntem āccōmmŏdĕt aūrĕm. *H.*

cūltŭs, ă, ūm. SY. ēxcūltŭs, pērcūltŭs, ōrnātŭs, cōncīnnŭs. PH. Praedĭă cūltă. *Cl.* Cūltăquĕ pīnŭs ăbēst. *O.* Erŭbŭī dŏmĭnō cūltĭŏr ēssĕ mĕō. *O.*

cūltŭs, ūs. SY. ōrnātŭs, ămīctŭs, vītaē rătĭo, ōrnāmēntŭm. EP. sŭpērbŭs, rēgālĭs, vānŭs, sŏlēmnĭs, māgnĭfĭcŭs, Pērsĭcŭs, Tўrĭŭs, rēgĭŭs, splēndĭdŭs, dĕcōrŭs, dĕcēns, nĭtĭdŭs, nĭtēns, gēmmātŭs, mŭlĭebrĭs, nōbĭlĭs, fēstŭs, īnsŏlĭtŭs, trĭūmphālĭs, īnsīgnĭs, dīvĕs, ĭnānĭs, laūtŭs, praelaūtŭs, lūxŭrĭāns, Āttălĭcŭs. PH. Hāctĕnŭs ărvōrūm cūltūs ēt sīdĕră coelī. *V.* Pătrĭōs cūltūsque hăbĭtūsquĕ lŏcōrūm. *V.* Cūltŭs prīmī cuī crēdĭtŭs aevī. *Va.* Rēctīquĕ cūltūs pēctŏră rōbŏrānt. *H.* Gēns dūra ātque āspĕră cūltū. *V.* Queīs nĕquĕ mōs nĕquĕ cūltŭs ĕrāt. *V.* Ignōtī nŏvă fōrmă vĭrī mĭsĕrāndăquĕ cūltū. *V.* — *I. q. ornatus.* Accĭpĕ rēgālēs cūltūs. *Cl.* Sī Tўrĭōs sūmsī cūltūs. *M.* Strātă cŭbīlĭă cūltū Māgnĭfĭcō. *V.* Cūltūs gēstārĕ dĕcōrōs. Cūltūque ōrnātă dĕcēntī. Nūllō jāctāt sē Moesĭă cūltū. Cūltūquĕ sŭpērbō Pēndēbānt nĭvĕō gēmmātă mŏnīlĭă cōllō. — *Deorum.* Sērvĭt Rōmă dĕō, cūltūs ēxōsă priōrēs. *Pr.* *v. adoro, pietas.*

cūm, *praepos.* SY. ūnā, sĭmūl, nōn sĭnĕ. PH. Rĕmō cūm frātrĕ Quĭrīnŭs. *V.* Cūm quō mŏrāntēm saepĕ dĭēm mĕrō Frēgī. *H.* Ūnā cūm gēntĕ tŏt ānnōs Bēllă gĕrō. *V.* Nōn sĭnĕ dīs ănĭmōsŭs īnfāns. *H.* Quĭppĕ sĭmūl nōbīs hăbĭtĕt. *O.* Tūque, ō Tĭbrĭ, tŭō, gĕnĭtōr, cūm flūmĭnĕ sānctō Accĭpĭte Aenēān. *V.* Prīmō cūm lūmĭnĕ sōlĭs. *V.* Hīnc ăpĭcēm răpāx Fōrtūnă cūm strīdōre ăcūtō Sūstŭlĭt. *H.* *v. simul.*

cum, *conj.* *v. quum.*

Cūmae, ārūm *et* Cūmē, ēs *et* Cўmē, ēs. *Et tāndem Eŭbŏĭcīs Cūmārum āllābĭtŭr ōrīs.* V. *At grāvĭda ărcānīs Cўmēs ănŭs* etc. S. EP. Eŭbŏĭcaē, vĕtĕrēs. Phoebēae, āntīquaē. PH. Fātōrūm cōnscĭă Cūmē. *S.* Ausŏnĭī prīdēm lărĭs hŏspĭtă Cўmē. *St.* — *Adj.* Etsī Cūmaeāē saecŭlă vātĭs ăgĕt. *P.* Hūc ŭbĭ dēlātŭs *Cūmaeam* ăccēssĕrĭs ŭrbēm. *V.* *Cūmānaē* cārmĭnă vātĭs. *L.* Fīctăquĕ Cūmānā lūbrĭcă tērră rŏtā. *T.* Cūmānō rŭbĭcūndām pūlvĕrĕ tēstăm. *M.*

cŭmĕră, ae. *Cūr tŭă plūs laūdās cŭmĕrīs grānārĭă nōstrīs?* H.

cŭmīnŭm, ī. — *pāllēntĭs grānă cŭmīnī.* *Pe.*

cŭmŭlo. — *vōtă făcĭt cŭmŭlātque āltārĭă dōnīs.* V. PH. Gaūdĭă praemīssī cŭmŭlānt ĭnŏpīnă dŏlōrēs. *Cl.* *v. accumulo, congero.*

cŭmŭlŭs. *Īnsĕquĭtŭr, cŭmŭlūsquĕ rŭĭt mălĕ pīnguĭs ărēnaē.* V. PH. Aūrī cŭmŭlōs. *Cl.* Ingēntēs cŭmŭlōs īnvōlvĭt ărēnaē. *Lr.* Ingēntēm mīstaē glŏmĕrāntŭr īn ōrbĕm Dīvĭtĭaē. Cŭmŭlūsque īmmānĭs ăquārūm. *O.* — *Trop.* Et āddĭt Pērfĭdĭaē cŭmŭlūm, fālsīs pērjūrĭă vērbīs. *O.* Ultĭmŭs aūtĕm Aerūmnaē cŭmŭlŭs. *I.* Mălōrūm cŭmŭlŭs. *Se.* Et laūdūm cŭmŭlō bĕātŭs ōmnī. *St.* *v. acervus, congeries.*

cūnābŭlă. *Īpsă tĭbī blāndōs fūndēnt cūnābŭlă flōrēs.* V. PH. Idaeūm Sĭmŏēntă, Jŏvĭs cūnābŭlă pārvī. *P.* Mōns Idaeŭs ŭbi, ēt gēntĭs cūnābŭlă nōstraē. *V.* *v. cunae.*

cūnae, ārūm. *Cūnārūm lăbŏr ēst, ănguēs sŭpĕrārĕ, mĕārūm.* O. SY. cūnābŭlă, īncūnābŭlă. EP. tĕnĕraē, tĕpĭdaē, dūlcēs, sōpōraē, sōmnĭfĕraē, mōllēs, pŭĕrīlēs, sōpōrĭfĕraē, plăcĭdaē, ĭnērtēs, quĭētaē, flēbĭlēs, prīmaē, lăcrўmōsaē, sĕgmēntātaē. PH. Et tĕnĕr īn cūnīs fīlĭŭs aegĕr ĕrāt. *O.* Sūb trăbĭbŭs cūnās tēctăquĕ pārvă făcĭt. *O.* Tĕpĭdās prīmaēva īnfāntĭă cūnās Trānsĭĭt. Et sĕgmēntātīs dōrmīssēt pārvŭlă cūnīs. Cūnārūm fŭĕrās mōtōr, Chărĭdēmĕ, mĕārūm. *M.* Flētū mădēscūnt pārvŭlōrūm cūnŭlae. *Pr.*

cūnctĭpărēns *et* cūnctĭpŏtēns. *v. omniparens* et *omnipotens.*

cūnctŏr. PH. Unŭs hŏmō nōbīs cūnctāndō rēstĭtŭīt rēm. *Enn.* ap. *Cic.* In vītā cūnctātŭr ĕt haerĕt. *Lr.* Cūnctātūrquĕ mĕtū tēlūmque īnstārĕ trĕmīscĭt. *V.* Avĭdūsquĕ rĕfrīngĭt Cūnctāntēm. *V.* Rēgīnām thălămō cūnctāntem ăd līmĭnă prīmī Poenōrum ēxspēctānt. *V.* Cūnctătă fĭdēs. *St.* Aegrō cūnctāntēm pōplĭtĕ grēssūs. *Va.* *v. moror.*

cūnctŭs. SY. ōmnĭs, tōtŭs, quīsquĕ. PH. Cūnctŭs ŏb Itălĭăm tērrārūm claūdĭtŭr ōrbĭs. *V.* Cūnctă tĭbī Cĕrĕrēm pūbēs ăgrēstĭs ădōrĕt. *V.* Cūnctī sĭmūl ōrĕ frĕmēbānt. *V.* Est mălă, sēd cūnctīs īstă tĕrēndă vĭă. *P.* Cūnctă tērrārūm sŭbāctă. *H.* Cūnctă vĭāī. *Lr.*

cūnĕŭs. *Nām prīmī cūnĕīs scīndēbānt fīssĭlĕ līgnūm.* V. EP. fērrĕŭs, ăcūtŭs, līgnĕŭs, ăhēnĕŭs, praedūrŭs. PH. Fīndĭtŭr īn sŏlĭdūm cūnĕīs vĭă. *V.* Sīlvă lăbāt cūnĕīsquĕ gĕmĭt grăvĕ rōbŭr ădāctīs. *Va.* — *Trop.* Jāmquĕ lăbānt cūnĕī spŏlĭātăquĕ tēgmĭnĕ dūrō Rīmă pătĕt. *O.* Tūrbātī cūnĕī călĕfāctăquĕ cōrdă tŭmūltū. *V.* Vōcĭbŭs ēt plaūsū cūnĕōs cērtārĕ sŏnāntēs. *L.* Prōmĭnĕt īn pōntūm cūnĕātŭs ăcūmĭnĕ lōngō Cōllĭs. *O.* *v. findo.*

cūnīcŭlŭs. *Gaūdĕt ĭn ēffōssīs hăbĭtārĕ cūnīcŭlŭs āntrīs.* M. EP. foecūndŭs, tĕnĕr, hīrtīs pĕdĭbŭs. PH. Mōllĭŏr cūnīcŭlī căpīllō. *C.* — *Trop.* Agĭtquĕ plūrēs āltĭŭs cūnīcŭlōs. Descr. *Cl.* R. P. 2, 163 sqq. SY. Caecī sŭbtēr tēllūrĕ mĕātŭs.

cūnquĕ. *Quaē mē cūnquĕ vŏcānt tērraē* etc. V. PH. Quō nōs cūnquĕ vŏcāt fōrtūnă, sĕquāmŭr. *V.* Mĭhĭ cūnquĕ sălvĕ Rītĕ vŏcāntī. *H.*

cūpă *s.* cūppă, aē. *Pōst haēc lūdŭs ĕrăt, cūpā pōtārĕ măgīstrā.* H.

cŭpēdĭă *et* ĭaē. — *nīl mŏrōr cŭpēdĭă.* (troch.) Pl.

cŭpĭdē. *Quōd cŭpĭdē pĕtĭĭt, mātūrē plēnă rĕlīquĭt.* H. SY. ăvĭdē.

Cŭpīdĭnĕŭs. *Mōllĕ, Cŭpīdĭnĕĭs nĕc ĭnĕxpūgnābĭlĕ tēlīs.* O.

cŭpĭdĭtās. *Injēcta ēst īllī dīvĭtĭārūm cŭpĭdĭtās.* Ph. *v. cupido.*

Cŭpīdo, ĭnĭs. *Ōtĭă sī tōllās, pĕrĭērĕ Cŭpīdĭnĭs ārcŭs.* O. SY. pŭĕr Īdălĭŭs, Gnĭdĭŭs, Păphĭŭs, Cȳthĕrēĭŭs, Cȳthĕrēĭă prōlēs, Vĕnĕrīs nātŭs. Dĕūs phărĕtrātŭs. EP. coēcŭs, nūdŭs, ālātŭs, ālĭgĕr, ārcĭtĕnēns, săgīttĭfĕr, phărĕtrātŭs, praēpĕs, vŏlŭcĕr, pēnnĭgĕr, vĕnūstŭs, fōrmōsŭs, blāndŭs, ōbscēnŭs, lāscīvŭs, īmpūrŭs, flāmmĭgĕr, lĕvĭs, vēlōx, crūdēlĭs, aūdāx, īgnĭfĕr, pūlchĕr, văgŭs, vēsānŭs, trūx, īnsĭdĭōsŭs, sūbdŏlŭs, fērvĭdŭs, sōrdĭdŭs, dūlcĭs, blāndĭēns, īmmītĭs, īmpĭgĕr, căllĭdŭs, īmprŏbŭs, atrōx, saēvŭs, pēnnātŭs, cĭtŭs, vŏlāns, cūltŭs, ārmĭgĕr, dīrŭs, fĕrōx, fĕrŭs, tēlĭgĕr, mĭnāx, caūtŭs, flāmmĭgĕnă, vērsĭfōrmĭs, vŏlātĭlĭs. PH. Cȳthĕrēaē pŭĕr ālēs. *H.* Vĕnĕrĭs ālmaē prōgĕnĭēs. *H.* Ālĭgĕrūm dīctīs āffātŭr Amōrĕm. *V.* Sūccŭbŭĭt tēlīs praēpĕtĭs īpsĕ dĕī. *O.* Vĕnĕrēmque ĕt īllī sēmpĕr haērēntēm pŭĕrūm cănēbăt. *H.* Tĭmēndĕ mātrīs tēlĭgēr saēvaē pŭĕr. *Se.* Tū lĕvĭs ēs, mūltōquĕ tŭīs vēntōsĭŏr ālīs. *O.* Et nūllās vēstēs, ūt sĭt ăpērtŭs, hăbĕt. *O.* Flāmmīs ārmātŭs ĕt ārcū. Sūccēndēns pēctŭs ămōrĕ. Făcĭbŭs ārmātŭs. Quī tēlă Tȳphōĕă tēmnĭt. Ūrēns īgnĕ mĕdūllās. Trīstĭă cōrdă fătĭgāns. Tāngēns praēcōrdĭă flāmmīs. Tĕnĕrā vŏlŭcēr cūm mātrĕ Cŭpīdō. *O.* Vĕnŭs ēt rĕmīssō Fīlĭŭs ārcū. *H.* Sēmpĕr ārdēntēs ăcŭēns săgīttās Cōtĕ crŭēntā. *H.* Ăbĕās, phărĕtrātĕ Cŭpīdō. *O.* Descr. *P.* 2, 12. *V.* A. 1, 662 sqq. *C.* 64, 95. *Se.* H. 195. Oct. 807. — Gĕmĭnōrūm mātĕr Amōrŭm. *O.* T. 4, 1. Cōncŭtĭt taēdās gĕmĭnūs Cŭpīdō. *Se.* Oe. 500. — Atque ōmnēs Vĕnĕrēs Cŭpīdĭnēsquĕ. *M.* 1, 14, 6. *S.* 7, 441. *Cl.* N. H. et M. 49. Agmĕn Amōrŭm. *St. v. Amor, Venus.*

cŭpīdo, ĭnĭs. — *praēdaē tām caēcă cŭpīdo ēst.* O. *Aūt ălĭā quāvīs scīndūnt cūpēdĭnĕ cūraē.* Lr. SY. cŭpĭdĭtās, ārdŏr, lĭbīdo, dēsīdĕrĭŭm, ămŏr. EP. vĭgĭl, ăvĭdă, caēcă, mĭsĕră, jējūnă, fŭrĭōsă, īmprŏbă, ĭnōps, dīră, scĕlĕrātă, mălĕsānă, īnsānă, nĕfāndă, tūrpĭs, prōnă, īmmōdĕrātă, vĕhĕmēns, īngēns, vĭŏlēntă, pērvĭgĭl, īnsōmnĭs, ēffrēnātă, īndŏmĭtă, sōllĭcĭtă, ānxĭă, ĭnēxplēbĭlĭs, ĭnēxplētă, vēsānă, īnsătĭābĭlĭs, flāgrāns, lĭbīdĭnōsă, nōxĭă, vīrtūtī ĭnĭmīcă, ūrdēns, īmpătĭēns mŏraē, pērtēntāns pēctŏră, ēxăgĭtāns ănĭmŭm. PH. Nē tĭbĭ rēgnāndī vĕnĭăt tām dīră cŭpīdo. *V.* Quōd sī tāntŭs ămōr mēntī, sī tāntă cŭpīdo ēst. *V.* Quaē lūcĭs mĭsĕrīs tām dīră cŭpīdo? *V.* Vīncĕt ămōr pătrĭaē, laūdūmque īmmēnsă cŭpīdo. *V.* Nēc lĕvēs sōmnōs tĭmŏr aūt cŭpīdō Sōrdĭdŭs aūfērt. *H.* Crēvērūnt ĕt ŏpēs ĕt ŏpūm fŭrĭōsă cŭpīdō. *O.* Cōntăctūm nūllīs āntĕ cŭpīdĭnĭbŭs. *P.* Explētūr jējūnă cŭpīdō. *Lr.* Sŭă cuīquĕ dĕūs fĭt dīră cŭpīdō. *V.* Impĕrĭī crŭēntă sĭtĭs. *St.* — *Indulgere cup.* Tūrpīquĕ cŭpīdĭnĕ cāptōs. *V.* Lĕvĭs ēt fēstīnă cŭpīdō. *Va.* Fērvĕt ăvārĭtĭā mĭsĕrāquĕ cŭpīdĭnĕ pēctŭs. *H.* Hŏmĭnēs plērūmquĕ cŭpīdĭnĕ coēcī. *Lr.* Tōrquēmūrquĕ mĕtū coēcāquĕ cŭpīdĭnĕ rērŭm. *O.* Sēd trăhĭt īn vĭtĭŭm nŏvă vīs, ălĭūdquĕ cŭpīdō, Mēns ălĭūd suādēt; vĭdĕō mĕlĭōră prŏbōquĕ, Dētĕrĭōră sĕquŏr. — *Resistere cup.* Rēspōnsārĕ cŭpīdĭnĭbūs, cōntēmnĕre hŏnōrēs. *H.* Cōntrāctō mĕlĭūs pārvă cŭpīdĭnĕ Vēctīgālĭă pōrrĭgăm. *H.* Ērādēndă cŭpīdĭnĭs Sūnt ĕlĕmēntă. *H.* Tūnc ōmnĭă jūră tĕnēbĭs, Cūm pŏtĕrīs rēx ēssĕ tŭī. *Cl. v. amor, desiderium.*

cŭpĭdŭs. *Ēt rĕvŏcāt cŭpĭdās ālĕă saēpĕ mănūs.* O. SY. flāgrāns, aēstŭāns, ārdēns, āccēnsŭs. PH. Et pătĕāt cŭpĭdīs sēmpĕr ăpērtă dŏmŭs. *T.* Cŭpĭdūm, pătĕr ōptĭmĕ, vīrēs Dēfĭcĭūnt. *H.* Et cŭpĭdūm fīctā dētĭnŭīssĕ mŏrā. *O.* Stūltū'st, quī cŭpĭdă cŭpĭēns cŭpĭēntēr cŭpĭt. (iamb.) *Enn.* ap. *Non.*

cŭpĭo; īvī. *Nītĭmŭr īn vĕtĭtūm sēmpēr cŭpĭmūsquĕ nĕgātă.* O. *Saēpĕ fŭgām Dănăī Trōjā cŭpĭērĕ rĕlīctā.* V. — *Vīsāmquĕ cŭpĭt pŏtĭtūrquĕ cŭpītām.* O. SY. āppĕtĕrĕ, ādspīrārĕ. PH. Cŭpīdĭnĕ flāgrārĕ. Ārdĕt, fŭrĭt, fērt, ūrgĕt ănĭmŭs. Mē grăvĭs ārdŏr hăbĕt. Sŭm ăvĭdŭs. Mīrō mĭhi ēst īncēnsūm pēctŭs ārdōrĕ. Ēst mĭhĭ mēns īncēnsă. Mĭhi plăcĕt, lĭbĕt, ārrīdĕt, cōrdī ēst. Idem ōmnēs sĭmŭl ārdŏr hăbĕt. *V.* Alĭquĭd jāmdūdum īnvādĕrĕ māgnŭm Mēns ăgĭtāt mĭhĭ. *V.* Quōd vōtīs ōptāstĭs, ădēst. *V.* Hăbēs, quōd tōtā mēntĕ pĕtīstī. *V.* Cōncūrrĕre ĭn ārcĕm Cūm sŏcĭīs ārdēnt ănĭmī. *V.* Mĭhĭ mēns jŭvĕnīli ārdēbăt ămōrĕ, Cōmpēllārĕ vĭrūm. *V.* Sī fērt ĭtă cōrdĕ vŏlūntās. *V.* Scīre ĕrăt īn vōtō. *Pe.* Cŭpĭo ōmnĭă, quaē vīs. *H.* Sī vōbīs ēxtrēmă cŭpīdo est, Cērtă sĕquī *V. v. avidus, desidero, opto, votum.*

cŭprēssŭs, ī *et* ūs. — *tŭmŭlōs tēctūră cŭprēssŭs.* Cl. — *ĕt āĕrĭā cūprēssū.* C. SY. cȳpărīssŭs; sĕpūlcrālĭs ārbŏr. EP. moēstă, fūnĕrĕă, ŏdōrātă, trīstĭs, fūnēstă, flēbĭlĭs, fērālĭs, īnfaūstă, īnfēlīx, Stȳgĭă, Īdaēă, vĭrēns, frōndōsă, ūmbrĭfĕră, dēnsă, āltă, pătŭlă, prōcēră, cēlsă, ēxcēlsă, ārdŭă, āĕrĭă, sūblīmĭs, fūnebrĭs, lūgubrĭs, lăcrȳmābĭlĭs, sĕpūlcrālĭs, ŏdōră, ŏdōrĭfĕră, nigră, āltĭcŏmă, ātră, īnvīsă, cōnĭfĕră. *V.* A. 3, 680. PH. Et nōn plēbējōs lūctūs tēstātă cŭprēssŭs. *L.* Exērcērĕ pȳrām dēplōrātāsquĕ cŭprēssōs. Ī pŭĕr, ēt pōstēs fūnēstā cīngĕ cŭprēssō Lōngaē nōn tĭmēns cărĭēm sĕnēctaē. Vāllĭs ĕrāt pĭcĕīs ĕt ăcūtā dēnsă cŭprēssū. *O.* Fūnĕrĭs āră mĭhī fērālī cīnctă cŭprēssū. *O.* Quāntūm lēntă sŏlēnt īntēr vībūrnă cŭprēssī. *V.* Araē Caērŭlĕīs moēstaē vīttīs ātrāquĕ cŭprēssō. *V.* Descr. *L.* 3, 442 sqq. *O.* M. 10, 121 sqq.

cūr. *Cūr ĭn ămīcōrūm vĭtĭīs tām cērnĭs ăcūtŭm?* H. SY. quārē, cūrnăm, quĭd, ūndĕ, ūndĕnăm; quā caūsā, quānūm dē caūsā?

quĭd caūsaē ēst, quōd. Quaē rătĭo ēst? PH. Quaē caūsă sĕrēnōs Tūrbāvĭt vūltūs? V. Mūltă quĭdēm dīxī, cūr ēxcūsātūs ăbīrēm. H. v. causa.

cūră. *Ō cūrās hŏmĭnūm, quāntum ēst ĭn rēbŭs ĭnānĕ!* Pe. SY. sōllĭcĭtūdo, ānxĭĕtās, āngŏr, ānxĭĕtūdo, scrūpŭlūs, aēgrĭmōnĭă. EP. trīstĭs, āmbĭgŭă, īnsōmnĭs, mōrdāx, vĭgĭl, mŏlēstă, sēdŭlă, dīlĭgēns, vĭtĭōsă, ātră, sĕquāx, păvĭdă, ăcērbă, dēplōrāndă, ācrĭs, vĭgĭlāns, grăvĭs, lōngă, ămāră, lānguĭdă, vēxāns, mĕmŏr, dāmnōsă, āttŏnĭtă, moēstă, aēgră, ăvāră, ārcānă, īnfāndă, dēsĕs, sōllĭcĭtă, tūrpĭs, pērvĭgĭl, īrrĕquĭētă, pāllēns, pāllĭdă, ūrgēns, īmplăcĭdă, fūnēstă, stĭmŭlāns, dūră, ānceps, mĭsĕră, grăvĭdă, ĭnānĭs, vānă, mălīgnă, sĕvēră, flăgrāns, ānxĭă, ĭnīquă, tĕtrĭcă, prĕmēns, tūrbĭdă, īngrātă, nŏxĭă, pērnĭcĭōsă, tăcĭtă, nŏcēns, rōdēns, crŭcĭāns, dīră, īmpŏrtūnă, săgāx, frīgĭdă, īntŏlĕrāns, sōllērs, spīnōsă, fērvĭdă, sēcrētă, lĕvĭs, sōrdĭdă, prōvĭdă, īnvĭdă, īnvīsă. *H.* O. 2, 14, 23. PH. Cūrārūm stĭmŭlūs, āspĕr mōrsūs, aēstūs stĭmŭlāns praēcōrdĭă. Pēctŏră dīscrŭcĭāns. Sōllĭcĭtāns ănĭmum. Mēntēm tūrbāns. Sōllĭcĭtō lătĭtāns ĭn pēctŏrĕ. Jām tum ăcēr cūrās vĕnĭēntem ēxtēndĭt ĭn ānnūm Rūstĭcŭs. *V.* Quūmque ănĭmo ēt vĭgĭlī pērspēxĕrăt ōmnĭă cūrā. *O.* Nēc spēs lībērtātĭs ĕrăt, nēc cūră pĕcūlī. *V.* Saēpe ălĭquēm sōlērs mĕdĭcōrūm cūră rĕlīquĭt. *O.* Dīscĭtĕ, quaē făcĭēm cōmmēndēt cūră, pŭēllaē. *O.* Et făcĭūnt cūrā, nē vĭdĕāntūr ănūs. *O.* Omnĭs ĭn Ascănĭō cārī stāt cūră părēntĭs. *V.* Nōstrī tĭbĭ cūră rĕcēssĭt. *V.* Raūcaē, tŭă cūră, pălūmbēs. *V.* Jŭvĕnūmquĕ prōdīs Pūblĭcă cūră. *H.* Pŭĕr īrĕ părāt, mĕă māxĭmă cūră. *V.* Quām prō mē cūrām gĕrĭs, hānc, prĕcŏr, ōptĭmĕ, prō mē Dēpōnās. *V.* Sōmnōs ābrūmpĭt cūră sălūbrēs. *V.* Nēc plăcĭdām mēmbrĭs dāt cūră quĭētēm. *V.* Cŏquēns ănĭmūm. Fătīgāns cōrdă. Ămāră cūrārūm. Mōrdācēs sōllĭcĭtūdĭnēs. Dēfōrmĭs aēgrĭmōnĭă. Mēntĭs tŭmūltūs mĭsĕrī. Vĕtāns lūmĭnă dūlcēm cārpĕrĕ sōmnūm. Ō mĭhĭ cūrārūm prĕtĭūm nōn vīlĕ mĕārūm. *O.* Cūrĭs ăcŭēns mōrtālĭă cōrdă. *V.* In cūrās vĕnĭō pārtēmquĕ lăbōrūm. *L.* At rēgīnă, grăvī jāmdūdūm saūcĭă cūrā. *V.* Rĕdĕūnt ĭn pēctŏră cūraē. *St.* — *Cura, pers.* Scāndĭt aērātās vĭtĭōsă nāvēs Cūră. *H.* O. 2, 16, 21 sqq. Cūraē lăquĕātă cīrcūm Tēctă vŏlāntēs. *H.* l. l. Pōst ĕquĭtēm sēdēt ātră Cūră. *H.* Lūctŭs ĕt ūltrīcēs pŏsuērĕ cŭbīlĭă Cūraē. *V.* Insōmnēs lōngō vĕnĭūnt ēxāmĭnĕ Cūraē. *Cl.* — *Cura angi.* Cūrĭs cōnsūmī, vēxārī, crŭcĭārī, ăgĭtārī, flūctŭārĕ, tōrquērī, ūrgērī. Vērsārĕ grăvēs sūb pēctŏrĕ cūrās. Vărĭă cūrārūm mōlĕ grăvārī, prĕmī, ŏpprĭmī, ōbrŭī. Cūrĭs mōrdācĭbŭs āngī. Ăcrĭŏr īllūm Cūră dŏmăt (*V.*), tōrquĕt, prĕmĭt, vēxăt, crŭcĭăt, dīscrŭcĭăt, mōrdĕt. Cūrām sūb cōrdĕ prĕmēbăt. Tābēscĕrĕ cūrĭs. Mācĕrārī pēctŏră cūrĭs. Quāndo haēc tē cūră rĕmōrdĕt. *V.* Invĭgĭlānt ănĭmō cūraē. *St.* Ardēntēm cūraēque īraēquĕ cŏquēbānt. *V.* Vărĭō nēquīdquām flūctŭăt aēstū. *V.* Cūrārūm stĭmŭlĭs ēxērcērī. Vărĭās vōlvēntem pēctŏrĕ cūrās. *L.* In cūrās ănĭmŭs dēdūcĭtūr ōmnēs. *V.* Mălĕ saūcĭă hăbērĕ pēctŏră cūrĭs. Cōnfĭcī ănĭmūm cūrĭs. Ărrōdĭt pēctŏră cūră. Dīvērsaēquĕ vŏcānt ănĭmum ĭn cōntrārĭă cūraē. Atque ănĭmūm nūnc hūc cĕlĕrēm, nūnc dīvĭdĭt īllūc, In pārtēsquĕ răpĭt vărĭās pērque ōmnĭă vērsăt. *V.* Lĕvēs cūraē lŏquūntūr, īngēntēs stŭpēnt. *Se.* Anxĭĕtās ănĭmī quaē mĭhĭ sēmpĕr ădēst. *O.* Vōlvĕrĕ cūrārūm trīstēs ĭn pēctŏrĕ flūctūs. *Lr.* Cūrĭs ănĭmūm mōrdācĭbūs āngĭt. *L.* Quĭd tām sōllĭcĭtĭs vītām cōnsūmĭmŭs ānnĭs? *Mn.* Cūrārūm mēns flūctŭăt ūndĭs. *C.* Trīstēs ăgĭtāt mēns ānxĭă cūrās. *T.* Ăssĭdŭō cōnfēctūm cūră dŏlōrĕ Sēvŏcăt ā Mūsĭs. *C.* Cūrĭsque īngēntĭbŭs aēgĕr Spēm vūltū sĭmŭlăt. *V.* Aesŏnĭdēm vărĭōs īncērtă pĕr aēstūs Mēns răpĭt ūndāntēm cūrĭs. *Va.* Hīnc rĕquĭēs ănĭmō nōn dătūr ūllă mĕō. *O.* Mūltĭplĭcēs ănĭmō vōlvēbāt saūcĭă cūrās. *Cl.* Nēc căpĭtūr sōmnō, mōrdācĭbūs ēxcĭtă cūrĭs. *O.* Sēmpĕr ĕt ĭn cūrĭs cōnsūmĭt ĭnānĭbūs aēvūm. *Lr.* Mōrdĕăt īllă tŭās ălĭquāndō cūră mĕdūllās. *O.* Ēt pĕnĭtūs moēstās ēxēdĭt cūră mĕdūllās. *C.* Sīc ănĭmūm lēntō cūrārūm frīgŏrĕ laēdĭt. *O.* Īllĕ dĭū cūrĭs ănĭmūm stĭmŭlāntĭbūs aēgĕr. *Cl.* Sīc mĕă pērpĕtŭīs līquēscūnt pēctŏră cūrĭs, Īgnĭbūs ādmōtĭs ūt nŏvă cēră sŏlĕt. *V. v. cogitabundus.* — *Cura eximi.* Cūrās pōnĕrĕ, dēpōnĕrĕ, sēpōnĕrĕ, ēxŭĕrĕ, făllĕrĕ, sēclūdĕrĕ, prōpēllĕrĕ, dīmīttĕrĕ, ābjĭcĕrĕ, pēllĕrĕ, ēxpēllĕrĕ, rĕsōlvĕrĕ. Cūrĭs fīnem īmpōnĕrĕ. Sōlvĕrĕ ănĭmūm cūrĭs. Mīttĕ hānc dē pēctŏrĕ cūrăm. Sōmnō Lēnībānt cūrās, ēt cōrda ōblītă lăbōrūm. *V.* Hīs dīctĭs cūră rĕmōtă. Exsōlvĕrĕ ănĭmūm cūrĭs. Sŭbĭtāmque ăvērtĕrĕ cūrăm. *Lr.* Cūrās ăvērtĕrĕ dīctīs. *V.* Jām vīnō quaērēns, jām sōmnō făllĕrĕ cūrăm. *H.* Mēns cūrā sēmōtă mĕtūquĕ. *Lr.* Ab hāc cūrā mēns rĕlĕvātă mĕa ēst. *O.* Mīttĕ cīvīlēs sŭpĕr ūrbĕ cūrās. *H.* Cūraē cāsūsquĕ lĕvāmĕn. *V.* Invītăt gĕnĭālĭs hĭēms, cūrāsquĕ rĕsōlvĭt. *V.* Hīs dīctīs cūrae ēmōtaē pūlsūsquĕ părūmpĕr Cōrdĕ dŏlŏr. *V.* Nēc tē tāntŭs ĕdāt tăcĭtūm dŏlŏr. *V.* Hīc dĭēs vērē mĭhĭ fēstŭs ātrās Ēxĭmēt cūrās. *H.* Ămāră cūrārum ēlūĕre ēffĭcāx. *H.* Dāmnōsās cōmpēscĭtĕ cūrās. *O.* Cūnctă pŏtēst ĭgĭtūr tăcĭtō pĕdĕ lāpsă vĕtūstās, Praētērquām cūrās āttĕnŭārĕ mĕās. *O.* Ūt tămĕn hānc ănĭmī nūbēm dŏlŏr īpsĕ rĕmōvĭt. *O.* Ēt tē mōrtālĭbŭs ēxŭĕ cūrĭs. *S.* Nūnc vīnō pēllĭtĕ cūrās. *H.* Tūrpēs, dīscēdĭtĕ, Cūraē. *T.* Lēntēscūnt tēmpŏrĕ cūraē. O. Sēdātĭs rĕquĭērūnt pēctŏră cūrĭs. *St.* Sōlvĭtĕ cōrdĕ mĕtūm, Teūcrī, sēclūdĭtĕ cūrās. *V.* Ītĕ prŏcūl, dūrūm, cūraē, gĕnŭs, ītĕ lăbōrēs. Sēd nūnc dīlātīs ăvērtĕ nĕgōtĭă cūrĭs. *I.* Īllĭc ōmnĕ mălūm vīnō cāntūquĕ lĕvātŏ. *H.*

cūrātŏr. *Cūrātōrĭs ĕgēt, quī nāvēm mērcĭbŭs īmplĕt.* J. SY. prōcūrātŏr. EP. fīdūs, fīdēlĭs, prŏbŭs, dīlĭgēns, pērfĭdŭs, īmprŏbŭs, nĕglĭgēns.

cūrcŭlĭo, ōnĭs. *Cūrcŭlĭo ātque ĭnŏpī* etc. V.

Cūrēs, ĭum. *Tē Tătĭūs părvīquĕ Cŭrēs* etc. O. PH. Rōmānīs jūnxĕrăt īllĕ Cūrēs. *O.* Fūndābĭt Cŭrĭbūs părvĭs. *V.* Tūrbă *Cŭrēnsĭs. O.*

Cūrētēs, ŭm. *Dīctaeōs rĕfĕrūnt Cūrētăs, quī Jŏvĭs īllŭm.* Lr. PH. Cūrētūm sŏnĭtūs crĕpĭtāntĭăque aeră sĕcūtī. *V.* Hōc Cūrētĕs hăbēnt, hōc Cŏrȳbāntĕs ŏpŭs. *O.* Idaeī chŏrī. P. cf. *C.* 63. *O.* M. 4, 282. *O.* F. 4, 361. *P.* 3, 15, 36. — *Adj.* Cārmĭnă Dīctaeīs aūdīt Cūrētĭcă sīlvīs. *Clp.* Cūrētĭcă tēctă sŭbībăt. *S.* Rătĭbūs Cūrētĭdă tērrăm Cōntĭgĭt. *O.*

cūrĭă. *Cūrĭă paūpĕrĭbūs claūsa ēst, dāt cēnsŭs hŏnōrēs.* O. SY. sĕnātŭs.

Cūrĭātĭŭs. *Cūm Tībūrtīnās dāmnēt Cūrĭātĭŭs aūrās.* M.

Cūrĭo, ōnĭs. *Pāscĭt ăvēs nūllō cōntēctŭs Cūrĭŏ būstō.* L.

cūrĭōsŭs. *Ut īpsĕ nōstī cūrĭōsŭs, ēt pŏlō.* H. SY. dīlĭgēns, āttēntŭs, sēdŭlŭs, stŭdĭōsŭs. PH. Quŏt nēc pērnŭmĕrārĕ cūrĭōsī Pŏssīnt. *C.* Cūrĭōsī, ălĭēnās rēs quī cūrānt stŭdĭō māxĭmō. *Pl.*

Cŭrĭŭs. *Quī Cūrĭōs sĭmŭlānt, ēt Bācchānālĭă vīvūnt.* I. EP. paūpĕr, pūgnāx, gĕnĕrōsŭs, fŏrtĭs, īllūstrĭs, cōntĭnēns. PH. Paūpĕr ĕrāt Cŭrĭŭs, rēgēs cūm vīncĕrĕt ārmīs. *Cl.* Incōmtīs Cŭrĭūm căpīllīs. *H.* Cŭrĭŭs părvō quae lēgĕrăt hōrtō, Ipsĕ fŏcīs brĕvĭbūs pōnēbăt ŏlūscŭlă. *I.* Et căsă pūgnācēs Cŭrĭōs āngūstă tĕgēbăt. *Cl.* Descr. *Cl.* IV. *C.* H. 413. *I.* 2, 3. 11, 28. *M.* 6, 64. *O.* F. 5, 131.

cūro. *Tū rēctē vīvĭs, sī cūrās ēssĕ, quŏd aūdĭs.* H. SY. prōcūrārĕ, āccūrārĕ; stŭdĭōsē, āssĭdŭē făcĕrĕ; lăbōrārĕ, stŭdērĕ; mĕdērī, sānārĕ. PH. Intēndĕrĕ cūrās. Illī sūnt ōmnĭă cūrae. Vĭgĭlī pērspēxĕrăt ōmnĭă cūrā. Me īmpēnsĭŭs aequum ēst Cōnsŭlĕrĕ. *V.* Pēllĭcŭlām cūrārĕ jŭbē. *H.* Est ĕtĭam īllĕ lăbŏr cūrāndīs vītĭbŭs āltĕr. *V.* Cūra īn vĭtŭlōs trādūcĭtŭr ōmnĭs. *V.* Haec quŏquĕ nōn cūrā nōbīs lĕvĭōrĕ tŭēndă. *V.* Cūrāndō quaedām fĭĕrī mājōră vĭdēntŭr Vūlnĕră. *O.* Rādīcĕ vĕl hērbā Prōfĭcĭēntĕ nĭhīl cūrārĭĕr. *H.* Pāssīmque īn līttŏrĕ sīccō Cōrpŏră cūrāmŭs; fēssōs sŏpŏr ōccŭpăt ārtūs. *V.* In cŭtĕ cūrāndā plūs aequo ŏpĕrātă jŭvēntūs. *H.* Cūrābŏ, sēntĭāt Quōs āttēntărĭt. *Ph.* Id cĭnĕrem aūt mānēs crēdĭs cūrārĕ sĕpūltōs? *V.* Invēntūm cūrābŏ. *Te.* Cūrăt dēprŏpĕrārĕ. *H.* Mōrtālĭă nūllī sūnt cūrātă dĕō. *L.* Dīctō cĭtĭŭs cūrātă sŏpōrī Mēmbră dĕdĭt. *H.* Mē pīnguem ēt nĭtĭdūm bĕnĕ cūrātā cŭtĕ vīsēs. *H. v. cura.*

cūrrĭcŭlŭm. *Cūrrĭcŭlō grăvĭs ēst făctă rŭīnă mĕō.* O. SY. cūrsŭs; spătĭŭm, spătĭă, stădĭŭm. PH. Mĕdĭō jām nōctĭs ăbāctae Cūrrĭcŭlō. *V.* Sūnt, quōs cūrrĭcŭlō pūlvĕrem Olȳmpĭcūm Cōllēgīssĕ jŭvăt. *H.v. currus.*

cūrro; cŭcūrrī. *Haec mĕă pēr plăcĭdās cȳmbă cŭcūrrĭt ăquās.* O. Cūrrēntēs īn stădĭo descr. *V.* G. 3, 103. A. 5, 291 sqq. SY. fēstīnārĕ, prŏpĕrārĕ, vŏlārĕ, ādvŏlārĕ, fŭgĕrĕ, cōncūrrĕrĕ, āfflŭĕrĕ. PH. Răpĭdō cūrsū fērrī, cōntēndĕrĕ, răpī, tōllī. Pāssĭbŭs aūfērtŭr, āccūrrĭt răpĭdĭs. Cūrsū fēstīnŭs ănhēlo Advŏlăt. Cūrsū pērnīx ād līttŏră tēndĭt. *V.* Aĕrĭī cūrsū pĕtĭt ārdŭă mōntĭs. *V.* Fŭgĭt ōcȳŏr aūrā. *V.* Cūrsū trānsmīttĕrĕ cāmpŭm. Cĕlĕrī pĕdĕ pūlsăt hŭmŭm. Cūrsū ōllĭgĕrĕ pūlvĕrēm. Cūrsū pĕdūm praevērtĕrĕ aūrās, vēntōs, flūmĭnă, săgīttās, fūlmĭnă. Vīx sŏlă cōntīngĕrĕ pĕdĭbŭs, sūmmō pūlvĕrĕ sīgnārĕ. Cūrsū vŏlŭcrēs sŭpĕrăt. Emĭcăt ēt vēntīs ēt fūlmĭnĭs ōcĭŏr ālĭs. *V.* Fērt īmpĕtŭs īpsĕ vŏlāntēm. *V.* Mōx sēse ād līttŏră praecĕps Pērtŭlĭt. *V.* Tĕnŭĭt mŏră nūllă vŏcātōs. *V.* Cāmpī pēr ăpērtă vŏlāntēm Ipsĕ pĕdēs praevērtĭt ĕquūm. *S.* Lĕvĭbūs gēns īgnĕă plāntīs, Cuī sŏnĭpēs cūrsū, cuī cēssĕrĭt īncĭtŭs āmnĭs; Tāntă fŭga ēst. *V.* Ocĭŏr āffēctū mēntĭs pīnnāquĕ cŭcūrrĭt. *Grat.* Praecĭpĭtī cūrsū vēsānūm Caesărĭs āgmĕn In dēnsōs ăgĭtūr cŭnĕōs. *L.* Hī trĕpĭdūm fŭgā Vĭdĕrĕ fămŭlī cōncĭtūm cĕlĕrī pĕdĕ. *Se.* Cōncĭtō prŏpĕrăt grădū. *Ph.* Sŭbĭtō cōllēm cōnscēndĕrĕ cūrsū. *L.* Pērnīcĭbūs īgnĕă plāntīs Trānsĭt ĕquūm cūrsū. *V.* Cōnvērsīsquĕ fŭgāx aūfērtŭr hăbēnīs. *V.* Tēndĭtquĕ lĕvēs pēr cōmpĭtă grēssūs. *V.* Nūllī vīsă cĭtō dēcūrrĭt trāmĭtĕ vīrgō. *V.* Indĕ rŭūnt ălĭī răpĭdā vēlōcĭŭs aūrā. *O.* Cūrrĕ, nēc īncēptūm tūrbă mŏrētŭr ĭtĕr. *O.* Prīmūsque āccūrrĭt Acēstēs. *V.* Rāptīs āccūrrūnt ūndĭquĕ tēlīs. *V.* Atque hīc īngēntēm cŏmĭtum āfflūxīssĕ nŏvōrūm Invĕnĭō nŭmĕrūm. *V.* Pēllĕ mŏrām sŭbĭtōquĕ cĕlēr dēlābĕrĕ cūrsū. *O.* Mĭhĭ cūrrĕrĕ vīsŭs Plūs hŏmĭne ēst, ālāsquĕ pĕdēs sūmsīssĕ pŭtārēs. *O. v. festino.* — *Currens* compar. c. *navi O.* M. 2, 184. c. *torrente O.* F. 2, 219. c. *aquila St.* Th. 8, 674. c. *sagitta*, *fulmine*, *tigride*, *equo*, *ventis* etc. Cursu praestant: *Camilla V.* A. 7, 808. *Atalanta*, *Ladas M.* 2, 86. *Perseus*, *Daedalus*, *Bellerophon* etc. — *De animalibus.* Eccĕ fĕrae sāxī dējēctae vērtĭcĕ căprae Dēcūrrĕrĕ jŭgīs. *V.* Lōngīs cūrsĭbŭs āptŭs ĕquŭs. *O.* Cūrsĭbŭs aūrās Prōvŏcăt, āc pēr ăpērtă vŏlāns, ceū lībĕr hăbēnīs, Aequŏră vīx sūmmā vēstīgĭă pōnĭt ărēnā. *V.* Flāmmĕă praevērtēt cĕlĕrīs vēstīgĭă cērvae. *Cl.* Ocĭŏr cērvīs ēt ăgēntĕ nīmbō Ocĭŏr Eūrō. *H.* Hīc vĕl ăd Elēī mētās ēt māxĭmă Cāmpī Sūdābĭt spătĭă. *V.* Trānsmīttūnt cūrsū cāmpōs ātque āgmĭnă cērvī Pūlvĕrŭlēntă fŭgā glŏmĕrānt. *V.* Ocĭŏr ēt jăcŭlo ēt vēntōs aequāntĕ săgīttā. *V.* Emĭcăt ēt sūmmām cĕlĕrī pĕdĕ lībăt ărēnām. *V.* Nōn Elēŭs ĕăt cāmpō fērvēntĭŏr āxĭs. *V.* It sŏnĭpēs răpĭdāquĕ vŏlāns pēr ăpērtă prŏcēllā, Tĕnuĭă vīx sūmmō vēstīgĭă pūlvĕrĕ sīgnăt. *V.* — *De navi.* Naūtaequĕ pēr ōmnĕ Aūdācēs mărĕ quī cūrrūnt. *H.* Impĭgĕr ēxtrēmōs cūrrĭt mērcātŏr ăd Indōs. *H.* Plăcĭdō sī cūrrĕrĕ Pēlĭă vūltĭs, ăĭt. *Va.* — *Trop.* In frētă dūm flŭvĭī cūrrēnt. *V.* Lībĕră cūrrēbānt ĕt īnōbsērvātă pēr ānnūm Sīdĕră. *O.* Sŭbĭtūsquĕ pēr īmă cŭcūrrĭt Ossă trĕmŏr. *V.* Cūrrĭt ĕnīm fĕrōx Aetās. *H.* Nōx īntēr pōcŭlă cūrrĭt. *P.* Nāmque īncōmpŏsĭtō dīxī pĕdĕ cūrrĕrĕ vērsūs Lūcīlī. *H.* Cūrrĭt ĭtēr tūtūm. *V.*

cŭrrŭs, ūs. SY. plaustrŭm, cārpĕntŭm, ăxĭs, tēmo, rŏtă, bīgae, quădrīgae, bĭjŭgī, quădrĭjŭgī (ĕquī), rhēdă, vĕhĭcŭlŭm, cŭrrĭcŭlŭm, cĭsĭŭm, ēssĕdŭm, pīlĕntŭm, sārrăcŭm. EP. praecĕps, vŏlŭcĕr, răpāx, lĕvĭs, cĭtātŭs, cĭtŭs, ăgĭlĭs, ălēs, vŏlāns, quădrĭjŭgŭs, cĕlĕr, cōncĭtŭs, prŏpĕrŭs, sŭbĭtŭs, sŭpĕrbŭs, īnsīgnĭs, trĭŭmphālĭs, ŏvāns, pīctŭs, aurātŭs, ārdŭŭs, fālcātŭs, fālcĭfĕr, ĭnaurātŭs, strīdēns. PH. — *Vehi.* Cŭrrū fĕrŏr, vĕhŏr, īnvĕhŏr, rŭō, vŏlō, īnsĭdĕō. Cŭrrŭs mē vĕhĭt. Cŭrrūque īn bēllă rŭēbăt. *V.* Hăbĭlī Sātŭrnĭă cŭrrū Īngrĕdĭtŭr lĭquĭdŭm pāvōnĭbŭs āĕră pīctīs. *O.* Coelōque īnvēctŭs ăpērtō. *V.* Quădrĭjŭgo īnvĕhĭtŭr cŭrrū. *V.* Vĕhār ālĭtĕ cŭrrū. *Se.* Ĕquīs cŭrrūquĕ sŭpērbō Fērtŭr. *V.* Jūpĭtĕr īpsĕ lĕvī vēctŭs pĕr ĭnānĭă cŭrrū. *T.* Īngrĕdĭŏr cŭrrū laetōs ĭmĭtāntĕ trĭŭmphōs. *O.* — *Conscendere.* Occŭpăt īllĕ lĕvĕm jŭvĕnīlī cŏrpŏrĕ cŭrrŭm, Stătquĕ sŭpēr mănĭbŭsquĕ dătās cōntīngĕre hăbēnās Gaudĕt. *O.* Quō sĭmŭl āscēndĭt, frēnātăquĕ cōllă drăcōnŭm Pērmŭlsĭt, mănĭbŭsquĕ lĕvēs ăgĭtāvĭt hăbēnās; sŭblīmĭs răpĭtŭr. *O.* Sāltūquĕ sŭpērbŭs Ēmĭcăt īn cŭrrŭm, ēt mănĭbŭs mōlītŭr hăbēnās. *V.* — *Descendere.* Sīstĭt ĕquōs bĭjŭgōs ĕt dēsĭlĭt. *V.* Dīxĭt, ĕt ē cŭrrū sāltŭm dĕdĭt ōcĭŭs. *V.* — *Regere.* Fērvĕntĭăque ōră Mŏbĭlĭbŭs frēnīs ĭn ăpērtō flēctĕrĕ cāmpō. *L.* Īllĕ rĕgĭt cŭrrŭs nōndŭm pătĭĕntĭbŭs ānnīs. *L.* Ăvērsōs cŭrrŭs Jŭtŭrnă rĕtōrsĭt. *V.* Cŭrrŭs ăgĭtārĕ sŏnāntēs. *V.* Flēctĭt ĕquōs cŭrrūquĕ vŏlāns dăt lōră sĕcūndō. *V. v. habena.* — *Agere.* Nēc prĕmĕ, nēc sŭmmŭm mōlīrĕ pĕr āĕră cŭrrŭm. *O.* Cŭrrŭs ăgĭtārĕ vŏlāntēs. *V.* Cēntŭm quădrĭjŭgōs ăgĭtābo ăd flŭmĭnă cŭrrŭs. *V.* Haec ĕrĭt ădmīssā mētă tĕrēndă rŏtā. *O. v. auriga.* — *Jungere.* Prīmŭs Ĕrīchthŏnĭŭs cŭrrŭs ēt quătŭŏr ausŭs Jŭngĕre ĕquōs, răpĭdīsquĕ rŏtīs īnsīstĕrĕ vīctŏr. *V.* Sŭb jŭgă mīttĭt Cōrnĭpĕdēs, rĭgĭdīsquĕ dŏcĕt sērvīrĕ lŭpātīs. *Cl.* Grăvĭbŭs jŭgă dūcĕrĕ plaustrīs. Jūngĭt ĕquōs cŭrrū gĕnĭtŏr, spŭmāntĭăque āddĭt Frēnă fĕrīs, mănĭbŭsque ōmnēs ēffūndĭt hăbēnās. *V.* Īllĕ frĕmēntēs Sŭb jŭgă cōgĭt ĕquōs. *V.* Ĕxērcēntŭr ĕquī dŏmĭtāntque īn pŭlvĕrĕ cŭrrŭs. *V.* Saepĕ jŭvăt vērsārĕ lĕvēs īn pŭlvĕrĕ cŭrrŭs. *O.* Nōnnĕ vĭdēs, cŭm praecĭpĭtī cērtāmĭnĕ cāmpŭm Cōrrĭpŭērĕ rŭūntque ēffūsī cārcĕrĕ cŭrrŭs. Īllī īnstānt vērbĕrĕ tōrtō, Ēt prōnī dānt lōră; vŏlăt vī fērvĭdŭs ăxĭs. *V. v. axis, equus.* cf. *V.* G. 3, 103. *V.* A. 5, 144. *St.* Th. 6, 390. — *Triumphantium.* Sēd fŭlgēntĕ trăhĭt cōnstrīctōs Glōrĭă cŭrrū. *H.* cf. *P.* 2, 11, 24. *St.* S. 4, 3, 159. *S.* 16, 317. — *Currus Solis* descr. *O.* M. 2, 105 sqq. *v. Luna, Sol.*

cŭrsĭm. PH. Haec fārĕ cŭrsĭm, nēc mŏrātŭs pērvŏlā. *Au.*

cŭrsĭto *et* cŭrso. — *vĕlŭtī sŭccīnctŭs cŭrsĭtăt hŏspĕs.* H. *Cŭrsārĕm vēstrōs quŭm tĕnĕr āntĕ pĕdēs.* T. *v. curro.*

cŭrsŏr, ōrĭs. PH. Quīquĕ pĕdŭm cŭrsū vălĕt. *V.* Et quăsĭ cŭrsōrēs, vītaī lāmpădă trădūnt. *Lr.* Cŭrsōrĕm sēxtā tĭbĭ, Rūfĕ, rĕmīsĭmŭs hōrā. *M.*

cŭrsŭs. *Cursus per mare*, i. e. navigatio. H. 1, 6, 7. EP. răpĭdŭs, praecĕps, cĕlĕr, sŭbĭtŭs, dēclīvĭs, văgŭs, ēffrēnŭs, vīvāx; cōncĭtŭs, fŭrĭōsŭs, ēffrēnātŭs, ănhēlŭs, vŏlŭcĕr, cĭtātŭs, pērnīx, fŭlmĭnĕŭs, praepĕs, ăvĭdŭs, ăgĭlĭs, ălăcĕr, ālĕs, audāx, īncĭtŭs, īrrĕquĭētŭs, ārdēns, ēffūsŭs, vēlōx, āmēns, praerăpĭdŭs, rĕpēntīnŭs, vŏlāns, ālĭgĕr, fŭgāx. PH. Aut spŭmāntĭs ăprī cŭrsŭm clāmōrĕ prĕmēbăt. *V.* Cŭrsū fēstīnŭs ănhēlo. *O.* Cuī sŏnĭpēs cŭrsū, cuī cēssĕrĭt īncĭtŭs āmnĭs. *S.* Cŭrrēndī vīrēs ērĭpĭēntĕ mĕtū. *O.* Jāmque hōs cŭrsū, jăm praetĕrĭt īllōs. *V.* Claūsŭm mōntĭvăgīs īnfēstăt cŭrsĭbŭs hōstĕm. *S.* — *Certamen.* Īnvīctī cērtāmĭnĕ cŭrsŭs. *O.* Quīquĕ pĕdŭm nŭpĕr cērtāmĭnĕ vīcĕrăt ōmnēs. *O.* Quae prŏpĕrō cŭrsū vīcĕrăt āntĕ prŏcōs. *O.* Descr. *V.* A. 5, 315. *O.* M. 10, 560. *St.* Th. 6, 550. *S.* 16, 457. *Mn.* 5, 89. — *Navium.* Unde ĭtĕr Ītălĭăm, cŭrsūsquĕ brĕvīssĭmŭs ūndīs. *V. v. navigo.* — *Fluminum.* Cŭrsūquĕ brĕvīssĭmŭs Ālmō. *O.* Et dēfrēnātō vŏlvūntŭr ĭn aequŏră cŭrsū Flūmĭnă. *O. v. fluvius.* — *Astrorum.* Dŭm Lūcĭfĕr īgnēs Ēvŏcĕt Aurōrae, cŭrsūsque Aurōră dĭurnōs. *O.* — *Fatorum.* Vīxi ĕt, quēm dĕdĕrăt cŭrsŭm Fōrtūnă, pĕrēgī. *V. v. curro.*

Cŭrtĭŭs. EP. Rōmānŭs, audāx, ănĭmōsŭs, fōrtĭs, māgnănĭmŭs, pĭŭs, clārŭs, gĕnĕrōsŭs, īnsīgnĭs, nōbĭlĭs. PH. Cŭrtĭŭs ēxplētīs stătŭĭt mōnŭmēntă lăcūnīs. *P.* Dēvōtŭm bēllīs cōnsūmsĭt gŭrgĭtĭs haustŭs. *V.* Descr. *Liv.* 7, 9. *P.* 3, 9, 61. *V.* Cul. 362. et ap. *Sadol.*

cŭrto. PH. Quāntŭlum ĕnīm sŭmmae cŭrtābĭt quīsquĕ dĭērŭm! *H.* Sī cŭrtātŭs ĭnaequālī tōnsōrĕ căpīllŭs. *H. v. minuo.*

cŭrtŭs. — *Nōrĭs, quăm sĭt tĭbĭ cŭrtă sŭpēllēx.* Pe. PH. Cŭrtae nēscĭō quĭd sēmpĕr ăbēst rĕī. *H.* Nūnc mĭhĭ cŭrtō īrĕ lĭbĕt mūlō. *H.*

cŭrvāmĕn. — *sĕquĭtŭr pătrĭae cŭrvāmĭnă rīpae.* O. SY. flēxŭs, ōrbĭs, gȳrŭs. PH. Sēctŭs ĭn ōblīquŭm lātō cŭrvāmĭnĕ līmĕs. *O.*

cŭrvātūră. *Cŭrvātūră rŏtae, rădĭōrum ărgēntĕŭs ōrdō.* O. *v. curvamen.*

cŭrūlĭs. *Praetŏr ăbēst, văcŭaequĕ lŏcō cēssērĕ cŭrūlēs.* V. SY. sēllă ĕbūrnĕă; ĕbūr cŭrūlĕ. PH. Sīgnă quŏque īn sēllā nōssēm fōrmātă cŭrūlī. *O.* Et ē cŭrūlī jūră gēntĭbŭs rēddās. *M.* Tōtĭēs fēlīx tĭbĭ Rōmă cŭrūlēs Tērquĕ quătērquĕ dăbĭt. *St. v. senatus.*

cŭrvo. SY. īncŭrvārĕ, flēctĕrĕ, īnflēctĕrĕ, sĭnŭārĕ, īnclīnārĕ, rĕcŭrvārĕ, cămĕrārĕ, tōrquērĕ, īntōrquērĕ. PH. Nūx rāmōs cŭrvābĭt ŏlēntēs. *V.* Vĭtŭlŭs bīmā cŭrvāns jăm cōrnŭă frōntĕ. *V.* Sērī cŭrvābānt Aeăcōn ānnī. *O.* Cŭrvātŭs ăb ārbŏrĕ rāmŭs. *O.*

cŭrvŭs. SY. cŭrvātŭs, īnflēxŭs, rĕcŭrvŭs, sĭnŭātŭs, ūncŭs, ădūncŭs, flēxŭōsŭs, rĕtōrtŭs, tōrtŭōsŭs, ōblīquŭs, cōnvēxŭs. PH. Scīlĭcĕt ŭt cŭrvō pōssēm dīgnōscĕrĕ rēctŭm. *H.* Et vĕnĭĕt tārdō cŭrvă sĕnēctă pĕdĕ. *T.*

Et cūrvaē rĭgĭdūm falcēs cōnflāntūr ĭn ēnsēm. *V.* Cūrvā vāllĕ rĕcōndō. *V.*

cūspĭs. — *ăcūtaē cūspĭdĭs hāstă.* V. SY. spĭcŭlūm, tēlūm, fērrūm, hāstă, mūcro, hāstīlĕ, pīlūm, lāncĕă, ăcūs, ăcūlĕūs. EP. ăcūtă, aūrātă, vūlnĭfĭcă, aērātă, fĕră, dīră, fūlgēns, īnfēstă, vălĭdă, vĭŏlēntă, rĭgēns, ăhēnă, trĕmēndă, fērrātă, praeăcūtă, saēvă, prōcēră. PH. Ēt ăcūtā cūspĭdĕ cōntōs. *V.* Mĕdĭcātaē cūspĭdĭs īctūs. *V.* Māgnō cĭtă tūrbĭnĕ fērtūr Cūspĭs. *St.* Saēpĕ fĕrā tōrvōs cūspĭdĕ fīxĭt ăprōs. *O. v. hasta, tridens, veru.*

cūstōdĭă. *Pūpīllī, quōs dūră prĕmĭt cūstōdĭă mātrūm.* H. SY. ēxcŭbĭaē, vĭgĭlĭaē, praēsĭdĭūm; tūtēlă; cārcĕr, ērgāstŭlūm. *v. carcer.* EP. vĭgĭl, pērvĭgĭl, sōllērs, ārmātă, ārmĭgĕră, sēdūlă, āttēntă, īnsōmnĭs, īrrĕquĭētă, dūră, fīdă, fĭdēlĭs, văgă, nōctūrnă, lībĕră. PH. Nĭhĭl prōdēst cūstōdĭă sōlērs. Fīdă cănūm cūstōdĭă. *V.* Fŭgām cūstōdĭă claūdĭt. *O.* Sēd prĕtĭūm sī grāndĕ fĕrās, cūstōdĭă vĭcta ēst. *T.* Nōctēm cūstōdĭă dūcĭt Īnsōmnēm lūdō. *V.* Vĭgĭl sērvāt cūstōdĭă mūrōs. *V.* Sūnt, quĭbūs ād pōrtās cĕcĭdĭt cūstōdĭă sōrtī. *V. v. custos, custodio.*

cūstōdĭo. *Cūstōdīte ănĭmās, ēt nūllī crēdĭtĕ mēnsaē.* J. SY. sērvārĕ, āssērvārĕ, tŭērī, tūtārī. PH. Quēm pĕnĕs īntrĕpĭdaē mītĭs cūstōdĭă Rōmaē. *St.* Mē pĕnĕs ēst ūnūm vāstī cūstōdĭă mūndī. *O.* Vēntōs cūstōdĭt ēt ārcĕt Aēŏlūs ēgrēssū. *V.* Cūstōdi ēt cōnsŭlĕ lōngē. *V.* Cōmmūnī pōrtām stătĭōnĕ tĕnēbānt. *V.* Lēctō cūstōdĕ tŭērī. Ōmnēmque ădĭtūm cūstōdĕ cŏrōnānt. *V. v. custos, vigilo.*

cūstōs, ōdĭs. — *cūstōs ēs paūpĕrĭs hōrtī.* V. *Imbērbĭs jŭvĕnĭs, tāndēm cūstōdĕ rĕmōtō.* H. EP. vĭgĭl, vĭgĭlāns, sēdŭlūs, fīdūs, ānxĭūs, īnsōmnĭs, īrrĕquĭētūs, fĭdēlĭs, āttēntūs, nōctūrnūs, sōllērs, ārmĭgĕr, ārmātūs, sōllĭcĭtūs, pērvĭgĭl, pērfĭdūs, cōrrūptūs, sōpītūs. PH. Nīsūs ĕrāt pōrtaē cūstōs, ăcērrĭmūs ārmĭs. *V.* Cūstōdĕ rērūm Caēsărĕ. *H.* Caēsĭs sūmmaē cūstōdĭbūs ārcĭs. *V.* Cūstōdūm trānsīrĕ mănūs. *O.* Jŏvĭs ēst fīdĭssĭmă cūstōs. *O.* Āssĭdĕăt cūstōs sēdŭlă sēmpĕr ănūs. *T.* Sī quĭs ĕrĭt rēctī cūstōs. *M.* — Vĭgĭlāns ĭn līmĭnĕ. Fīdūsque ād līmĭnă cūstōs Pōnĭtūr. Pōstĭbūs āngūstĭs ĕādēm fīdĭssĭmă cūstōs Āntĕ fŏrēs stăbăt. Sūb fīdō cūstōdĕ rĕlīquĭt. Quēm pĕnĕs ēst cūră sērvāndī. Vēstĭbŭlūm sērvārĕ nōctēsquĕ dĭēsquĕ. *v. custodia, vigil.*

cŭtĭs. *Vīx hăbĕō tĕnŭēm, quaē tēgăt ōssă, cŭtēm.* O. SY. pēllĭs, cŭtĭcŭlă, pēllĭcŭlă, cŏrĭūm, bȳrsă, tērgūm. EP. tĕnĕră, tĕnēllă, lāctĕă, tĕnŭĭs, cāndĭdă, ārĭdă, clāră, mōllĭs, dūră, pĭlōsă, hīrsūtă, rūgōsă, fūcātă. PH. Āddūcĭtquĕ cŭtēm măcĭēs. *O.* Bĕnĕ cūrātā nĭtĭdūs cŭtĕ. *H.* Dēfōrmēm prō cŭtĕ pēllēm. *I.* In cŭtĕ cūrāndā. *H.* Ārmāvĭt nătūră cŭtēm. *Cl.* Ēgō te īntŭs ēt īn cŭtĕ nōvī. *Pe.* Nōstră bĭbāt vērnūm cōntrāctă cŭtĭcŭlă sōlēmt. *I.*

Cȳănē, ēs. *Īntēr Sĭcĕlĭdēs Cȳănē pūlchērrĭmă Nȳmphās.* O. Descr. O. M. 5, 412. *O.* P. 2, 10, 26. *S.* 14, 515.

Cȳănĕaē, ārūm. *Trānsĭĭt īnstăbĭlēs strēnŭă Cȳănĕās.* O. SY. Sȳmplēgădĕs. EP. fŭrēntēs, īnstăbĭlēs, pătŭlaē, praēcĭpĭtēs. PH. Hīnc ĭtēr ād pōntī căpŭt ērrāntēsquĕ pēr āltūm Cȳănĕās. *Va.* Cȳănĕōs īntrārĕ frāgōrēs. *Va.* Sī Cȳănĕōs răpĕrērĕ pēr aēstūs. *St. v. Symplegades.*

Cȳănēē, ēs. *Cōgnĭtă Cȳănēē, praēstāntĭs cōrpŏrĕ fōrmaē.* O. M. 9, 451.

cȳănĕūs. *v. caeruleus.*

cȳăthūs, ī. *In Prĭămī cȳăthĭs Āstȳănāctă bĭbēs.* M. SY. călĭx, crātēr, pătĕră, scȳphūs, pōcŭlūm. PH. Sūmĕ, Maēcēnās, cȳăthōs ămĭcī Sōspĭtĭs cēntūm. *H.* Naēvĭă sēx cȳăthĭs, sēptēm Jūstīnă bĭbātūr. *M.* Lygdămūs ād cȳăthōs. *P.* Et pūlcrum ēt dĭgnūm cȳăthō. *I. v. calix, patera, poculum.*

Cȳbēbē, ēs — *quăs ălmă Cȳbēbē.* V. *v. Cybele.*

Cȳbĕlē, ēs. *Īctăvĕ bărbărĭcō Cȳbĕlēs āntīstĭtă būxō.* V. *Loca* sacra: Dindymus, Berecynthus, Ida, Gargarus. *Animantes:* leones. *Arbor:* pinus. SY. Rhēă, Ōps, Vēstă, Dīndȳmēnē, Bĕrĕcȳnthĭă, Cȳbĕlēĭă mātĕr, Sātūrnĭă cōnjūx, Dĕōrūm mātĕr, părēns, gĕnĭtrīx. EP. tūrrĭtă, tūrrĭgĕră, Phrȳgĭă, vĕnĕrāndă, săcră, tōrvă, grāndaēvă, Īdaēă, foēcūndă, ālmă, prīscă, āntīquă, vĕnĕrābĭlĭs, pŏtēns. PH. Ālmă părēns Īdaēă Dĕūm, cuī Dīndȳmă cōrdī, Tūrrĭgĕraēque ūrbēs bĭjūgīque ăd frēnă lĕōnēs. *V.* Descr. *V.* A. 6, 784. *Lr.* 2, 598. *O.* F. 6, 321.

Cȳbĕlēĭūs. *Dēntĕ prĕmūnt dŏmĭtī Cȳbĕlēĭă frēnă lĕōnēs.* O.

Dēĭphŏbē. *Dēĭphŏbē Glaūcī, fātŭr quae tālĭă rēgī.* V. A. 6, 36. SY. vātēs Cūmaeă. Phoebī lōngaevă săcērdōs. *V.* Dēĭphŏbō Glaūcī nātă. Cūmaeă Sĭbyllă. Phoebī Trĭvĭaēquĕ săcērdōs. EP. Cūmānă, Chălcĭdĭcă, dōctă, Eūbŏĭcă, lōngaevă, Cūmaeă.

Dēĭphŏbŭs. EP. Prĭămĭdēs, ārmĭpŏtēns, Trōjānŭs, Dārdănĭŭs, ăcēr. PH. Ātque hĭc Prĭămĭdēm lănĭātŭm cōrpŏrĕ tōtō *Dēĭphŏbŭm* vĭdĭt, lăcĕrŭm crūdēlĭtĕr ōră. *V.* 6, 495.

dēĭtās. *Quī nēgăt īntŭĭtū fōntēm dēĭtātĭs ădīrī.* Pr. *eccl.* PH. Aequālĭs mātrī, pār dēĭtātĕ pătrī. *Fort.*

dējŭgĭs. — *nūnc dējŭgĕ dōrsō.* Au.

dēlābŏr. *Scīlĭcĕt īn tērrām dēlābī pōndĕrĕ cōgĭt.* Lr. SY. lābī, dēcĭdĕrĕ, cădĕrĕ, rĕlābī. PH. Cŭm pācĕ dēlābēntĭs Ētrŭscum Īn mărĕ. *H.* Sūmmō dēlābŏr ŏlympō. *O.* Sŭbĭtōquĕ cĕlĕr dēlābĕrĕ cūrsū. *O.* Ad aequŏrĕăm dēlābĕrĕ Lēmnŏn. *Va.* Scrībĕrĕ saepe ălĭŭd cŭpĭēns, dēlābŏr ĕŏdĕm. *H.* Sērtă prŏcūl căpĭtī dēlāpsă jăcēbănt. *V.* Ab ēxcēlsā praecēps dēlāpsă fĕnēstrā. *T.* Mĕdĭōs dēlāpsŭs īn hōstēs. *V.* v. *cado, curro, defero.*

dēlātŏr. *Ēt dēlātŏr hăbēt, quŏd dĭcăt, ēxsĭlĭŭm.* M. v. *accusator.*

dēlātŭs. v. *defero.*

dēlēbĭlĭs. *Cāsĭbŭs hīc nūllĭs, nūllĭs dēlēbĭlĭs ānnĭs.* M.

dēlēcto. SY. ŏblēctārĕ, recrĕārĕ, rĕlăxārĕ, rĕfĭcĕrĕ; căpĕrĕ, dūcĕrĕ, trăhĕrĕ, răpĕrĕ. PH. Hŏc mĭhi plăcĕt, ārrīdĕt, grātŭm, jūcŭndum ēst. Nōn ōmnēs ārbŭstă jŭvānt. *V.* Mūsae, nōstĕr ămōr, dŭm mē Gălătēă tĕnēbăt. *V.* Nōbīs plăcĕānt āntē ōmnĭă sīlvae. *V.* Nōn ēst mĭhĭ rēs jūcūndĭŏr ūllă. Haēc mēntēm rĕtĭnēnt, dēmūlcēnt. Haēc ēst mĭhĭ sōlă vŏlŭptās. Aūt prōdēssĕ vŏlūnt, aūt dēlēctārĕ pŏētae, Lēctōrēm dēlēctāndō părĭtērquĕ mŏnēndō. *H.* Mūltōs cāstră jŭvānt. *H.* Nēc Phoebō grātĭŏr ūlla ēst. *V.* Trăhĭt sŭă quēmquĕ vŏlŭptās. *V.* Hīc mĭhĭ praetĕr ōmnēs Āngŭlŭs rīdĕt. *H.* Quēm rēs plūs nĭmĭō dēlēctāvērĕ sĕcūndae. *H.* Quaē dēlēctārĭs, bĭbĕre hūmānŭm sānguĭnĕm. *Ph.* Dēlēctŏr dīcī prūdēns. *H.* Nŭmĕrō dĕŭs īmpārĕ gaūdĕt. *V.* Căpĭtūrquĕ lŏcīs. *V.* Sēd mē Pārnāssī dēsērtă pĕr ārdŭă dūlcĭs Răptăt ămŏr, jŭvăt īrĕ jŭgīs. *V.* Cārmĭnĕ tū gaūdēs, hīc dēlēctātŭr ĭāmbīs. *H.* v. *gaudeo, voluptas.*

dēlēctŭs, ūs. PH. Nēc nōn ĕt pĕcŏri ēst īdēm dēlēctŭs hăbēndō. *V.* Exhaūsĭt tōtās dēlēctŭs Athēnās. *L.*

dēlēgo. SY. lēgārĕ, trādĕrĕ, cōmmīttĕrĕ.

dēlēnĭo. v. *delinio.*

dēlĕo. *Nēve ŏpĕrĭs fāmăm pōssĭt dēlērĕ vĕtŭstās.* O. SY. ēxpūgnārĕ, tōllĕrĕ, ădĭmĕrĕ, ābstērgĕrĕ; ēvērtĕrĕ, dēstrŭĕrĕ, vāstārĕ, pērdĕrĕ, dīrŭĕrĕ, ēxtĭnguĕrĕ. v. *everto.* Cōrrĭgĕrĕ, ēmēndārĕ. v. *corrigo.* Ŏblĭtĕrārĕ, ăbŏlērĕ. PH. Tēmpŭs dēlēvĭt ămōrĕm. *O.* Dēlēt sūlcōs ĭtĕrātă prĭōrēs Ŏrbĭtă. *St.* Scrībĭt dāmnātquĕ tăbēllās, Et nŏtăt ĕt dēlĕt. *O.* Dēlērĕ pĕdŭm vēstīgĭă caūdā. *St.* Dēlētās Vōlscōrum ăcĭēs. *V.* Mīlĭtĕ dēlētō. *S.* Lăcrȳmae fēcērĕ lĭtūrās. Sī quă tămēn tĭbĭ lēctūrō pārs ōblĭtă deērĭt, haēc ĕrĭt ē lăcrȳmĭs făctă lĭtūră mĕīs. *P.* v. *litura.*

Dēlĭă. — *cănĭbŭs jăm Dēlĭă nōstrĭs.* O.

Dēlĭăcŭs. *Quăm cŭm Dēlĭăcō mĕārĕ flātū.* (phal.) C.

dēlībĕro. *Quĭdquĭd ĭd ēst, dē quō dēlībĕrăt, ān pĕtăt ūrbĕm.* I. SY. stătŭĕrĕ, dēcērnĕrĕ, cōnsūltārĕ. PH. Cōnsĭlĭă īn ălĭquĭd rĕfērrĕ. Ănĭmō sēntēntĭă sūrgĭt. Scīt, quĭd īn Ārsăcĭā Păcŏrŭs dēlībĕrĕt aūlā. *M.* Dēlībĕrātā mōrtĕ fērōcĭŏr. *H.* Dēlībĕrāndum ēst dĭū, quŏd stătŭēndŭm sĕmĕl. *Syr.* Ego āmplĭŭs dēlībĕrāndŭm cēnsĕō *Te.* v. *consilium, decerno, meditor, statuo.*

dēlībo. *Dēlībāssĕ cĭbōs cōntēntŭs* etc. Cl. SY. lēvĭtĕr āttīngĕrĕ, gŭstārĕ, pērstrīngĕrĕ; lībārĕ, săcrĭfĭcārĕ. PH. Quĭsquĕ sŭās ārtēs dēlībăt ăgēndō. *O.* Ex ūnōquŏquĕ lŏcō sōl Hūmōrĭs pārvăm dēlībĕt ăb aequŏrĕ pārtĕm. *Lr.* Nĭvĕae dēlībānt aequŏră plāntae. *Cl.*

dēlibro. — *prōcērās dēlībrăt ōrnōs.* Ma. SY. dēcōrtĭcārĕ.

dēlĭbūtŭs. *Crŭōrĕ Nēssī dēlĭbūtŭs Hērcŭlēs.* (iamb.) H. SY. ūnctŭs, pērūnctŭs, īnūnctŭs, ōblĭtŭs, īmbūtŭs, pērfūsŭs, spārsŭs.

dēlĭcātŭs. *Cēlsae cŭlmĭnă dēlĭcātă villae.* (phal.) M. SY. dēlĭcĭārum ămāns, dēlĭcĭīs dēdĭtŭs; lautŭs, vŏlūptŭārĭŭs; ămoēnŭs, dūlcĭs. PH. Haec tām rūstĭcă, dēlĭcātĕ, lēctŏr, Rīdēs nōmĭnă. *M.* Rūrĭs bĭblĭŏthēcă dēlĭcātī. *M.* Dŏmūm pŏlītam ēt dēlĭcātōs hōrtŭlōs. *Ph.* Et tē pūrpŭră dēlĭcātă vēlĕt. *M.* Vĕnĭēbāt grēssū dēlĭcato ēt lānguĭdō. *Ph.*

dēlĭcĭaē. *Dēlĭcĭaē pŏpŭlī, quaē fŭērānt dŏmĭnī.* M. SY. gaudĭŭm, vŏlūptās. PH. Dēlĭcĭīs īmplēre ănĭmōs. *O.* Rēgĭfĭcīs tēntōrĭă lōngă rĕdūndēnt Dēlĭcĭīs. *Cl.* Urbānŭs vērō scūrră, dēlĭcĭaē pŏplī. *Ph.* Lūxūquĕ cărēntēs Dēlĭcĭaē. *St.* Dēlĭcĭīs lūxŭrĭārĕ nŏvīs. *O.* *v. voluptas.*

dēlĭcĭōsŭs. *Stāgnă plăcēnt sēptō dēlĭcĭōsă vădō.* Rut. SY. suāvĭs, dūlcĭs, jūcūndŭs, grātŭs.

dēlĭcĭŭm. *Dēlĭcĭŭm pārvō dōnābĭs dōrcădă nātō.* *M.* PH. Stēllaē dēlĭcĭŭm mĕī, cŏlūmbă. *M.*

dēlĭctŭm. SY. ērrŏr, crīmĕn, cūlpă, scĕlŭs, ērrātŭm, cōmmīssŭm, pēccātŭm, nōxă, pĭācŭlŭm. PH. Dēlīctă fătērī. *O.* Inquĕ vĭcem īllārŭm pătĭār dēlĭctă lĭbēntĕr. *H.* Prō dēlĭctīs hōstĭă blāndă fŭĭt. *v. culpa, peccatum.*

dēlĭgo, ās. *v. ligo.*

dēlĭgo, ĭs. *Et prīmām tĕnŭī dēlĭgĕre ūnguĕ rŏsăm.* O. SY. lĕgĕrĕ, ēlĭgĕrĕ, sēlĭgĕrĕ. *v. eligo.*

dēlīnĭo, īs. *Discĕ lĭbēns lōngūm dēlīnītūră lăbōrĕm.* Au. SY. lēnīrĕ, mūlcērĕ, dēmūlcērĕ, blāndīrī, ădūlārī, lēnōcĭnārī. PH. Sī dēlēnītă fŭīssēm. *O.* Vērbīs dēlēnītūr cōmmŏdĭs. *Pl.* *v. lenio.*

dēlīnīmēntŭm. SY. blāndĭtĭaē, blāndīmēntă, lēnōcĭnĭŭm. *v. lenimen.*

dēlīnquo, ĭs; īquī. PH. Dēlīquĭt ămīcŭs. *H.* Sī quĭs dēlīnquĕrĕ pōssēt. *O.* *v. pecco.*

dēlĭquĭŭm. *Sēntĭt dēlĭquĭō, quāntūmque ārmēntă* etc. Pr. SY. dēfēctĭo, dēfēctŭs. EP. pĕrīcŭlōsŭm, ēxĭtĭālĕ, mĕtŭēndŭm. PH. In sāxō frīgĭdă sēdī, Quāmquĕ lăpĭs, tām lăpĭs īpsă fŭī. *O.*

dēlīrāmēntŭm. *Cōnsŭlĕ bārbātī dēlīrāmēntă Plătōnĭs.* Pr.

dēlīro. *Quidquid dēlīrānt rēgēs, plēctūntŭr Ăchīvī.* H. SY. dēsĭpĕrĕ, īnsānīrĕ; ērrārĕ, ăbērrārĕ; fŭrĕrĕ. PH. Dēlīrāt līnguăquĕ mēnsquĕ. *Lr.* Prŏfēctō dēlīrāmŭs īntērdūm sĕnēs. *Pl.* *v. amens.*

dēlīrŭs. SY. stūltŭs, īnsānŭs. PH. Scrīptŏr dēlīrŭs īnērsquĕ. *H.* *v. amens.*

dēlĭtĕo, ēs *vel* dēlĭtēsco, ĭs. *In lĭquĭdā pīscēs dēlĭtŭīstĭs ăquā.* O. SY. lătērĕ, lătĭtārĕ, ăbdī, ābscōndī, ōccūltārī. PH. Prīvātō dēlĭtŭīssĕ lŏcō. Fērtŭr ĕt īn pārvā dēlĭtŭīssĕ căsā. *O.* Vīpĕră dēlĭtŭĭt. *V.* Obscūrŭs īn ūlvā Dēlĭtŭī. *V.* *v. lateo.*

Dēlĭŭs. *Dēlĭŭs īnspīrāt vātēs ăpĕrītquĕ fŭtūră.* V. PH. Dōnĕc tĭbī, Dēlĭĕ, fīxŭs. *St.* *v. Apollo.*

Dēlŏs *et* Dēlŭs, ī. *Dēlŏs ŭbī nūnc, Phoēbĕ, tŭa ēst? ŭbī Dēlphĭcă Pȳthō?* T. EP. Lātōnĭă, Ōrtȳgĭă, ērrātĭcă, Ăpōllĭnĕă, cāndĭdă, īnstăbĭlĭs, cīrcūmflŭă, văgă. PH. Lātōnĭă Dēlŏs. *V.* Nātālēmquĕ Dēlŏn Apōllĭnĭs. *H.* Mōtōque īn stāmĭnĕ Dēlŏs Errăt, ĕt aūrātō trăhĭtŭr cīrcūmflŭă pōntō. *Cl.* Hūc ătque īllūc Prĭŭs ērrāntēm Cȳclădă vēntīs. *Se.* Dēlŏs, jām stăbĭlī rĕvīnctă tērră, Olīm pūrpŭrĕō mărī nătābăt, Et mōtō lĕvĭs hīnc ĕt īndĕ vēntō Ibāt flūctĭbŭs īnquĭētă sūmmĭs. *Pt.* Descr. *V.* A. 3, 73 sqq. Quām vīx ērrātĭcă Dēlŏs Errāntem āccēpĭt, tūnc quūm lĕvĭs īnsŭlă nābăt. *O.* Clărĭō Dēlŏs ămātă dĕō. *O.* Cuī nōn dīctŭs Hȳlās pŭĕr ēt Lătōnĭă Dēlŏs? *V.* Gēntĭbŭs hōspĭtă Dēlŏs. *St.*

Dēlphī, ōrŭm. EP. Ăpōllĭnĕī, Phoēbēī, sōrtĭlĕgī, clārī, cĕlĕbrēs, Ăpōllĭnĕ īnsīgnēs. PH. Vel Bācchō Thēbās vĕl Apōllĭnĕ Dēlphōs Insīgnēs. *H.* In mĕdĭō pŏsĭtī cărŭērūnt praesĭdĕ Dēlphī. *O.* Mĕdĭāmquĕ tĕnēntĭs Orbĭs hŭmŭm. *O.* Pāllăs Cēcrŏpĭās tŭētŭr ărcēs, Dēlphōs Pȳthĭŭs, ōrbĭs ūmbĭlīcŭm. *Anth.* Descr. *O.* M. 15, 630. *L.* 5, 75. *St.* Th. 1, 118.

Dēlphĭcŭs. *Dēlphĭcă fātĭdĭcī rĕsĕrāt pĕnētrālĭă Phoēbī.* L. PH. Dēlphĭcă tēllŭs, laurŭs. *Cl.* *H.*

dēlphīn, īnĭs *et* dēlphīnŭs, ī. *Ōrphĕŭs īn sĭlvīs, īntĕr dēlphīnăs Ărīōn.* V Descr. *Se.* Ag. 443. *O.* F. 1, 457. SY. dēlphīn, dēlphĭs. EP. cūrvŭs, pāndŭs, blāndŭs, caerŭlĕŭs, Ărīŏnĭŭs, aequŏrĕŭs, vĭrĭdĭs, văgŭs, lĕvĭs, cĕlĕr, squāmōsŭs, pīnnĭfĕr, vēlōx, fŭgāx, squāmĕŭs, lāscīvŭs, lūdēns. PH. Lūdēns vărĭō pēr caerŭlă cūrsū. Dēlphīnēs īn ōrbēm Aēquŏră vērrēbānt caudīs aēstūmquĕ sĕcābānt. *V.* Nēc sē sŭpēr aēquŏră cūrvī Tōllĕrĕ cōnsuētās audēnt dēlphīnĕs īn aurās. *O.* Nătāns vēntōsās pĕr ūndās. Hārmŏnĭă gaudēns. Mūsĭcām ămāns. Lūdēns īntĕr ărāntēs rătēs. Pīscĭs Ărīŏnĭaē fābŭlă nōtă lўraē. Dēlphīnūm sĭlvīs āppīngĭt, flūctĭbŭs āprūm. *H.* Dēlphīnūmquĕ mŏdŏ, dēmērsīs aēquŏră rōstrīs Imă pĕtūnt. *V.* Tēxūntquĕ fŭgās ēt proelĭă lūdō, Dēlphīnūm sĭmĭlēs, quī pēr mărĭa hŭmĭdă nāndō Cārpăthĭūm Lĭbȳcūmquĕ sĕcānt, lūdūntquĕ pĕr ūndās. *V.* *v. Arion.*

dēlūbrŭm. *Ād dēlūbră vĕnīt, mōnstrātās ēxcĭtăt ărās.* V. PH. Impērĭŭm fŏre ēt Ităliam et dēlūbră dĕōrŭm. *V.* Dēlūbrăquĕ dītĭă dōnīs. *O.* Altă dĕōrŭm Dēlūbră. *V.* *v. adytum, templum.*

dēlūdo. *Aŭt quaē sōpītōs dēlūdūnt sōmnĭă sēnsŭs.* V. SY. lūdĕrĕ, īllūdĕrĕ, rīdērĕ, īrrīdērĕ, dērīdērĕ, fāllĕrĕ, dēcĭpĕrĕ, cīrcūmvĕnīrĕ. PH. Hōc ūnō rēspōnso ănĭmūm dēlūsĭt Ăpollo. *V.* Cōrvūm dēlūdĕt hĭāntĕm. *H.* Tēllūs dēlūdĕt ărāntēs. *T.* Exērcētquĕ cĭbō dēlūsūm gūttŭr ĭnānī. *O.* Spēs dēlūsă. *Ph.* *v. decipio, fallo.*

Dēmădēs, ĭs *contr.* pro Dēmĕădēs. *cf.* *Etym. M.* et *Prisc.* II, 7. p. 82. ed. *Krehl.*

Dēmĕă, aē. — *sălvŭm te ădvĕnīrĕ, Dēmĕă.* (iamb.) Te.

dēmēns. *Dēmēns, ēt cāntū vŏcăt īn cērtāmĭnă dīvōs.* V. PH. Mēntĭŏr, āh dēmēns! O. Rēgīnă dēmēntēs rŭīnās Fūnŭs ĕt īmpĕrĭō părābăt. *H.* Cōmpēscĕ dēmēntem īmpĕtŭm. *Se. v. amens, stultus.*

dēmēntĭă. *Ō Cŏrydōn, Cŏrydōn, quaē tē dēmēntĭă cēpĭt?* V. PH. Quaē vōs dēmēntĭă, dīxĭ, Cōncĭtăt? *O.* Fŭrōrnĕ caēcŭs, ăn răpĭt vīs ācrĭŏr? *H. v. amentia, furor, stultitia.*

dēmĕrĕo. *Dēmĕrŭīssĕ dŭōs, vōtum ĕst; ōffēndĕrĕ plūrēs.* M. *v. devincio, mereo.*

dēmērgo. *Dūm lĭcĕt, ōbscēnăm pōntō dēmērgĭtĕ pŭppĭm.* O. PH. Dăpēs ăvĭdăm dēmērsĭt ĭn ālvŭm. *O.* Fērvēntĭbŭs Dēmērsi ăhēnīs. *Se.* Dēmērsīs aequŏrĕ rōstrīs. *V.* Excĭdĭō dēmērsă dŏmŭs. *H. v. mergo.*

dēmētĭŏr, īrĭs. *v. dimetior.*

dēmĕto. *Sōlĕ sŭb ărdēntī flāvēntĭă dēmĕtĭt ărvă.* C. SY. lĕgĕrĕ, cōllĭgĕrĕ, mĕtĕrĕ. PH. Ēt vōs āgrēstēs, dūrō quī pōllĭcĕ mōllēs Dēmĕtĭtīs flōrēs. *Co.* Dēmĕtĭt ēnsĕ căpŭt. *O.* Rĭgĭdō trānscŭrrēns dēmĕtĭt ēnsĕ Īnsĭgnēm cĭthără. *Va.* Quālēm vĭrgĭnĕō dēmēssŭm pōllĭcĕ flōrēm. *V. v. carpo, meto.*

Dēmētrĭŭs.— *vĭrĭdēs Dēmētrĭŭs ānnōs.* M.

dēmigro. — *īnfēstīs dēmĭgrăt ōrīs.* S. — *pătrĭīs quī dēmĭgrāvērăt ōrīs.* St. SY. mĭgrārĕ, ēxīrĕ, rĕcēdĕrĕ, ăbīrĕ, ēxcēdĕrĕ, dīscēdĕrĕ. *v. abeo, exeo.*

dēmĭnŭo. *Dēmĭnŭī sī quă nŭmĭnĭs īră pŏtēst.* O. SY. mĭnŭĕrĕ, īmmĭnŭĕrĕ, cōmmĭnŭĕrĕ, āttĕnŭārĕ, ēxtĕnŭārĕ, dētrăhĕrĕ, tōllĕrĕ, rĕsĕcārĕ, dēmĕrĕ, aŭfērrĕ.

dēmīrŏr, ārĭs. *v. miror, obstupeo.*

dēmītto. *navem* V. *aures.* H. SY. īnclīnārĕ, dēprĭmĕrĕ, ăbjĭcĕrĕ. PH. Jām nŏvă prōgĕnĭēs caelō dēmīttĭtŭr āltō. *V.* Ănĭmō frāngī. Ănĭmŭm dēspōndĕrĕ. Stўgĭaē dēmīttĕrĕ cōrpŏră mōrtī. *O.* Plūsquĕ cŭpīt, quō plūră sŭām dēmīsĭt ĭn ālvŭm. *O.* Dēmīttĭt ĭn īlĭă fērrŭm. *O.* Lārgŭm coelō dēmīttĭtĭs īmbrĕm. *O.* Dēmīsērĕ nĕcī. *V.* Quēm quĭsquĕ vĭrŭm dēmīsĕrĭt ōrcō. *V.* Adspĭcĕ dēmīssōs lūgēntīs mōrĕ căpīllōs. *O.* Dēmīsĭt lăcrўmās. *V.* Inquĕ mĕōs lăcrўmās dēmīttĕrĕ căsūs. *O.* Ille īn sĭnŭm rĕpēntĕ dēmīsĭt căpŭt. *Ph.* Dēmīsērĕ mĕtū vūltŭmque ănĭmŭmquĕ Pĕlāsgī. *O.* Dēmīttŭnt ūbĕră vāccaē. *V* Cūr mĕă dīctă nĕgāt dūrās dēmīttĕre ĭn aūrās? *V.* Lāssōvĕ păpāvĕră cōllō Dēmīsērĕ căpŭt. *V.* Dēmīssĭŏr ībĭs. *O.* Dēmīssā vōcĕ. *V.*

dēmo. *Ēxĭgŭăm plēnō dē mărĕ dēmĭt ăquăm.* O. SY. tōllĕrĕ, aŭfērrĕ, ădĭmĕrĕ, dētrăhĕrĕ. PH. Dēmĕ sŭpērcĭlĭō nūbēs. Hīs cūrās dēmĕrĕ dĭctīs. *V.* Dēmpsī mĕtum ōmnēm. *Te.* Dēmĕrĕ pūrpŭrĕīs sōl jŭgă vēllĕt ĕquīs. *O.* Nōn sūnt lōngă, quĭbŭs nĭhĭl ēst, quōd dēmĕrĕ pōssīs. *M.* Paŭlātĭmquĕ mĕtū dēmptō. *O.* Dēmĕrĕ fĭdēm, cūrās, jŭgŭm.

Dēmocrĭtŭs. *Dēmŏcrĭtŭs; bŏnă pārs nōn ūnguēs pōnĕrĕ cūrăt.* H. EP. rĭdēns, jŏcōsŭs, săpĭēns, Ăbdērītēs, phўsĭcŭs, sĭccŭs, prūdēns. PH. Dēmŏcrĭtī quōd sānctă vĭrī sēntēntĭă pōnĭt. *Lr.* Pērpĕtŭō rīsū pŭlmōnem ăgĭtārĕ sŏlēbăt. *I.*

Dēmŏdŏcŭs. — *Thămўraē Dēmŏdŏcīquĕ căpŭt.* O. cf. *Hom.* Od. 8, 62 sqq.

dēmōlĭŏr, īrĭs. *Sŭbrŭīt haēc aēvī dēmōlĭtŭrquĕ prĭōrĭs.* O. SY. dētūrbārĕ, dējĭcĕrĕ, dēstrŭĕrĕ. *v. everto.*

dēmōnstro. PH. Sĕd trīstēm mōrtīs dēmōnstrēt līttĕră caūsăm. *T. v. indico, ostendo.*

Dēmŏphŏōn. EP. Aĕgēŭs, īnfīdŭs, Āttĭcŭs, pērfĭdŭs. PH. Ēt tĭbĭ, *Dēmŏphŏōn,* Thēsēī crīmĭnĭs hērēs, Phўllĭdĕ dēcēptă, nūllă rĕlĭctă fŭĭt. cf. *O.* H. 2. *P.* 2, 19, 30.

dēmŏrŏr, ārĭs. — *fēstōs ŏptātīs dēmŏrŏr ūndīs.* St. *v. moror.*

Dēmōsthĕnēs, ĭs. *Ēlŏquĭum āc fāmăm Dēmōsthĕnĭs aūt Cĭcĕrōnĭs.* J. 10, 114. EP. dĭsērtŭs, caūssĭdĭcŭs, dōctŭs, pĕrītŭs, fācūndŭs. PH. Grājaē fācūndĭă līnguaē; ēlŏquĭō pōllēns. Dēmōsthĕnĭs ōră dĭsērtī. Pērsĕquăr aūt stŭdĭŭm līnguaē, Dēmōsthĕnĭs ārmă. *Pe.* Tērrōr clādēsquĕ Phĭlĭppī. Quēm lārgŭs lēthō dĕdĭt īngĕnĭō fōns. Quēm mīrābāntŭr Ăthēnaē Tōrrēntem ēt plēnī mŏdĕrāntēm frēnă thĕātrī. Quī Pāndīŏnĭăm mŏvēbăt ārtĕ Ōrātōr căvĕăm tŭmūltŭōsŭs: seū lūscŭm răpĕrētŭr īn Phĭlĭppŭm, Caūsăm seū Ctēsĭphōntĭs ūctĭtārĕt, Vir sēmpēr pŏpŭlārĭtātĕ crēscēns, Et jūstē rĕsĭdēns ĭn ārcĕ fāndī. *Sid.* Pan. 3210 sqq. *v. eloquens, orator.*

dēmŏvĕo. PH. Cūrvō nēc fācĭēm līttŏrĕ dēmŏvĕt. *H. v. amoveo, arceo.*

dēmŭm. *Sīc dēmŭm sŏcĭōs cōnsūmtă nŏctĕ rĕvīsō.* V. SY. tāndem, dēnĭquĕ, pōstrēmō. PH. Hūc dēmŭm vŏlŭīt cōnsīstĕrĕ tērrā. *V.* Quārtă vĭx dēmum ēxpōnĭmŭr hōrā. *H.*

dēnārĭŭs. *Ūnŭs saēpĕ tĭbī tōtā dēnārĭŭs ārcā.* M. PH. Dēnārĭs trĭbŭs īnvĭtās. *M.*

dēnăto. *Tūscō dēnătăt ālvĕō.* (Glyc.) H. *v. nato.*

dēnĕgo. — *Āmnīs tĭbĭ dēnĕgĕt ūndās.* O. PH. Et nūnquām prō tē dēnĕgĕt ēssĕ mĭsĕr. *P. v. abnego, recuso.*

dēnī. *Bīs dēnās Ĭtălō tēxĭmŭs rōbŏrĕ nāvēs.* V. Ter *denae* naves. *V.* *Duodena* astra. *V.* signa. *O.* SY. dĕcĕm, bīs quīnquĕ. PH. Dēnăquĕ lūcĭfĕrōs lūnă mŏvēbăt ĕquōs. *O.* Cēntŭm dēnōs sēcrēvĭt ĭn ōrbēs. *O. v. decem.*

dēnĭquĕ. *Ēst mŏdŭs īn rēbŭs, sūnt cērtī dēnĭquĕ fīnēs.* H. SY. tāndĕm, dēmŭm, pōstrēmō. PH. Pōsĭtā vĭx dēnĭquĕ mēnsā. *O.*

dēnōmĭno. *Dēnōmĭnātōs ēt nĕpōtēm.* (iamb.) H. *v. appello, nomino.*

dēnŏto. *v. noto.*

dēns, tĭs. EP. răbĭdŭs, dūrŭs, vălĭdŭs, cāndēns, ālbŭs, vūlnĭfĭcŭs, ūncŭs, spūmōsŭs, mĭnāx, nĭvĕŭs, cāndĭdŭs, praedūrŭs, mōrdāx, ăcūtŭs, mŏlārĭs, gĕnŭīnŭs, sērrātŭs, foedŭs, pŭtrĭdŭs, sōrdĭdŭs. PH. Dēns ātĕr ēt rūgīs vĕtŭs. *H.* Dēntĭbŭs īnfrēndēns. *V.* Ore ējĕctāntēm mīxtōs cūm sānguĭnĕ dēntēs. *V.* Tāngēntīs mălĕ sīngŭlă dēntĕ sŭpērbō. *H.* Lāsso dēntĕ pĭgĕr. *Se.* Nĭgrō dēntĕ tūrpĭs. *O.* Scābrī rūbīgĭnĕ dēntēs. *O.* Pūlsī sălĭērŭnt cūspĭdĕ

dēntĕs. *St.* Māgnīs īnsīgnīă dēntĭbŭs ōră. *O.* Āvĭdō cōnvēllĕrĕ dēntĕ. *V.* Dēntēmque ĭn dēntĕ fătīgăt. *O.* Nē fūscĕt ĭnērtĭă dēntēs. *O* Cārēānt rūbīgĭnĕ dēntēs. *O.* — Laedĕrĕ vīvōs Līvŏr ĕt īnvīsō cārpĕrĕ dēntĕ sŏlĕt. *O.* |Ĕt jām dēntĕ mĭnūs mōrdĕŏr īnvĭdō. *H.* Crŭēntō Dēntĕ lăcēssītŭs. *H.* Nēc līvŏr ĭnīquō Ūllūm dē nōstrīs dēntĕ mŏmōrdĭt ŏpŭs. *O. v. ancora, aratrum, falx, invidia, mordeo, pecten, serra.*

dēnso. SY. cōndēnsārĕ, stīpārĕ, cōgĕrĕ, spīssārĕ. PH. Jūpĭtĕr hūmĭdŭs aūstrīs Dēnsăt, ĕrānt quaē rāră mŏdo, ēt quaē dēnsă, rĕlāxăt. *V.* Dēnsāntŭr nōctĕ tĕnēbraē. *V.* Mănū spārgēns hāstīlĭă dēnsăt. *V.* Dēnsātĕ cătērvās. *V.* Ūndĭquĕ dēnsānt Sīgnă dŭcēs. *V.* Mīxtă sĕnum āc jŭvĕnūm dēnsāntŭr fūnĕră. *H.* Clŷpĕātăquĕ tōtīs Āgmĭnă dēnsāntŭr cāmpīs. *V.* Ōmnĭă *dēnsērī* fĭĕrīque ēx ōmnĭbŭs ūnūm. *Lr.*

dēnsŭs. SY. dēnsātŭs, cōndēnsātŭs, cōmpūnctŭs, crāssŭs, spīssŭs, cōnfērtŭs. PH. Dēnsĭŏr āĕrĕ tēllūs. *O.* Dēnsīs tēxĭt sŭă nūbĭbŭs ōră. *O.* Dūrīs dēnsīssĭmă cōrpŏră sētīs. *O.* Dēnsōs fērtŭr ĭn hōstēs. *V.* Dēnsum hŭmĕrīs bĭbĭt aūrĕ vūlgŭs. *H.* Cōncūrrūnt, haērēt pĕdĕ pēs, dēnsūsquĕ vĭrō vĭr. *V.* Cōrvōrūm dēnsīs ēxērcĭtŭs ālīs. *V.* Dēnsaēque ĭn mōntĭbŭs ūmbraē. *V.* Mīllĕ răpĭt dēnsōs ăcĭē. *V.* Dēnsāque ād mūrōs mōlĕ fĕrūntŭr. *V.* Dēnsīssĭmŭs īmbĕr. *V.* Lāmpădĭbŭs dēnsūm fūnālĕ cŏrūscīs. *O.* — Dēnsă pĕrīcŭlă. *O.*

dēntālĕ. *Bīnaē aūrēs dŭplĭcī āptāntŭr dēntālĭă dōrsō.* V.

dēntātŭs. PH. Dēntātă sĭbī vĭdētŭr Aēglē. *M.*

dēnūdo. *Dēnūdăt ārtŭs dūrŭs ātque ōssa āmpŭtăt.* (iamb.) Se. SY. nūdārĕ, ēxŭĕrĕ, spŏlĭārĕ.

dēnūntĭo. — *Trīstēs dēnūntĭăt īrās.* V. SY. nūntĭārĕ, sīgnĭfĭcārĕ, dēclārārĕ, īndĭcārĕ, praēdīcĕrĕ, rĕnūntĭārĕ.

dēnŭō. *Rĕvōrsĭōnem ŭt ăd mē făcĕrĕt dēnŭō.* (iamb.) Pl. *Dēnuō quī mĭhī dĕt vĕtĕrēs ārcēssĕrĕ Mūsās.* Ma. SY. rūrsūm, rūrsŭs, ĭtĕrūm.

Dēōĭs, ĭdŏs. *Vīrgĭnĕās īntĕr chŏrĕās Dēōĭdă răptăm.* Au. PH. Dēōĭă quērcŭs. *O.*

dĕōrsūm *et* deōrsūm, *disyll.* — *pĕr ĭnānĕ dĕōrsūm cūnctă fĕrūntŭr.* Lr. *Cōrpŏră quūm deōrsūm rēctūm pĕr ĭnānĕ fĕrūntŭr.* Lr. PH. Sūrsūm dĕōrsūm cūrsĭtēs. *Te.*

dēpāsco *vel* dēpāscŏr, ĕrĭs. *Lŭxŭrĭēm sĕgĕtūm tĕnĕrā dēpāscĭt ĭn hĕrbā.* V. *Quūm fŭrĭt ātque ārtūs dēpāscĭtŭr ārĭdă fĕbrĭs.* V. SY. pāscĕrĕ, pāscī, ĕdĕrĕ; dēmĕtĕrĕ, mĕtĕrĕ, ābrādĕrĕ, tĕrĕrĕ, cōntĕrĕrĕ pāscēndō. PH. Dēpāscĭmŭr aūrĕă dīctă. *Lr.* Sŏnĭpēs frōndēs dēpāstŭs ămārās. *Cl. v. pasco.*

dēpecto. — *crīnēs dēpēctĕrĕ būxō.* O. PH. Dēpēxaēquĕ jŭbaē. *O.*

dēpello; dēpŭlī. PH. Cūrās dēpēllĕrĕ vīnō. *T.* Dēpŭlĕrāt stēllās Aūrōră mĭcāntēs. *O.* Rēctō dēpēllĕrĕ cūrsū. *H.* A sē dēpūlsūm Mārtēm cōnvērtĭt ĭn īpsōs. *O* Dēpūlsŭs ăb ūbĕrĕ mātrĭs. *V.* Fūlvaē mātrĭs ăb ūbĕrĕ Jām lāctĕ dēpūlsūm lĕōnĕm. *H. v. pello.*

dēpēndĕo. SY. pēndĕrĕ, sūspēnsūs sūm. PH. Dēpēndēnt lŷchnī lăquĕārĭbŭs aūrĕīs. *V.* Ex cūjŭs ōrtū nōstră dēpēndĕt dŏmŭs. *Se.*

dēpēndo. SY. ēxpēndĕrĕ, īmpēndĕrĕ. PH. Māllĕm fēlīcĭbŭs ārmīs Dēpēndīssĕ căpŭt. *L.* Vēnātū prīmōs dēpēndĕrăt ānnōs. *V.*

dēpērdo. SY. pērdĕrĕ, āmīttĕrĕ, prōflīgārĕ. PH. Bŏnăm dēpērdĕrĕ fāmăm. *H.* Līnguaē dēpērdĕrĕt ūsŭm. *O.* Vītālĕm dēpērdĕrĕ sēnsŭm. *Lr.* Mātĕr gnātaē dēpērdĭtă flētū. *C.* Mălŭs quūm sūtŏr, ĭnŏpĭă dēpērdĭtŭs. *Ph.*

dēpĕrĕo, īs. *Gēns hŏmĭnŭm vĭtĭō dēpĕrĭtūră fŭĭt.* O. SY. pĕrīrĕ, dīspĕrīrĕ, īntĕrīrĕ, ōccĭdĕrĕ.

dēpīngo. PH. Vărĭīs dēpīngĭt prātă fĭgūrīs. *Mn.* Fōrmăm quĭdem hērclĕ vērbīs dēpīnxtī prŏbē. *Pl.* Aūrō dēpīctă chlămŷs. *Va. v. pingo.*

dēplōro. *Ēt dēplōrātaē līmĕn ădīrĕ dŏmūs.* O. SY. lāmēntārī, lūgĕrĕ, plāngĕrĕ, cōnquĕrī, gĕmĕrĕ, dŏlērĕ. PH. Dēplōrāvĭt Ătŷn. *O.* Fātă dēplōrās tŭă. *Ph.* Dēplōrātă cŏlōnī Vōtă jăcēnt. *V. v. fleo, ploro, queror.*

dēplŭo. PH. Gĕlĭdŭs nĭmĭās dēplŭĭt īmbĕr ăquās. *Av. v. pluo.*

dēpōno; ŏsŭī. — *hŭmĕrīs dēpōnĕrĕ vĕstēs.* O. *Dēpŏsŭī sŏlĕnās* etc. M. PH. Cōrpŏră sūb rāmīs dēpōnūnt ārbŏrĭs āltaē. *V.* Căpŭt dēpōnĕrĕ strātīs. *O.* Aūrūm dēfōssā dēpōnĕrĕ tērrā. *H.* Ārmăquĕ dēpŏsŭēre hŭmĕrīs. *V.* Dē grĕgĕ nōn aūsīm quĭdquām dēpōnĕrĕ tēcŭm. *V.* Fēssūm mīlĭtĭā lătŭs Dēpōnĕ sūb laūrū mĕā. *H.* Quĭdquĭd hăbēs, ăgĕ, Dēpōnĕ tūtīs aūrĭbŭs. *H.* Ănĭmō dēpōnĕrĕ cūrās. *V.* Dēpŏsŭērĕ fĕraē răbĭēm. *Cl.* SY. pōnĕrĕ, rĕpōnĕrĕ, ābjĭcĕrĕ, dēmīttĕrĕ, ēxŭĕrĕ, rĕlīnquĕrĕ; cōmmīttĕrĕ, crēdĕrĕ; pīgnŏrĕ cērtārĕ.

dēpŏpŭlŏr, ārĭs. *Āgmĭnĕ laēsūrō dēpŏpŭlēntŭr ăvēs.* O. SY. vāstārĕ, pŏpŭlārī, dēpraēdārī.

dēposco. SY. pōscĕrĕ, pĕtĕrĕ, pōstŭlārĕ, rĕpōscĕrĕ. PH. Vōtīs dēpōscĕrĕ pūgnăm. *L.* Dēpōscĭt praēmĭă cūrsū. *P.* Rēddĭtĕ dēpŏsĭtūm. *O.* Jām prŏpĕ dēpŏsĭtŭs cērtē jām frīgĭdŭs aēgĕr. *H.* Dēpŏsĭtă tāndēm fōrmīdĭnĕ fātŭr. *V.*

dēprāvo. — *dēprāvĕt pōndĕrĕ mōlēs.* N. PH. Quūm mălĕ nārrāndō pōssīt dēprāvārĭĕr. *Te.* Dēprāvārĕ fĭdēm. *Pr.* SY. cōrrūmpĕrĕ, vĭtĭārĕ, ădūltĕrārĕ.

dēprĕcŏr, ārĭs. *Saēpĕ prĕcŏr mōrtēm, mōrtēm quŏquĕ dēprĕcŏr īdēm.* O. SY. prĕcārī, rŏgārĕ, sūpplĭcārĕ. PH. Hōc sŭpĕrōs, hōc tē quŏquĕ dēprĕcŏr, hōspēs. *Va.* Ūltĭmă fātă Dēprĕcŏr. *L.* Equĭdēm mĕrŭī, nēc dēprĕcŏr, īnquĭt. *V.* Nec dēprĕcŏr, ūmbrăm Āccĭpĕrĕ. *St.*

dēprĕhēndō *vel* dēprēndo, *trisyll.* *Dēprēndās ănĭmī tōrmēntă lătēntĭs ĭn aēgrō.* J. SY. cōmprĕhēndĕrĕ, ăgnōscĕrĕ, cōmpĕrīrĕ, ădvērtĕrĕ ănĭmădvērtĕrĕ. PH. Tĭbī,

Tāntălĕ, nūllae Dēprĕndūntŭr ăquaē. *O.* Imprōvīsŭs ădēs; dēprĕndēs tūtŭs ĭnērmēm. *O.* Vŏlŭcrēsquĕ văgās dēprĕndĕrĕ nūbĕ Asmētŭs jăcŭlīs. *S.* Dēprĕndĭt ĭn aēquŏrĕ nāvīm, Aūstĕr. *O.* Blāndĭtĭīs ănĭmūm fūrtīm dēprĕndĕrĕ. *O.* Vērūmquĕ pŏtēst dēprĕndĕrĕ Mīnōs. *St.* Ărcānōs dēprĕndĭtĕ fōntēs. *Cl.* Dēprēnsīs ōlīm stătĭō tūtīssĭmă naūtīs. *V.* Aēgaeō dēprēnsūs nāvĭtă pōntō. *St.*

dēprĭmo. ***Ēt nē dēprĭmĕrēt flūctūsvĕ lăpĭsvĕ cărīnăm.*** O. SY. cōmprĭmĕrĕ, ăffīgĕrĕ, āttĕrĕrĕ, prōfĕrrĕ, cōntĕrĕrĕ, cōncŭlcārĕ, dējĭcĕrĕ, dēmīttĕrĕ, dēpēllĕrĕ; sūbmērgĕrĕ, plāntārĕ.

dēprōmo. — ***ūltrīcēm phărĕtrā dēprōmĕ săgīttăm.*** V. SY. prōmĕrĕ, ēxprōmĕrĕ, prōfērrĕ, ēxpōnĕrĕ, ērŭĕrĕ, ēxtrăhĕrĕ. PH. Cōndo ēt cōmpōnō, quaē mōx dēprōmĕrĕ pōssīm. *H.* Dēprōmĕrĕ Caēcŭbŭm Cēllīs ăvītīs. *H.*

dēprŏpĕro. ***Dēprŏpĕrāt mūnŭs*** etc. S. PH. Dēprŏpĕrāre ăpĭō cŏrōnās. *H.*

dēpŭdēt. ***Dēpŭdŭit, prŏfŭgūsquĕ pŭdōr sŭă sīgnă rĕlīquĭt.*** O.

dēpūgno. SY. pūgnārĕ, cērtārĕ, dēcērtārĕ, dīmĭcārĕ, cōnflīgĕrĕ, cōngrĕdī. PH. Dēpūgnāt mōrtī jŭvĕnīs. *S.*

dēpŭto. ***Nōn mĭhĭ fālx nĭmĭās Sātūrnĭă dēpŭtăt ŭmbrās.*** O. SY. pŭtārĕ, āmpŭtārĕ, stătŭĕrĕ, cōnstĭtŭĕrĕ, dēstĭnārĕ. PH. Dēpŭtārĕ ĭn lŭcrō. *Te.* Dīgnūm mē dēpŭtēnt. *Pl.*

Dērcĕtĭs, ĭs. ***Dērcĕtĭ*** etc. *O.* M. 4, 44.

dērīdĕo. ***Dērīdēnt stōlĭdī vērbă Lătīnă Gĕtaē.*** O. SY. rīdērĕ, īrrīdērĕ, lūdĕrĕ, īllūdĕrĕ, dēlūdĕrĕ. PH. Rīsū, căchīnnō, sălsīs jŏcīs, foēdīs gānnītĭbŭs ēxcĭpĕrĕ, lăcēssĕrĕ, ōbstrĕpĕrĕ. Tōllĕrĕ, īngĕmĭnārĕ căchīnnŭm. Māgno āllātrārĕ căchīnnō. Lōrĭpĕdēm rēctŭs dērīdĕăt, Aēthĭŏpem ālbŭs. Cērtānt īllūdĕrĕ cāptō. Quōd quĭs dērīdēt, quām quōd prŏbăt ēt vĕnĕrātŭr. *H.* Dērīsūm sĕmĕl ēxcēptūmquĕ sĭnīstrē. *H.* *v. irrideo, jocus.*

dērĭpĭo. ***Dērĭpĭt ēx hŭmĕrīs aūrō*** etc. V. PH. Fūmōsīs dērĭpĕ tēctīs. *V.* Lūnāmquĕ coēlō dērĭpĭt. *H.* Pēctŏrĕ vēstēm Dērĭpŭĭt. *V.* *v. eripio.*

dērīsŭs, ūs. PH. Īgnōtōs fāllĭt, nōtīs ēst dērīsŭī. *Ph.*

dērīvo. ***Dērīvārĕ quĕūnt ănĭmūm cūrāquĕ lĕvārĕ.*** Lr. SY. ăquām, rīvŭm dēdūcĕrĕ. PH. Quī Vŏlŭsi āntīquō dērīvăt stēmmătĕ nōmĕn. *Ru.*

dērŏgo. — ***fāmām quī dērŏgăt aēvō.*** Lr. SY. dētrăhĕrĕ, aūfĕrrĕ; mĭnŭĕrĕ; ăbrŏgārĕ.

dēsaēvĭo. — ***nēc, dūm dēsaēvĭăt īră.*** L. SY. mītīgārī, plācārī, mītēscĕrĕ. PH. Dūm pĕlăgō dēsaēvĭt hĭēms. *V.* Sīc tōto Aēnēās dēsaēvĭt ĭn aēquŏrĕ vīctŏr. *V.*

dēscēndo. SY. lābī, dēlābī, īllābī, dēmīttī, dēsĭlīrĕ. PH. Fūlvŭm vīdī dēscēndĕrĕ mōntĕ lĕōnēm. *V.* Īn mărĕ dēscēndĭt Tībrĭs. *L.* Rādīx dēscēndĭt ĭn āltŭm. *Co.* Tyrrhēnāmquĕ mănŭm tōtīs dēscēndĕrĕ cāmpīs. *V.* Dēscēndēns Dăcŭs ăb Īstrō. Sūbdūctă ăd Mānēs īmōs dēscēndĭmŭs ūndā. *V.* Ēx hŭmĕrīs cōmă dēscēndēbăt ĭn ărmōs. *O.* Dēscēndĕ coēlo, ēt dīc, ăgĕ, tībĭă. *H.* Māgnō vūlnŭs dēscēndĭt hĭātū. *St.* Ĕrĕbī dēscēndĭt ăd ŭmbrās. *V.* Ut nēmo ĭn sēsē tēntăt dēscēndĕrĕ! *Pe.* In Mĕtĭī dēscēndĕt jūdĭcĭs aūrēs. *H.* Gĕnĕrōsĭŏr Dēscēndăt ĭn cāmpŭm pĕtītŏr. *H.* Dēlāpsŭs ăb aēthĕrĕ sūmmō, Dēsĭlĭt ĭn tērrās. *V.* *v. caelo, descendere.*

dēscēnsŭs, ūs. — *făcĭlĭs dēscēnsŭs Ăvērnī.* V.

dēscrībo. — ***plŭvĭŭs dēscrībĭtŭr ărcŭs.*** *H.* (In descriptionibus *loci* et *temporis*, praesertim ab initio *narrationis*, elegans est usus verbi *est*, *erat*, *fuit*, subjectis particulis *hic*, *illic*, *inde*, *hinc*, *hac*, *huc*, *illuc*, *cum*, *ecce.* *O.* M. 1, 168, 568 sqq. 9, 334. A. A. 2, 71. *V.* A. 2, 21, 24, 268. 6, 237, 243. *O.* F. 2. 436, 679, 703. P. 3, 3, 5, 9. *H.* Epod. 15, 1, 3. Ceterum *descriptiones* formantur tam per *affirmationem*, quam *negationem*, *O.* M. 1, 10 sqq. 89 sqq. *T.* 1, 5, 35 sqq. *V.* G. 1, 125 sqq.) SY. ēxscrībĕrĕ, ēxărārĕ, scrībĕrĕ, cōnscrībĕrĕ, trānscrībĕrĕ; dēsīgnārĕ, dīstrĭbŭĕrĕ, dēlīnĕārĕ. PH. Īmo haēc ĭn vĭrĭdī nūpēr quaē cōrtĭcĕ fāgī Cārmĭnă dēscrīpsi ēt mŏdŭlāns āltērnă nŏtāvī. *V.* Coēlīquĕ mĕātūs Dēscrībēnt rădĭō. *V.* Nōn pŏtŭĭt pīctŏr rēctĭŭs dēscrībĕrĕ. *Pl.* Sī quĭs ĕrăt dīgnŭs dēscrībī. *H.* Hōc ărgŭmēntō dēscrībī sē sēntĭăt. *Ph.*

dēsĕco; ŭī. ***Nī pătrĭŭm crīnēm dēsĕcŭīssēt ămŏr.*** O. SY. sĕcārĕ, scīndĕrĕ. PH. Dēsēctŭm tĭmŭĭt rĕpărātĭs ănguĭbŭs hȳdrăm. *L.*

dēsĕro; ŭī. ***Lĭtŏră dēsĕrŭĕrĕ, lătēt sŭb clāssĭbŭs aēquŏr.*** V. SY. dĕēssĕ, līnquĕrĕ, rĕlīnquĕrĕ, nĕglĭgĕrĕ, ōmīttĕrĕ, praētĕrmīttĕrĕ; dēstĭtŭĕrĕ, prōdĕrĕ. PH. Dēsĕrĭmŭr vĭtĭīs, fŭgĭt īndīgnātă vŏlūptās. Hīc stĕrĭlem ēxĭgŭō nē dēsĕrăt hūmŏr ărēnăm. *V.* Īn dŏmĭnŭm vĕtĕrēm dēsĕrŭīssĕ fĭdēm. *O.* Hānc quŏquĕ dēsĕrĭmŭs sēdēm, paūcīsquĕ rĕlīctīs Vēlă dămŭs. *V.* Vīrtūtīsquĕ vĭām dēsĕrĭt ărdŭaē. *H.* Nēvĕ sŭŭm dēsĕrăt aūctŏr ŏpŭs. *O.* Nēc ămīcī dēsĕrĕ caūsăm. *O.* Dēsĕrĭt īncēptŭm. *V.* Găbĭīs dēsērtĭŏr ātquĕ Fīdēnīs Vīcŭs. *H.*

dēsērtŏr, ōrĭs. ***Dēsērtōrem Ăsĭaē*** etc. V. PH. Sŏcĭī dēsērtŏr ămōrĭs. O. SY. prōdĭtŏr, trānsfŭgă.

dēsērtŭm. — ***Lĭbȳaē dēsērtă pĕrăgrō.*** V. SY. sōlĭtūdo, rĕcēssŭs, sēcēssŭs, ăvĭă. EP. ărdŭŭm, lōngŭm, īncūltŭm, trīstĕ, moēstŭm, ăvĭŭm. PH. Lŏcŭs ăvĭŭs. Ăvĭă cūrsū Dūm sĕquŏr, ēt nōta ēxcēdō rĕgĭōnĕ vĭārŭm. *V.* Dēsērtă tērră, ōră, tēllūs, lŏcă. Dēsērtă sĭtī rĕgĭo. *V.* Īn dūmīs, īntĕrque hŏrrēntĭă lūstră. *V.* Sōlīs ēxēgĭt mōntĭbŭs aēvŭm. *V.* Ŭbī nātūrā dēsĭdĕ tōrpĕt ŏrbĭs. *L.* Cūm vītam ĭn sĭlvīs īntĕr dēsērtă fĕrārŭm Lūstră dŏmōsquĕ trăhō. *V.* Dēsērtīs ōlīm flēvĕrăt aēquŏrĭbŭs. *P.* Dēsērtă vĭārŭm. *H.* Sed mē Părnāssī dēsērtă pĕr ărdŭă dūlcĭs Răptăt ămŏr. *V.* Vĭdĕt Aēnēās īn vāllĕ rĕdūctā Sēcrētŭm nĕmŭs, ēt vīrgūltă sŏnāntĭă sĭlvīs. *V.* Nātī-

vās dānt āntră dŏmŭs, sōlĭsquĕ văgāntŭr Mōntĭbŭs. *V.* Descr. *P.* 1, 18, 1 sqq. 27 sqq. *Se.* Hipp. 500 sqq. *v. antrum.*

dēsĕs, ĭdĭs. *Ĭt văcŭŭm in mōntēm, quā dēsĭdĭs ātrĭă sŏmnī.* O. *v. piger.*

dēsĭdĕo. *Dēsĭdĕt, ātque ălĭquā sēmpĕr ĭn aūrĕ sŏnăt.* M. SY. dēsĭdērĕ, rĕsĭdērĕ, sūm dēsĕs.

dēsīdĕrĭŭm. *Rōmă dŏmŭsquĕ sŭbĭt dēsīdĕrĭŭmquĕ lŏcōrŭm.* O. SY. vōtum, cŭpīdo, ămŏr, ārdŏr, sĭtĭs, fămēs. EP. ārdēns, flāgrāns, īmmēnsŭm, vĕhĕmēns, īngēns, vēsānŭm, nĭmĭŭm, dīrŭm. PH. Cūrĭs ăcŭēns, stĭmŭlāns. Vēllĕ sŭŭm cŭĭque ēst, nēc vōtō vīvĭtŭr ūnō. Vōtă trānscēndĭt mĕă. Vōtŭm sĕcūndēt, quī pŏtēst, nōstrŭm Dĕŭs. Sēd sī tāntŭs ămŏr, cāsūs cōgnōscĕrĕ nōstrōs. *V.* Nēc tē tĕmĕrārĭŭs ārdŏr Īn mĕdĭōs ēnsēs saēvăque tēlă fĕrăt. *M.* Cīvĭum ārdŏr prāvă jŭbēntĭŭm. *H.* Explērī mēntēm nĕquĭt ārdēscĭtquĕ tŭēndō. Tūm vēro ārdēmŭs scītāri ēt quaērĕrĕ caūsās. *V.* Ămŏr ūrgēt hăbēndī. Laūdŭm coēcō pērcūlsŭs ămōrĕ. *V.* Aūrī săcră fămēs. *V.* Impĕrĭī sĭtĭs crŭēntă ēxăgĭtāns ănĭmŭm. Acrĭŏr īntĕrĕā vīsēndī prīncĭpĭs ārdŏr Accēndĭt cūm plēbĕ pătrēs. *Cl.* Sĭc dēsīdĕrĭīs ĭctă fĭdēlĭbŭs Quaērĭt pătrĭă Caēsărēm. *H.* Quĭs dēsīdĕrĭī sĭt pŭdŏr aūt mŏdŭs Tām cārī căpĭtĭs? *H.* Ō dēsīdĕrĭī sūmmă căpūtquĕ mĕī. *O.* Prŏpŏsĭtŭmquĕ prĕmĭt flāgrātquĕ cŭpīdĭnĕ cūrrŭs. *O.* Tāntănĕ mē tĕnŭĭt vīvēndī, nātĕ, vŏlūptās? *V.* Quōquĕ mĭnŏr spēs ēst, hōc măgĭs īllĕ cŭpĭt. *O. v. cupido, desidero.*

dēsīdĕro. *Scīrĕ mĕōs sī quĭs cāsūs dēsīdĕrĕt ōmnēs.* O. SY. cŭpĕrĕ, ōptārĕ, ēxōptārĕ, quaērĕrĕ, vēllĕ, āspīrārĕ, ārdērĕ, lĭbĕt, plăcĕt, cōrdī ēst. PH. Īdem ōmnēs sĭmŭl ārdŏr hăbĕt. *V.* Mēns ōmnĭbŭs ūnă. *V.* Ălĭquĭd jām dūdum īnvādĕrĕ māgnŭm Mēns ăgĭtāt mĭhĭ. *V.* Hăbēs, tōtā quŏd mēntĕ pĕtīstī. *V.* Sī fĕrt ĭtă cōrdĕ vŏlūntās. *V.* Mĭhĭ mēns jŭvĕnīli ārdēbăt ămōrĕ, Cōmpēllārĕ vĭrŭm. *V.* Laētĭtĭāquĕ mĕtūque ăvĭdī cōnjūngĕrĕ dēxtrās Ārdēbānt. *V.* Plūs ĕtĭām, quām quŏd Sŭpĕrīs cōntīngĕrĕ pōssĭt, Nēscĭŭs āffēctās. *O.* Ămīssōs sūspīrăt ămōrēs. *V.* Dēsīdĕrāntēm, quŏd sătĭs ēst. *H.* Ămīssōs lōngō sŏcĭōs sērmōnĕ rĕquīrūnt. *V.* Fērt ănĭmŭs, caūssās tāntārum ēxprōmĕrĕ rērŭm. *L.* Cōncūrrĕre ĭn ārcēm Cūm sŏcĭīs ārdēnt ănĭmī. *V.* Sūspīrārĕ ălĭquēm. Nĭmĭōs ōptābăt hŏnōrēs. Mīro ēst īncēnsŭm pēctŭs ămōrĕ. Ārdēntĕ cŭpīdĭnĕ fērrī. Māgnŭs ămŏr, māgnă cŭpīdo mēntēm trăhĭt. Īpsī tē fōntēs, īpsa haēc ārbūstă vŏcābānt. *V.* Tū, quĭd ĕgo ēt pŏpŭlŭs mēcŭm dēsīdĕrĕt, aūdī. *H.* Quŏd vōtĭs ōptāstĭs, ădēst. *V.* Tēllūs, quăm mĕă vōtă pĕtūnt. *O. v. cupio, desiderium, opto.*

dēsĭdĭă. *Dēsĭdĭaē cōrdī; jŭvăt īndūlgērĕ chŏrēĭs.* V. PH. Dēsĭdĭām pŭĕr īllĕ sĕquī sŏlĕt, ōdĭt ăgēntēs. *O.* Vītānda ēst īmprŏbă Sīrēn, Dēsĭdĭă. *H.* Blāndōquĕ vĕnēnō Dēsĭdĭaē vīrtūs paūlātim ēvīctă sĕnēscĭt. *St.* Quĭd lŭxūs dēsĭdĭēsquĕ? *Lr. v. pigritia.*

dēsĭdĭōsŭs. *Dīc mĭhĭ, quĭd mĕlĭŭs dēsĭdĭōsŭs ăgās.* M. *v. piger.*

dēsīdo. *Cūr vĭdĕă dēsīdānt, ēt rīpĭs coērcēnt ūndās.* St. SY. dēsĭdērĕ, rĕsīdĕrĕ, rĕsĭdērĕ, sŭbmērgī. PH. Sūbdūctī ād mānēs īmōs dēsīdĭmŭs ūndā. *V.* Quālĭs ĭn īmmēnsō dēsēdĕrĭt āĕrĕ tēllūs. *T.*

dēsīgno. — *ūrbēm dēsīgnăt ărātrō.* V. SY. nŏtārĕ, dēnŏtārĕ, dēmōnstrārĕ, ōstēndĕrĕ, dēscrībĕrĕ, dēfīnīrĕ. PH. Dēsīgnăt moēnĭă fōssā. *V.* Mĕdĭām dēsīgnăt vūlnĕrĕ frōntēm. *P.* Dēsīgnăt dĭgĭtō vātēm. *O.* Sōrs quōquĕ nēscĭō quēm fātō dēsīgnăt ĭnīquō. *O.* — *l. q. resigno.* Quĭd nōn ēbrĭĕtās dēsīgnăt? *H.*

dēsĭlĭo. *Dēsĭlŭĭt Tūrnŭs bĭjŭgīs, pĕdēs āppărăt īrĕ.* V. SY. dēscēndĕrĕ, ēxsĭlīrĕ, cădĕrĕ. PH. Aēthĕrĕ dēsĭlŭĭt Jūnō. *Va.* Cūrrū frĕmĕbūndŭs ăb āltō Dēsĭlĭt. *O.* Cōrpŏră sāltū Ad tērrām mīsērĕ. *V.* Pōrtīsque ăb ĕquō rēgīnă sŭb īpsīs Dēsĭlŭĭt. *V.* Praēcēps sē cōrpŏre ĭn ūndās Mīsĭt. *V.* Fūlmĭnăque aēthĕrĕā dēsĭlŭīssĕ dŏmō. *P.*

dēsĭno; sĭī. *Ătque ŭt vīvāmŭs, vīvĕrĕ dēsĭnĭmŭs.* M. PH. Dēsĭĕrānt īmbrēs. *O.* Tūnc bĕnĕ dēsĭnĭtŭr. *O.* Dēsīstī, mōrtālĭăque ōră quĭērūnt. *O.* Quūm dēsīssĕt Ăgāvē. *V.* Hīc fīnĭs fāndī. *V.* Lūsŭs hăbēt fīnēm. *O.* Nūnc bēllī fīnĭs ēt aēvī Hīs dăbĭtŭr tērrīs. *O.* Quēm tămĕn īnvĕnĭĕt tām lōngă pŏtēntĭă fīnĕm? *L.* — *c. infin.* Dēsĭnĕ, mēquĕ tŭīs īncēndĕrĕ tēquĕ quĕrēlīs. *V.* Dēsĭnĕ vēllĕ. *V.* — *c. accus.* Dēsĭnĕ plūră, pŭĕr. *V.* Dēsĭnĕ bēllă. *S.* Dēsĭnĕ Maēnălĭōs mēcŭm, mĕă tībĭă, vērsūs. *V.* — *c. gen.* Dēsĭnĕ mōllĭŭm Tāndēm quĕrēlārŭm. *H.* Cōnsŭl nōn dēsĭnĭt īraē. *S.* — Dēsĭnăt ĭn pīscēm mŭlĭĕr fōrmōsă sŭpērnĕ. *H.* Dēsĭnĭt ĭn lăcrymās. *O.* — Nūnquām dēsĭtum ēst, ēsse ēt bĭbī. *Pl. v. cesso, finis.*

dēsĭpĭo. SY. dēlīrārĕ, īnsānīrĕ, sūm fătŭŭs, stŏlĭdŭs, āmēns, dēmēns, īnsĭpĭēns. PH. Dūlce ēst, dēsĭpĕre ĭn lŏcō. *H.*

dēsīsto; stĭtī. SY. īntērmīttĕrĕ, dēsĭnĕrĕ, cēssārĕ. PH. Dēsīstĕ mănūm cōmmīttĕrĕ Teūcrīs. *V.* Vēnaē dēsīstūnt pōssĕ mŏvērī. *O.* Dēstĭtĭt ōrĕ sŏnŭs. *O.* Mēne īncēptō dēsīstĕrĕ vīctŭm? *V. v. desino.*

dēsōlo. *Vīdĭmŭs, īngēntēs ēt dēsōlāvĭmŭs āgrōs.* V. SY. vāstārĕ, dēpŏpŭlārī. PH. Dēsōlātīquĕ pĕnātēs. *St.* Disjēctīquĕ dūcēs dēsōlātīquĕ mănĭplī. *V.*

dēspērātĭo. — *mēntēm nēc dēspērātĭŏ frāngăt.* S.

dēspēro. *Nīl dēspērāndūm Teūcrō dŭce ēt aūspĭcĕ Teūcrō.* H. SY. dīffīdĕrĕ. PH. Spēm pōnĕrĕ, pērdĕrĕ, ābjĭcĕrĕ. Ănĭmō cădĕrĕ. Mēntēm dēmīttĕrĕ. Sŭpĕrēst spēs nūllă sălūtĭs. *V.* Spēs ōmnĭs ădēmta ēst. *V.* Nēc spēs lībērtātĭs ĕrăt. *V.* Nēc spēs ōpĭs ūllă dăbātŭr. *V.* Ōmnĭs spēs ăbĭĭt. *V.* Rēs rĕdĭt ād rēstim. Ād lăquĕūm tēndĕrĕ. Pĕnĭtŭs dīffīdĕrĕ rēbŭs. *V.* Spēs mĕă frāctă jăcĕt. Incīsă spēs ēst. Dēmīttūnt mēntēs. *V.* Cōnsŭlĭte āngūstīs ēxtrēmō ĭn tēmpŏrĕ rēbŭs. *L.* Spē pŏsĭtā. *L.* Ūltĭmă cērnūnt Extrēmă jam ĭn mōrtĕ. *V.* Spēs māgnō frā-

ctă tĭmōrĕ cădĭt. *O.* Ūnă sălūs victīs, nūllām spērārĕ sălūtĕm. *V.* Sīn ābsūmptă sălūs, nēc spēs jām rēstāt Iūlī. *V.* Nēc mĭhĭ jām pătrĭam āntīquām spēs ūllă vĭdēndī. *V.* Fūndĭtŭs ōccĭdĭmŭs, nĕque hăbēt fōrtūnă rĕgrēssūm. *V.* Sī nūllām nōstrīs ūltrā spēm pōnĭs ĭn ārmīs. *V.* Sōrs ūltĭmă rērūm In dŭbĭōs cāsūs ēt prōnă pĕrīcŭlă mōrtĭs Praecĭpĭtārĕ sŏlĕt. *L.* Quō pōssĕ rŭī dēspĕrăt. *O. v. spes.*

dēspĭcābĭlĭs. *Ĕgŏ cŏrde ĕt ōrĕ jūrĕ dēspĭcābĭlĭs.* (iamb.) Sid. *v. despicio.*

dēspĭcĭo. *Ēt rēgūm māgnaē dēspĭcĭūntŭr ŏpēs.* T. PH. 1) Dēspĭcĕrĕ ĭn vāllēs Imāmque Achĕrōntă vĭdētŭr. *V.* Dēspēxĭt ăb aethĕrĕ tērrās. *V.* Māgnām dēspēxĭt ăd ūrbĕm. *V.* Advērsās dēspēctāt dēsŭpĕr ārcēs. Dēspēctārĕ prŏcŭl. *O.* Ēt quōs dēspēctānt moenĭa Abēllaē. *V.* Quā lōngē pĕlăgō dēspēctŭs (*subst.*) ăb āltō. *St.* 2) Frōntĕ sŭpērbā Dēspĭcĭt. *Cl.* Dēspĭcĭt īrrīsūm vūltū. *O.* Nēc mūnĕră cūrăt Alēxĭs. *V. v. aspernor, contemno.*

dēspōndĕo. PH. Quūm pătĕr, Iphĭ, tĭbī flāvām dēspōndĕăt Jānthēn. *O.* Hānc ĭgĭtŭr dōtēm vīrgō dēspōndĕrăt hōstī. *P.* Māgnī thălămō dēspōnsă Tŏnāntĭs. *St. v. spondeo.*

dēspūmo. *Dēspūmăt rŭtĭlās dīvēs Pactōlŭs ărēnās.* Cl.

dēspŭo. PH. Tēr cănĕ, tēr dĭctīs dēspŭĕ cārmĭnĭbūs. *T.* Prĕcēsquĕ nōstrās, Orāmŭs, căvĕ dēspŭās. *C. v. despicio.*

dēstīllo. PH. Dēstīllānt pēr pēctŭs ăquaē. *Cl.* Illĭŭs pūrā dēstīllēnt tēmpŏră nārdō. *T. v. stillo.*

dēstĭno. *Dēstĭnăt ĭmpĕrĭō clārūm, praenūntĭă vērī.* O. SY. trĭbŭĕrĕ, āttrĭbŭĕrĕ, āssīgnārĕ, dēcērnĕrĕ, cōnstĭtŭĕrĕ, āddīcĕrĕ, prŏprĭūm dĭcārĕ, dēvŏvērĕ. PH. Mē dēstĭnăt ārae. *V.* Atque ŏcŭlīs plāgaē dēstĭnăt āntĕ lŏcūm. *O.* Nēc Pārcĕ cădĭs tĭbĭ dēstĭnātĭs. *H.* Cērtūm dēstĭnăt ĭctūm. *Cl.* Proelĭă dēstĭnăt. *H.* Fōrtīquĕ mărītō Dēstĭnăt ūxōrēm. *H.* Cuī dēstĭnŏr ūxŏr. *O.* At tū, Cătūllĕ, dēstĭnātŭs ōbdūrā. *C.* Sēdēm fīgĕrĕ Cūmīs Dēstĭnăt. *I.*

dēstĭtŭo. *Nōn ŏdĭō quĭdām dēstĭtŭērĕ mĕī.* O. SY. dēsĕrĕrĕ, līnquĕrĕ, dērĕlīnquĕrĕ. PH. Nēc spēs dēstĭtŭăt, sēd frūgūm sēmpĕr ăcērvōs Praebĕăt. *T.* Cŏmĭtēmquĕ sŭām crūdēlĭs ĭn īllō Lĭttŏrĕ dēstĭtŭĭt. *O.* Dēstĭtŭŏr, prūdēns ārtĭs, ăb ārtĕ mĕā. *O.* Tām cĭtō mē sōmnōs dēstĭtŭīssĕ quĕrŏr. *O.* Et frĕtă dēstĭtŭēnt nūdōs ĭn līttŏrĕ piscēs. *V.* Nōn tē dēstĭtŭĭt ănĭmŭs, sēd vīrēs mĕaē. *Ph.* Dēstĭtŭĭt dĕōs Mērcēdĕ pāctā Lāŏmĕdōn. *H.*

dēstrīngo. *Dēstrīngūnt rāmōs* etc. L. SY. cārpĕrĕ, vēllĕrĕ, rādĕrĕ, laedĕrĕ. PH. Olĕās dēstrīngĭtĕ. *O.* Sūmmās dēstrīnge ĕx ārbŏrĕ plāntās. *V.* Inscĭŭs ēxtāntī dēstrīnxĭt ărūndĭnĕ pēctŭs. *O.* Aequŏră dēstrīngūnt sūmmīs Ismēnĭdēs ălīs. *O.* Tū quī nāsūtē scrīptă dēstrīngĭs mĕă. *Ph.* Nōn ĕgŏ mōrdācī dēstrīnxī cārmĭnĕ quēmquăm. *O.*

dēstrŭo. SY. dīrŭĕrĕ, dēmōlīrī, pērdĕrĕ, lăbĕfăctārĕ. PH. Omnĭă dēstrŭĭtĭs. *O.* Lōngĭŭs aevūm Dēstrŭĭt īngēntēs ănĭmōs. *L.* Nēc vūltū dēstrŭĕ vērbă tŭō. *O. v. everto.*

dēsūdo. *v. sudo.*

dēsuēsco. PH. Paūlātim āntīquō pătrūm dēsuēscĭt hŏnōrī. *S.* Dēsuētă trĭūmphīs Agmĭnă. *V.* Dēsuētăquĕ sīdĕră cērnō. *O.* Ut fĕră, quae răbĭēm plăcĭdō dēsuētă măgīstrō. *St.*

dēsūltŏr, ōrĭs. PH. Trājĭcĭt āltērnō quī lĕvĕ pōndŭs ĕquō. *P.* Mūtātŏr ĕquōrūm. *Va.* Nōn mĭhĭ māllĕ plăcēnt, nōn sūm dēsūltŏr ămōrĭs. *O.*

dēsūm, dēfŭī. *Nōn lĭquĭdī fōntēs pĕcŏrī, nōn grāmĭnă dēsūnt.* V. *Dēest jām tērră fŭgaē* etc. V. *Dēĕrăt ădhūc* etc. O. — *Trōjaēve ŏpŭlēntĭă dēĕrĭt.* V. SY. ăbēssĕ, dēfĭcĕrĕ, dēsīdĕrārī, rĕquīrī. PH. Haūd mĭhĭ dēĕrō. *H.* Dēfŭĭt ēt scrīptīs ūltĭmă līmă mĕīs. *O.* Prōmīttītquĕ vĭrīs, nūllī sē dēfŏrĕ tēstēm. *S.* Dēsĭt ĭn hāc mĭhĭ pārtĕ fĭdēs. *O.* Nēc dēest coēptīs. *St.* — *c. infin.* Et mĭhĭ nōn dēsūnt tūrpēs pēndĕrĕ cŏrōllaē. *P.* Nēc cērnĕrĕ dēĕrăt. *S.* Nēc prāvūm nūtrīrĕ fŭrōrēm Dēĕrăt. *S.*

dēsŭpĕr. *Inspēctūră dŏmōs, vēntūrăquĕ dēsŭpĕr ūrbī.* V. SY. ăb āltō. PH. Dēsŭpĕr īnfūndām. *V.*

dēsūrgo. *Coēnā dēsūrgĭt dŭbĭā* etc. H. *v. surgo.*

dētĕgo. *Dētĕgĭt īmbēllēs ănĭmōs.* etc. Lr. SY. ăpĕrīrĕ, pāndĕrĕ, rĕsĕrārĕ, ōstēndĕrĕ; rĕtĕgĕrĕ; rĕclūdĕrĕ, ēxplĭcārĕ. PH. Dētĕgĕ jām fērrūm. *L.* Grāndĭă dētĕgĭt ōssă. *O.* Dētēxĭt vēntūs vīllām. *Pl.* Utquĕ lătēntēm Dētĕgĕrēt cūlpām. *O.* Et cēlātă dĭū ĭn mĕdĭūm pēccātă dĕdīssĕ. *Lr.* Occūltōs quī vĕtăt ēssĕ dŏlōs. *T.* Dēprēndĕrĕ dōctŭs, Quōd lătĕt. *Pe.* Omnĭă fērrĕ sŭb aūrās. *V.* Quĭd fātă părārēnt, Hī fēcērĕ pălām. *L.* Quae vīsă pōrtēnt, āffĕr ĭn mĕdĭūm. *Se.* Mănĭfēstă prŏpĕrăt sīgnă laetĭtĭaē gĕrēns. *Se. v. aperio, manifesto.*

dētērgĕo, ēs *et* dētērgo, ĭs. SY. ābstērgĕrĕ, tērgĕrĕ, mūndārĕ. PH. Dētērgĕtĕ sĭtūm fērrō. *S.* Rūbrā dētērgēs vūlnĕră māppā. *I.* Albŭs ŭt ōbscūrō dētērgēt nūbĭlă coēlō Saepĕ nŏtŭs. *H.* Mārmŏrĕō (lăcrĭmās) dētērsĭt pōllĭcĕ vīrgō. *O.* Lūmĭnă dētērsī. *St.* Mēnsām, quāndo ĕdō, dētērgĕō. *Pl.* Irĕ rĕcēntēs Dētērsūm măcŭlās. *Cl.* Et rĕlĭquūm nĭtĭdō dētērsĭt pōllĭcĕ sōmnūm. *Cl.* Foedō dētērgĭs saecŭlă vĭctū. *Cl.* Dētērsā rūbīgĭnĕ. *S.* Et sōlĭs rădĭīs dētērsă rĕmōvĭt Nūbĭlă. *Cl. v. abluo.*

dētĕrĭŏr. *Pērcūlĭt, ĭmpĕrĭō dētĕrĭōrĭs hĕrī.* C. SY. pējŏr. PH. Dētĕrĭŏr quī vīsŭs. *V.* Nēc vēră vīrtūs, quūm sĕmĕl ōccĭdĭt, Cūrăt rĕpōnī dētĕrĭōrĭbŭs. *H.* Dŏlĭtūrŭs, sī plăcĕānt spē Dētĕrĭūs nōstrā. *H.* Illum ēssĕ quām dētērrĭmūm. *Te.* Cŏlŏr dētērrĭmŭs ālbīs. *V.*

dētērmĭno. SY. cōnstĭtŭĕrĕ, dēfīnīrĕ. PH. Omnĭă fīxă tŭūs dētērmĭnăt ānnŭs. *Cic.* Hīnc tēlī dētērmĭnĕt ĭctŭs. *L.* Rĕgĭōnēs, līmĭtēs, cōnfīnĭă Dētērmĭnābō. *Pl.*

dētĕro; trīvī. *Dētĕrĕt īnvălĭdōs ēt vĭă lōngă pĕdēs.* T. SY. tĕrĕrĕ, āttĕrĕrĕ, cōn-

tĕrĕrĕ, ăbsūmĕrĕ. PH. Hōs quōndăm nōstrīs mănĭbŭs dētrīvĕrăt ūsŭs. *P.* Dētĕrĕrĕt sĭbĭ mŭltă, rĕcīdĕrĕt ŏmnĕ, quŏd ūltrā. *H.* Laūdēs ēgrĕgĭās Caēsărĭs ĕt tŭās Cŭlpā dētĕrĕre īngĕnī. *H.* Quāntŭm dētrītum ēst fāmaē. *S.* Omnĭă dētrītō vīncŭlă fūnĕ cădūnt. *P.* A cătēnā cōllŭm dētrītŭm cănī. *Ph.*

dētērrĕo. SY. ăvŏcārĕ, āmŏvērĕ, ăvērtĕrĕ, ăbdūcĕrĕ, tērrērĕ. PH. Caēdĭbŭs ĕt vīctū foēdō dētērrŭĭt Orpheŭs. *H.* Et foēdō dētērrēs saēcŭlă vīctū. *Cl.* Tămĕn ēst dētērrĭtă nūnquăm, Quīn flērĕt. *T.* Păvĭdŭm dētērrŭĭt ēnsĕ. *O.*

dētēstābĭlĭs. ***Exēmplum īn nōstrō tăm dētēstābĭlĕ sĕxū.*** I. SY. dētēstāndŭs, ēxsecrāndŭs, ēxsecrābĭlĭs, hōrrēndŭs.

dētēstŏr, ārĭs. ***Hōstīlīquĕ căpŭt prĕcĕ dētēstātŭr ĕūntĭs.*** O. SY. ăbōmĭnārī, ēxsecrārī, ăbhōrrērĕ, fŭgĕrĕ, ăvērsārī, hōrrērĕ, āmōlīrī, prōpŭlsārĕ. PH. Sūmmŭm Jŏvēm dĕōsquĕ dētēstŏr. *Pl.* Bēllăquĕ mātrĭbŭs Dētēstātă. *H.* Adĕōne Oēnōtrĭă tēllŭs Dētēstāndă fŭĭt? *S.*

dētĕxo; ŭī. — ***mōllīquĕ părăt dētĕxĕrĕ jūncō.*** V. PH. Fābēllăm pērmīttĕ mĭhī dētēxĕrĕ paūcīs. *Sulp.* Fīscēllă lĕvī dētēxta ēst vīmĭnĕ jūncī. *T. v. texo.*

dētĭnĕo. ***Sēd mē māgnă dĕŭm gĕnĭtrīx hīs dētĭnĕt ōrīs.*** V. SY. tĕnērĕ, rĕtĭnērĕ, mŏrārī, dēmŏrārī. PH. Cūr ĭtă crēdĭdĕrīm, nĭsĭ quĭd tē dētĭnĕt aūdī. *H.* Saēpe ŏcŭlōs ĕtĭăm dētĭnŭērĕ tŭōs. *O.*

dētōndĕo. PH. Dūm sălĭcēs hoēdī, dūm grāmĭnă vāccaē Dētōndēnt. *N.* Arbŏrĭbŭs rĕdĕūnt dētōnsaē frīgŏrĕ frōndēs. *O. v. tondeo.*

dētŏno. ***Nūnc ŭbĭ dētŏnŭīt, trĕpĭdūmque ēxtērrŭĭt ōrbēm.*** O. PH. Prīmā dūm dētŏnăt īră. *Va.* Phārsălĭcă bēllă dētŏnābĭs. *T.* Nēc quŏd dētŏnŭīt Cămēnă mājŏr. *Sid. v. tono.*

dētōrquĕo. SY. dēflēctĕrĕ, ăvērtĕrĕ. PH. Nūsquăm lūmēn dētōrquĕt ăb īllō. *O.* Vūlnŭs Dētōrsĭt vĕnĭēns. *V.* Graēcō fōntĕ cădēnt pārcē dētōrtă. *H.* Sī te ălĭō prāvūs dētōrsĕrĭs. *H.*

dētrăho; āxī. ***Dētŭlĕrĭt fāscēs īndĭgnō, dētrăhĕt īdĕm.*** H. SY. mĭnŭĕrĕ, dērŏgārĕ, aūfērrĕ, dēcērpĕrĕ, tōllĕrĕ. PH. Prōscīndĕrĕ dĭctīs, īnūrĕrĕ nŏtăm. Invādĕrĕ fāmam ăbsēntĭs ōrĕ vĕnēnātō. Vīrŭs ĭn ălĭquem ēffūndĕrĕ. Anĭmīs ērrōrēm dētrăhĕ nōstrīs. *O.* Pōmăquĕ sēlēctīs dētrăhĭt ărbŏrĭbŭs. Obsērvāns nīdō īmplūmēs dētrāxĭt. *V.* Vīrēntēm Ilĭcĕ dētrāxīt vīrgăm. *O.* Nēc mĭhĭ dētrāctās pōssĭdĕt āltĕr ŏpēs. *O.*

dētrēcto. SY. vītārĕ, ēvītārĕ, fŭgĕrĕ, rĕcūsārĕ, dēvītārĕ, ăbnŭĕrĕ, dēclīnārĕ; dētrăhĕrĕ, dēprĭmĕrĕ. PH. Dūctŭs ăb ārmēntō taūrŭs dētrēctăt ărātrŭm. *O.* Dētrēctārĕ fŭrōrĕ Mīlĭtĭăm fīctō. *O.* Dētrēctō nōn ĕgō vīnclă pĕdŭm. *T.* Ingĕnĭŭm māgnī līvŏr dētrēctăt Hŏmērī. *O.* Dētrēctăt praēsēntĭă līvŏr. *O.* Ipsă nĕc ăffēctāns, nēc dētrēctātŏr hŏnōrŭm. *Au.*

dētrīmēntŭm. ***Dētrīmēntă, fŭgās sērvōrŭm*** etc. H. SY. dāmnŭm, nōxă, īncōmmŏdŭm.

dētrūdo. ***Aggrēssī, sŭpĕrīsquĕ Jŏvēm dētrūdĕrĕ rēgnīs.*** V. SY. dēpēllĕrĕ, dējĭcĕrĕ, ēxpēllĕrĕ, ēxtūrbārĕ, dētūrbārĕ. PH. Dētrūdĕrĕ rūrĕ cŏlōnōs. *Cl.* Dētrūdūnt nāvēs scŏpŭlō. *V.* Dētrūsŭm sŭb īnānĭă Tārtără cōrpŭs. *O.* Dētrūdĕrĕ fīnĭbŭs hōstēm. *V.* Stygĭās dētrūsĭt ĭn ūndās. *V.*

dētrūnco. PH. Dētrūncātquĕ căpŭt. *O. v. trunco.*

dētŭmĕo. ***Dētŭmŭēre ănĭmī mărĭs, ĕt clēmēntĭŏr aūstĕr.*** St. SY. sŭbsīdĕrĕ, dēprĭmī. PH. Dētŭmŭērĕ lăcūs. *St.*

dētūrbo. SY. dēpēllĕrĕ, dējĭcĕrĕ, ēxtūrbārĕ. PH. In mărĕ praēcĭpĭtēm pūppĭ dētūrbăt ăb āltā. *V.* Agmĭnă dētūrbānt glădĭō. *S.* Vēntŭs dē tēctō dētūrbāvĭt tēgŭlās. *Pl. v. dejicio.*

dētūrpo. SY. tūrpārĕ, măcŭlārĕ.

Deŭcălĭōn. ***Crēdānt ĕt nĭmĭās Deŭcălĭōnĭs ăquās.*** O. SY. Prŏmēthīdēs. EP. pĭŭs, jūstŭs, aēquŭs, prŏbŭs. PH. Sătŭs Iăpētō. Hŏmĭnŭm, hūmānī gĕnĕrĭs rĕpărātŏr. Nōn īllō mĕlĭŏr quīsquăm nĕc ămāntĭŏr aēquī. *O.* Deŭcălĭōn văcŭŭm lăpĭdēs jăctāvĭt ĭn ōrbēm, Unde hŏmĭnēs nātī, dūrŭm gĕnŭs. *V.* Deŭcălĭōnēās fūdīssĕt Aquārĭŭs ūndās. *L.* Fābŭlă mēndāx Vīctūrōs lăpĭdēs mūndŭm spārsīssĕ pĕr āmplŭm Deŭcălĭōnă rĕfērt; dūrŭm gĕnŭs, ūndĕ rĕsūmptī Dēscēndūnt hŏmĭnēs. *Alcim.* 4, 4 sqq. Descr. *P.* 2, 23, 109. *O.* M. 1, 260 sqq. 318 sqq. *O.* F. 4, 794. *I.* 1, 81 sqq. *Mn.* 4, 829. *v. Pyrrha.*

dēvĕho. ***Hāctĕnŭs hīstŏrĭaē; nūnc ăd tŭă dēvĕhŏr āstră.*** P. SY. dēfērrĕ, vĕhĕrĕ. PH. Trāns aēquŏră mērcēs Dēvĕhĭt. *Cl.* Dēvēctăm gūrgĭtĕ pūppĭm. *Va.*

dēvēllo. — ***sŭō dēvēllĕrĕ trūncō.*** O. *v. divello.*

dēvēlo. ***Orăquĕ dēvēlăt mĭsĕraē pŭdĭbūndă sŏrōrĭs.*** O. SY. rĕvēlārĕ, dētĕgĕrĕ, ăpĕrīrĕ; īndāgārĕ, īnvēstīgārĕ, mănĭfēstārĕ.

dēvĕnĭo. ***Dēvĕnĭt īn Scythĭăm*** etc. O. SY. pērvĕnīrĕ, vĕnīrĕ, dēscēndĕrĕ, ăccēdĕrĕ. PH. Dēvēnērĕ lŏcōs laētōs ĕt ămoēnă vĭrētă. *V.* Irĕ tămĕn rēstăt, Nūmă quō dēvēnĭt ĕt Ancŭs. *H. v. advenio.*

dēvērsōrĭum. *v. diversorium, diverto.*

dēvēxŭs. SY. dēclīvŭs, prōnŭs. PH. Ad tērrāmquĕ flŭĭt dēvēxō pōndĕrĕ cērvīx. *V.* Usquĕ cŏlōrātĭs āmnĭs dēvēxŭs ăb Indīs. *V.* Est lăcŭs, ăcclīvīs dēvēxō mārgĭnĕ. *O. v. declivis, pronus.*

dēvīncĭo. SY. ŏbstrīngĕrĕ, vīncīrĕ, lĭgārĕ. PH. Anĭmŭs sē cŭpĭdĭtātĕ dēvīnxĭt mălā. *Te.* Istōc mē fāctō tĭbĭ dēvīnxtī. *Pl.* Dēvīnctŭs cōllă cătēnīs. *S.* Tēmpŏră dēvīnctŭs laūrō. *T.* Nēc quĕīs mē sĭt dēvīnctĭŏr āltĕr. *H.* Nōstrō dēvīnctī bĕnĕfĭcĭō. *Pl. v. vincio.*

dēvīnco. PH. Flūmĭnă dēvīncās. *St.* Et Asdrŭbăl Dēvīctŭs. *H. v. vinco.*

dēvīto. SY. vītārĕ, ēvītārĕ, dēclīnārĕ, fŭgĕrĕ, dētrēctārĕ. PH. Nēc dēvītārī lētŭm pŏtĕ, quīn ŏbĕāmŭs. *Lr.* Trīstēmquĕ rĕpūlsăm Quāntō dēvītēs ănĭmī căpĭtīsquĕ lăbōrĕ. *H.*

devius. — *per devia lustra vagantem.* O. SY. avius, invius, inaccessus, impervius, errans, aberrans, avius. PH. Ignarus loci, viae. Decipi errore locorum, viarum. Devia rura colis. *P.* Ignarosque viae. *V.* Avia cursu Dum sequor. *V.* Sive errore viae. *V.* Nec nos via fallit euntes. *V.* Devia pectora recti. *S.* Transmisit devius hastam. *St.* Me devius egerit error. *Cl.* Devia terrarum. *L.* Seu colis umbrosi devia montis, aper. *T. v. avius, deserta.*

devoco. PH. Refixa coelo devocare sidera. *H. v. traho, voco.*

devolo. PH. Et Jovis in multas devolat ales aves. *O. v. volo.*

devolvo. PH. Corpora devolvunt in humum. *O.* Fusis mollia pensa Devolvunt. *V.* Seu per audaces nova dithyrambos Verba devolvit. *H. v. dejicio, desilio.*

devoro. *Devorat, et clausum pectore vulnus alit.* O. SY. vorare, absorbere. PH. Devorer ante, precor, subito telluris hiatu. *O.* Malae tenebrae Orci, quae omnia bella devoratis. *C.* Ipse dolor vocem lacrimasque introrsus oborta Devorat. *O.* Orationem hanc aures dulcem devorant. *Pl. v. voro.*

devotio. SY. religio, pietas. *v. pietas.*

devoveo; ovi. *Devoveo vobis animam hanc socerumque Latino.* V. SY. vovere, consecrare, dicare, addicere, destinare, exsecrare, imprecari. PH. Dis Italis votum immortale sacrabat. *V.* Natam pro muta devovet agna. *H.* Destinat arae. *V.* Hoc ego devoveo teque tuosque modo. *O.* Num te carminibus, num te pollentibus herbis Devovit tacita tempore noctis anus? *T.* — *Devotus.* SY. addictus, deditus, destinatus, votus. PH. Andromede monstris devota marinis. *P.* Phoenissa infelix, pesti devota futurae. *V.* Devotae flavi verticis exuviae. *C.* Devota morti pectora libera. *H.* Ad certam devotos tendere mortem. *L.* Stabat devota juventus. *L.* Ni tibi deditus essem Devotusque cliens. *I.* An quisquam nobis devotior alter. *Cl.* Devota pii celebrant jejunia mystae. *Au.* Nudum promtumque ad vulnera pectus. *L. v. voveo.*

Deus. *Est deus in nobis* etc. O. EP. omnipotens, aeternus, immortalis, clemens, vindex, ultor, providus, caelipotens, astripotens, immotus, immutabilis, magnus, inaccessus, tremendus, metuendus, immensus, infinitus, justus, aequus, adorandus, verendus, sublimis, invictus, venerandus, terribilis, benignus, cunctipotens, omniregens, omniscius, sempiternus, munificus. SY. pater omnipotens. *V.* Celsi moderator olympi. *V.* Terrarum caelique sator. Rex magnus olympi; mundi, orbis conditor, caeli terraeque creator. Superum, caelicolum rex, rector. Ille maximus rerum parens. *Se.* Gentis humanae pater atque custos. *H.* Ille creator Atque opifex rerum. *L.* Tu summe coeli rector aetheriae potens dominator aulae. *Se.* Mundi conditor deus. *Se.* PH. Caeli sceptra tenens. Torquet qui sidera caeli. Cuncta suo qui numine torquet. Qui temperat orbis habenas. Qui sceptra tenet radiantis olympi. Qui mare, qui terras, qui caelum numine complet. *V.* Aeterno numine cuncta gubernat. Nutu qui concutit, temperat orbem. *O.* Coelum et terras qui numine torquet. *V.* Qui non spatiis terrae, non aequoris unda, Nec capitur coelo. *Cl.* Ille pater rerum, qui saecula dividit astris. *Cl.* Cujus ab obtutu tellus commota tremiscit. Cuncta supercilio quatiens. Aeterno numine cuncta movens. Opifex rerum et mundi melioris origo. *O.* Qui fera terribili jaculatur fulmina dextra. *O.* O magne olympi rector, et mundi arbiter! *Se.* O qui res hominumque Deumque Aeternis regis imperiis, et fulmine terres! O qui perpetua mundum ratione gubernas, Terrarum coelique sator, qui tempus ab aevo Ire jubes, stabilisque manens das cuncta moveri. *Buch.* Cernens cuncta Deus praesentia, prisca, futura. Qui motus animi, sensusque latentes Perspicit et taciti pectoris ima videt. Cujus ad imperium fundit sua munera tellus. *Buch.* Qui semper adest, semperque fuit, semperque manebit. Qui conspicit omnia justus Arbiter. Rerum cui summa potestas. *V.* Superi regnator olympi. *V.* Perspiciens intima cordis. Aeternus fons vitae; omnis origo boni. Immenso robore pollens. Qui regit aetherei radiantia sidera caeli. Scelerum vindex, dans praemia rectis. Quo nihil est majus, quo nil sublimius uno. Variisque mundum Temperat horis. *H.* Cui non heri aut cras, non quod fuit, aut erit olim. Deus et Ratio, quae cuncta gubernat. *Mn.* Tuque ante omnes, Pater ac rector, fulmine pollens, Cujus nutu simul extremi Tremuere poli. *Se.* Pater, qui saeva torques fulmina, Pellisque nubes, sidera et terras regis. *Se.* O stelliferi conditor orbis, Qui, perpetuo nixus solio, Rapido coelum turbine versas, Legemque pati sidera cogis. *Bo.* Valet ima summis Mutare, et insigne attenuat deus, Obscura promens. *H.* Qui regit immensam justo moderamine molem, Quique movet nostros per tot miracula sensus, Lumina sideribus qui dat, sua semina terris, Quique nives spargit gelidas, et nube salubri Elicit optatos herbis sitientibus imbres; Qui pelagus fluitare jubet, consistere montes, Qui corpus mentemque dedit. *Vid.* — *Deus pater.* PH. Pater omnipotens. Principium sine principio. Aequaevus nato pater. *v. deus* et *Jupiter.* — *Deus filius. v. Christus.* — *Deus Spiritus S.* PH. Amor omnipotens, amor aeternus. Sacrum Flamen. Divini fomes amoris. Spirabile numen. Patris et Nati mutuus ardor, amborum communis amor. Doni septemplicis auctor. *Vid.* Mentes nostras pulsa caliginе lustrans. Succendens corda nostra dio igne. Qui vires animis et robora sufficit aegris. Solator noster, ubi tristis moeror corda premit. Afflans occultos nostris sensibus ignes. Profluit ecce patris Natique e Numine eodem Numen idem. *Vid.* — *Deum timens.* Colens sacra statuta Dei. Verae

pĭĕtātĭs ămāns. Jūssă Dĕī sĕquēns. Pĭă cōrdă gĕrēns. Sacra ōrācŭlă sērvāns. Fĭdĕī quēm pĭă cūră tĕnĕt. Cūī sōlŭs Chrīstŭs fīrmīssĭmă rūpēs. *v. pius, probus.* — *Deum non timens.* Nīl săcră cūrāns. Lēgĭs vĭŏlāns jūră trĕmēndă săcrae. Cūī nōn sūnt cōrdī săcră jūră. Nōn sērvāns lēgĭs săcră stătūtă Dĕī. Dēspĭcĭēns vĕnĕrāndă Dĕī scēptră. Quēm ăbstŭlĭt īmpĭŭs ērrŏr. Cūī pēctŏră caecă īmpĭĕtās trăhĭt. *v. impius, improbus.* — *Deos alienos habere.* Nūmĭnă fīctă cŏlĕrĕ. Sērvīrĕ lūdĭcrĭs Dĭīs. Cŏlĕrĕ prō Dĕō vēsānă lūdĭbrĭă. Vĕnĕrārī nūmĭnă ĭnānĭă, fālsă, sĭmŭlācră Dĕōrum, sīgnă Dĭīs cōndĭtă, săxă frīgĭdă. *v. idolum.* — *in deorum numerum referre.* Nāmque ĕrĭt īllĕ mĭhī sēmpĕr dĕŭs; īllĭŭs ārăm Saepĕ tĕnĕr nōstrīs ăb ŏvīlĭbŭs īmbŭĕt āgnŭs. *V. v. apotheosis.* — *trop.* Sŭă cuīquĕ dĕŭs fĭt dīră cŭpīdō. *V.* Dĕŭs sūm, si hōc ĭta ēst. *Te. v. dii.*

dēxtĕr. *Quō mĭhĭ dēxtĕr ăbĭs?* V. — *dēxtĕră cīngĭtŭr āmnī.* V. — *In dēxtrā tēlă fŭĕrĕ mănū.* O. SY. sĕcūndŭs, prōspĕr, faūstŭs, fēlīx, fōrtūnātŭs, āptŭs, ĭdōnĕŭs, ĭngĕnĭōsŭs, sōllērs, săgāx. PH. Tū, Sĭmălĭo, īn sĭnīstrūm cōrnū; tū, Sўrĭsce, īn dēxtĕrūm. *Te.* Saūcĭŭs ārmō Dēxtĕrĭōrĕ Mĕdōn. *O.* Et sēllām cŭbĭtō dēxtĕrĭōrĕ prĕmĭt. *M.* Dēxtĕrĭōră pĕtēns mōntĭs dēclīvĭă. *L.* — *trop.* Tŭă dēxtĕr ădī pĕdĕ săcră sĕcūndō. *V.* Dēxtĕr ădēs dŭcĭbŭs. *O.* O sīdĕrĕ dēxtrō Edĭtĕ! *St.* Dēxtrō Hērcŭlĕ. *H.* Tēmpŭsque ăd proelĭă dēxtrŭm. *S.* Dēxtrō tēmpŏrĕ. *H.* Nēmō dēxtĕrĭŭs fōrtūna ēst ūsŭs. *H.* — *Dēxtĕră s. dēxtră sc. manus.* EP. pŏtēns, īndŏmĭtă, fōrtĭs, vălĭdă, ārtĭfēx. PH. Jūnctăquĕ bēllō Dēxtĕră. Dēxtĕră crūdēlĭs, quae mē frātrēmquĕ pĕrēmĭt. *O.* Cērtăquĕ lētĭfĕrā dīrēxĭt spīcŭlă dēxtrā. *O.* Nēc dēxtrā vērbă rĕfēllăm. *V.* Dēxtrā spēctātŭs Amīlcăr. *S.* Cōllātā proelĭă dēxtrā. *O.* Dēxtrāmquĕ prĕcāntēm Prōtēndēns. *O.* Aēnēām pūlsūm pĕlăgō dēxtrāquĕ prĕcāntēm Cērnĕre ĕrăt. *S.* A dēxtrā laevāquĕ dĭēs. *O.* Effrēnae dēxtrā laevāquĕ sĕquūntŭr. *St.* Sī Pērgămă dēxtrā Dēfēndī pōssēnt. *V.* Cōngrēssī jūngēnt dēxtrās. Jūncta ēst mĭhĭ foedĕrĕ dēxtră. *V.* Dēxtrām lābēntī tēndĭt ĭnērmēm. *V.* Cūr dēxtrae jūngĕrĕ dēxtrām Nōn dătŭr? *V.* Heū, ŭbĭ pāctă fĭdēs, cōmmīssăquĕ dēxtĕră dēxtrae? *O.* En, dēxtră fĭdēsquĕ! *V.* Dēxtĕră pēr fērrum ēst, pĭĕtās spēctātă pĕr īgnēs. *O. v. auxilium, foedus, manus.*

dēxtĕrĭtās. *Dēxtĕrĭtātĕ vĭgēns* etc. *Au.* SY. īndūstrĭă, sōllērtĭă.

Dĭă, aē. *Quā brĕvĭs aēquŏrĕĭs Dĭă fĕrĭtŭr ăquĭs.* O.

dĭăbŏlŭs. *Dĭăbŏlŭs Glaūcī fīlĭŭs Clĕaērĕtae.* (iamb.) Pl. — *nē fōrtĕ dĭăbŏlŭs īllă.* Paul. Nol. *v. daemon.*

dĭācŏnŭs, ī. Gr. ion. διήκονος.

dĭădēmă. *Dīgnĭŏr ēst scēptro ĕt rēgnī dĭădēmătĕ vīrtŭs.* M. SY. cŏrōnă. EP. īnsīgnĕ, nōbĭlĕ, cōnspĭcŭūm, rēgālĕ, nĭtĭdŭm, cŏrūscŭm, fūlvŭm, pūnĭcĕŭm, dīvĕs, prĕtĭōsŭm, dĕcōrŭm, clārŭm, splēndĭdŭm, gēmmĭfĕrŭm, rŭtĭlāns. PH. Rēgĭs īnsīgnĕ, frōntĭs dĕcŭs. Impōsĭtūm căpĭtī gēmmĭs dĭădēmă cŏrūscĭs. Aūrō dīvĕs gēmmīsquĕ cŏrōnă. Rēgēm rēgīsquĕ īnsīgnĕ gĕrēntēm. Aspĭcĭt īnsīgnī cūltām dĭădēmătĕ frōntēm. Hīnc nōbĭlĕ flāvūm Praecīnxĭt dĭădēmă căpŭt. Cuī frōns dĭădēmătĕ fūlvō Cīncta ĕrăt. Prēssōs dĭădēmătĕ crīnēs. *L.* Mădĭdūm tăbō dĭădēmă cruēntĭs Ungŭĭbŭs ārrĭpŭī. *St.* Dŭplĭcēm gēmmĭs aūrōquĕ cŏrōnăm. *V.* Illĕ, quī dōnăt dĭădēmă frōntī. *Se.* Rēgĭūm căpĭtĭs dĕcŭs Bĭs tērquĕ lāpsum ēst. *Se. v. corona.*

dĭaētă, aē. — *ūnă dĭaētĭs.* St.

dĭălēctĭcŭs. *Hīnc ōmnĭs cērtăt dĭălēctĭcă tūrbă sŏphōrŭm.* Au. PH. Orātŏr, dĭălēctĭcŭs, pŏētă. *Sid.*

dĭālĭs. *Flāmĕn ăd haēc prīscō mōrĕ dĭālĭs ĕrăt.* O.

Dĭānă. *Cōnstĭtĕrānt; sīlva āltă Jŏvĭs lūcūsquĕ Dĭānae.* V. *Exērcēt Dĭānă chŏrōs, quām māllĕ sĕcūtae.* V. Descr. *V.* A. 1, 502 sqq. *Loca* sacra: Cynthus, Dēlos, Taurus, Ephĕsus, Crēta. *Animantes:* cervi. *Arma:* pharetra. EP. Lātōĭs, Lātōnĭgĕnă, Lātōnĭă, Dīctўnnă, cāstă, Scўthĭcă, Mўcēnaeă, trĭfōrmĭs, hŏnēstă, sūccīnctă, phărĕtrātă, tōrvă, jăcŭlātrĭx, ăgĭlĭs, ănĭmōsă, sānctă, vĕrēcūndă, pūlchră, vēnātrĭx, īnnūptă, nĕmŏrālĭs, mītĭs, nĭvĕă, mōntĭvăgă, Avēntīnă, Tībūrtīnă, clāră, Lūcĭfĕră, cāndĭdă, ālbă, văgă, cĕlĕr, sīlvĭcŏlă, tērgĕmĭnă, phărĕtrĭgĕră, īntĕmĕrātă, īntĕgră, ārcĭtĕnēns, ōmnĭvăgă, īnvĭŏlātă, săgīttĭfĕră, nĕmŏrōsă, ūnĭgĕnă, Cat. 64, 301. SY. Lātōnĭă, Dēlĭă, Cynthĭă, Lūnă, Trĭvĭă, Hĕcătē, Lūcīnă, Phoebī sŏrŏr. Lātōnĭă vĭrgō. Lātōnae gĕnŭs, prōlēs, sŭbŏlēs. Dĕă sīlvārum. Vĭrgŏ pŏtēns. Nĕmŏrūm cūltrīx. Cōnsōrs Phoebī dĕă. Lātōnĭă mōntĭŭm cūstōs. Dīvă trĭfōrmĭs. Vēnātrīx, Sīlvĭcŏlīs dĕă cōgnĭtă Nўmphĭs. Saevĭs ĭnĭmīcă vĭrgŏ Bēllŭĭs. *H.* Phărĕtrātă pŭēllă. *O.* Maenălĭs dīvă. Sēcrētĭs dĕă sāltĭbŭs ērrāns. Nўmphārŭm cŏmĭtātă chŏrō. *O.* Caēdĕ sŭpērbă fĕrārŭm. *O.* PH. Aūrĕŭs ĕx hŭmĕrō sŏnăt ārcŭs ĕt ārmă Dĭānae. *V.* Astrōrŭm dĕcŭs ĕt nĕmŏrŭm Lātōnĭă cūstōs. *V.* Dĭānăm, tĕnĕrae dīcĭtĕ vīrgĭnēs. *H.* Lūcŭs ĕt āră Dĭānae. *H.* — *Dianius.* Et tūrbă Dĭānĭă fūrēs. *O.*

dĭārĭŭm. *Cūm sērvĭs ūrbānă dĭārĭă rōdĕrĕ māvĭs.* H.

dĭbrăchўs. *Quārtŭs dĭbrăchўs ēst* etc. Fer. M.

Dĭcārchēă, aē. *Fōrtĕ Dĭcārchaeā jŭvĕnĭs cōnsēdĭt ĭn ūrbĕ.* S.

dĭcāx. *Quī căptăt rĭsŭs hŏmĭnūm fāmāmquĕ dĭcācĭs.* H. PH. Vērum ĭtă rĭsōrēs, ĭtă cōmmēndārĕ dĭcācēs Cōnvĕnĭĕt Sătўrōs. *H.* Sāt dĭcācŭla ēst. *Pl.* Rīsŭs, sērĭĕtās, dĭcācĭtātēs. *Sid. v. dicterium.*

dĭco, ās. *Cōnnŭbĭō jūngām stăbĭlī prŏprĭāmquĕ dĭcābō.* V. SY. dĕdĭcārĕ, cōnsĕcrārĕ, săcrārĕ, nūncŭpārĕ, vŏvērĕ, dēvŏvērĕ, dēstĭnārĕ, āddīcĕrĕ. PH. Haēc sūnt Lēdaeĭs tēmplă dĭcātă dĕīs. *O.* Cōncēptăquĕ vōtă dĭcābānt. *S.* Hānc ŏpĕrām tĭbĭ dĭcō. *Te. v. dedico, destino, devoveo.*

dīcō, ĭs. *Dīcĕrĕt: haec mĕă sunt; vĕtĕrēs mĭgrātĕ cŏlōnī.* V. *Dīc ĭn ămīcĭtĭam cŏēant* etc. V. Per *ellipsin:* Tūm prĭŭs Aenēās sc. dixit. *V.* SY. lŏquī, ēlŏquī, pandĕrĕ, narrārĕ, ēnarrārĕ, rĕferrĕ, mĕmŏrārĕ. PH. Effundĕrĕ pectŏrĕ vōces. Fundĕre ōrĕ lŏquēlās. Vōcĕ sĭlentĭă rumpĕrĕ. Ōrĕ sŏnōs ēdĕrĕ, prŏferrĕ, prōmĕrĕ, exprōmĕrĕ. Dīctă dărĕ. *V.* Vērba excūsantĭă dīcĭt. *O.* Dīcāmŭs bŏnă vērbă. *T.* Dīcēbām: mĕdĭcārĕ tŭōs dēsĭstĕ căpillōs. *O.* Dīxĭtquĕ nŏvissĭmă vērbă. *V. Solemnis forma in fine:* Haec ŭbĭ dīctă, Vīx eă dīctă, Dīxĭt, Dīxĕrăt, *et ab initio:* Dīxĭt ĕt, Dīxĕrăt ĕt etc. — Dīc mĭhĭ, Mūsă, vĭrŭm. *H.* Dīc mĭhĭ, Dāmoetă, cūjūm pĕcŭs. *V.* Dīcĭtĕ, Pīĕrĭdēs etc. *V.* Illĕ dĕŭs quī sĭt, dă, Tĭtyrĕ, nōbīs. *V.* Dīc, ăgĕ. Fāre, ăgĕ; ăgĕ fārĕ. — *I. q. celebrare.* Pĕdēstrĭbŭs Dīcēs hĭstŏrĭīs praelĭă Caesărĭs. *H.* Vēstră mĕōs ōlĭm sī fīstŭlă dīcăt ămōres. *V.* Cuī nōn dīctŭs Hўlās? *V.* — *I. q. appello.* Dīcīquĕ bĕātŭs Ante ōbĭtūm nēmō sūprēmăquĕ fūnĕră dēbĕt. *O.* Ēst lŏcŭs, Hēspĕrĭām Grājī cognōmĭnĕ dīcūnt. *V.* Et tē crūdēlēm nōmĭnĕ dīcĭt. *V.* Et dīcĭēr: hīc ēst. *Pe.* — *I. q. addico.* Et prĕtĭūm dīcĕrĕ mūnĕrī. *H.* — Dīcĭtŭr, *v. fama.*

Dīctă, aē *et* Dīctē, ēs. *v. Creta.*

Dīctaeŭs *i. q.* Cretensis.

dīctāmnŭs, ī. Descr. *V.* A. 12, 412.

dīctātŏr. *Fūmōsōs ĕquĭtūm cūm dīctātōrĕ măgĭstrōs.* I. PH. Sūmmūm dīctātŏr hŏnōrĕm Cōntĭgĭt. *L.* Tu hīc ĕrĭs dīctātrīx nōbīs. *Pl.*

dīctĕrĭŭm. *Ōmnĭbŭs ărrīdēs, dīctĕrĭă dīcĭs ĭn ōmnēs.* M. EP. ingĕnĭōsŭm, mordāx, illībĕrālĕ. *v. dicax.*

dīctĭto. *Dīctĭtĕt, Albānō Mūsās ĭn mōntĕ lŏcūtās.* H.

dīcto. — *Mĭsĕrīs dīctăt pĭă vōtă săcērdōs.* Va. PH. Cērās nūnc hōc dīctāntĕ pŭsīllās. *Pe.* Mĕmĭnī, quaē plāgōsŭm mĭhĭ pārvō Orbĭlĭŭm dīctārĕ. *H.* Nōn sī qua ēlĕgī dĭă crūdī Dīctārūnt prōcĕrēs. *Pe.* Cārmĭnă dīctānt. *H.* Haēc īrā dīctāntĕ prŏfātŭr. *L.*

dīctŭm, ī. PH. Mūtŭă dīctă rĕferrĕ. *O.* Ignōmĭnĭōsăquĕ dīctă. *H.* Tālĭbŭs āggrĕdĭtŭr Vĕnĕrēm Sātūrnĭă dīctīs. *V. v. verbum, sermo.* — Neū dīctō pārērĕ rĕcūsā. *V.* Dīctă Fāmēs Cĕrĕrĭs pĕrăgĭt. *O.* — *I. q. scriptum.* Ennĭŭs hīrsūtā cīngāt sŭă dīctă cŏrōnā. *P.* Dēpāscĭmŭr aūrĕă dīctă. *Lr.*

Dīctynnă, aē. — *nĕmŏrĭsquĕ tŭī, Dīctynnă, rĕcēssŭs.* O. *v. Diana.*

Dīctys, yŏs. — *quēm Dīctys Hĕlōpsquĕ dĕdĕrūnt.* O.

Didĭŭs, ī. *Dīdĭŭs hŏstīlēs īngĕmĭnāvĭt ŏpēs.* O. *Dī bĕnĕ, quōd Dīdĭŭs spŏlĭīs nōn gaūdĕt ŏpīmīs.* Au.

dīdo, dīdĭdī, ĭtūm. *Dīdĭtŭr hīc sŭbĭtō Trōjānă pĕr ăgmĭnă rūmŏr.* V. SY. dīvĭdĕrĕ, dīstrĭbŭĕrĕ. PH. In tĕrrīs tŭă dīdĭtă fāmă. Dūm mūnĭă dīdĭt. *H.*

Dīdo, ūs *vel* ōnĭs. *Ārdĕt ămāns Dīdō, trāxĭtquĕ pĕr ōssă fŭrōrĕm.* V. SY. Phrygĭă, Phoenīssă, Sīdōnĭă rēgīnă, Sīchaeĭă cōnjŭx. EP. pŭlchră, ĕffĕră, īnfēlīx, căndĭdă, mĭsĕră, mĭsĕrābĭlĭs, prŏfŭgă, Tyrĭă, fŭrĭātă, āmēns, dēmēns, īnsānă, mălĕsānă, dēcēptă, dēlūsă, rēlīctă, dēsērtă, cōncīnnă, pūlchērrĭmă, dīvĕs, sānguĭnŏlēntă, tĕnĕră, lăcrymōsă. PH. Tyrĭām quaē cōndĭdĭt ărcēm. Phrygĭō mălĕ nūptă mărītō. Fraūdĕ cŏāctă mŏrī. Praēbŭĭt Aenēās ĕt caūsām mōrtĭs ĕt ēnsēm: Ipsă sŭā Dīdō cōncĭdĭt ūsă mănū. *O.* Infēlīx Dīdō, nūllī bĕnĕ nūptă mărītō: Hōc mŏrĭēntĕ fŭgĭs, hōc fŭgĭēntĕ pĕrīs. *Au.* Nōmĭnă Dīdō Saēpĕ vŏcātūrŭs. *V.* Mĭsĕrāmquĕ rĕlīnquĕrĕ Dīdō. *O.* Descr. *V.* A. 1—4. *S.* 1, 21 sq. 8, 50. *O.* H. 7. *Au.* id.

dīdūco. *Tūm vērō īn pārtēs ănĭmŭs dīdūcĭtŭr ōmnēs.* V. SY. dīstrăhĕrĕ, dĭrĭmĕrĕ, dīvēllĕrĕ. PH. Dīdūcĭt scŏpŭlōs ĕt mōntĕm rūmpĭt ăcētō. *I.* Cōntĭnŭūm dīdūxĭt hŭmūm. *O.* Rīsū dīdūcĕrĕ rīctŭm. *H.* Assēm Dīscūnt īn pārtēs cēntūm dīdūcĕrĕ. *H.* Aēquŏră dīscēdūnt mērsā dīdūctă cărīnā. *L.* Nōstrō dīdūctă Brĭtānnĭă mūndō. *Cl. v. divido, distraho.*

Dīdymŭs, ī. *Plūs hăbŭĭt Dīdymŭs, plūs Phĭlŏmēlŭs hăbĕt.* M.

dĭērēctŭs *et* dĭērēctŭs ap. Plaut. *v. crux.*

dĭēs. *Expēctātă dĭēs ădĕrăt* etc. V. — *mĕlĭŏr quŏnĭām pārs āctă dĭēī.* V. — *Nōn ūllī pāstōs īllīs ēgērĕ dĭēbŭs.* V. *Dīē s. dĭēī* pro *dĭēī*, Lībră dĭēī sōmnīquĕ părēs ŭbĭ fēcĕrĭt hōrās. *V.* G. 1, 208. *Diem proferre H.* O. 1, 15, 33. SY. lūx, sōl, lūmĕn, aūrōră, Lūcĭfĕr. T. 1, 3, 94. EP. laētĭfĭcŭs, clārŭs, nĭtĭdŭs, lūcĭdŭs, vŏlŭcĕr, ălmŭs, cāndĭdŭs, fōrmōsŭs, splēndēns, īnstābĭlĭs, prōnŭs, răpĭdŭs, Phoebēŭs, cĕlĕr, vēlōx, nĭtēns, sĕrēnŭs, sĕrēnātŭs, fŭgĭtīvŭs, fŭgāx, flŭēns, brĕvĭs, spērātŭs, grātŭs, ōptātŭs, fēlīx, ēxspēctātŭs, īnnūbĭs, fēstŭs, fāstŭs, nĕfāstŭs, sōlēmnĭs, nĭgĕr, īnfēlīx, īnfaūstŭs, ēxtrēmŭs, nōn sēgnĭs, hŏdĭērnŭs, hēstērnŭs, crāstīnŭs. PH. Dĭūrnŭm tēmpŭs. Dĭūrnă mŏră. Dĭūrnī mŏră tēmpŏrĭs. Cāndĭdă Lūcĭfĕrō praēvĕnĭēntĕ dĭēs. Rĕvŏlūtă rŭēbăt Mātūrā jām lūcĕ dĭēs, nōctēmquĕ fŭgābăt. *v. Aurora.* Laētĭfĭcŭsque ĕrăt ōmnĭbŭs aēthĕră pūrō. Ergo ădĕrăt prōmīssă dĭēs, ĕt tēmpŏră Pārcaē Dēbĭtă cōmplērānt. *V.* Haēc tē prīmă dĭēs bēllō dĕdĭt, haēc eădem aūfērt. *V.* Hōraē dĭūrnaē. *V.* Lūx tērrīs sē crāstĭnā tōllĕt. *V.* Sōlĕ dĭēs rĕfĕrēntĕ sīccōs. *H.* Illĕ dĭēs prīmŭs lēthī prīmŭsquĕ mălōrŭm Caūsă fŭĭt. *V.* Illă dĭēs hōrnīs caēdēm dēnūntĭăt āgnīs. *V.* Cūm făcĭās vērsŭs nūllā nōn lūcĕ dŭcēntōs. *M. v. mane, meridies, nox, vesper.* — *Dies longus.* PH. Sī mĭhĭ nōn haēc lūx tōtō jām lōngĭŏr ānno ēst. *V.* Dĭēsquĕ Lōngă vĭdētŭr ŏpŭs dēbēntĭbŭs. *H.* Nēc quĕrĕrĕr, tārdōs īrĕ, rĕlīctă, dĭēs. *O.* — *Dies brevis.* PH. Quĭd tāntŭm Ŏcĕănō prŏpĕrēnt sē tīngĕrĕ sōlēs Hībērnī, vēl quaē sērīs mŏră nōctĭbŭs ōbstĕt. *V.* Jām brĕvĭŏrquĕ dĭēs ēt mōllĭŏr aēstās. *V.* Tū quŏquĕ, qui aēstīvōs spătĭōsĭŭs ēxĭgĭs īgnēs, Phoebĕ, mŏrātūraē cōntrăhĕ lūcĭs ĭtĕr. *P.* Sēd cūr rĕpēntĕ lūcĭs aēstīvaē vĭcēs Hībērnă lōngā spătĭă prōdūcūnt mŏrā? *Se.*

Nec mihi solstitium quidquam de noctibus aufert: Efficit angustos nec mihi bruma dies. O. Almum quae rapit Hora diem. *H.* Seu bruma nivalem Interiore diem gyro trahit. *H.* Nox urget diem. *H.* Et fugiunt freno non remorante dies. *O.* Seu matutinus ab undis Sol redit, Hesperio seu jam lavit aequore currus. *O. v. sol.* — *Diem agere.* PH. Tecum etenim longos memini consumere soles. *V.* Nec partem solido demere de die. *H.* Cum quo morantem saepe diem mero Fregi coronatus. *H.* Longos cantando condere soles. *V.* Melior pars acta diei. *V.* Lucis pars optima mensae Est data. *O.* Detinuit sermone diem. *O.* Diem longis sermonibus implet. *O.* Diem donare Lyaeo. *S.* Dies absumta querelis. *S.* — *Dies noctesque.* PH. Te veniente die, te decedente canebat. *V.* Sive dies, seu nox venerit. *Va.* Alme sol, curru nitidum diem qui Promis et celas. *H.* Sive latet Phoebus, seu terris altior exit. *Lr.* Sole recens orto aut noctem ducentibus astris. *V.* Noctes atque dies patet atri janua Ditis. *V.* Nulla venit sine te nox mihi, nulla dies. *O.* Sive die laxatur humus, seu frigida lucent Sidera. *Va.* Illum non udis veniens Aurora capillis Cessantem vidit, non Hesperus. *Va.* Sive diem ducit Sol, seu vaga Cynthia noctem. *L.* Sive soporiferis terrae nox incubat umbris, Seu nitido Phoebus lumine lustrat humum. *Au.* — *Dies ultima.* Venit summa dies et inevitabile tempus. *V.* Miseri, quibus ultimus esset Ille dies. *V.* Supremo quos lumine vita reliquit. *V.* Occurrit suprema dies. *L.* Extremum fati sustinet ille diem. *O.* Dies regnis illa suprema fuit. *O. v. exitium, mors.* — *Ante diem.* PH. Sed cadat ante diem. *V.* — *In dies.* PH. Inque dies majus lumen convertere nobis. *Lr.* subjectior in diem et horam Invidiae. *H.* — *De die.* PH. De medio potare die. *H.* Vos convivia lauta sumtuose De die facitis. *C.* Medioque dierum Regales epulae. *S.* Potores bibuli media de luce Falerni. *H.* — *Dies longa.* PH. Multa dies variusque labor mutabilis aevi Rettulit in melius. *V.* Longa dies perfecto temporis orbe Concretam exemit labem. *V.* Damnosa quid non imminuit dies? *H.* Longa procubuere die. *O. v. tempus.* — *Periphrases.* 1. *diei unius.* Ad finem lucis ab ortu. Lucifer amborum natalibus affuit idem. Ab ortu lucis ad umbram. *H.* At si cum referetque diem condetque relatum. Cum semel alma suos Aurora reduxerit ortus. Jam semel Hesperiis currum sol merserat undis. Bisque die numerant ambo pecus. *V.* Bisque die fortibus ora lavet. *O. v. quotidie.* — 2. Jamque dies alterque dies processit, et aurae Vela vocant. *V.* Postera jamque dies primo surgebat Eoo. Mane ubi bis fuerit, Phoebusque iteraverit ortus, Factaque erit posito rore bis uda seges. *O.* Postera Phoebea lustrabat lampade terras Orta dies. Postera cum primo stellas oriente fugarat Clara dies. Postera vix summos spargebat lumine montes. *V.* Postera nocturnos Aurora removerat ignes. Postera depulerat stellas Aurora micantes. Postera depulerant Aurorae lumina noctem. *O.* Postera lux Phaethontis equos proferre parabat Jam rapidos. *S.* Postera cum teneras Aurora refecerit herbas. Nox ubi transierit, coelumque rubescere primo Coeperit, et tactae rore querentur aves. Proxima victricem cum Romam inspexerit Eos, Et dederit Phoebo stella fugata locum. Postera cum roseam pulsis Hyperionis astris In matutinis lampada tollet equis. Postera sidereos Aurora fugaverat ignes. *O.* Postera lux oritur multo gratissima. *H. v. cras.* — 3. Tertia lux gelidam caelo dimoverat umbram. *V.* Tres adeo incertos caeca caligine soles Erramus pelago et totidem sine sidere noctes. *V.* Ter jungat Titan, terque resolvat equos. Tertius illuxit mundo cum lumine Phoebus. Ubi lux tertia caelo refulget. Cum lux tertia effulserit. Tertio ubi Titan emerserit ortu. Tertius Auroram pulsabat Lucifer. *S.* Ter juga Phoebus equis In Ibero flumine mersis Dempserat, et quarta radiantia nocte micabant Sidera. *O.* Tertia lux classem Cretaeis sistet in oris. *V.* Cum Phrygis Assaraci Tithonia fratre relicto Sustulit incenso ter jubar ore suum. *O.* — 4. Vix lumine quarto Prospexi Italiam. *V.* Inde quater pastor saturos tibi clauserit hoedos. Canuerant herbae rore recente quater. *O.* Quarto terra die primum se attollere visa. *V.* — 5. Quintus ab aequoreis nitidum caput extulit undis Lucifer. Post ubi quinta suos Aurora ostenderit ortus. *V.* Cum croceis rorare genis Tithonia conjux Coeperit, et quintae tempora lucis aget. *O.* — 6. Sextus ubi e terra clivosum scandet olympum Phoebus, et alatis aethera carpet equis. *O.* Sexta resurgebant orientis cornua lunae. *O.* — 7. Septima lux venit non exhibitura sequentem. Septima quum solis renovabitur orbita caelo. *S.* Septima jam nitidum terris Aurora diesque Purpureo vehit axe diem. *St.* Sacra dies, tenens Domini sanctum de nomine nomen. Jamque Hyperionia lux septima lampade surgens. *S.* Quem luce et nocte jacentem Septimus interdum sol invenit. *I.* — 8. Bis quater obscuras Aurora fugaverat umbras. Tertia post quintam revoluta Aurora ruebat. Bis quater immenso jam Sol illuxerat orbi. Octavoque fere candenti lumine solis, Aut etiam nona reddebant lampade vitam. *Lr.* — 9. Post ubi nona suos Aurora ostenderit ortus. *V.* Praeterea si nona diem mortalibus almum Aurora extulerit, radiisque retexerit orbem. Exspectata dies aderat, nonamque serena Auroram Phaethontis equi jam luce vehebant. *V.* Roscida jam novies coelo dimiserat astra Lucifer, Et totidem lunae praevenerat ignes Mutato nocturnus equo. *St.* — 10. Proxima post nonam quum sese Aurora moveret. *O.* Festum genialiter egit Per bis quinque dies et junctas ordine noctes. *O.* Bis quinos silet ille dies. *O.* — 17. Septima post decimam

fēlīx. *V.* — 30. *v. mensis.* — 365. *v. annus.*

Dīespĭtĕr. PH. Nāmquĕ Dīēspĭtĕr Ignī cŏrūscō nūbĭlă dīvĭdēns. *H.* Dīēspĭtēr vōs pĕrdŭĭt! *Pl.*

dĭffāmo. — *dĭffāmātŭmquĕ pārēntī.* O.

dĭffĕro, dĭffĕrs; dīstŭlī, dīlātum. SY. dīstārĕ, dīssēntīrĕ, dīscrĕpārĕ; tārdārĕ, cūnctārī, mŏrārī, prōcrāstĭnārĕ. PH. Lātē dīffērrĕ fāvīllām. *Lr.* — Dīffĕrŏr dŏlōrĭbūs. *Te.* Dīffĕrŏr īnvĭdĭā. *P.* Trīstī tūrbātūs tēmpŏrĕ dīffĕrt. *V.* Nēc tē vēntūrās dīffĕr ĭn hōrās. *V.* Pārs ēst dīlātă lăbōrūm. *O.* Sī fŏrĕt hīc nōstrūm fātō dīlātūs ĭn aevūm. *H.* Nē dūlcĭă dīffĕr ĭn ānnūm. *H.* Plērăquĕ dīffĕrăt ēt praēsēns īn tēmpūs ŏmīttăt. *H.* Cārōs nē dīffĕr ămīcōs. *M.* Sĭtīm dīstŭlĭt īră. *O.* — Nīsī quōd pĕdĕ cērtō Dīffĕrt sērmōnī sērmō mĕrūs. *H.*

dĭffĭcĭlĭs. *Dīffĭcĭlĕ ēst, fătĕōr: sēd tēndĭt ĭn ārdŭă vĭrtūs.* O. SY. ārdŭūs, ŏpĕrōsūs, lăbōrĭōsūs; mŏrōsūs, quĕrŭlūs. PH. Tāntaē mōlĭs ĕrăt, Rōmānām cōndĕrĕ gēntēm. *V.* Māgnūs ĕrĭt īstă făcēssĕrĕ lăbŏr. Hōc ŏpūs, hĭc lăbŏr ēst. *V.* Nōn ēst mōrtālĕ, quŏd ŏptās. Nōn haēc vīrĭbūs īstīs Pōndĕră cōnvĕnĭūnt. Nīl mōrtālĭbūs ārdŭum ēst. *H.* Tē sĭnĕ nīl āltūm mēns īnchŏăt. *V.* Dūrūs ŭtērquĕ lăbŏr. *V.* Haūd făcĭlem ēssĕ vĭām vŏlŭĭt. *V.* Scŏpŭlōs Sīrēnum ādvēctă sŭbībăt Dīffĭcĭlēs quōndām mūltōrūmque ōssĭbūs ālbōs. *V.* Nēc māgnūs prŏhĭbērĕ lăbŏr. *V.*

dĭffĭcūltās. *v. labor.*

dĭffĭcūltĕr. *Sēd dĭffĭcūltēr cōntĭnētūr spīrĭtūs.* (iamb.) Ph. SY. dĭffĭcĭlĕ, aēgrē, vīx, mŏlēstē.

dĭffĭdēntĭă. *Fīt quŏquĕ lōngŭs ămŏr, quēm dĭffĭdēntĭă nūtrĭt.* O. SY. īncrēdŭlĭtās, dēspērātĭo.

dĭffīdo. *Heū nĭmĭūm făcĭlēs, taēsīs dīffīdĕrĕ rēbūs.* S. SY. nōn fīdĕrĕ, nōn cōnfīdĕrĕ, dēspērārĕ. PH. Quūm jām dīffīdĕrĕt ārmīs. *V.* Dīffīsūs vīrĭbūs ōrbīs. *L.* Pārūm fīdēns. *Se.* Dēērātnĕ tĭbī fīdūcĭă nōstrī? *L.* Vīrĭbūs īndŭbĭtārĕ sŭīs. *V. v. despero.*

dĭffīndo. PH. Tēmpŏră plūmbō Dīffīdĭt ăc mūltā pōrrēctum ēxtēndĭt ărēnā. *V.* Dīffīdĭt ūrbĭūm Pōrtās vĭr Măcĕdō. *H.* Dīffīssā nătĕ fīcūs. *H. v. findo.*

dīffīngo. PH. Nĕquĕ Dīffīngĕt īntēctūmquĕ rēddĕt. *H. v. defingo.*

dĭffĭtĕŏr. *Ēt pŭdŏr ōbscēnūm dĭffĭtĕātūr ŏpūs.* O. *v. nego.*

dīfflo. PH. Dīfflātaē tĕnŭēntūr ĭn āĕră nūbēs. *Au.* Lĕgĭōnēs dīfflāstī spīrĭtū. *Pl.*

dīffluo. SY. ēfflŭĕrĕ, flŭĕrĕ, lĭquēscĕrĕ. PH. Dīfflŭĕre hūmōrēm. *Lr.* Sūdōrĕ mūltō dīfflŭēntēs cōrpŏră. *Ph.* Lĭcēntĕr dīfflŭēns pōtu ēt cĭbō. *Pr.* Anĭmūs quī lūxŭrĭa ēt lāscīvĭā Dīfflŭĭt. *Te.*

dīffŭgĭo. *Dīffŭgĭmūs vīsu ēxsānguēs* etc. V. PH. Dīffŭgĕrĕ nĭvēs. *H.* Extērrĭtă sīlvīs Dīffŭgĭūnt ārmēntă. *V.* Omnīs cāmpīs dīffŭgĭt ărātŏr. *V. v. fugio.*

dīffūndo; fūdī. SY. ēffūndĕrĕ, prōfūndĕrĕ, fūndĕrĕ, dīspērgĕrĕ, dīssĭpārĕ. PH. Dēdĕrātquĕ cŏmām dīffūndĕrĕ vēntīs. *V.* Răpĭdō dīfūndĭtūr Hēllēspōntō. *C.* Tālĕ jŭbăr dīffūndĭt ăquīs. *Va.* Lĭquĭdum āmbrŏsĭaē dīffūndĭt ŏdōrēm. *V.* Undāntīque ănĭmām dīffūndĭt ĭn ārmă crŭōrĕ. *V.* Flēndō dīffūndĭmūs īrām. *O.* In ŏmnĕ lătūs dīffūsă sŏnābăt. *V.* Dīffūsī jūgĕră cāmpī. *M.* — Jŏvem mĕmŏrānt, dīffūsūm nēctărĕ, cūrās Sēpōsŭīssĕ grăvēs. *O.* — Paūcōrūm dīffūndĕrĕ crīmĕn ĭn ōmnēs. *O.*

dĭgāmmă *et* dĭgāmmŏs. PH. Aeŏlĭīs līttĕră fīngĭtūr dĭgāmmŏs. *Te. M.*

Dīgēntĭă, aē. — *gĕlĭdūs Dīgēntĭă rīvūs.* H.

dĭgĕro; dĭgēssī. *Dīgĕrĭt īn nŭmĕrūm* etc. V. SY. ōrdĭnārĕ, dīstīnguĕrĕ, dīstrĭbŭĕrĕ, dīspōnĕrĕ; cŏquĕrĕ, cōncŏquĕrĕ. PH. Poēnām dīgēssĭt ĭn ŏmnēs. *O.* — Ită dīgĕrĭt ŏmnĭă Cālchās. *V.*

dĭgĭtūs. *Ēt dĭgĭtōs dĭgĭtīs, ēt frōntēm frōntĕ prĕmēbām.* O. SY. ārtĭcŭlūs, ārtūs. EP. cāndĭdūs, ĕbūrnūs, rŏsĕūs, nĭvĕūs, mōllīs, tĕnĕrūs, mōllĭcŭlūs, rŭbēns, dŏcĭlĭs, fōrmōsūs, tĕrēs, īndūstrĭūs, ārtĭcŭlātūs, īmpăr, nĭvālĭs, mĭcāns. PH. Et dīgnōs Bācchō dĭgĭtōs. *O.* Aūrōraē vīncīs dĭgĭtōs. *Cl.* Dĭgĭtōsquĕ lĭgāt jūnctūră rŭbēntēs. *O.* — Dĭgĭtīs īntēndĭt mōllĭbūs ārcūm. Cĭthărām dĭgĭtīs pērcūssĭt ĕbūrnīs. Jāmque ĕādēm dĭgĭtīs, jām pēctĭnĕ pūlsăt ĕbūrnō. *V.* — Indĭcĕ mōnstrārĕt dĭgĭtō. *H.* Dĭgĭtūm pōrrĭgĭtō mĕdĭūm. *M.* — Dĭgĭtō mōnstrārī ēt dīcĭēr: hīc ēst. *Pe.* Mōnstrŏr dĭgĭtō praētĕrēūntĭūm. *H.* — Dĭgĭtīs nūtūquĕ lŏquūntŭr. *O.* Nēc īn dĭgĭtīs līttĕră nūllă fŭĭt. *O. v. nutus.* — Spērăt ĕt īn saēvā vīctūs glădĭātŏr ărēnā, Sīt lĭcēt īnfēstō pōllĭcĕ tūrbă mĭnāx. *Anth.* — Et vŏcăt ād dĭgĭtī mē tăcĭtūrnă sŏnūm. *T.* — Et dĭgĭtīs trĭă tūră trĭbūs sūb līmĭnĕ pōnĭt. *O.* — Vēstīgĭă fūrtīm Sūspēnsō dĭgĭtīs fērt tăcĭtūrnă grădū. *O.*

dīgnē, *adv.* PH. Vĕtĕrūm dīgnē vĕnĕrŏr quūm scrīptă vĭrōrūm. *O.* Dēflērĕ dīgnē pŏtĕrĭt. *Se.* Pēccăt ŭtēr nōstrūm crŭcĕ dīgnĭūs? *H.*

dīgnĭtās. *Quīcūnque āmīsĭt dīgnĭtātēm prīstĭnām.* Ph. SY. hŏnēstās, hŏnŏr, splēndŏr, dĕcŏr, dĕcūs, ōrnāmēntūm, dīgnātĭo, ēxīstĭmātĭo. EP. īnsīgnĭs, ēxĭmĭă, ŏptātă, mĕrĭtă. PH. Nūnc ēst rēddĭtă dīgnĭtās ĕquēstrĭs. *M. v. decor, honor.*

dīgnŏr. PH. Haūd ĕquĭdēm tālī mē dīgnŏr hŏnōrĕ. *V.* Hūnc vĕnĭā dīgnārĕ lĭbēllūm. *O.* Ipsĕ dĕūm cūltū ēt săcrō dīgnātūs hŏnōrĕ. *S.* Cōnjŭgĭo Anchīsē Vĕnĕrīs dīgnātĕ sŭpērbō. *V.* Exīgŭā dīgnūs hăbēbŏr ŏpĕ. *O.* Fŭgĭēntem haūd ēst dīgnātūs Orōdēm Stērnĕrĕ. *V.* Grāmmătĭcās āmbīrĕ trĭbūs ēt pūlpĭtă dīgnŏr. *H.*

dīgnūs. SY. mĕrĭtūs, prōmĕrĭtūs. PH. Quĭd tāntā dăbĭt īndŏlĕ dīgnūm? *V.* Tŭā vītā dīgnĭŏr aētās. *V.* Dīgnūs ămārī. *V.* Cāntārī dīgnūs. Mūltō dīgnāndūs hŏnōrĕ. Praemĭă dīgnă fĕrānt. *V.* Dīc ălĭquĭd dīgnūm prōmīssīs. *H.* Mūnūs Apōllĭnĕ dīgnūm. *H.* Sī quĭs ĕrăt dīgnūs dēscrībī. *H.* Dīgna ăt-

qua indigna relatu Vociferans. *V.* Si dignis maledicitur, bene dicitur. *Pl.* Vir bonus ac sapiens dignis ait esse paratus. *H.* Si credere dignum est. *V.*

digredior. *Hos ego digrediens lacrymis affabar obortis.* V. SY. discedere, exire, migrare, demigrare, excedere, recedere. PH. Digredimur paulum rursumque ad bella coimus. *O.* A primo digressus carmine. *C. v. abeo.*

digressus, us. PH. Nec minus Andromache digressu moesta supremo. *V. v. discessus.*

Dii *et* Dii *s.* Di; *dat.* Deis *et* Dis. *Victrix causa Diis placuit, sed victa Catoni.* L. *Dis aliter visum.* V. *Cara deum suboles.* V. SY. Superi, Divi, Numina, Caelicolae, caelestes. PH. Dum se deesse Deis, at non sibi numina credit. *L.* Adscribi quietis Ordinibus Deorum. *H.* Finxit in effigiem moderantum cuncta deorum. *O.* O qui res hominumque deumque Imperio regis. *V.* — Quam bene, di magni! *O.* Di bene, quod, etc. *Au.* Dis ille adversis genitus. *I. v. deus.*

dijudico. — *Nam quis dijudicet istuc.* Lu. SY. judicare, disceptare; discernere, distinguere, dirimere. PH. Negotia Dijudicata lite relinqueret. *H.*

dilabor, eris. PH. Cum forma dilapsus amor. *O.* Animis dilabere nostris. *V.* Dilapsis inter nova gaudia curis. *O.* Dilapsam in cineres facem. *H.* Monumenta virum dilapsa videmus. *Lr. v. consumo, destruo.*

dilacero. *Intereatque feris dilaceratus equis.* Pr. SY. lacerare, discerpere, dilaniare, laniare, dissecare. PH. Dilacerant falsi dominum sub imagine cervi. *O. v. lacero.*

dilanio. *Dilaniata foras dispergitur, interit ergo.* Lr. PH. Fodiunt hastis artusque trementes Dilaniant. *Cl.* Dilaniantur opes. *O. v. lacero.*

dilapido. *Grandine dilapidans hominumque boumque labores.* Col. SY. disperdere, consumere. *v. lapido.*

dilato. *Ipsaque dilatant patulos convicia rictus.* O. SY. explicare, extendere, propagare, distendere.

dilatio. *Quo plus consumet temporis dilatio.* Ph. SY. cunctatio, mora, procrastinatio, prolatio.

dilator, oris. *Dilator, spe longus, iners, avidusque futuri.* H.

dilectio. *Tantus amor terrae, tanta est dilectio nostri.* Pr. SY. amor, studium, caritas, favor, benivolentia.

diligens. *Quem si terseris aure diligenti.* (phal.) M. SY. impiger, sedulus, studiosus, industrius, sollers, gnavus, vigilans, assiduus, attentus, accuratus, parcus. PH. Segnitiem fugiens. Desidiam exosus, perosus. Detestans otia. Desidis otia vitae Qui fugit. Assiduo incumbens operi. Indefessus agendo. *O.* Impatiens morae. Impatiens tolerare moras. Non tibi desidias molles, nec marcida luxu Otia, nec somnos genitor permisit inertes. *Cl.*

diligenter. *O quam, Regule, diligenter erras!* (phal.) M. SY. studiose, sedulo, gnaviter, assidue. PH. Aetatem adultam servans diligentius. *Ph. v. sedulo.*

diligentia. *Curate haec, stultis magna diligentia.* (iamb.) Pl. SY. studium, sedulitas, industria, sollertia, cura. EP. laudata, nobilis, provida, sollers, officiosa, sedula, indefessa, infracta, generosa, fortis, audax, utilis, bona. PH. Omnia vincens. Tendens ad ardua virtus, quae puerum non sinit esse pigrum. Quae mentem excitat ingenuam. Provida sedulitas rebusque intenta gerendis. *v. industria, sedulitas.*

diligo. *Diligitur nemo, nisi cui fortuna secunda est.* O. PH. Fraterno more sodales Diligere. *O.* Infelicem nimium dilexit amicum. *V.* Magno miserae dilectus amore. *V.* Laurus luco dilectior omni. *Cl.* Augur Apollineis modo dilectissimus aris. *St. v. carus, curo.*

diluceo. *Omnem crede diem tibi diluxisse supremum.* H. SY. illucere, lucere. PH. Donec diluxit rerum genitalis origo. *Lr. v. luceo.*

dilucidus. *Dilucide expedivi, queis me oportuit.* (iamb.) Te. SY. lucidus, clarus, nitidus, perspicuus, conspicuus, manifestus, apertus, notus, haud obscurus, perlucidus, haud indubius.

diluculum. *Exoriens tenebris diluculo restituit sol.* Anth. SY. aurora, lux prima, mane. EP. clarum, nitidum, perspicuum, conspicuum, roseum, splendens, rubrum, album. PH. Primulo diluculo. *Pl.* Quum primum albescere caelum Incipit, et fuscis nox humida transfugit alis. Quum Phoebum revehit stellis Aurora fugatis. Nox ubi transierit caelumque rubescere primo Coeperit. Eois quum Lucifer exit ab undis. Vix summos spargebat lumine montes Orta dies. Tempus erat, vitrea quo primum terra pruina Spargitur, et tactae rore queruntur aves. *O.* Ultima pars noctis primaque lucis erat. Primis cedentibus astris. Extremum noctis iter. Nox humida caelo Praecipitat. *v. aurora, lucifer, mane.*

diluo. *Stantia currenti diluerentur aqua.* P. SY. eluere, abluere, tergere, abstergere, lavare; confutare, refutare, convellere, infringere. PH. Cura fugit multo diluiturque mero. *O.* Et pluvia ingenti sata laeta boumque labores Diluit. *V.* Mella Falerno Ne biberes diluta. *H.* Diluit et lacrimis moerens unguenta profusis. *O.* Multis diluta labella Guttis. *C.* Pectora sudor Diluerat. *Va.* Facinus tantum quae diluet aetas? *Cl. v. liquefacio, misceo, tempero.*

diluvies, ei *et* diluvium, i. *Diluvio ex illo tot vasta per aequora vecti.* V. SY. illuvies, inundatio, eluvio, Deucalionis unda, aquae. EP. undans, horrendum, vagum, rapidum, furens, terribile, rapax, stupendum, triste, immite, furiosum, praeceps, subitum, repentinum, inopinum, ingens. PH. Superant nunc flumina ripas. Infuso stagnantes aequore campi. Impia cum pluviis terra periret aquis. Omnia pontus erant, deerant quoque litora ponto. *O.* Si tellurem effundat in undas, Diluvio miscens (Jupiter). *V.* Ergo ubi

dīlŭvĭō tellūs lŭtŭlentă rĕcentī. *O.* Magnōque illīc cuncta ārvă tĕnērī Dīlŭvĭō. *I.* Tūm, quaē sōlītīs ē fōntĭbŭs ēxit, Nōn hăbĕt ūndă vĭās: tām lārgās ālvĕŭs ōmnīs A rīpīs ăcoēpīt ăquās; jām naūfrăgă cāmpō Caēsărĭs ārmă nătānt, īmpūlsăquĕ gūrgĭtĕ mūltō Cāstră lăbānt, āltō rēstāgnānt flūmĭnă vāllō. *L.* Hōc sōlūm, flūctū tērrās mērgēntĕ, căcūmĕn Emīnŭīt. *Lr.* Cūm mărĕ cōnvōlvīt gēntēs, cūm līttŏră Tēthȳs Nōlŭīt ūllă pătī, coēlō cōntēntă tĕnērī. *Lr.* Elŭvĭē mōns ēst dēdūctŭs īn aēquŏr. *O.* Cūm grăvĭs ēffūsō tēllūs fŏrĕt ōbrŭtă pōntō. *O.* Quō tēmpŏrĕ saēvŭs Tēllūrēm pōntō mērsīt Nēptūnŭs. *Co.* Quālĭtĕr, ēxōsŭs Pȳrrhaē gĕnŭs, aēquŏră rūrsŭs Jūpĭtĕr ātque ōmnēs flŭvĭūm sī fūndăt hăbēnās, Ardŭă Pārnāssī lătĕānt jŭgă, cēssĕrĭt Othrȳs Pīnĭgĕr, ēt mērsīs dēcrēscānt rūpĭbŭs Alpēs. *Va.* Quūm tōtă sŭpērflŭēntĕ sŭb aēquŏrĕ tēllūs dēlĭtŭīt, răpŭītquĕ scĕlĕrōsōs vīs īngēns ăquārum. Quūm sŭpērjēctō păvĭdaē nătārūnt Aēquŏrĕ dāmaē. *H. Inundationis* descr. *V.* G. 1, 481 sq. *V.* A. 2, 304. *O.* M. 11, 208. *L.* 2, 83 sq. *H.* Od. 1, 2, 13 sq. *Va.* C. 76. *Diluvii Deucal.* *O.* M. 1, 280 sqq. *H.* Od. 1, 5, 3. 3, 29, 33 sqq. *Diluv. Noae. Ivc.* 4, 167. *Alcim.* 4, 3 sqq. *v. Deucalion, inundatio.*

dīmāno. *Ex ŏcŭlīs lăcrȳmaē dīmānānt spōntĕ cădēntēs* S. SY. mānārĕ, prōmānārĕ, flŭĕrĕ, ēmānārĕ, dīfflŭĕrĕ, prŏfĭcīscī. PH. Tĕnŭīs sŭb ārtūs Flāmmă dīmānăt. *Cl. v. fluo.*

dīmĭco. *Ūt vīncām, tŏtĭēs dīmĭcŭīssĕ pŭdĕt.* O. SY. pūgnārĕ, cērtārĕ, dēcērtārĕ, cōnflīgĕrĕ, cōngrĕdī. PH. Et glădĭīs ĕt ăcūtā dīmĭcĕt hāstā. *O.* Hāc tĭbĭ sīt pūgnā dīmĭcŭīssĕ sătĭs. *O.* Quūm dīmĭcāntēs lēntă prōspĭcĕrēs vĭrōs. *Se. v. bellum gero, certo, pugno.*

dīmĭdĭūm. *Dīmĭdĭūm cūraē dēbĕt hăbērĕ tŭaē.* O. PH. Dīmĭdĭūm fāctī, quī coēpĭt, hăbĕt: săpĕre aūdĕ. *H.*

dīmĭdĭŭs, *adj.* PH. Mūllūm dīmĭdĭūm, lŭpūmquĕ tōtūm. *M.* Dīmĭdĭūmquĕ trăhēns cōntēxtīs lūcĭbŭs ānnūm. *Mn.* Vās vīnī dīmĭdĭātūm. *Enn.* Et nōstrōs părĭēs dīmĭdĭēt lărēs. *Anth.*

dīmĭnŭo. *v. deminuo.*

dīmītto; īsī. *Tāndĕm dōrmītūm dīmīttĭtŭr* etc. H. SY. mīttĕrĕ, ēmīttĕrĕ, rĕmīttĕrĕ, dēpōnĕrĕ. PH. Aūxĭlĭō tūtōs dīmīttăm. Undĕ sĭmūl prīmūm mē dīmīsĕrĕ Phīlīppī. *H.* Pēr līttŏră cērtōs Dīmīttăm. *V.* Lĭcĕăt dīmīttĕre ăb ārmīs Ascănĭūm. *V.* Dīmīsītque ănĭmām nōbĭlĭōrĕ rŏgō. *M.* Dīmīttĕ fŭgam ēt tē cōmĭnŭs aēquō Crēdĕ sŏlō. *V.*

dīmŏvĕo; ōvī. *Aēthĕrĕ sē mīttĭt, spīrāntēs dīmŏvĕt aūrās.* V. SY. pēllĕrĕ, dēpēllĕrĕ, pūlsārĕ, rĕmŏvērĕ. PH. Agrĭcŏla īncūrvō tērrām dīmōvĭt ărātrō. *V.* Cōrtĭce ădstrīctūm pĭcĕ dīmŏvēbĭt Amphŏraē. *H. v. demoveo.*

Dīndȳmēnē. *Nōn pēr mȳstĭcă săcră Dīndȳmēnēs.* (phal.) M. *v. Cybele.*

Dīndȳmŭs, ī *et* Dīndȳmă, ōrūm. *Dīndȳma, ŭbi ăssuētīs bĭfŏrēm dăt tībĭă cāntūm.* V. PH. Dīdȳmōn ēt Cȳbĕlēn ĕt ămoēnăm fōntĭbŭs Idēm. *O.* cf. *P.* 3, 20, 3.

Dīnŏmăchĕ, ēs. *I nūnc, Dīnŏmăchēs ĕgŏ sūm* etc. Pe.

dīnŭmĕro. *Tēmpŏră dīnŭmĕrăt, nēc mē mĕă cūră fĕfēllĭt.* V. SY. nŭmĕrārĕ, ēnŭmĕrārĕ, rĕcēnsērĕ.

Dĭōdōrŭs, ī. — *pŏdăgră Dĭōdōrŭs, Flāccĕ, lăbōrăt.* M.

Dĭŏgĕnēs, ĭs. *Dĭŏgĕnēs, cuī pēră pĕnūs, cuī dōlĭă sēdēs.* Au. EP. dŏctŭs, pĕrītŭs, īnŏps, paŭpĕr, mēndīcŭs, cōnstāns. PH. Dĭŏgĕnēs ănĭmō fīxŭs, sēd mōbĭlĭs aēdĕ. Dōlĭă nūdī Nōn ārdēnt Cȳnĭcī; sī frēgĕrĭs, āltĕră fīēt Crās dŏmŭs. *I.* Nōn dŏlŭīt pătrĭā Cȳnĭcŭs prōcŭl ēssĕ Sĭnōpeŭs. *O.* — Căvīs mănĭbŭs cērnēns pōtārĕ bŭbūlcūm, Cūr, scȳphĕ, tē, dīxīt, gēstō sŭpērvăcŭūm? *Au. v. cynicus.*

Dĭŏmēdēs, ĭs. 1. rex Aetoliae. *Nūnc quālēs Dĭŏmēdĭs ĕquī, nūnc quāntŭs Achīllēs.* V. SY. hērōs, dūx Aētōlŭs, Aētōlĭŭs, Călȳdōnĭŭs. Cōmēs fāllācĭs Ŭlȳssīs. *V.* Tȳdīdēs, Oenīdēs. EP. fōrtĭs, īmpĭŭs, ātrōx, Aētōlĭŭs, Călȳdōnĭŭs. PH. Fērrō coēlēstĭă cōrpŏră dēmēns Appĕtĭĭ, ēt Vĕnĕrĭs vĭŏlāvī vūlnĕrĕ dēxtrăm. *V.* Est ălĭquĭd, dē tōt Grājōrūm mīllĭbŭs ūnūm A Dĭŏmēdĕ lĕgī. *O.* Māgnī Dĭŏmēdĭs ăd ūrbēm. *V.* Insŭlă māgnī Ostēndīt sēsē Dĭŏmēdĭs nōmĭnĕ dīctă. *Prsc.* Tȳdīdēm sŭpĕrīs părēm. *H.* Descr. *V.* A. 1, 756. 11, 276. *O.* M. 14, 508 sqq. — 2. rex Thraciae. *Nōn tĭbĭ sūccūrrĭt crūdī Dĭŏmēdĭs ĭmāgō.* O. EP. Thrāx, Bīstŏnĭŭs, trūx, crūdŭs, Gĕtĭcŭs, sānguĭnĕŭs, crŭēntŭs, īmmānĭs, īmmītĭs, īmpĭŭs, Thrēĭcĭŭs. PH. Quīquĕ sŭīs hŏmĭnēs păbŭlă fēcĭt ĕquīs. Hōrrēndă cŭmŭlāns praēsēpĭă caēdĕ. Thrācĭs ĕquōs hūmānō sānguĭnĕ pīnguēs. *O.* Ut quī Thrēĭcĭī quōndām praēsēpĭă rēgĭs Fēcērūnt dăpĭbŭs sānguĭnŏlēntă sŭīs. *O.* Ut quī tērrĭbĭlēs prō grāmĕn hăbēntĭbŭs hērbīs Impĭŭs hūmānō vīscĕrĕ păvĭt ĕquōs. *O.* Ismărĭī grĕgĭs Thrācĭs crŭēntī. *St.* Mārtĭs ĕquī, stăbŭlīsquĕ fĕrī Dĭŏmēdĭs ăbāctī. *Au.* Et pāstōs mēmbră vĭrōrūm Odrȳsĭaē tēllūrĭs ĕquōs. *S.* Quīd stăbŭlă mĕmŏrēm dīră Bīstŏnĭī grĕgĭs, Sŭīsquĕ rēgēm păbŭlum ārmēntīs dătūm? *Se.* Descr. *O.* H. 9, 67. *O.* Ib. 382. *Au.* Ep. 24, 17. *Se.* H. f. 226, 1169. *Tr.* 1111. — Dĭŏmēdēŭs, *adj.* *Et Dĭŏmēdēŏs grāmĭnĕ păvĭt ĕquōs.* O.

Dĭōnē. — *quī cōntrā tēmplă Dĭōnēs.* St. PH. Sēd sōlām nĭmĭūm vĭdīssĕ Dĭōnēn. *St.* Mēcūm Dĭōnaēō sŭb āntrō. *H.* Eccĕ, Dĭōnaēī prōcēssīt Caēsărĭs āstrūm. *V. v. Venus.*

Dĭōnȳsĭă, ĭōrūm. — *răpĭt ăd Dĭōnȳsĭă Băcchī.* Pr. PH. Dĭōnȳsĭa hīc sūnt hŏdĭē. *Te.* Et *Dĭōnȳsĭăcōs* Lătĭō cōgnōmĭnĕ lūdōs. *Au.*

Dĭōnȳsĭŭs. EP. īmpĭŭs, dīrŭs, crūdēlĭs, bārbărŭs, ātrōx, trūx, sacrĭlĕgŭs, Sĭcŭlŭs. PH. Illĕ Sȳrăcŏsĭŭ mŏdŏ fōrmīdātŭs īn ūrbĕ, Vīx hŭmĭlī dūrām rĕpŭlīt ārtĕ făm ĕm.

Dĭōnȳsŭs, ī. *Osĭrĭn Aēgȳptŭs pŭtăt, Dĭōnȳsōn Indi ēxīstĭmānt.* (iamb.) *Au. v. Bacchus.*

diota, ae. *O Thaliarche, merum diota.* H.

Diphilus, i. — *Diphili comoedia est.* (iamb.) *Te.*

dipsas, adis. *Dipsadis immensis horrent Garamantes arenis,* S.

Dipsas, antis. — *videt Dipsanta cadentem.* L.

Dirae, arum.—*Ultricesque sedent in limine Dirae,* V. Descr. *V.* A. 12, 869. *v. Furiae.*

dirae, arum. *v. imprecor.*

Dirce, es. *Caerula quum rubuit Lernaeo sanguine Dirce.* St. cf. *P.* 3, 13, 37. — Multa *Dircaeum* levat aura cycnum. *H.*

dirigeo. *Diriguit visu in medio* etc. V. SY. rigere.

dirigo; exi. — *Certoque hastilia dirigit ictu.* V. *Direxti* Ae. 6, 57. SY. regere, ordinare, componere, disponere; tendere; digerere, dispensare. PH. Qua te ducit via, dirige gressum. *V.* Cursum Dirigite in lucos. *V.* Dirige, Caesar, iter. *O.* Direxit per inane facem. *Va.* Tela Cydonio Direxit arcu. *H.* Inque vicem modo directo contendere passu. *T. v. rego.*

dirimo; emi. *Et qui caeruleum dirimebat Nerea Delphin* O. SY. dividere, distrahere, separare, decidere, dissecare, disjungere, segregare, dissociare. PH. Et justus dirimit sontes. *Cl.* Spumea perrecti dirimentes terga profundi. *St.* Dirimatur sanguine bellum. *V.* Dirimant certamina Nymphae. *O.* Hanc deus et melior litem natura diremit. *O.* Duces campi statione diremti. *L.* Et simul interea nobiscum morte diremta. *Lr.*

diripio. *'Non audituri diripuere Noti.* P. SY. rapere, populari, depopulari, vastare. PH. Incustoditae diripiuntur opes. *O.* Cum consternatis diripereris equis. *O.* Vagina diripit ensem. *V.* Matremque avidis complexibus ambo Diripiunt. *St.* Diripiuntque dapes. *V.* Regi soliumque domosque Irent direptum. *S.* Et direpta domus. *V. v. praedor, traho.*

dirumpo. *v. rumpo.*

diruo. *Diruit, aedificat, mutat quadrata rotundis.* H. *Diruta sunt aliis; uni mihi Pergama restant.* O. SY. diripere, perdere, evertere, destruere. *v. everto.*

dirus. *Custodes lecti, Phoenix et dirus Ulysses.* V. PH. Facies quam dira tenebat. *V.* Diri mens conscia facti. *O.* Jam satis terris nivis atque dirae Grandinis misit pater. *H.* Dira venena. *H.* Dirum mortalibus omen. *O.* Diri toties arsere cometae. *V. v. crudelis.*

Dis, itis. *Noctes atque dies patet atri janua Ditis.* V. *v. Pluto.*

discedo; essi. —*jubet populum discedere circo.* V. SY. abire, exire, cedere, recedere, excedere, fugere, effugere, migrare, demigrare, decedere. PH. Discedere in auras. *V.* Gradu descedere verso. *O.* Vago passim pede discedebant. *C.* Longo fessi discedere bello. *V.* Video medium discedere coelum. *V.* me discedere Caesar Jusserat extremae finibus Ausoniae. *O.* Linquere hospitium. Provehi portu. Volare pelago. Festinare fugam. *v. abeo.*

discepto. SY. disputare, decertare, contendere, certare. PH. Disceptent armis, terrarum uter imperet orbi. *L.*

discerno; crevi. SY. dijudicare, distinguere, internoscere, dividere, dirimere, secernere. PH. Limes agro positus, litem ut discerneret arvis. *V.* Quum fas atque nefas exiguo fine libidinum Discernunt avidi. *H.* Verba quoque ipsa Plane exaudiri, discernique articulatim. *Lr.* Ipse diem noctemque negat discernere coelo. *V.* Hic, ubi discretas insula rumpit aquas. *O.* Saxum, quo discretus ager. *St.*

discerpo. PH. In parvas partes discerpitur aurum. *Lr.* Discerptum juvenem late sparsere per agros. *V.* Discerpere dictis. *C. v. lacero.*

discessus, us. PH. Discessu ferre dolorem. *V. v. abeo, digressus.*

discidium, i. *Discidium parere et nexum dissolvere posset.* Lr. PH. Corporis atque animai Discidium fuerit. *Lr. v. discordia, dissidium.*

discindo; idi. SY. secare, discerpere, divellere. PH. Discissis cepissent Pergama muris. *St.* In multas partes discindere ferro. *Lr. v. lacero, scindo.*

discingo. PH. Quum tenues nuper Marius discinxerit Afros. *I.* Discinxit rationes dolos, fraudesque resolvit. *S.* Discincta tunica fugiendum est ac pede nudo. *H.* Discinctos Mulciber Afros Finxerat. *V.* Discincti ludere. *H.* Ipse ego segnis eram discinctaque in otia natus. *O. v. resolvo, solvo.*

disciplina. SY. doctrina, scientia, mos, consuetudo. PH. Doctor amarus enim discenti semper ephebo, Nec dulcis ulli disciplina infantiae est. *Pr.* Donec ad augustae pia munera disciplinae Accirer. *Au.* Disciplina tamen non defuit *S. v. ars, magister.*

discipulus. *Duc, age, discipulos ad mea templa tuos.* O. SY. auditor. PH. Discipulorum inter jubeo plorare cathedras. *H.* Discipulus est prioris posterior dies. *Syr. v. disco, magister.*

discludo. SY. disjungere, separare; recludere, discindere, secare, dissecare, scindere. PH. Discludere Nerea ponto. *V. v. claudo, obstruo.*

disco; didici. *Jam didici Getice Sarmaticeque loqui.* O. SY. ediscere, addiscere, perdiscere, percipere, cognoscere. PH. Artibus ingenuis vacare. Musas colere. Studiis intendere mentem. Studiis dare tempora. Musis servire. Literis operam dare. Exercere, tractare artes. Invigilare Camenis. Teneri studio Pieridum. Discit mentiri lana colores. *V.* Disce, puer, virtutem ex me verosque labores. *V.* Crimine ab uno Disce omnes. *V.* Veniendi discere causas. *V.* Spes discite vestras. *St.* Venientum discere vultus. *V. v. ars, magister, studeo.*

discolor. *Discolor unde auri per ramos aura refulsit.* V. PH. Floret via discolor armis. *Va.* Advolat admissis discolor agmen equis. *O.* Mille hominum species et rerum

dĭscŏlŏr ūsūs. *Pe.* Dīspăr ĕrĭt ătquĕ Dīscŏlŏr. *H. v. diversus, varius.*

dīscōnvĕnĭo. — *vītae dĭscōnvĕnĭt ōrdĭnĕ tōtō.* H.

dīscōrdĭă. Descr. *V.* A. 6, 280. 8, 702. Petr. 124. SY. dīssēnsŭs, dīssēnsĭo, dīssĭdĭŭm, cērtāmĕn, cōntēntĭo, rīxă; praelĭŭm, līs, sēdĭtĭo, pūgnă. EP. dēmēns, ēffĕră, fĕră, ēxĭtĭālĭs, flagrāns, pērnĭcĭōsă, īnvĭdă, crūdēlĭs, saevă, praecēps, bārbără, crŭēntă, āmēns, īnsānă, lītĭgĭōsă, īmmītĭs, fĕrōx, ēffrēnĭs, bēllĭcă, caecă, fūnēstă, trŭcŭlēntă, hōrrĭdă, ātră, ĭnhūmānă, īmmānĭs, fērālĭs. PH. Exērcēt dīscōrdĭă vēntōs. *S.* Incērtae tānta ēst dīscōrdĭă mēntĭs. *O.* Rōmānă sŭōs ēgĭt dīscōrdĭă cīvēs. *T.* Quō rŭĭtĭs, quāve īstă rĕpēns dīscōrdĭă sūrgĭt? *O.* Nūtrīx Dīscōrdĭă bēllī. *Cl.* Pōstquām Dīscōrdĭă tētră Bēllī fērrātōs pōstēs pōrtāsquĕ rĕfrēgĭt. *Enn.* Bēllī gĕnĭtrīx, mātĕr, părēns, nūtrīx. Lăcĕrō dīscōrdĭă crīnĕ. Scīssā gaūdēns vādĭt Dīscōrdĭă pāllā. Dīscōrdĭă dēmēns, Vīpĕrĕūm crīnēm vīttīs īnnēxă crŭēntīs. *V.* Īnfīdōs ăgĭtāns dīscōrdĭă frātrēs. *V.* Ēxŏrĭtūr trĕpĭdōs īntēr dīscōrdĭă cīvēs. *V.* Părāns ēxĭtĭŭm. Sĭtĭbūndă crŭōrĭs. Āffĕrēns saevās caedēs. Nēc vēstră căpĭt dīscōrdĭă fīnĕm. *V.* Ēgĭt flăgrāns dīcōrdĭă cīvēs. Ēn, quō dīscōrdĭă cīvēs Pērdūxĭt mĭsĕrōs. *V.* Rēgĭbŭs īncēssĭt māgnō dīscōrdĭă mōtū. Ēffĕră Rōmānōs ăgĭtāt Dīscōrdĭă mānēs. *L. v. seditio.*

dīscōrdo. — *quāntŭm dīscōrdēt părcŭs ăvārō.* H. PH. Tōt dīs cōrdāntĭă rītū Cōrdă vĭrûm. *S. v. discrepo, dissentio.*

dīscōrs, ōrdĭs. SY. dīssōnŭs, ādvērsŭs, cōntrārĭŭs. PH. Indĕ pĕr īmmēnsūm vēntīs dīscōrdĭbŭs āctŭs. *V.* Rērūm cōncōrdĭă dīscōrs. *H.* Ut grātās īntēr mēnsās sȳmphōnĭă dīscōrs. *H.* Dīscōrdēs līnguīs pŏpŭlōs. *Pr.* Prŏcŭl dīscōrtĭbŭs ārmīs. *V.* Pūgnātquĕ dĭū sēntēntĭă dīscōrs.

dīscrĕpo. — *mĕdĭō nē dīscrĕpĕt īmŭm.* H. SY. dīssēntīrĕ, dīssĭdērĕ, dīstārĕ, ăbēssĕ; dīffērrĕ, dīssĭmĭlĭs sūm, dīspăr. PH. Nēc mūltūm dīscrĕpăt aetās. *V.* Sōrtĭlĕgīs nōn dīscrĕpŭīt sēntēntĭă Dēlphīs. *H.* Intĕr sē dīsjūnctūm dīscrĕpĭtānsquĕ. *Lr.*

dīscrīmĕn. — *Sēptēm dīscrīmĭnĕ vōcūm.* V. SY. dīssĭdĭŭm, dīssĭmĭlĭtūdo, dīffĕrēntĭă, dīscrĕpāntĭă, dīvērsĭtās; pērīcŭlŭm. PH. Quōs īntĕr ĕt hōstēm Dīscrīmĕn mūrūs claūsăquĕ pōrtă fŭĭt. *O.* Lētī dīscrīmĭnĕ părvō. *V.* Nēctēnt pūrpŭrĕās nĭvĕō dīscrīmĭnĕ vīttās. *St.* Dīscrīmĕn nōn făcĭt. *Lu.* Trōs Tȳrĭŭsquĕ mĭhī nūllō dīscrīmĭne hăbētŭr. *V.* Pĕr vărĭōs cāsūs, pĕr tōt dīscrīmĭnă rērŭm. *V.*

dīscrīmĭno. — *Ēt pīctō vēstēs dīscrīmĭnăt aūrō.* Lr. SY. dīstīnguĕrĕ, dīscērnĕrĕ, dīvĭdĕrĕ. PH. Jāmquĕ pŏtēstātēs lātē dīscrīmĭnăt ōrdō. *Cl.* Albūm pūnĭcĕō lātē dīscrīmĭnăt ōstrō. *Cl.* Lūcĕt vĭă lōngō Ōrdĭnĕ flāmmārum ĕt lātē dīscrīmĭnăt ăgrōs, *V. v. separo, vario.*

dīscrŭcĭo. *Ābfōrĕ me ā dŏmĭnae vērtĭcĕ, dīscrŭcĭōr.* C. SY. crŭcĭārĕ, tōrquērĕ, vēxārĕ. *v. affligo, crucio.*

dīscūmbo. *Dīscūbŭērĕ tŏrīs Thēseŭs cōmĭtēsquĕ lĭbōrŭm.* O. *v. accumbo.*

dīscūrro. SY. āccūrrĕrĕ, cōncūrrĕrĕ, cūrrĕrĕ. PH. Dīscūrrūnt ălĭī ăd pōrtās. *V.* Dīscūrrĕrĕ părēs. *V.* In mūrōs tōtā dīscūrrĭtŭr ūrbĕ. *V.* Mēns dīscūrrĭt ŭtrōquĕ. *O.* Nēc văgă tām tĕnŭī dīscūrrăt ărānĕă tēlā. *M. v. curro.*

dīscūrsŭs. *Sic Făbĭī lātīs vāllēm dīscūrsĭbŭs implēnt.* O.

dīscŭs. Descr. *O.* M. 10, 176 sqq. *St.* Th. 6, 646 sq. EP. lātŭs, Spārtānŭs, mīssĭlĭs. PH. Oebălĭōs īn nūbĭlă cōndĕrĕ dīscōs. Splēndĭdă quūm vŏlĭtēnt Spārtānī pōndĕră dīscī. *M.* Oebălĭō dūm fīndĕrĕt āĕră dīscō. *St.* Indōctūsvĕ pĭlae dīscīvĕ trŏchīvĕ quĭēscĭt. *H.* Ahēnae lūbrĭcă māssae Pōndĕră. *St.* Mīssĭlĕ nūnc dīscī pōndŭs ĭn ōrbĕ rŏtăt. *P.*

dīscŭtĭo. *Tūm sōl pāllēntēs haūd ūnquām dīscŭtĭt ūmbrās.* V. SY. dīspēllĕrĕ, rĕmŏvērĕ, tōllĕrĕ; ēxcŭtĕrĕ, ăgĭtārĕ, quătĕrĕ. PH. Ūt prīmūm dīscūssae ūmbraē, lūx rēddĭtă mēnti ēst. *V.* Māgnōquĕ frăgōrĕ Dīscūssĭt trābs āctă căpŭt. *S.* Tēmpŏră dīscūssīt clārō căvă māllĕŭs īctū. *O.* Ac prīmūm pūrā sōmnūm tĭbĭ dīscŭtĕ lȳmphā. *P.* Dīscūssae nūbēs. *O.* Mōrtĕ tŭā dīscūssă fĭdēs. *L.* Pūrgātūsquĕ nĭtēt dīscūssīs nūbĭlŭs aēthēr. *S. v. amoveo, dispello.*

dīsērtŭs. *In caūssā făcĭlī cuĭvīs lĭcĕt ēssĕ dĭsērtō.* O. PH. Fēcūndī călĭcēs quēm nōn fēcērĕ dĭsērtŭm? *H.* Dīctă tĭbī plēnō vērbă dĭsērtă fŏrō. *O.* Vērsūs scrībĕrĕ quī pŏtēst dĭsērtōs. *M.* Dĭsērtīssĭmĕ Rōmŭlī nĕpōtŭm. *C.* Caūsās, īnquĭt, ăgām Cĭcĕrōnĕ dĭsērtĭūs īpsō. *M.* Hōc ăgĕre ēst caūsās, hōc dīcĕrĕ, Cīnnă, dĭsērtē. *M. v. eloquens, facundus.*

dīsjĭcĭo; ĕcī. *Dīsjĭcĭt, ĕt spārsō lātē rĭgăt ārmă crŭōrĕ.* V. SY. dīssĭpārĕ, spārgĕrĕ, dīspērgĕrĕ, dīstūrbārĕ, ōbtūrbārĕ. PH. Ut bĕllo ēgrĕgĭās īdēm dīsjēcĕrĭt ūrbēs. *V.* Dīsjĭcĕ cōmpŏsĭtām pācēm. *V.* Dīsjēctă pĕr ăgrōs Agmĭnă. *V.* Dīsjēctīs ōssĭbŭs ōrīs. *O.* Dīsjēctām tōtō vĭdĕt aēquŏrĕ clāssĕm. *V.* Dīsjēctī mēmbră pŏētae. *H.*

dīsjūngo. SY. ābjūngĕrĕ, dīvĭdĕrĕ, sēpărārĕ. PH. Itălīs dīsjūngĭmŭr ōrīs. *V.* Dīsjūnxīssĕ jŭvēncōs. *O. v. separo.*

dīspār. *Brūttĭŭs haūd dīspār ănĭmōrŭm* etc. S. PH. Tām dīspār ăquĭlae cōlūmbă nōn ēst. *M.* Est mĭhī dīspărĭbŭs sēptēm cōmpāctă cĭcūtīs Fīstŭlă. *V.* Cūr dīspār cērtāmĕn ĭnīs? *O.* Vātēs rēbŭs ĕt ōrdĭnĕ dīspăr. *H.* Pār stŭdĭīs, sĕd rōbŏrĕ dīspăr. *St. v. dissimilis.*

dīspărĭlĭs, ĕ. — *dīspărĭlēs mōnstrā cōmmīssŭs ĭn ărtŭs.* Cl.

dīspēllo; ŭlī. SY. dīscŭtĕrĕ, dīsjĭcĕrĕ, pēllĕrĕ, ēxpēllĕrĕ, ăbĭgĕrĕ. PH. Atĕr quōs aēquŏrĕ tūrbō Dīspŭlĕrăt. *V.* Aērātā dīspēllēns aēquŏră prōrā. *St.* Dīspŭlĭt ūmbrās. *V.*

dīspēndĭŭm. PH. Lūcĭs ămōr pĕpĭgĭt dīspēndĭă fāmae. *Cl.* Nōn tāntī nōbīs nōstrae dīspēndĭă vītae. *O.* Aēmŏnĭae dēsērtă pŏtēns

dispendia silvae. *L.* Vix circumvehimur sparsae dispendia rupis. *Rut. v. damnum.*

dispenso. *Oscula dispensat natos supremă per omnes.* O. SY. distribuere, dividere. PH. Quae dispensant mortalia fila sorores. *O.* Breve lumen Candelae, cujus dispenso et tempero filum. *I.* Fortuna arbitriis tempus dispensat iniquis. *O.* Pietasque per omnes Dispensata modos. *St.*

dispensator, oris. PH. Dispensatoris nobile cernis opus. *M.*

disperdo. PH. Color disperditur omnis. *Lr.* Stridenti miserum stipula disperdere carmen. *V.*

dispereo. — *Inferior pars horum disperit omnis.* Lr. *Dispeream, si quidquam aliud, quam gloria de te.* P. PH. Quot non dispereunt tui labores. *C.* Dispeream, ni submosses omnes. *H.*

dispergo. SY. spargere, disseminare, diffundere, effundere, projicere. PH. Incultas dispersa comas. *Cl.* Vitam dispergit in auras. *V.* Ossaque dispergit cerebro permixta cruento. *V.* Dispersa per agros Sarcula. *O.* Dispersa immittit silvis incendia pastor. *V.*

dispertio. *Dispertitur, ut horror* etc. *Lr.* PH. Dispertita procul dubio quoque vis animai. *Lr.*

dispicio. PH. Leves erectus in auras Dispicit omne nemus. *O.* Sed si nequit ullam Dispicere ipse oculus rem. *Lr. v. aspicio, despicio.*

displiceo. *Nec mihi displiceant maculis insignis et albo.* V. SY. non placere, non arridere, sum odiosus, ingratus, injucundus. PH. Auribus ingratum carmen. Oculos inhonesta offendit imago. Animos offendit et aures Incultum carmen. Non facere ad stomachum. *Deterius placere H.* Nauseam movere. Non facit ad palatum. Sordent tibi munera nostra. *V.* Dumque tibi est odio mea fistula. *V.* Tanto displicuisse viro. *O.*

dispono; osui. *Plenaque odorati disponunt pocula Bacchi.* O. SY. componere, dirigere, ordinare, regere, distribuere, displantare. PH. Saepeque mutatas disposuisse comas. Et quinque in partes toto disponitur orbe. *T.* Dispositi in turmas. *St.* Non bene dispositas comptus, ut ante, comas. *O.* Disponunt enses. *V.* Ne mea dona tibi studio disposta fideli. *Lr.*

disputatio. *Quicquid decenter docta disputatio.* (iamb.) *Cap.*

disputo. *Quod optimum sit, disputat, convivium.* (iamb.) M. SY. disceptare, contendere, rixari, disserere. PH. Et disputator ad Cleanthem Stoicum. *Au. v. discepto, quaero.*

disquiro. — *mecum disquirite, cur hoc.* H. SY. quaerere, inquirere, scrutari, investigare, indagare, percontari.

disseco. *Dissecuitque comas* etc. V. *v. lacero.*

dissemino. SY. seminare, spargere, dispergere, dissipare; vulgare, divulgare.

dissensio, onis *et* dissensus, us. SY. discordia, dissidium. PH. Mediis dissensibus aulae. *Cl.* Urbem Scindunt dissensu vario. *St.* Dissensus acerbus, Sed gravior consensus erat. *Cl.* Anceps motus erat vulgi. *St.* Dissensuque alitur rumor. *Cl. v. dissentio.*

dissentio. *Tres mihi convivae prope dissentire videntur.* H. SY. discrepare, dissidere, variare, non consentire, non assentiri, discordare. PH. Mens Provida Reguli Dissentientis conditionibus Foedis. *H.* Dissensere deae. *O.* Non assentio; non probo; non placet studia in contraria rapti Dissensus. *St.*

dissepio. *Aer dissepit colles, atque aera montes.* Lr. PH. Dissepta domorum Saxa pervolitant voces. *Lr.* Bene dissepti foedera mundi Traxit in unum Thessala pinus. *Se.*

dissero. SY. loqui, narrare, dicere, disputare, disceptare. PH. Verbis quae disseris usu Experior. *Cl.* Quo de Disserere aggredior, firmare necesse est. *Lr.*

dissideo. *Matris ab ingenio dissidet ille suae.* O. PH. Quantum Hypanis Veneto dissidet Eridano. *P.* Partitis dissederat ante maniplis. *S.* Toga dissidet impar. *H.* Humiles laborant, ubi potentes dissident. *Ph.* Medus infestis sibi luctuosus Dissidet armis. *H.* Fama nec a vera dissidet illa fide. *O. v. dissentio.*

dissidium. *Multis illa dabunt littora dissidium.* P. *v. discordia.*

dissilio. *Dissiluisse ferunt, quum protinus utraque tellus.* V. PH. Aeraque dissiliunt. *V.* Dissilit omne solum. *O.* Gratia sic fratrum dissiluit. *H.*

dissimilis. *Nos quoque dissimili certamina mente subimus.* O. SY. non similis, absimilis, impar, diversus, varius, discrepans, inaequalis, differens. PH. Longe dissimilem noto celantia succum. *H.* Dissimile hoc illi. *H.* Me nulla dies tam fortibus ausis Dissimilem arguerit. *V.* Non sum ego, qui fueram. *P. v. discrepo.*

dissimulator. — *veri non dissimulator amoris* O. SY. simulator, fictor. PH. Fandi, loquendi fictor. *v. fallax.*

dissimulo. *Dissimulare etiam sperasti* etc. V. SY. fingere, simulare, occultare, connivere. PH. Fuerat simulata mente locutus. Tristi fingere mente jocum. Imitari gaudia falsa. Vultu simulat, premit altum corde dolorem. *V.* Laeta celat sub fronte dolorem. Tauro dissimulante deum. *O.* Dissimulata deam. *O.* Verbaque profectu dissimulata carent. *O.* Factaque narrabas dissimulanda tibi. *O.* Et is omnes linguas scit, sed dissimulat sciens. *Pl.* Multa malus simulans. *V.* Dissimulare nefas tantum, clementia non est. *M.* Me tradente dolos gestus artemque nocendi, Edidicit simulare fidem, sensusque minaces Protegere et blando fraudem praetexere visu. *Cl.*

dissipo. *Fulmineo celeres dissipat ore canes.* O. SY. spargere, dispergere, disjicere; consumere, absumere, perdere, profundere. PH. Dissipat Evius Curas edaces. *H.* Dissipat amplexus atque oscula fida re-

vellit. *St.* Auras Dissipat hasta fremens. *St.* Sol dissipat omnes Ardorem in partes. *Lr.*

dissitus. *Cetera pars animae per totum dissita corpus.* Lr. SY. remotus, disjunctus, distans.

dissocio. *Dissociata locis concordi pace ligavit.* O. SY. disjungere, separare, seponere, segregare. PH. Continui montes, ni dissocientur opaca Valle. *H.* Nequidquam deus abscidit Prudens oceano dissociabili Terras. *H.*

dissolvo et dissoluo, uis. *Dissolvunt nodos omnes* etc. Lr. *Ne temere in mediis dissoluantur aquis.* O. *Staminis non ulli dissoluenda deo.* T. SY. solvere, diluere, resolvere; aperire, recludere; expiare. PH. Dissolve frigus ligna super foco Large reponens. *H.* Ornatus dissoluisse comae. *T.* Nubila dissolvit Phoebus. *Cl.* Pristina vota novo munere dissoluo. *C.*

dissolutus. *Qui dissolutos mores vi compesceret* (iamb.) Ph. SY. solutus, improbus, libidinosus, deperditus.

dissonus. *Dissona quam varios flectant ad munera cursus.* O. SY. absonus, discors. PH. Furit undique clamor Dissonus. *St.* Tam variae cultu gentes, tam dissona vulgi Ora. *L.* Dissona ritu Barbaries. *Cl.* Collidens dissona corda Seditio. *S.*

dissuadeo; asi. *Hinc dissuadet amor* etc. O. SY. dehortari, deterrere. PH. Frustra bellum dissuaserat augur. *O.* Quicunque forte misero dissuadet mori, Crudelis ille est. *Se.* Justi gladiis dissuasor. *L.*

dissulto. PH. Dissultant ripae refluitque exterritus amnis. *V.* Sicut aquae splendor, radiatus lampade solis, Dissultat per tecta. *S. v. dissilio.*

distendo. PH. Medios pontem distendit in agros. *L.* Dulci distendunt nectare cellas. *V.* Pastae distendunt ubera vaccae. *V.* Distentas lacte capellas. *V.* Quodque aliena capella gerit distentius uber. *H.* Distendit spiceis horrea plena Ceres. *T.* Distendere brachia. *O. v. distraho.*

distermino. PH. Gallica certus Limes ab Ausoniis disterminat arva colonis. *L. v. separo, termino.*

distantia. SY. spatium, discrimen, differentia, intervallum. PH. Quin intercurrat quaedam distantia formis. *Lr.*

distichon. *Si quando ex nostris disticha pauca legis.* M. PH. Cur in te factum distichon esse putas? *M. v. carmen, satyra.*

distillo. *v. destillo.*

distineo. *Et mare quod late terrarum distinet oras.* Lr. SY. tenere, retinere, detinere, tardare, morari, remorari; impedire, occupare. PH. Qua duo porrectus longe freta distinet Isthmus. *O.* Distinet hostem Agger murorum. *V. v. divido, teneo.*

distinguo. SY. discernere, discriminare; separare; variare. PH. Sed duo sunt, quae nos distinguunt, millia passuum. *M.* Vero distinguere falsum. *H.* Ligna atque ignes distincta voce notamus. — Distinguere pocula gemmis. *Cic.* Innumeris distinctae floribus herbae. *O.* Vario distincta lepore Omnia. *Lr.* Gemmarum nitor Distinguit aurum. *Se.* Distinguit autumnus racemos. *H.*

disto. SY. abesse, separari, removeri, sejungi, sum remotus, dissitus, absens; discrepare, differre, recedere. PH. Nec longo distat cursu. *V.* Invenies tamen inter se distare figuras. *Lr.* Quum tantum Phrygia Gallica distet humus. *O.* Nimium distare carinas, Jam queritur. *H.* Quantum distet ab Inacho. *H.* Sidera terrae Ut distant, ut flamma mari: sic utile recto. *L.* Nec tamen ignorat, quid distent aera lupinis. *H.* Infido scurrae distabit amicus. *H.* Studiisque favor distantibus ardet. *O.* Aequali spatio distantibus illis. *O.* Jaculo distantia misso Figere. *O.* Nec nos mare separat ingens. Exigua prohibemur aqua. *O.* Nec longius abfuit inde. *O.* Longeque erat utraque tellus. *O.* Distat utrinque pari spatio. *O.* Mores distant a carmine nostro. *O.*

distorqueo. PH. Distorquens oculos. *H.* Perverso distorqueat ora cachinno. *C.* Distortis est cruribus. *H. v. torqueo.*

distraho. *Distrahitur magis* etc. Lr. SY. separare, sejungere, disjungere, divellere, diducere, abstrahere, revellere. PH. Renes dolent, pulmones distrahuntur. *Pl.* Dividant, differant, dissipent, distrahant. *Lucil.* Turbatis distractus equis. *V.*

distribuo. *Corpora distribuuntur et ad sua saecla recedunt.* Lr. SY. dividere, partiri, dispertiri, tribuere, dare, largiri. PH. Id distributum sane est ex sententia. *Te.*

distringo. PH. Torquerier omni Sollicitudine districtum. *H.* Distringi Therona videt. *S.* Distringit quem multarum rerum varietas. *Ph. v. destringo.*

disturbo. SY. disjicere, evertere, diruere, turbare. PH. Tempus disturbans dissolvensque omnia frangit. *Lr.* Aedes ipse suas disturbat. *Lr.* Multo disturbat sanguine pacem. *L.*

disyllabus. *Namque cui si quando dico, non erit disyllabon.* (troch.) Te. M. SY. bisyllabus.

ditesco. *Sive feras interficere et ditescere praeda.* Lr. SY. opes, divitias parare, comparare, assequi, acquirere, consequi, cumulare, acervare, conquirere, accumulare, coacervare, ditari, locupletari. PH. Horrea ditescunt. *H.* Accipe, qua ratione queas ditescere. *H.* Sic alta pecunia crescet. *O.* Unde Divitias aerisque ruam, dic augur, acervos. *H.* Divitias alius fulvo sibi congerat auro *T. v. divitiae.*

dithyrambus. *Seu per audaces nova dithyrambos.* (sapph.) H.

ditio. *Qui mare, qui terras omni ditione tenerent.* V. SY. potestas, imperium, dominium, principatus. PH. Ditione jubeto Carthago premat Ausoniam. *V.* Latia quidquid ditione subactum. *Cl.* Sub ditione fuit. *O.*

Sed enim ditione carere Virtutem. *S.* Victor ditione tenebat. *V.*

... ditior *et* ditissimus. *Nil obsit tibi, dum non sit te ditior alter.* H. *Huic conjux Sichaeus erat, ditissimus agri.* V. *v. dives.*

dito. *Sueverat, innumeras hominum ditare catervas.* Cl. SY. locupletare, opulentare. PH. Largifica stipe ditantes. *Lr.* Ditata est spoliis perfida turba meis. *O.* Sermonem patrium ditaverit. *H.* Indignoque pecuniam Haeredi properet. *H.*

diu. *Continuere diu* etc. V. SY. multos annos, multos dies, longum tempus, diuturnum, perdiu, jam pridem, jam diu. PH. Phoebe, diu, res si qua diu mortalibus ulla est, Viximus. V. — Ap. comicos *diu* monosyll. Deliberandum est diu, quod statuendum est semel. *Syr. v. diutius.*

diva, ae. *Non tibi diva parens* etc. V. PH. Sic te diva potens Cypri. *H. v. dea.*

divello. SY. separare, distrahere, disjungere, avellere, abstrahere. PH. Divellimur inde. *V.* Manibus divellere nodos. *V.* Non dulci amplexu divellerer unquam. *V.* Divellat somnos minus invida cura. *H.* Divulsaque remis Unda sonat. *O.* Malis Divulsus querimoniis. *H.*

diverbero. — *volucres diverberat auras.* V. *v. divido.*

diverbium. *Ad novit vix memorem diverbia coge senectam.* Au.

diversorium. — *et diversoria nota.* H. SY. hospitium, hospitalitas, deverticulum, domus.

diversus. *Diversos ubi sensit equos currumque referri.* V. PH. Cur, inquit, diversus abis? *V.* Duxit in arva Diversa spatio procul a certamine pugnae. *S.* Possum ego diversos iterum conjungere amantes. *P.* Nec te diversus Apollo Respicit. *Clp.* Obrue puppes, Aut age diversas. *V.* Credite, diversis partibus arma damus. *O.* Confluxit nunquam populus diversior. *Cl.* Diversaeque vocant animum in contraria curae. *V. v. discrepo, dissimilis.*

diverticulum. *A diverticulo repetatur fabula primo.* J.

diverto. SY. de, ex via deflectere, alio iter flectere, ferre, alio ferri, *v. hospitor.* PH. Castaliam molli divertitur orbita clivo. Inferior virtute meas divertor ad artes.

dives, divitis *s.* dis, ditis. *Dives agri, dives pecorum, ditissimus auri.* M. *Divitis audita est cui non opulentia Croesi?* O. *Dite solum* etc. Va. *Oppida sunt regni divitiora mei.* O. SY. locuples, opulentus, ditissimus, praedives, pecuniosus, opulens. PH. Opum, opibus, divitiis abundans, affluens, potens, superbus. Quem multae comitantur opes. Creverat aggrestis numerata pecunia nummis; Nec domus immensas arcta tenebat opes. Ingens argenti pondus et auri Possidet. Auro dives, et ostro Conspicuus. *St.* Divitiis et multo splendidus auro. Auri congesto pondere dives. *O.* Immensas numerans opes. Despiciam dites, despiciamque famem. *T.* O si pateant pectora ditium! *Se.* Delubraque ditia donis. *O.* Dives agris, dives positis in foenore nummis. *H.* Insula dives opum, studiisque asperrima belli. *V.* Dives Antiquo censu. *H.* Divitioris enim sectam plerumque sequuntur. *Lr.* Pactoli veniunt sub tecta liquores, Et legitur Rubris gemma sub aequoribus. *P.* Dives avarus. *H.* Pietas pro divite grata est Munere. *O.* Indocilis pauperiem pati. *H.* Qui rebus abundat opimis. Cui multos nummos possidet arca domi. Superbus ambulat pecunia. *H.* Intactis opulentior Thesauris Arabum et divitis Indiae. *H.* Divitiis et honoribus auctus. *Lr.* Fortunae munere dives. Midae gazis et Lydo ditior auro. *St.* Cui fulvi vasta metalli Congeries. Cum magnis opibus domus alta niteret. *I.* Pleno cum turget sacculus ore. *I.* Tota domus gaudet regali splendida gaza. *Cl.* Cumque habeas rutili congestos aeris acervos. *O.* Et servit dominae numerosus debitor arcae, Sustentatque tuas aurea mensa dapes. *M.* — *Dives agris.* PH. Dives agri, quo non possederat alter Latius, aut totidem tollebat farris acervos. *O.* Multa dives tellure. *H.* Possideatque, metit quidquid bene olentibus arvis Cultor odoratae dives Arabs segetis. *T.* Sunt tibi, confiteor, diffusi jugera campi, Urbanique tenent praedia multa lares. *M.* Non ego divitias patrum, fructusque requiro, Quos tulit antiquo condita messis avo. *O.* — *Dives gregibus.* PH. Quam dives pecoris, nivei quam lactis abundans! *V.* Qui fuit Ausoniis olim ditissimus arvis: Quinque greges illi balantum, quinque redibant Armenta, et terram centum vertebat aratris. *V.* Mihi pinguia Gallicis crescunt vellera pascuis. *H.* Mille meae Siculis errant in montibus agnae. *V.* Te greges centum Siculaeque circum Mugiunt vaccae, tibi tollit hinnitum Apta quadrigis equa, te bis Afro Murice tinctae Vestiunt lanae. *H.* — *Dives cultu.* Ecce, venit dives magno Philomela paratu, Divitior forma. *O.* Tu cultu divite digna es. *O.* — *Trop.* Divitis ingenii est, ingentia Caesaris acta Dicere. *O.* Fundet opes Latiumque beabit divite lingua. *H.* — *Divitiis illustres: Persae, Indi, Lydi, Arabes; Croesus, Midas, Attalus, Lucullus, Sylla, Maecenas, Crassus; Pactolus, Tagus. v. divitiae.*

divido; isi. *Dividimus muros et moenia pandimus urbis.* V. SY. separare, disjungere, distrahere, distinguere, partiri, dispertiri, secernere, dirimere, distribuere, in partes secare, frangere. PH. Ira fuit capitalis, ut ultima divideret mors. *H.* Pars in frusta secant. *V.* Divisum imperium cum Jove Caesar habet. *O.* Penitus toto divisos orbe Britannos. *V.* Abjunctis dissociamur aquis. *O.* Animum nunc huc, nunc dividit illuc. *V.* Geminum gracilis mare dividit Isthmus. Coelo terras et terris abscidit undas. *O.* Et medium ferro gemina inter tempora frontem Dividit. *O.* — *I. q. distribuere.* PH. Nulli plura tamen dividit oscula. *H.* Vina Dividit,

ĕt dictīs moerēntĭă pectŏră mulcĕt, *V.* Cārmĭnă dīvĭdēns. *H.* Sŏcĭōs pārtītŭr ĭn ōmnēs. *V.* Ŏpĕrŭmquĕ lăbōrēm Pārtĭbŭs aequābăt jūstīs. *V.*

dīvĭdŭŭs *vel* dīvĭdŭs. *Ēt mĭhĭ dīvĭdŭō fīndētŭr mūnĕrĕ quādră.* H. — *pāstŏr pĕr dīvĭdă rūră căpĕllās.* O. PH. Cāndĭdă dīvĭdŭā cōllă tĕgēntĕ cŏmā. *O.* Īnsŭlă dīvĭdŭā quām prĕmĭt āmnĭs ăquā. *O.* Quālĭă dīvĭdŭae sĭmŭlāntŭr cōrnŭă lūnaē. *O.*

dīvīnĭtās. *Dīvīnĭtātĭs vīm cŏrūscāntēm căpĭt.* Pr. SY. dĕĭtās, dīvīnūm Nūmĕn, Dĕī mājēstās. *v. deus.*

dīvīnĭtŭs, *adv.* — *ē nĭhĭlō gīgnī dīvīnĭtŭs ūnquăm.* Lr. SY. ēx Dĕō, caelĭtŭs, dīvīnō nūmĭnĕ, mūnĕrĕ. PH. Quĭă sĭt dīvīnĭtŭs īllīs Īngĕnĭŭm. *V.*

dīvīno. *Dīvīnāre ĕtĕnīm māgnŭs mĭhĭ dōnăt Ăpōllo.* H. SY. vātĭcĭnārī, aūgŭrārī, cōnjĭcĕrĕ, praēdīcĕrĕ, praēsāgīrĕ, hărĭŏlārī. PH. Et dīvīnātās aūfĕrăt aūgŭr ŏpēs. *O.* Ānxĭŭs scēptrūm tĕnĕt, ĕt mŏvēntēs Cūnctă dīvīnăt mĕtŭĭtquĕ cāsūs. *Se. v. auguror.*

dīvīnŭs. *Lūdĭt ĭn hūmānĭs dīvīnă pŏtēntĭă rēbŭs.* O. SY. dīvŭs, aēthĕrĕŭs, caelēstĭs, praēclārŭs, ēxcēllēns, ēxĭmĭŭs. PH. Dīvīnā Pāllădĭs ārtĕ. *V.* Atque āffīgĭt hŭmī dīvīnaē pārtĭcŭlam aūraē. *H.* Sūpērbĭēns hŏnōrĕ dīvīnaē dŏmūs. *Ph.* Caēlō dēmīssŭs ăb āltō. *V.* Dīvīnā stīrpĕ crĕātŭs, sătŭs, crētŭs, gĕnĕrātŭs sāngŭĭnĕ Dīvûm. Quī gĕnŭs dūcĭt Ōlўmpō. Dīvūm cērtīssĭmă prōlēs. Īgnĕŭs ēst īllīs vĭgŏr ĕt caēlēstĭs ŏrīgo. *V.* — Dīvīnĕ pŏētă. *V.* Sī tē dīgnă mănēt dīvīnī glōrĭă rūrĭs. *V.* Dīvīni ŏpŭs Ālcĭmĕdōntĭs. *V.* Īngĕnĭŭm cuī sĭt, cuī mēns dīvīnĭŏr. *H.* — Īmbrĭŭm dīvīna ăvĭs īmmĭnēntŭm. *H.* Āssīstō dīvīnĭs. *H* Dīvīnă fŭtūrī. *H.* Mōtā dīvīna ŭrnă. *H.* Cānĭt dīvīno ēx ōrĕ săcērdōs. *V.* Nōn sūm dīvīnŭs; sēd scĭŏ, quid făcĭās. *M.*

dīvĭtĭaē. *Dīvĭtĭīs hŏmĭnēs, ăn sīnt vīrtūtĕ bĕātī.* H. SY. ŏpēs, fōrtūnaē, cōpĭaē, găză, nūmī, thēsaūrī, pĕcūnĭă, aūrūm, făcūltātēs, ārgēntŭm. EP. īmprŏbaē, mĭsĕraē, rēgālēs, pŏtēntēs, īnvĭdĭōsaē, māgnĭfĭcaē, ŏpĕrōsaē, māgnaē, īngēntēs, prĕtĭōsaē, sŭpērbaē, vānaē, fŭgĭtīvaē, fŭgācēs, pĕrĭtūraē, flūxaē, cădūcaē, mōllēs, blāndaē, grātaē, nĕfāndaē, ēxōptātaē. PH. Nūmōrum ăcērvī, ārgēntī pōndŭs ĕt aūrī; aūri ārgēntīquĕ tălēntă. Vĕtĕrēs tēllūrĕ rēclūdĭt Thēsaūrōs, īgnōtum ārgēntī pōndŭs ĕt aūrī. *V.* Pūrpŭră nāmquĕ mĭhī prĕtĭōsăquĕ tēxtă dăbūntŭr, Cōngēstōque aūrī pōndĕrĕ dīvĕs ĕrō. *O.* Sī rēs āmplă dŏmī. *I.* Ŏpūm mĕtŭēndă făcūltās. *L.* — Dīvĭtĭaē grāndēs hŏmĭnī sūnt, vīvĕrĕ pārcē Aēquo ănĭmō. *Lr.* Aēs cōngēstūm. Cēnsūs īngēntēs. Rēgālēs găzaē. Cūnctārūm cōpĭă rērŭm. Crēscĭt ămŏr nūmī, quāntum īpsă pĕcūnĭă crēscĭt. *I.* Hūnc lĕvēs nōn cŏmĭtāntŭr ŏpēs. Mĭhĭ mūnĭfĭcās Pārcă nĕgāvĭt ŏpēs. Nōn ŏpĭbŭs mēntēs hŏmĭnūm cūraēquĕ lĕvāntŭr. Rĕddēntēs ănĭmōs plērūmquĕ fĕrōcēs. Cōngĕrĭēs vāstă fūlvī mĕtāllī. Thēsaūrŭs cōndĭtŭs plēnā ārcā ĕt mūltō cōngēstŭs ăcērvō. Stīpātquĕ cărīnīs Īngēns ārgēntūm. *V.* Bĕātaē Ărăbūm găzaē. *H.* Mĭsĕra ēst māgnī cūstōdĭă cēnsūs. *I.* Ēffŏdĭūntŭr ŏpēs, īrrītāmēntă mălōrūm. *O.* Tūrpī frēgērūnt saēcŭlă lūxū Dīvĭtĭaē mōllēs. Nēc mē rēgnă jŭvēnt, nēc Lўdĭŭs aūrĭfĕr āmnĭs, Nēc quās tērrārūm sūstĭnĕt ōrbĭs ŏpēs. *T.* Dīvĭtĭās ălĭŭs fūlvō sĭbĭ cōngĕrăt aūrō, Ēt tĕnĕāt cūltī jūgĕră mūltă sŏlī. *T.* 1, 1, 1 sqq. Nām grāvĕ quĭd prōdēst pōndūs mĭhĭ dīvĭtĭs aūrī, Ărvăquĕ sī fīndānt pīnguĭă mīllĕ bŏvēs? Quĭdvĕ dŏmūs prōdēst Phrўgĭīs īnnīxă cŏlūmnīs, Aūrātaēquĕ trăbēs, mārmŏrĕūmquĕ sŏlūm? *T.* Quĭdquĭd ăb aūrĭfĕrīs ējēctăt Ībērĭă fōssīs, Quāntūm stāgnă Tăgī rŭdĭbŭs stīllāntĭă vēnīs Ēfflūxērĕ dĕcŭs, quāntō prĕtĭōsă mĕtāllō Hērmī rīpă mĭcāt, quāntās pĕr Lўdĭă cūltă Dēspūmăt rŭtĭlās dīvēs Pāctōlŭs ărēnās. *Cl.* Dīvĭtĭās cōmpōnĕrĕ, cōllĭgĕrĕ, cōngĕrĕrĕ, cōndĕrĕ, cŭmŭlārĕ. *v. argentum, aurum, dives, opulentia, pecunia.*

dīvōrtĭŭm. — *Īn gĕmĭnī spārgĭt dīvōrtĭă Pōntī.* Lr. SY. rĕpŭdĭŭm, sēpărātĭo, rēpūlsĭo. PH. Quāntō plānxī dīvōrtĭă lūctū *Cl.*

dīŭm, ī. SY. nūdŭs, ăpērtŭs āēr. PH. Sŭb Jŏvĕ frīgĭdō. *H.* Sŭb dīō cārpĕrĕ sōmnōs. *V.* Sŭb dīō mŏrārĭs. *H.* Nūdōquĕ sŭb aēthĕrĭs āxĕ. *V.* Vītāmque sŭb dīo ĕt trĕpĭdīs ăgăt In rēbŭs. *H.*

dĭūrnŭs. PH. Nōctūrnā vērsātĕ mănū vērsātĕ dĭūrnā. *H.* Nōctūrnō cērtārĕ mĕrō, pūtĕrĕ dĭūrnō. *H.* Et nĭtŏr īn tăcĭtā nōctĕ dĭūrnŭs ĕrăt. *O.* Implēsse aētātĭs fātă dĭūrnă sŭaē. *O.*

dīŭs. — *Quās īpsă dĕcūs sĭbĭ dīă Cămīllă.* V. PH. Sēntēntĭă dīă Cătōnĭs. *H.* In dīās lūmĭnĭs aūrās. *Lr.* Quĭd dīă pŏēmătă nārrēnt. *Pe.* Dīă Mŏsēllă. *Au. v. divinus.*

dĭūtĭnŭs. *Lōngūm dĭūtĭnūmque ā māne ād vēspĕrŭm.* Pl. SY. dĭūtūrnŭs, cōntĭnŭŭs, dūrābĭlĭs, stăbĭlĭs. PH. Īllās sēd aētās cōnfĭcĭt dĭūtĭnă. *Pr.*

dĭūtĭŭs. *Et vōs, ămīcī, dētĭnŭī dĭūtĭŭs.* (iamb.) Pl.

dĭūtūrnŭs. *Hic, qui dīlĭgĭtŭr, vēllēm, dĭūtūrnĭŏr ēssĕt.* O. SY. mūltŏs pĕr ānnōs stāns, mănēns, dūrāns, dĭū mănēns. PH. Haēc fŏrĕ mōrtĕ mĕă nōn dĭūtūrnă mălă. *O.* Ēst mĭhĭ, sĭtquĕ, prĕcŏr, nōstrīs dĭūtūrnĭŏr ānnīs Fīlĭă. *O.* Accūsātque ānnōs, ŭt dĭūtūrnă, sŭōs. *O.*

dīvūlgo. *Dīvūlgātă vĕtŭs jām ād coelūm glōrĭă fērtŭr.* Lr. SY. vūlgārĕ, ēvūlgārĕ, pērvūlgārĕ.

dīvŭs, *subst.* *Āccĭpĭt, ēt nŭmĕrūm Dīvōrum āltārĭbŭs aūgĕt.* V. PH. O dīvă, grātūm quaē rēgĭs Āntĭŭm. *H.* Dīvĕ, quēm prōlēs Nĭŏbēă māgnaē. *H.* Dīvûm pătĕr ātque hŏmĭnūm rēx. *V.* Nēc dărĕ tūră lĭbēt nīl ēxōrāntĭă dīvōs. *O. v. dii.* — dīvŭs, *adj.* PH. Dīvŭs ăb ēxcēlsā prōspēctăt Jūlĭŭs ārcĕ. *O.* Quī mĕrŭīt pĭă Vīrtūtĕ coelūm, dīvŭs Aūgūstŭs. *Se.* Quōd fūlmēn dŭcĭs īntĕr ārmă dīvī. *St. v. apotheosis.*

dō; dĕdī, dătūm, dărĕ. *Sīc ĕgŏ dō poēnās ārtĭbŭs īpsĕ mĕīs.* O. *Vītăquĕ mānĉĭpĭō*

nūllī dătūr, omnĭbŭs ūsū. Lr. Pĭgnŏră dā, gĕnĭtŏr etc. O. — pōstquām dătā cōpĭă fāndī. V. — Da pro dic V. E. 1, 19. H. S. 2, 8, 4. Lr. 3, 356. V. A. 6, 66. 12, 97. St. Th. 7, 315. O. F. 6, 434. Dare animo p. indulgere H. O. 4, 7, 19. Dare letum alicui s. leto aliquem, pro interficere. Haec ego vasta dabo, i. e. vastabo V. A. 9, 323. effectum dabo Te. Eu. 2, 1, 7. incensam dabo id. Ph. 5, 7, 81. Dederat comas diffundere ventis V. A. 1, 323. 5, 248. Per hypallagen: dare classibus austros, pro austris dare classes; navem dare, i. e. tradere, vento V. A. 3, 61. Res vero, locus, occasio, tempus dare se dicuntur, quum se offerunt. Dat se quod inclinat se, cedit. Multa se dederunt, s. se dare solent, i. e. perfici possunt. V. G. 1, 287. Dare p. polliceri T. 1, 3, 13. SY. dōnārĕ, praebērĕ, trĭbŭĕrĕ, lārgīrī, īmpērtīrĕ, īmpērtīrī; cōmmīttĕrĕ, māndārĕ, trādĕrĕ; sūppĕdĭtārĕ; pērmīttĕrĕ, cōncēdĕrĕ. PH. Dō, quŏd vīs, ēt mē vīctūsquĕ vŏlēnsquĕ rĕmīttō. V. Armă dăbūnt īpsī. V. Dā făcĭlēm cūrsūm. V. Sōl quŏquĕ sīgnă dăbĭt. V. Sī dānt mŏdŏ fātă rĕcūrsūm. V. Dōnō dărĕ. Extrēmum hōc mĭsĕraē dāt mūnŭs ămāntī. Spēmquĕ dĕdĭt dŭbĭaē mēntī. V. Dăbĭtŭr, Trōjānĕ, quŏd ōptās. V. Tĭbĭ Dī, quaēcūnquĕ prĕcārĭs, Cōmmŏdă dēnt. H. Sī dānt ĕă moēnĭă Pārcaē. V. — I. q. concedere. PH. Dĕdĭt ūbĕră nūtrīx. O. Tū dās, ĕpŭlīs āccūmbĕrĕ dīvûm. V. Dās ălĭquĭd fāmaē. H. Dā spătĭūm, vĕnĭāmquĕ pĕtō. O. Phoēbĕ păter, sī dās ūsūm mĭhĭ nōmĭnĭs hūjŭs. V. Rērūm dĕdĭt ēssĕ măgīstrōs. V. — I. q. facere. PH. Dāt mōtūs īncōmpŏsĭtōs. V. Dăbĭt īllĕ rŭīnās Arbŏrĭbŭs. V. Vărĭōs dăt ĭn āĕrĕ sāltūs. V. Dāt tībĭă cāntūm. V. Dāt būccĭnă sīgnūm. V. Gĕmĭtūmquĕ dĕdērĕ căvērnaē. V. Dāt sīlvă frăgōrĕm. O. Dŏmūs dĕdĭt āmplă rŭīnām. V. Jăctā caēcūm dărĕ cūspĭdĕ vūlnŭs. V. Dānt proēlĭă cērvī. V. Fīnēm dĕdĭt ōrĕ lŏquēndī. V. Optātōs dĕdĭt āmplēxūs. V. — Se dare. PH. Sē quŏquĕ dāt pŏpŭlō mŭlĭēr spĕcĭōsă vĭdēndăm. O. Dēt mĭhĭ sē. O. Ut rēs dānt sēsē. Te. Et sē jāctū dĕdĭt aēquŏr ĭn āltūm. V. Hīc sē praēcĭpĭtēm tēctō dĕdĭt. H. Tēque haēc īn bēllă dĕdĭstī. V. Sē tūrbă fŏrās dăbĭt. Lr. — Datur. PH. Dătŭr, ōră tŭērī. V.

dŏcĕo. — ănĭmōs ādvērtĕ, dŏcēbō. V. SY. ēdŏcērĕ, ōstēndĕrĕ, mōnstrārĕ, īndĭcārĕ; īnstrŭĕrĕ, ērŭdīrĕ, praēcĭpĕrĕ, īmbŭĕrĕ, trādĕrĕ, pērdŏcērĕ. PH. Artĭbŭs īnstĭtŭĕrĕ, īnstrŭĕrĕ, īmbŭĕrĕ, īnfōrmārĕ, ērŭdīrĕ. Dŏcĕās ĭtĕr ēt sācra ōstĭă pāndās. V. Nōmēn pătrĭāmquĕ dŏcēmŭs. V. Expĕdĭam, ēt paūcīs, ănĭmōs ādvērtĕ, dŏcēbō. V. Nē quaērĕ dŏcērī. V. Artēs trādĕrĕ. Sē praēbērĕ măgīstrūm. Dărĕ praēceptă, dŏcūmēntă. Făcĭlēs jŭvĕnūm ănĭmōs, tĕnĕrās mēntēs fōrmārĕ. Tūm quōs ād stŭdĭum ātque ūsūm fōrmābĭs ăgrēstēm. V. Pōssūm mūltă tĭbī vĕtĕrūm praēceptă rĕfērrĕ. In Mūsārūm prātă dūcĕrĕ. Mēntēs tĕnĕrās fōrmārĕ stŭdĭīs. Dāmnōsāsque ērŭdĭt ārtēs. O. Phyllĭrĭdēs pŭĕrūm cĭthără pērfēcĭt Achīllēm, Atque ănĭmōs mōllī cōntŭdĭt ārtĕ fĕrōs. O. Nātŭs, quī mōllĭbŭs ānnīs In pătrĭās ārtēs ērŭdĭēndŭs ĕrĭt. Hōrtārĕ, vĭāmque īnsīstĕ dŏmāndī, Dūm făcĭlēs ănĭmī jŭvĕnūm, dūm mōbĭlĭs aētās. Artĭbŭs ūt pōssēs nōn rŭdĭs ēssĕ mĕīs. O. Quōdquĕ părūm nōvĭt, nēmŏ dŏcērĕ pŏtēst. O. Tālĭbŭs ātque ălĭīs īnstrūctō pēctŏrĕ dīctīs. O. In mĕdĭūm dīscēndă dăbāt, coētūmquĕ sĭlēntûm Dīctăquĕ mīrāntûm māgnī prīmōrdĭă mūndī Et rērūm caūsās, ēt quĭd nātūră, dŏcēbāt. O. v. discipulus, doctus, magister.

dŏcĭlĭs. Pērcĭpĭānt ănĭmī dŏcĭlēs, tĕnĕāntquĕ fĭdēlēs. H. SY. dīscĭplīnaē, dōctrīnaē căpāx, āptŭs ăd ārtēs, făcĭlĭs, trāctābĭlĭs, mītĭs. PH. Cūltūquĕ frĕquēntī, In quāscūnquĕ vŏcēs ārtēs, haūd tārdă sĕquēntŭr. V. Pārēbĭt prāvī dŏcĭlĭs Rōmānă jŭvēntūs. H. Dŏcĭlēs ĭmĭtāndĭs Tūrpĭbŭs. I. Cērĕŭs īn vĭtĭūm flēctī. H. Equŭs dŏcĭlĭs frēnī. S. Dŏcĭlĭs mŏdōrūm Vātĭs. H. Nēmo ădĕō fĕrŭs ēst, ūt nōn mītēscĕrĕ pōssĭt, Sī mŏdŏ cūltūraē pătĭēntēm praēbĕăt aūrēm. H. Fāllēndī dŏcĭlĭs. S. Mŏnĭtīs ōbtēmpĕrăt Indă măgīstrī Bēllŭă. O. Sī mănŭs aūt sĭmĭlēs dŏcĭlĭs mĭhĭ fīngĕrĕ cērās. St.

dōctē. PH. Fērcŭlă dōctē Cōmpōnăt. I. Lūctāmŭr Achīvīs dōctĭŭs ūnctīs. H. Maēŏnĭdquĕ cŭpīs dōctĭŭs ōrĕ lŏquī M. v. bene.

dōctĭlŏquŭs. Māgnăquĕ dōctĭlŏquī mŏrĭētŭr Mūsă Mărōnĭs. Anth.

dōctŏr. v. magister.

dōctrīnă. Dōctrīnaē prĕtĭūm trīstĕ măgīstĕr hăbĕt. O. SY. ērŭdĭtĭo, scĭēntĭă, dŏcūmēntūm, praēcēptūm, dīscĭplīnă, ārs. EP. sĕnīlĭs, lăbōrĭōsă, hŏnōrāndă, ūtĭlĭs, pūlchră, īnsīgnĭs, praēclāră, īngĕnĭōsă, nōbĭlĭs. PH. Utĭlĕ, dōctrīnīs praēbērĕ sĕnīlĭbŭs aūrēs. Dōctrīnă sĕd vīm prōmŏvĕt īnsĭtăm, Rēctīquĕ cūltūs pēctŏră rōbŏrānt. H. Dōctrīnă pŏlītōs Cōnstĭtŭĭt. Lr. Vīrtūtēm nātūră părēt, nātūrăvĕ dōnĕt. H.

dōctŭs. SY. ērŭdĭtŭs, pĕrītŭs, haūd īgnārŭs, nōn nĕscĭŭs. PH. Dōctŭs ĭtĕr mĕlĭŭs. H. Ambo ōmnĭă cārmĭnă dōctī. Au. Dōctōrūm, Lĭcĭnī cĕlĕbērrĭmĕ, sūmmĕ vĭrōrūm. M. Sīc cĕcĭnīt prō tē dōctŭs, Mīnōĭ, Cătūllŭs. T. Artĭbŭs īnstrūctŭs. Aŏnĭī glōrĭă rāră chŏrī. Rērūm fāndīquĕ pĕrītŭs. Quēm Mūsaē stŭdĭīs ēxcŏlŭērĕ sŭīs. Trītōnĭă Pāllăs Quēm dŏcŭĭt mūltăque īnsīgnēm rēddĭdĭt ārtĕ. V. Quēm cāsto ērŭdĭĭt dōctă Mĭnērvă sĭnū. Thēspĭădūm dĕcŭs īmmōrtālĕ sŏrōrūm. Pĭĕrĭĭs pōllēns stŭdĭīs. Cl. Dōctūm căpŭt. Aŏnĭās quī bĕnĕ nōvĭt ārtēs. Quī sēctātŭs, sĕcūtŭs ēst Mūsārūm cāstră. Quēm nŏvēm Mūsaē, Nymphaē, pōtārūnt nēctărĕ dūlcī. Cĕlĕbrātŭs ārtĭbŭs nŏvēm sŏrōrūm. Dōctaē nōn ūltĭmă glōrĭă tūrbaē. Sōcrătĭcīs sērmōnĭbŭs mădēns. H. Cĕcrōpĭaē mădĭdŭs Lătĭaēquĕ Mĭnērvaē Artĭbŭs. M. Dōctĕ sērmōnēs ūtrĭūsquĕ līnguaē. H. Ingĕnŭās ănĭmūm quī ēxcŏlŭērĕ pĕr ārtēs. V. Tē pĭă Cĕcrōpĭaē cŏmĭtātŭr tūrbă Mĭnērvaē. M. — Artīs lānĭfĭcaē dōctīssĭmă. Cl. Stāmĭnă dōctō Pōl-

lĭcĕ sōllĭcĭtānt. *O.* Sīt cōmă, sīt dōctă bārbă rĕsēctă mănū. *O.*

dŏcūmēn *vel* dŏcūmēntŭm. *Pēctŏrĕ pērfīxō dŏcūmēn mōrtālĭbŭs ācrĕ.* Lr. *Ĕt dŏcūmēntă dămŭs, quā sīmŭs ŏrīgĭnĕ nātī.* O. SY. prŏbātĭo, ĕxēmplŭm, ēxpĕrĭēntĭă. EP. īnsīgnĕ, lūcŭlēntŭm, hŏnōrĭfĭcŭm, grăvĕ, trīstĕ, fălsŭm, sŭppŏsĭtŭm, vīlĕ. *v. argumentum.*

Dōdōnă, aē. — *ēt vīctūm Dōdōnă nĕgārĕt.* V. *Seū tĭbĭ Dōdōnē pŏtĭŏr* etc. Mn. EP. fĕrāx, glāndĭfĕră, cēlsă, vĕtŭs, săcră, dēnsă, ŏpācă, fătĭdĭcă. PH. Āerĕ Jŏvĭs Dōdōnă sŏnăt. *L.* Sĭlvăquĕ Dōdōnēs. *L.* Cēlsăquĕ Dōdōnē stŭpŭĭt. *Cl.* Haēc mĭhĭ sī Dēlphī Dōdōnăquĕ dīcĕrĕt īpsă. *O.* Sēd tĭbĭ jām vĭdĕŏr Dōdōnā vērĭŏr aūgŭr. *P.* Rūrsūsquĕ lŏcūtaē In tē Chāŏnĭaē mŏvērūnt cārmĭnă quērcūs. *Cl.*

Dōdōnaēŭs *vel* Dōdōnĭŭs. *Īngēns ārgēntŭm, Dōdōnaēōsquĕ lĕbētăs.* V. *Cēssērĭt īnvēntĭs Dōdōnĭă quērcŭs ărīstĭs.* Cl. — *Dōdōnĭdă quērcŭm Īngrĕdĭŏr.* Va.

dōdrāns. *Sōlvĕrĕ dōdrāntēm* etc. M.

dŏgmă. — *nēc Stōĭcă dŏgmătă lĕgĭt.* I. SY. plăcĭtŭm, dēcrētŭm, sēntēntĭă, scĭtŭm. EP. cērtŭm, clārŭm, pērspĭcŭŭm, cōnstāns, rĕcēptŭm, trītŭm, vŭlgārĕ, nōbĭlĕ, āntīquŭm, īrrĭtŭm, fālsŭm, nŏxĭŭm. PH. Cōnsūmmātīquĕ Cătōnĭs Dŏgmătă sīc sĕquĕrĭs, tālĭs ŭt ēssĕ vĕlĭs. *M.*

dŏgmătĭcŭs. *Dŏgmătĭcās ăgĭtĕt* etc. Au.

Dŏlābēllă. *Īndĕ Dŏlābēlla ēst* etc. J.

dŏlābră. *Sī lēntŭs pīgrā mūnīrēt cāstră dŏlābră.* J. SY. āscĭă, sĕcūrĭs. EP. ăcūtă, hĕbĕs, fērrĕă, rĭgĭdă.

dŏlēntĕr. *Pōst Phăĕthōntēōs vīdīssĕ dŏlēntĭŭs īgnēs.* O. SY. moēstē, trīstĭŭs, cūm gĕmĭtū, flēbĭlĭtĕr, cūm dŏlōrĕ.

dŏlĕo. *Īllĕ dŏlēt vērē, quī sīnĕ tēstĕ dŏlēt.* M. SY. īndŏlērĕ, gĕmĕrĕ, īngĕmĕrĕ. PH. Dŏlōrĭbŭs ūrī, crŭcĭārī, vēxārī, āngī, ăgĭtārī, prĕmī, ūrgērī, tōrquērī, cōnfĭcī, ĕxērcērī, mācĕrārī. Īndūlgērĕ, īncūmbĕrĕ dŏlōrī. Moērōrī văcārĕ. Grăvēs haūrīrĕ dŏlōrēs. Nĭmĭō cŏquĕrĕ cōrdă dŏlōrĕ. Cūrīsquĕ īngēntĭbŭs aēgĕr, Spēm vūltū sĭmŭlăt, prĕmĭt āltŭm dŏlōrēm. *V.* Mēns hĕbĕtātă mălīs tōrpēt cōnfēctă dŏlōrĕ. Tăcĭtŭm nūtrĭt sŭb pēctŏrĕ vūlnŭs. *V.* Ăgĭtārĕ trīstĭă mūlta ănĭmō. Sōllĭcĭtō prēssum ēssĕ dŏlōrĕ. Grăvĭ sūnt saūcĭă cōrdă dŏlōrĕ. Tăcĭtīs dŏlōrĭbŭs ūrī. Plūs nĭmĭō dŏlēns. *H.* Mĕdĭō sīc īntērfātă dŏlōre ēst. *V.* Ācrīque īncēnsă dŏlōrĕ. *V.* Sŭbĭtō mēntēm tūrbātă dŏlōrĕ. *V.* Ādstrīctă dŏlōrĕ Pēctŏră. *O.* Nēc mēns văcăt aēgră dŏlōrĕ. Aūt dŏlŭĭt mĭsĕrāns ĭnŏpem, aūt īnvĭdĭt hăbēntī. *V.* Nōstrō dŏlŭīstī saēpĕ dŏlōrĕ. *V.* Īnvĕnĭēs ălĭquēm, quī mē sūspīrĕt ădēmtŭm. *V.* Sī vīs mē flērĕ, dŏlēndum ēst Prīmum īpsī tĭbĭ. *H.* Aūrĭcŭlās cōllēctā sōrdĕ dŏlēntēs. *H.* Et nūlla īn vūltū sīgnă dŏlēntĭs hăbē. *O.* Lēnīrĕ dŏlēntēm. Sōlāndō cŭpĭt. *V.* Īnsōlābĭlĭtĕr rāptō dē frātrĕ dŏlēntĭs. *H.* O nūnquām dŏlĭtūri, ō sēmpĕr īnērtēs. *V.* Ēxĭmĭūs lĭcĕt īlle ănĭmī mĕrĭtūsquĕ dŏlērī. *St.* Mūltă gĕmēns. *V.* Nēc dīc, quīd dŏlĕās; clām tămĕn ūsquĕ dŏlē. *O. v. dolor, queror.*

dōlĭŭm. *Dūmmŏdŏ pūrpŭrĕō spūmēnt mĭhĭ dōlĭă Bācchō.* P. SY. cădŭs. EP. īnānĕ, spūmāns, dūlcĕ, fīctĭlĕ, căvŭm, rīmōsŭm, āmplŭm, căpāx, prŏfūndŭm, pĭcātŭm. PH. Ēxūndānt pīnguī spūmāntĭă dōlĭă mūstō. *Co. v. cadus.*

dŏlo. — *prŏpĕrāntī fālcĕ dŏlātŭs.* P. SY. laēvĭgārĕ, caēlārĕ, pŏlīrĕ, scūlpĕrĕ. PH. Nōn sūm dē frăgĭlī dŏlātŭs ūlmō. *M* Mătĕrĭām laēvārĕ, dŏlārĕ, ēt rādĕrĕ lĭgnă. *Lr.* Sēd lĭgnūm rŭdĕ vīllĭcŭs dŏlāvĭt. *Anth.* Vēntīs ănĭmām cōmmīttĕ, dŏlātō Cōnfīsūs lĭgnō. *I.* — *Trop.* Lūmbōsquĕ sălīgnĕ Fūstĕ dŏlăt. *H.*

dŏlo, ōnĭs. *Pīlă mănū saēvōsquĕ gĕrūnt īn bēllă dŏlōnēs.* V. EP. tĕrĕs, dūrŭs, vălĭdŭs, saēvŭs, hōrrĭfĭcŭs, caēcŭs.

Dŏlōn. *Antīquī prōlēs bēllō praēclārĕ Dŏlōnĭs.* V. PH. Cōnfĕrăt hīs Īthăcŭs Rhēsum īgnāvūmquĕ Dŏlōnă. *O.* cf. *Hom.* Il. 10.

Dŏlŏpēs, ŭm. *Hīc Dŏlŏpūm mănŭs, hīc saēvŭs tēndēbăt Achīllēs.* V. PH. Quīs tālĭă fāndō Myrmĭdŏnūm *Dŏlŏpūmve* aūt dūrī mīlēs Ūlyssĭs Tēmpĕrĕt ā lăcrȳmīs? *V.* Vīdīssĕ pŭtānt *Dŏlŏpēĭă* būstă. *Va.*

dŏlŏr. *Neū mātrī mĭsĕraē tāntī sīm caūsă dŏlōrĭs.* V. SY. moērŏr, āngŏr, trīstĭtĭă, crŭcĭātŭs, aērūmnă. EP. crūdēlĭs, grăvĭs, saēvŭs, ātĕr, īntŏlĕrābĭlĭs, quĕrŭlŭs, moēstŭs, īnfēlīx, sōllĭcĭtŭs, fĕrŭs, āltŭs, ōccūltŭs, ŭlŭlāns, răbĭdŭs, aēgĕr, dīrŭs, mĭsĕr, ăcērbŭs, āspĕr, īntēstīnŭs, mălŭs, ārdēns, crūdŭs, ăcūtŭs, īngrātŭs, īnsānŭs, vēsānŭs, ămārŭs, īndŏmĭtŭs, vĭŏlēntŭs, trīstĭs, ātrōx, gĕmĕbūndŭs, flēbĭlĭs, īmpătĭēns, pērvĭgĭl, ānxĭŭs, fūnĕrĕŭs, īnfāndŭs, īrrĕquĭētŭs, vĭgĭl, īnsānābĭlĭs, āssĭdŭŭs, vĭgĭlāns, tĕtrĭcŭs, ārgūtŭs, īntŏlĕrāndŭs, trŭx, āfflīgēns. PH. Lōngī tōrmēntă dŏlōrĭs. Nōx ātră dŏlōrŭm. Cūrārŭm pōndĕră. Gĕmĭtūs ĕt ăcūti īn cōrdĕ dŏlōrēs. Dīrŭs dŏlŏr ōssĭbŭs ārdĕt. *V.* Fūrĭt īmă dŏlŏr dēlāpsŭs ăd ōssă. *V.* Tūm vēro ēxārsĭt jŭvĕnī dŏlŏr ōssĭbŭs īngēns. *V.* Pēdĭbŭs dŏlŏr īnsĭdĕt. Īnvīctūmquĕ vĭrŭm vīcĭt dŏlŏr. *O.* Nēc tē tāntŭs ĕdăt tăcĭtŭm dŏlŏr. *V.* Sūme ănĭmōs, nēc tē vēsānō trādĕ dŏlōrī. Pūlsūsquĕ părūmpĕr Cōrdĕ dŏlŏr trīstī. *V.* Īnfāndŭm, rēgīnă, jŭbēs rĕnŏvārĕ dŏlōrēm. *V.* Ēxplētŭr lăcrȳmīs ĕgĕrĭtūrquĕ dŏlŏr. *O.* Ōbdūctūm vērbīs vŭlgārĕ dŏlōrēm. *V.* Fŭrĭīs ăgĭtātă dŏlōrĭs. *O.* Ēxārsĭt dŏlŏr ōssĭbŭs. *St.* Tāntŭm dīscēssū fērrĕ dŏlōrēm. *V.* Nūnc vūlnŭs ăcērbŭm Cōnfĭcĭt. *V.* Lāpsŭs ăd īmă Ōssă dŏlŏr. *V.* Vīrēs dŭplĭcăt dŏlŏr. *S.* Fēlīx mōrtĕ tŭā, nĕque īn hūnc sērvātă dŏlōrēm. *V.* Āltă mănē, sŭprāquĕ tŭōs ēxsūrgĕ dŏlōres. *O.* Ēt vĭă vīx tāndēm vōcī lāxātă dŏlōre ēst. *V. v. doleo, luctus.* — Descr. *V.* E. 2, 3. A. 2, 486. 12, 604. G. 4, 525. *O.* M. 4, 142. *O.* T. 1, 3, 17 sqq. 41 sqq. *O.* F. 3, 469. Comas laniat, lacrymatur, gemit, lacerat ora, genas, vestes, queritur, solitudinem quaerit etc. *Comp.* c. dolore *Andromaches, Euadnes* (*O.* Cons. L. 319.), *Calypsus* (*P.* 1, 15, 9.), *Clymenes* et *Helia-*

dum (*O.* Liv. 3.), *Antilochi, sororum Phrygiarum* (*H.* O. 2, 9, 13.), *matris orbae* (*O.* H. 15, 115.), *Philomelae* (*O.* Liv. 105. *V.* G. 4, 511. *C.* 62, 13.), *Halcyonum* (*O.* Liv. 107. *St.* Th. 9, 360. *O.* M. 11, 410 sqq.).

dŏlōsŭs. *Sī fraūs huīc nōmĕn făctō, dīcārquĕ dŏlōsŭs.* O. SY. fāllāx, āstūtŭs, căllĭdŭs, caūtŭs, văfĕr. PH. Lăquĕōsque ărtēsquĕ dŏlōsās Tōllĭtĕ. *O.* Mŭlĭĕr sī fōrtĕ dŏlōsă. *H.* Pĕr īgnēs Sŭppŏsĭtōs cĭnĕrī dŏlōsō. *H.* Illĕ dŏlīs īnstrūctŭs ĕt ārtĕ Pĕlāsgā. *V.* Blāndō căllĭdŭs ōrĕ. *O.* Fāllĕrĕ dōctŭs. *T.* Dŏcĭlīs fāllĕndi ĕt nēctĕrĕ tēctōs Nūnquām tārdă dŏlōs. *S.* Infēctăquĕ sēmpĕr Pūnĭcă bēllă dŏlīs. *L.* Nēctīt pĕctŏre āstūs căllĭdŏs. *Se.* Dŏlī făbrĭcātŏr. *V.* Amīcī Fērrĕ jŭgūm părĭtĕr dŏlōsī. *H.* *v. astutus, callidus.*

dŏlŭs. *Ēxēmplō dŏlŭs, īnfāndŭm, pătĕfāctŭs ăd aūrās.* V. SY. fraūs, āstŭs, fāllācĭă, āstūtĭă, īnsĭdĭaē, ărgūtĭă, ārs, căllĭdĭtās, fraūdŭlēntĭă. Mēns sĭmŭlātă, fīctŭm pĕctŭs. EP. tūrpĭs, mălŭs, ōccūltŭs, căllĭdŭs, caūtŭs, hōstīlĭs, cōmpŏsĭtŭs, scĕlēstŭs, fīctŭs, īnfīdŭs, īnŏpīnŭs, vērsūtŭs, tăcĭtŭs, tēctŭs, ăbdĭtŭs, mĕtŭēndŭs, īmplēxŭs, pērvĭgĭl, văfĕr, sēcrētŭs, fălsŭs, fāllāx, vărĭŭs, lāscīvŭs, bĭlīnguĭs, nōctūrnŭs, lătēns, sōllērs, săgāx, īnsĭdĭōsŭs, īllăquĕāns, prŏfānŭs, sŭbdŏlŭs. PH. Ārs sŭbdŏlă. Fraūs mēndācī tēctă cŏlōrĕ. Cōnfīctă dŏlō mēndācĭă tūrpī. Vērsārĕ pĕctŏrĕ dŏlōs. Fāllĕrĕ, pĕtĕrĕ, căpĕrĕ, vīncĕrĕ, prōdĕrĕ dŏlō. Sĭmŭlātā mēntĕ lŏquī. Dŏlōs mĕdĭtārī, făbrĭcārī. Fīctō pĕctŏrĕ fārī. Fraūdem īnnēctĕrĕ. Dŏlīs āptīssĭmă tēllūs. *P.* Tăcĭtō quaēsītă dŏlō vīctōrĭă. Dŏlī frāngēntŭr ĭnānēs. *V.* Mīllĕ vĭīs hăbŭīssĕ dŏlūm. *V.* Pŭtātĭs, Dōnă cărērĕ dŏlīs? *V.* Dŏlōs sāltū dēlūdĭt. *O.* Annŭĭt, ātquĕ dŏlīs rīsĭt Cўthĕrēă rĕpērtīs. *V.* Dēfĭcĭūnt ārtēs dēfĭcĭūntquĕ dŏlī. *T.* Dētquĕ lŏcūm nōstrīs mātĕrĭāmquĕ dŏlīs. *O.* — *Dolos detegere.* PH. At rēgīnă dŏlōs (quĭs fāllĕrĕ pōssĕt ămāntēm?) Praēsēnsĭt. *V.* Sŭblātīs ăpĕrīrĕ dŏlīs. *V.* Dŏlŭs pătĕfāctŭs ăd aūrās. *Va.* Sūccēssū cărŭērĕ dŏlī. *O.* Dīscīnxīt rătĭōnĕ dŏlōs fraūdēsquĕ rĕsōlvĭt. *S.* At mĭhĭ fāllācēs tūm pătŭērĕ dŏlī. — *Dolos adhibere.* PH. Nēc rētĭă cērvīs Ullă dŏlūm mĕdĭtāntŭr. *V.* Nătūrām jŭvăt īpsĕ dŏlīs. *Cl.* Cōnsĭlĭō vērsārĕ dŏlōs īngrēssŭs ĕt aēstū. *V.* Nē quĭd ĭnaūsŭm, Aūt īntēntātūm scĕlĕrīsvĕ dŏlīvĕ fŭīssĕt. *V.* — *Dolis capere.* PH. Quōcīrcā căpĕre āntĕ dŏlīs ĕt cīngĕrĕ flāmmā. *V.* Crēdĭtă rēs, căptīquĕ dŏlīs. *V.* Căpĭōrquĕ vĭcīssīm Fraūdĭbŭs īpsĕ mĕīs. *Cl.* At jŭvĕnīs vīcīssĕ dŏlō rătŭs. *V.* —Descr. *Va.* 2, 205 sqq. *v. fallacia, fraus.*

dŏmātŏr. *Tē dŭcĕ nōn ălĭās cōnvērsŭs tērgă dŏmātŏr.* T. *v. domitor.*

dŏmēstĭcŭs. *Ille ĕgŏ cōnvīctŏr, lōngōquĕ dŏmēstĭcŭs ūsū.* O. PH. Olīmquĕ dŏmēstĭcă fēbrĭs. *I.* Impēndās cūrām quām rĕī dŏmēstĭcaē. *Ph.* Cĕlĕbrārĕ dŏmēstĭcă făctă. *H.* Dŏmēstĭcă fēstă. *O. v. patrius.*

dŏmĭnă, aē. *Et vīctī cūrrŭm dŏmĭnaē sŭbĭērĕ lĕōnēs.* V. SY. hĕră, mātrōnă. EP. grātă, sŭpērbă, pūlchră, fāllāx, pŏtēns, ĕmāx, răpāx. PH. Mĭhĭ nōn vīvō, dŏmĭnaē sĕd vīvō sŭpērbaē. Cōncūrrūnt trĕpĭdaē cŏmĭtēs, dŏmĭnāmquĕ rŭēntēm Sūscĭpĭūnt. *V.* Cāsūrūs dŏmĭnaē cōndĭtŏr ūrbĭs ĕrăt. *O. v. amica, conjux, dominus.*

dŏmĭnātĭo. *Sūmmă pŏtēstātūm sīmplēx dŏmĭnātĭŏ rērŭm.* Pr. *v. imperium.*

dŏmĭnātŏr. — *pōstquām dŏmĭnātŏr Ŏlўmpī.* Ped. PH. Frētī Saēvŭs dŏmĭnātŏr. *Se. v. dominus, rex.*

dŏmĭnātrīx, īcĭs. *O măgnă văstī, Crētă, dŏmĭnātrīx frĕtī.* (iamb.) Se. *v. regina.*

dŏmĭnŏr. *Hīc dŏmŭs Aēnēaē cūnctīs dŏmĭnābĭtŭr ōrīs.* V. SY. īmpĕrārĕ, praēēssĕ. PH. Impĕrĭō tĕnērĕ, rĕgĕrĕ, mŏdĕrārī, prĕmĕrĕ. Impĕrĭī frēnă tĕnērĕ, sŭb īmpĕrĭō, dĭtĭōnĕ hăbērĕ, scēptră hăbērĕ. Jūră dăbūnt. *V.* Sērvĭtĭō prĕmĕt. *V.* Quaē vīrĭbŭs ōccŭpĕt ōrbĕm. *V.* Ēxērcērĕ īmpĕrĭūm scēptrīs. Vīctīs dŏmĭnābĭtŭr Argīs. *V.* Dŏmĭnāri īn cētĕră pōssīt. *O.* Tōtī dŏmĭnābĕrĕ mūndō. *Cl.* Quīcūnquĕ rēgnō fīdĭt, ĕt māgnā pŏtēns Dŏmĭnātŭr aūlā. *Se.* Pēstĭs ĕt īn māgnaē dŏmĭnātŭr moēnĭbŭs ūrbĭs. *O.* Urbs āntīquă rŭĭt, mūltōs dŏmĭnātă pĕr ānnōs. *V.* Sūmmā dŏmĭnārĭĕr ārcĕ. *V.* Mūndī jām sūmmă tĕnēntēm. *V.* Tū cēntum aūt plūrēs īntĕr dŏmĭnābĕrĕ Nўmphās. *V.* Stĕrĭlēs dŏmĭnāntŭr ăvēnaē. *V. v. impero.*

dŏmĭnŭs. *Rōmānōs rērŭm dŏmĭnōs, gēntēmquĕ tŏgātăm.* V. SY. rēctŏr, hĕrŭs, pōssēssŏr, gŭbērnātŏr. EP. sŭpērbŭs, mĭtĭs, pŏtēns, mĕtŭēndŭs, trĕmēndŭs, atrōx. PH. Māgnās dŏmĭnī quūm dīvĭtĭs aēdēs Pērvŏlăt. *V.* In dŏmĭnī prōcŭbŭītquĕ căpŭt. *O.* Clўpĕī dŏmĭnŭs sēptēmplĭcĭs Ajāx. *O.* Lĭbĕr, ībĭs īn ūrbĕm, Heī mĭhĭ! quō dŏmĭnō nōn lĭcĕt īrĕ tŭō. *O.* Dŏmĭnŭm rēs hăbĕt īllă sŭūm. *O.* Quĕm rēgem ĕt dŏmĭnŭm prĭŭs vŏcābăm. *M.* Et mĭhĭ blāndĭtĭās dīxĭt, dŏmĭnŭmquĕ vŏcāvĭt. *O.* Nēc quās cŏlĭs, ārbŏrŭm Tē, praētĕr īnvīsām cŭprēssŭm, Ullă brĕvēm dŏmĭnŭm sĕquĕtŭr. *H.* — Nōs pătrĭa āmīssā dŏmĭnīs pārērĕ sŭpērbīs Cōgĭmŭr. Vēndĭdĭt hīc aūrō pătrĭăm, dŏmĭnŭmquĕ pŏtēntēm Impŏsŭīt. Quĭd dŏmĭnī făcĭent, aŭdēnt quūm tālĭă sērvī? *V.* Dŏmĭnŭm Aēnēān īn rēgnă vŏcāvĭt. *V.* — *De diis.* PH. Tērrārŭm dŏmĭnōs ēvĕhĭt ăd dĕōs. *H.* Dŏmĭnō sōlvĕrĕ vōtă Jŏvī. *O.* — *Adj.* PH. Dŏmĭnīquĕ vŏcăt nōs īră sĕnātŭs. *S.* Căpŭt dŏmĭnā vēnālĕ sŭb hāstā. *I.*

Dŏmĭtĭānŭs. SY. Flāvĭŭs Caēsăr. PH. Quūm jām sēmĭănĭmŭm lăcĕrārĕt Flāvĭŭs ōrbĕm Ultĭmŭs, ĕt călvō sērvīrĕt Rōmă Nĕrōnī. *I.* Et Tĭtŭs īmpĕrĭī fēlīx brĕvĭtātĕ; sĕcūtŭs Frātĕr, quĕm călvŭm dīxĭt sŭă Rōmă Nĕrōnĕm. *Au.* Descr. *S.* 3, 594 sqq. *St.* Th. 12, 824 sq. *M.* 9, 2, 1.

Dŏmĭtĭŭs. *Tēctă tĕnēnt, pŭgnāx Dŏmĭtī, tŭă* etc. L. *Nĕro īpsĕ, dīvō Dŏmĭtĭō gĕnĭtŭs pătrĕ.* (iamb.) Se.

dŏmĭto. *Et prēnsōs dŏmĭtārĕ bŏvēs* etc. V. *v. domo.*

dŏmĭtŏr. *Quĭd tĭbĭ dē tĕtrĭcō rĕfĕrām dŏmĭtōrĕ Chĭmaērae?* O. SY. dēbēllātŏr,

dŏmātŏr. PH. At Mēssāpŭs ĕquûm dŏmĭtŏr. *V.* Nōn cūrārŭm Sŏmnŭs dŏmĭtŏr Pēctŏră sŏlvĭt. *St. v. victor.*

dŏmĭtrīx. *Instrūxĭtquĕ mănŭm clāvā dŏmĭtrīcĕ fĕrārŭm.* O.

dŏmo; ŭī. *Nōn ānnī dŏmŭērĕ dĕcēm, nōn māllĕ cărīnaē.* V. SY. vīncĕrĕ, sŭpĕrārĕ, sŭbĭgĕrĕ, dēbēllārĕ, dēvīncĕrĕ, mānsuēscĕrĕ, mānsuēfăcĕrĕ, pĕrdŏmārĕ, mītĭgārĕ. PH. Sŭb jŭgă mīttĕrĕ. Vī sŭbjĭcĕrĕ, sŭbdĕrĕ. Sērvĭtĭō vīctōs prĕmĕrĕ. Cŏmpēscĕrĕ frēnō, bēllō cōntūndĕrĕ. Tĭgrēsquĕ dŏmās tŭmĭdōsquĕ lĕōnēs. *O.* Dēntĕ prĕmŭnt dŏmĭtō Cȳbĕlēĭă frēnă lĕōnēs. *O.* Quădrŭpĕdum ŏmnĕ gĕnŭs pŏsĭtīs dŏmĭtārĕ măgīstrīs. *Mn. v. mansuefacio.* — *Bello domare.* Tē Căntăbĕr, nōn āntĕ dŏmābĭlĭs, Mīrātŭr. *H.* Pŏpŭlōsquĕ fĕrōcēs Cōntūndēt vīctŏr. *V.* Cēntaūrōs lētō dŏmŭĭt. *V. v. debello, subigo, supero, vinco.* Dēbēllārĕ sŭpērbōs. *V.* Ărmīs cŏmpēscĕrĕ. In sērvĭtūtēm rĕdĭgĕrĕ. Frāngĕrĕ, frēnārĕ bēllō. Vī sŭb sŭă jūră cōgĕrĕ. — *Trop.* PH. Cŏmpĕrĭt, īnvĭdĭām sŭprēmō fīnĕ dŏmārī. *H.* Dūrŭm Bācchī dŏmĭtūră săpōrĕm. *V.* Vīrtūtĭbŭs īllĕ Fōrtūnăm dŏmŭĭt. *Cl.* Quī pēctŏrĕ măgnō Spēmquĕ mĕtūmquĕ dŏmās. *St.* Ănĭmūmquĕ dŏmārĕ rĭgēntēm. *St.* Ăcrĭŏr īllŭm Cūră dŏmăt. *V.* Ēxtrēmīs dŏmĭtūm cūltōrĭbŭs ōrbĕm. *V.* Mēntēmquĕ dŏmăt rēspēctŭs hŏnēstī. *Cl.* Cērtō dŏmăt ōrdĭnĕ crīnēs. *St.*

dŏmŭs, ī *et* ūs. *Clāră dŏmŭs sătĭs haēc nōbĭlĭtātĕ sŭa ēst.* O. Carthaginis altae *V.* A. 4, 97. *Domus Euri V.* G. 1, 371. SY. tēctă, aēdēs, ātrĭă, līmĕn, pŏrtĭcŭs, aūlă, sēdēs, pĕnātēs, lărēs, pĕnētrālĭă, hōspĭtĭŭm, dŏmĭcĭlĭŭm, hăbĭtātĭō, mānsĭō. EP. sŭpērbă, āltă, cōnspĭcŭă, mārmŏrĕă, ēxĭmĭă, ārdŭă, āntīquă, īngēns, āmplă, ēxĭlĭs, ēxĭgŭă, māgnă, pūlchră, rēgĭă, splēndĭdă, spătĭōsă, măgnĭfĭcă, pīctă, aūrātă, ēxcēlsă, pārvă, ăbjēctă, hŭmĭlĭs, sōrdĭdă, vīlĭs, dēsērtă, īncūltă. PH. Intēr tēctă dŏmōrŭm. *V.* Nūllī cērtă dŏmŭs; sīlvīs hăbĭtāmŭs ŏpācīs. *V.* Cīrcūmquĕ dŏmōs. *V.* Claūsīs dŏmĭbŭs pōstquam ōmnĭs ŭbīquĕ. *I.* Hōspĭtĭum āntīquūm Trōjaē sŏcĭīquĕ pĕnātēs. *V.* Dūm văcŭās sēdēs ēt dēsōlātă pĕrērrăt Ātrĭă. *Cl.* Cērtōs nōvĕrĕ pĕnātēs. *V. v. aedes.* — *Domus opulenta.* PH. Nōn ĕbŭr, nĕc aūrĕŭm Mĕā Rĕnīdĕt īn dŏmō lăcūnăr. *H.* Rīdĕt ārgēntō dŏmŭs. *H.* Fŏrĭbŭs dŏmŭs āltă sŭpērbīs Mānĕ sălūtāntŭm tōtīs vŏmĭt aēdĭbŭs ūndăm. *V.* Īnvĭdēndīs pōstĭbŭs. Sŭblīmĭbŭs āltă cŏlūmnīs. Phrȳgĭīs īnnīxă, fūltă cŏlūmnīs. *P.* Dŏmŭs rēgālī splēndĭdă lūxū. *V.* Văstā cōndĭtă mōlĕ dŏmŭs. Sŭpērbă cīvĭŭm pŏtēntĭōrŭm līmĭnă. *H.* Cēntŭm pēndēntĭă tēctă cŏlūmnīs. *M.* Ĕbŭr ātrĭă vēstĭt. *M.* Āt tŭă cēntēnīs īncūmbūnt tēctă cŏlūmnīs. *M.* Quŏd dŏmŭŭm cēlsīs nĭtĕăt lăquĕārĭbŭs aūrŭm. *O.* Nōn ūt mārmŏrĕī prōdīrem ē līmĭnĕ tēctī. *T. v. regia.* — *Domus parva.* PH. Adspĭcĕ dē cānnā strāmĭnĭbŭsquĕ dŏmŭm. *O.* Sŭb tērrā fŏdĕrĕ lārĕm. *V.* Ăngūstī lărēs. Rūstĭcă tēctă pārvaēquĕ fŏrēs. Strāmĭnĕaē căsaē. Ăngūstī sŭbtēr fāstĭgĭă tēctī. *V.* Pārvō sŭb lărĕ paūpĕrŭm. *H.* Pārvă, sēd āptă dŏmŭs. Nōtă quĭdēm, sēd nōn āmbĭtĭōsă dŏmŭs. *O.* Ēt stābānt hŭmĭlēs īn Jŏvĭs ārcĕ căsaē. *T.* Cūm paūpĕrĕ cūltū Stābăt īn ēxĭgŭā lĭgnĕŭs aēdĕ dĕŭs. *T.* Ērgo ŭbĭ coēlĭcŏlaē pārvōs tĕtĭgērĕ pĕnātēs, Sŭbmīssōque hŭmĭlēs īntrārūnt vērtĭcĕ pōstēs. *O. v. casa.* — *Domus vicina.* PH. Dŏmŭī cōntērmĭnă nōstraē. *O.* Cōntĭgŭās hăbŭērĕ dŏmōs. *O.* — *Domum.* PH. Vĕnīstīnĕ dŏmŭm. *C.* Dŏmŭm mĭhĭ dēxtră rĕdībăt. *V.* Ad māndātăm vĕnĭmŭs, ēccĕ, dŏmŭm. Rĕdĕūnt īn tēctă. *V.* Alta īntrā līmĭnă cōgĭt. *V.* Īntĕrĭōră dŏmŭs īrrūmpĭt līmĭnă. *V.* Tēctīs sŭccēdĭtĕ nōstrīs. *V.* Nōstrīs sŭccēdĕ pĕnātĭbŭs, hōspĕs. *V.* Sŭbĭērĕ dŏmōs. *O.* Sēdēs ēt īnhōspĭtă tēctă tȳrānnī Īngrĕdĭŏr. *O.* Dīgnārĕ tŭōs ăpĕrīrĕ pĕnātēs. *L.* Quĭs tē nōstrās jūssĭt ădīrĕ dŏmōs? *V.* Fūnēstă dŏmŭs īngrēssŭs tēctă. *C.* Āppārēt dŏmŭs īntŭs ēt ātrĭă lōngă pătēscūnt. *V.* Āst ŭbĭ jām pātrĭaē pērvēntum ăd līmĭnă sēdĭs. *V.* Laūrĭgĕrōs dŏmĭnī lībĕr īntrātūrĕ pĕnātēs. Īntrā tēctă vŏcăt Mĕnĕlāum ĕt līmĭnă păndĭt. *V.* — *Domo.* PH. Quī gĕnŭs, ūndĕ dŏmō? *V.* Quī Caērētĕ dŏmō. *V.* Cōrrĭpŭĭt sēse ēt tēctīs cĭtŭs ēxtŭlĭt āltīs. *V.* — *Domi.* PH. I, fŭgĕ; sēd pŏtĕrās tūtĭŏr ēssĕ dŏmī. *M.* Tēctīs mātrēs īngēntĭbŭs ērrānt. *V.* — *I. q. familia.* PH. Cāstă pŭdīcĭtĭăm sērvăt dŏmŭs. *V.* Clāră dŏmŭs sătĭs haēc nōbĭlĭtātĕ sŭā. *O.* Scīrĕ vŏlūnt sēcrētă dŏmŭs ātque īndĕ tĭmērī. *I.* Adspĭcĭăt sĭnĕ lābĕ dŏmŭm vĭtĭōquĕ cărēntēm. *I.* Sŭpērbĭēns hŏnōrĕ dīvīnaē dŏmŭs. *Ph.* Quō rŭĭtĭs, gĕnĕrōsă dŏmŭs? *O.* Cūm dŏmŭs īngēntī sŭbĭtō mĕă lāpsă rŭīnā Cōncĭdĭt. *O.* In tē dŏmŭs īnclīnātă rĕcūmbĭt. *V.* — *Domum struere, v. aedifico.* — *Trop. v. bustum, nidus, stabulum.*

dōnārĭă, ĭōrŭm. *Sī tŭă cōntĭgĭmŭs mănĭbŭs dōnārĭă pūrīs.* O. PH. Nĕc Eōīs splēndēnt dōnārĭă gēmmīs. *L.* Descr. *V.* G. 3, 533. *v. donum.*

dōnĕc. *Dōnĕc ĕrĭs fēlīx, mūltōs nŭmĕrābĭs ămīcōs.* O. T. 1, 8, 5. SY. dūm, quāmdĭū, quŏăd, quoād, quŏŭsquĕ, quŏădūsquĕ. PH. Dōnĕc cĕrĕbrōsŭs prōsĭlĭt ūnŭs. *H.* Dōnĕc cāntŏr *vōs, plaūdĭtĕ* dīcăt. *H.* Dōnĕc vĭrēntī Cānĭtĭēs ăbēst. *H.* Dōnĕc cūrvātă cŏĭrēnt Intēr sē căpĭtă. *V.*

dōno. *Quēm pătĕr īpsĕ Dĕŭm scēptrī dōnāvĭt hŏnōrĕ.* V. SY. dărĕ, trĭbŭĕrĕ, lārgīrī, īmpērtīrĕ, īmpērtīrī, ēlārgīrī, praēbērĕ, praēstārĕ, cōncēdĕrĕ, cōnfērrĕ, ōffērrĕ. PH. Dōnō dărĕ. Mūnĕrĭbŭs, dōnīs cŭmŭlārĕ, āffĭcĕrĕ, aūgērĕ, ōrnārĕ, ŏnĕrārĕ. Dōnāndŭs hŏnōrĭbŭs īnfāns. *St.* Laūrĕă dōnāndŭs Ăpōllĭnārī. *H.* Hēctŏră dōnāvĭt Prĭămō prĕcĕ mōtŭs Achīllēs. *O.* Dōnārēm pătĕrās. *H.* Quĭdquĭd quaēsĭĕrăt, vēntrī dōnābăt ăvārō. *H.* Unum ĕtĭām dōnīs īstīs, quaē plūrĭmă mīttĭs, Adjĭcĭās. *V.* Sērgēstum Aēnēās prōmīssō mūnĕrĕ dōnăt. *V.* Nēmo ēx hōc nŭmĕrō mĭhĭ nōn dōnātŭs ăbībĭt. *V.* Quaē tĭbĭ, quaē tālī rēddām prō cārmĭnĕ dōnă? Hōc sĭbĭ pūlchră sŭŭm fērrī Prōsērpĭnă mūnŭs Īnstĭtŭĭt. Ēxtrēmum hōc mĭsĕrō dăt mūnŭs

amanti. *V.* Laetum amplexus Acesten Muneribus cumulat magnis. *V.* Munifica se insinuare manu. Ingentibus undique donis Stipabant. Praemia digna dare. Extremum hoc munus morientis habeto. *V.* Multis oneravit limina donis. *V.* Quod vis pede munus; et illud, Me tribuente, feres. *O.* Cui dives egenti Munera multa dedi. *O.* Si donare vocas promittere, non dare, Cai; Vincam te donis. *M.* Invitat pretiis animos et munera ponit. *V.* Nil tibi, quod demus majus, habemus, ait. Hoc tibi quo potui confectum carmine munus, Pro multis aliis redditur officiis. Hac te nos fragili donabimus ante cicuta. *V.* Donat habere viro. *V.* Frui paratis, Latoe, dones. *H.* Donatura cygni, si libeat, sonum. *H. v. do, donum, liberalis, praemium.* — *I. q. ignoscere.* PH. Culpa gravis precibus donatur. *O.* Parcimus annis, Donamusque nefas. *L.*

donum. *Et cur non aliis eadem dare dona licebit?* V. SY. munus, munusculum, praemium. EP. honestum, gratum, acceptum, dives, opulentum, largum, magnificum, regale, splendidum, solemne, vile, exiguum, regium, pretiosum, grande, magnum, amplum, memorabile, non leve, caeleste, parvum, inane. PH. Vestra (inquit) munera vobis Certa manent. *V.* Dominamque potentem Supplicibus supera donis. *V.* At tibi prima, puer, nullo munuscula cultu, Errantes hederas fundet cum baccare tellus. An quidquam nobis tali sit munere majus. Non, si muneribus certes, concedet Iolas. *V.* Quidquid id est, timeo Danaos et dona ferentes. *V.* Dona auro graviora. *V.* Exigui breve donum Temporis. *L.* Cape dona extrema tuorum. *V.* Clarus ob id factum, donis ornatur honestis. *H.* Te potius, quam tua dona, sequar. *O.* Tertia dona facit, geminos ex aere lebetas. *V.* Pars stupet innuptae donum exitiale Minervae. *V.* Dona deum templis nato victore ferebat. *O.* Corrumpentia sensus Dona. *Cl.* Sunt et sua dona parenti. *V.* Nil dona, nec aurum, Nec magnas valuisse preces. *V.* Dederat documentum et pignus amoris. *V.* Donis pax emta. *L.* Sequitur munera parva favor. *O.* Mittit, et accipiat munera parva, rogat. *M.* Donaque promissis uberiora feram. Mater et in cineres ultima dona tulit. *O. v. dono.*

Doris, idos. *Doris amara suam non intermisceat undam.* V. *Surgite de vitreis spumosae Doridos antris.* St. EP. amara, caerula, spumosa, glauca, diffusa, Neptunia, formosa, grandaeva, vagans, auricoma, humida, aequorea. PH. At vos aequoreae formosa Doride natae. *P.* Lactantur Nereusque pater, grandaevaque Doris. Doridaque et natas tepidis latuisse sub antris. *O.* Et quas auricoma produxit Doride Nereus. — *Pro mari.* Latius extendit fluctus Neptunia Doris. Glauca certantia Doride saxa. *St.* — *Pro Graecia. Dorida tunc Malean, et apertam Taenaron umbris.* L. Dores, Dorii. Dorius, Doricus, Dorus. PH. Dorica castra. *V.* Uterque sensus, Italus seu Dorius. *Au.* Sonante mixtis tibiis carmen lyra, Hac Dorium illis barbarum. *H.*

dormio; ivi *et* ii. SY. quiescere, requiescere, conquiescere, dormitare, obdormire, stertere, oscitare. PH. Somnum, soporem carpere, capere, captare, petere. Somno frui, jacere, premi, sepeliri. Somno succumbere, indulgere. In somnos labi, cadere. Somno, quiete, membra, corpus levare. In dulcem solvuntur lumina somnum. Somnus oculos, lumina vincit, condit, tegit, premit. Placidi capiebat munera somni. Premi gravitate soporis. Placidae demittere membra quieti. Hunc sopor altus habet. Requiescere lecto. Agere, ducere quietem. In nive Lucana dormis ocreatus. *H.* Thalamo dormivimus isto. *O.* Nox est perpetua una dormienda. *C.* Trahisque somnos Cunctis denique, Marce, dormiendos. *M.* In medios dormire dies. *H.* Nec somnus tegeret quiete ocellos. *C.* Tota mihi dormitur hiems. *M.* Dormitur in urbe. *M.* Nox similes morti dederat placidissima somnos. *S.* — *Dormire incipio.* PH. Subit furtim lumina fessa sopor. *O.* Somno quum dedita membra. *Lr.* Incepto tegeret cum lumina somno. *V.* Inde soporifero cesserunt languida somno Membra ducis. *L.* Poscentes somnum declinat ocellos. *P.* Pensis affixa puella Paullatim somno fessa remittit opus. *P.* Pellibus incubuit stratis somnosque petivit. *V.* Procubuit seramque dedit per membra quietem. *V.* Mitem concepit projectus membra soporem. *V.* Cujus ut intravit levior per corpora somnus, Languidaque effuso requierunt membra sopore. *V.* Prima quies aderat, quum curis fessa diurnis Pectora somnus habet. *V.* Fessis oculis admittere somnum. Somnus lassos submisit ocellos. Lumina quum placido victa sopore jacent. Fessos subrepsit in artus Insidiosa quies. *S.* Dulci declinat lumina somno. *V.* Mitem fundit per membra quietem. *S.* Oculisque quietem Irrorat somnus. *S.* Somnus per membra quietem Irrigat. *Lr.* Quum suavi devinxit membra sopore Somnus. *Lr.* Aut abit in somnum gravis. *Lr.* Et quum te somnus fusco velavit amictu. *I.* Si tenuis demisit lumina somnus. *St.* Otia somni Accipit. *St.* Pressit languentes lumina sera quies. *T.* Occupet ut fessi lumina victa sopor. *T.* Experiar somnum. *P.* Dum me jucundis lapsam sopor impulit alis. *P.* Quamvis labentes premeret mihi somnus ocellos. *P.* Lumina somno Mergimus. *Va.* Quum Pan, venatu fessus, recubare sub ulmo Coeperat, et somno lassatas sumere vires. *Clp.* Dare corpora somno. Somno lumina victa dedi. Sternunt se somno. *V.* Conditque natantia lumina somnus. *V.* Fessum corpus mandare quieti. *Lr.* Et cadit a mento languida facta manus. *O.* Molli languore solutus Deposuitque caput, stratoque recondidit alto. *O.* Stamina de digitis cecidere sopore remissis. *O.* Sed movet adrepens somnus anile caput. *O.* Et tosto versata toro jam membra quiescunt. *L.* Solvitur in somnos,

ŏcŭlīsque ēt pēctŏrĕ nōctĕm Accĭpĭt. *V.* — *Dormire arcte et graviter.* PH. Tū lēntŭs rĕfŏvēs jūcūndā mēmbră quĭētĕ. *V.* In stĭpŭlā plăcĭdī căpĭēbānt mūnĕră sōmnī. *O.* Mē sōmnŭs hăbēbăt. *O.* Haurīrĕ sĭnēbānt Dōnă sŏpōrĭfĕrae nōctĭs. *S.* Tŏrō jām mēmbră quĭēscūnt. *I.* Quūm prōstrātă sŏpōrĕ Ūrgēt mēmbră quĭēs. *Pt.* Nōx ēst dătă caētĕră sōmnō. *O.* Sōmnōquĕ pĕr hērbăm Cŏrpŏră fūsă vĭdēnt. Cŏrpŏră sēgnĭs Nōstră sŏpŏr tĕnŭĭt. *L.* Sēcūrās cārpĕrĕ nōctēs. *Va.* Mēmbră rĕsōlvĕrĕ sōmnō. *O.* Ŏcŭlōs ŭbĭ lānguĭdă prēssĭt Nōctĕ quĭēs. *V.* Dūlcī dēvīnctūs lūmĭnĕ sōmnō. *C.* Sŏpŏr āllĭgăt ārtūs. *S.* Tōtō prōflābăt pēctŏrĕ sōmnūm. *V.* Sōmnōquĕ sĕpūltī Prōcŭbŭērĕ. *V.* Prōfŭgŏs vīnctūră păpāvĕră sōmnŏs. *Co.* Plăcĭdā quūm nōctĕ jăcērēs. *V.* Tālĭs vīsă mĭhī mōllēm spīrārĕ quĭētēm Cynthĭă, nōn cērtĭs nīxă căpūt mănĭbūs. *P.* Jāmquĕ cĭbō vīnōquĕ grăvēs sōmnōquĕ jăcēbānt. *O.* Īllă tămēn mūltī plēnă sŏpōrĭs ĕrăt. *O.* Fīrmātquĕ sŏpōrēm Lānguĭdă pērmūlcēns mēdĭcātă lūmĭnă vīrgā. *V.* Vīdĭt Cyllēnĭŭs ōmnēs Sūccŭbŭīsse ŏcŭlōs ădŏpērtăquĕ lūmĭnă sōmnō. *O.* Sōmnōs dăbăt hērbă sălūbrēs. *I.* Dătŭr hōră quĭētī. *V.* Nōx ĕrăt, ēt tērrās ănĭmālĭă fēssă pĕr ōmnēs Ālĭtŭūm pĕcŭdūmquĕ gĕnŭs sŏpŏr āltŭs hăbēbăt. *V.* Ōmnēs pārĭtērquĕ sĭlēnt pārĭtērquĕ quĭēscūnt. Nōx ĕrăt, ēt, vīnō sōmnūm făcĭēntĕ, jăcēbānt Cŏrpŏră dīvērsīs vīctă sŏpōrĕ lŏcīs. Vēstă jăcēt, plăcĭdāmquĕ căpĭt sēcūră quĭētēm, Sīcŭt ĕrăt pŏsĭtūm cēspĭtĕ fūltă căpŭt *O.* Cīrcūmfūsă rŏsīs, nīgrōquĕ rĕcūmbĭt ămōmō, Dōrmĭt ĕt īn plūmā pūrpŭrĕōquĕ tŏrō. *M.* Nēc pŭdŏr, īn stĭpŭlā plăcĭdām cēpīssĕ quĭētēm, Nēc fōenūm căpĭtī sūppŏsŭīssĕ sŭō. *O.* Plăcĭdūmquĕ pĕtīvĭt Īnfūsŭs mātrĭs grĕmĭō pēr mēmbră sŏpōrĕm. *V.* Tūm mē cōnfēctūm cūrĭs sōmnōquĕ grăvātūm Īnfēlīx hăbŭĭt thălămūs, prēssĭtquĕ jăcēntēm Dūlcĭs ĕt āltă quĭēs, plăcĭdaēquĕ sĭmīllĭmă mōrtī. *V.* Lēnĭs ădhūc sōmnŭs plăcĭdīs Ērĭsīchthŏnă pēnnīs Mūlcēbăt. *O.* Quām jŭvăt, īmmītēs vēntōs aūdīrĕ cŭbāntēm, Sēcūrum ēt sōmnōs īmbrĕ jŭvāntĕ sĕquī. *T.* Fūsăque ĕrānt tōtō lānguĭdă mēmbră tŏrō. *O.* Cūm dĕdĭmŭs sōmnō, quās cŏrpŭs pōstŭlăt, hōrās. *O.* Īllĕ tămēn pūgnăt, mōllēs ēvīncĕrĕ sōmnōs, Ēt quăvĭs sŏpŏr ēst ŏcŭlōrŭm pārtĕ rĕcēptŭs. *O.* Saēpĕ lĕvī sōmnūm suădēbăt īnīrĕ sŭsūrrō. *V.* Tūrpĕ dūcī, tōtām sōmnō cōnsūmĕrĕ nōctēm. *S.* — *Dormiendo curas omittere.* PH. Sōmnō fāllĕrĕ cūrăm. *H.* Sōmnō Dūcĕrĕ sōllĭcĭtaē jūcūnda ōblīvĭă vītaē. *H.* Tēmpŭs ĕrăt, quō prīmă quĭēs mōrtālĭbŭs aēgrīs Incĭpĭt, ēt dōnō dīvûm grātīssĭmă sērpĭt. *V.* Ănĭmālĭă sōmnō Lăxābānt cūrās ēt cŏrda ōblītă lăbōrŭm. *V.* Et mē sōpīĕrăt, mēntī dĕŭs ūtĭlĭs aēgrae, Sōmnŭs. *T.* Cūrārŭm Sōmnŭs dŏmĭtŏr pēctŏră sōlvĭt. *Se.* Plăcĭdām mēmbrīs dāt cūră quĭētēm. *V.* Pūblĭcă mē rĕquĭēs cūrārŭm, sōmnŭs, hăbēbăt. *O.* Nēc frŭĭtŭr sōmnō vīgĭlāntĭbŭs ēxcĭtă cūrīs. *V.* Pōnĕ căpŭt, fēssōsque ŏcŭlōs fūrūrĕ lăbōrī. *V.* — *Dormientes aggredi.* Sōmnōquĕ grăvātūm Āggrĕdĭtŭr. *O.* Īnvādūnt ūrbēm sōmnō vīnōquĕ sĕpūltăm. *V. v. somnus.*

dōrmĭto. — *quāndōquĕ bŏnŭs dōrmītăt Hŏmērŭs.* H.

dōrmītŏr, ōrĭs. *Quĭd tĭbĭ dōrmītŏr prōdĕrĭt Endymĭōn?* M.

dōrsūm. SY. căcūmĕn; tērgŭm. PH. Exŭvĭaē pēr dōrsum ā vērtĭcĕ pēndēnt. *V.* Quūm grāvĭŭs dōrsō sŭbĭĭt ŏnŭs. *H.* Āltĕră dōrsō Impŏsĭta ēst. *O.* *Trop.* Praērūptī dōrsūm nēmŏrĭs. *H.* Ēdūctō mōns sūrgĭt ĭn āĕră dōrsō. Alpīnī quī jūxtā cūlmĭnă dōrsī. *St.* Spēlūncaē dōrso īnsūrgēns. *V.* Ōblīquă mărĭs pāndūntŭr dēnĭquĕ dōrsă. *Av.* Tēndĕ făvēns glaūcūm pēr laēvĭă dōrsă prŏfūndūm. *Anth.*

dōs, dōtĭs. — *dōs ēst ūxōrĭă, lītēs.* O. *Ēt nŭmĕrās īn dōtĕ trĭūmphōs.* M. EP. pātērnă, mātērnă, grāndĭs, jŭgālĭs, dīvĕs, āmplă. PH. Rēgnūm dōtālĕ rĕlīquĭt. Pūlchră dōs pĕcūnĭa ēst. *Pl.* Mūnĕră, quĭbŭs gĕnĭtŏr cōnnūbĭă dōnăt. Dōs ēst māgnă părēntĭŭm Vīrtŭs. *H.* Dīvĕs fīlĭă dōtĕ. *O.* Fīlĭŭs ūxōrēm grāndī cūm dōtĕ rĕcūsăt. *H.* Nāta ĕrăt huīc Chĭŏnē, quaē dōtātīssĭmă fōrmā Mīllĕ prŏcīs plăcŭĭt, bĭs sēptēm nūbĭlĭs ānnīs. *O.* — *Trop.* Tāntăquĕ dōs ŏrĭs. *O.* Īngĕnĭī dōtēs cŏrpŏrĭs āddĕ bŏnīs. *O.* Dūplēx lĭbēllī dōs ēst. *Ph.* Quās nātūră dĕdĭt dōtēs. *O.* Ēt rārās dōtēs īngĕnĭūmquĕ dĕdĭt. *O. v. doto.*

dōtālĭs. — *Nōn haēc dōtālĭs rēgĭa ămātaē.* V.

dōto. *Sānguĭnĕ Trōjāno ēt Rŭtŭlō dōtābĕrĕ vīrgō.* V. PH. Mŭlĭĕr dōtātă trĭūmphīs. *Cl.* Dūmmŏdŏ mōrātă rēctē vĕnĭăt, dōtāta ēst sătĭs. (troch.) *Pl.* Plēĭădēs dōtābĭt fōrmă sŏrōrēs. *Mn.*

drāchmă *et* drachŭmă, aē. *Quīngēntīs ēmtūm drāchmīs* etc. H.

drăco. *Pērvĭgĭl, ēccĕ, drăcō squāmīs crĕpĭtāntĭbŭs hōrrēns.* O. *Aūt haēc Māssylī pōmă drăcōnĭs ĕrānt.* M. Descr. *O.* M. 7, 149. *O.* H. 12, 101. *L.* 9, 727. Dracones Cereris *Cl.* R. P. 1, 182. SY. sērpēns, āngŭĭs. EP. squāmōsŭs, īmmānĭs, īnsōpĭtŭs, saēvŭs, tōrtŭs, tōrtĭlĭs, ālĭgĕr, măcŭlōsŭs, flēxŭs, vĕnēnōsŭs, lētĭfĕr, hōrrĭdŭs, fĕrŭs, pērvĭgĭl, dīrŭs, crūdēlĭs, tŭmēns, ătrōx, trūx, ātĕr, crĭstātŭs, caērŭlĕŭs, tērrĭbĭlĭs, fōrmīdābĭlĭs. *v. anguis, serpens.*

drăcōnĭgĕnă. *Īnquĕ drăcōnĭgĕnām nīmbīs* etc. O.

drāmă. *Prōtŭlĭt īn scēnām quŏt drāmătă fābēllārŭm.* Au. *v. comoedia, tragoedia.*

Drĕpănūm. *Hīnc Drĕpănī mē pōrtŭs ēt īllaētābĭlĭs ōră.* V. PH. Quīquĕ lŏcŭs cūrvaē nōmĭnă fālcĭs hăbĕt. *O.*

drŏmăs. *Aēthĭŏpūm strēpĭtū gēntĭs drŏmădūmquĕ părātū.* Pr. *v. camelus.*

Drŭĭdaē et Drŭĭdēs. *Sācrōrŭm, Drŭĭdaē, pŏsĭtīs rĕpĕtīstĭs ăb ārmīs.* L. 1, 451. EP. sēvērī, sīlvĭvăgī, pĕrītī, dōctī, sacrī. PH. Stīrpĕ Drŭĭdārŭm sătŭs. *Se.*

Drūsŭs. *Ēt mōrtem ēt nōmĕn Drūsō Gērmānĭă fēcĭt.* O. PH. Pŏpŭlārĭă nōmĭnă Drūsōs. *L.* Tŭmēs āltō Drūsōrum stēmmătĕ. *I.*

Felix thălămis Līviă Drūsī. *Se.* Vĭdērĕ Rhaetīs bellă sŭb Alpĭbŭs Drūsum gĕrentem Vĭndĕlĭcī. *H.*

Drўădes, ŭm; Drўăs, dĭs. *Intĕreă Drўădum silvas saltusquĕ sĕquamur.* V. SY. Năpaeae, Ŏreădes, Hămadrўădes. EP. sĕmĭdĕae, cultae, formosae, rustĭcae, prŏcaces, silvestres, silvĭcŏlae, errantes, vĕnustae, comtae, pŭdīcae, intactae, castae, vĕrecundae, nĕmŏrosae, incultae, trĕpĭdae, tĭmĭdae, laetae, hĭlăres. PH. Drўădum chŏrus. Drўădes puellae. Nĕmŏrum dĕae, Nymphae, silvĭcŏlae Nymphae. At chŏrus aequalis Drўădum clamorĕ sŭpremos Implērunt montes. *V.* Claudĭtĕ Nymphae Dictaeae, Nymphae, nĕmŏrum jam claudĭtĕ saltus. Saepĕ sŭb hac lătuit rustĭcă frondĕ Drўăs. *M.* Intĕreă Drўădum silvas saltusquĕ sĕquamur. *V.* Non mĭnus Ausŏniis est ămor ăh! Drўăsin. *P.* Affuĕrant sĭcco Drўădes pĕdĕ, Naĭdes udo. *Clp.* *v.* *Nymphae.*

Drўăs, antis. *Tē quŏquĕ, saevĕ Drўă, circum căput ignĕ rŏtato.* O. PH. Quos omnes dextră Drўantis Percŭlit. *O.* M. 12, 311.

Drўŏpē. *Et quaerunt Drўŏpen* etc. O.

Drўŏpes. *Crētesquĕ Drўŏpesquĕ frĕmunt* etc. V.

dŭbĭto. *Et dŭbĭtamus ădhuc, virtutem extendĕrĕ factis?* V. Formulae dubitandi: *V.* A. 4, 283. *V.* G. 4, 504. *O.* M. 3, 465, 204. *O.* T. 1, 3, 49. *H.* O. 4, 7, 17. SY. ambĭgĕrĕ, fluctuarĕ, haerērĕ, in dŭbĭo sum, versari, haesĭtarĕ, tĭtŭbarĕ, aestuarĕ, dēlībĕrarĕ, ănĭmo ăgĭtarĕ, volvĕrĕ. PH. Nē dŭbĭtă; nam vēră vĭdes. *V.* Saepĕ tămen dŭbĭtat, mĕtuitquĕ mĭserrĭmă falli. *O.* Dŭbĭis affectĭbus errat. *O.* Quas lĭbet ad partes ănĭmus mutavĕrit anceps. *Cl.* Fluctĭbus văriis ăgŏr. *Se.* Neu fluĭtem dŭbĭae spē pendŭlus hōrae. *H.* Mens stĕtit in dŭbĭo. *L.* I nunc, et dŭbĭtă ferrĕ, quŏd illĕ tŭlit. *O.* Versant ănĭmum in contrarĭă curae. *V.* Mens in contrarĭă fertur. Saepĕ mĭhĭ dŭbĭam traxit sententĭă mentem. Mens haerĕt in ambĭguo. Mens, ănĭmus haerĕt, pendĕt. Mens dŭbĭis percussă păvĕt. Quĭd sĕquăr, in dŭbĭo est. Ănĭmus magno curarum fluctuat aestu. *V.* Anceps aestus incertam mentem răpit. Ut vĭdit vulgi văriarĕ lăbantĭă cordă. *V.* Mens tĭtŭbat. Partes fertur in omnes. Spēquĕ tĭmŏr dŭbĭă, spēsquĕ tĭmōrĕ cădit. *O.* Nec sum ănĭmi dŭbĭus, verbis ĕă vincĕrĕ, magnum Quam sit. Pectŏrĕ sensus Vertuntur văriī. Ănĭmo incerto, dŭbĭo fluctuarĕ, nutarĕ. Quo fĕrăr, ignōro. Non hăbĕt exactum, quĭd ăgat. Et lĭbĕt, et tĭmĕo, nec ădhuc exactă vŏluntas Est sătis; in dŭbĭo pectŏră nostră lăbant. *O.* Dum curae ambĭguae, dum spes incertă futuri. *V.* Mens incerto fluĭtans errōrĕ văgatur. *O.* Lăbat ambĭguo spes meă mistă mĕtu. Heu quĭd ăgat, vărĭo nequĭdquam fluctuat aestu. Dŭbĭa est sententĭă nōbis. *O.* In cursus ănĭmus vărĭos ăbit. *O.* Pugnatquĕ dĭu sententĭă sĕcum. *O.* Atque ănĭmum nunc huc cĕlĕrem, nunc dīvĭdit illuc, In partesquĕ răpit vărĭas, perque omnĭă versat. *V.*

Quis tam Perdĭtus, ut dŭbĭtet Sĕnĕcam praefērrĕ Nĕroni? *v.* *ambigo, curis angor, dubius.*

dŭbĭus. *Vadĭmus haud dŭbĭam in mortem* etc. V. *Dubius notari St.* Th. 3, 42. SY. incertus, ambĭguus, anceps, vărĭus, suspensus, anxĭus, haesĭtabundus, haesĭtans, nutans, perplexus. PH. Mentĕ lăbans. *V.* Ănĭmi dŭbĭus. *V.* Incertus, quo fată fĕrant. *V.* Exĭtus in dŭbĭo est. Rumŏr in ambĭguo est. Dĭcam ĕquĭdem, nec tē suspensum, natĕ, tĕnēbo. *V.* Tuque o dŭbĭis nē dēfĭcĕ rēbus. *V.* Nunc ădĕo, quae sit dŭbĭae sententĭă menti, Expĕdĭam. Dŭbĭă Martis ălea. Et pendēbat ădhuc belli fortună, dĭuquĕ Intĕr utrumquĕ vŏlat dŭbĭis victōrĭă pennis, Nescĭă, quem măneat tanti regni. *V.* Sed fatis incertă fĕrŏr. *V.* Ancĭpĭti mentem formīdĭnĕ pressus. *V.* Rector in ambĭguo est, nec quĭd fŭgĭatvĕ pĕtatvĕ, Invĕnit; in tantis ars stŭpet ipsă mălis. *O.* Dŭbĭos anceps sententĭă volvit Eventus, pĕrăgat pugnas, an fortĭă coeptă Dēsĕrat. *Cl.* Spemquĕ mĕtumque intĕr dŭbĭi. *V.* Incertam et tristi turbatam vulnĕrĕ mentis. *V.* Dŭbĭus Mars errat in armis. *V.* Dŭbĭis dē rēbus ăgebant. *V.* Incertusque ănĭmi, *St.* Jactatus dŭbĭo pĕr dŭŏ lustră mări. *O.* Dŭbĭam rĕgĕ, năvĭtă, pīnum *O.* Dŭbĭisquĕ fŭgae pugnaequĕ tuentur. *L.* Non dŭbĭos intĕr mĕmŏrandĕ sŏdales. *O.* *Amĭcus certus in re incertă cernĭtur. *Enn.* Is est ămīcus, qui, in rē dŭbĭă, rē jŭvat. *Pl.* — *Dubium.* PH. An prōsint, dŭbĭum; nŏcuērunt carmĭnă certē. *O.* Quo cădat, in dŭbĭo est. *O.* Pendebant casus, dŭbĭumquĕ mănēbat, Quem mundi dŏmĭnum făcĕrent cīvīlĭă bellă. *L.* Ambĭgĭtur status, in quo sit mortālĭbus omnis Aetas post mortem. *Lr.* Tĕnēbit vota in incerto dĕus. *Se.* Fortună belli semper ancĭpĭti in lŏco. *Se.* *v.* *ambigo, ambiguus, anceps, dubito, incertus.* — Comp. c. *quercu a ventis agitata*, *V.* A. 4, 441. c. *arbore securibus petita*, *O.* M. 10, 372. c. *mari agitato*, *Se.* M. 938. c. *viatore errante* *O.* F. 5, 3. c. *navi jactata* etc. Descr. *V.* A. 8, 19. *Se.* M. 123.

dŭcenti. *Nam fuit hoc vĭtĭosus, in hōră saepĕ dŭcentos.* H. SY. bis centum.

dŭcentĭes. *Dŭcentĭes accēpit et tămen vīvit.* (Scaz.) M.

dŭcēnus. *Quam dōtis mĭhi quinquĭes dŭcēni.* (phal.) M.

dūco. *Sic ĕquĭdem dūcēbam ănĭmo rēbarquĕ futurum.* V. *Ducere pocula, fila, suspiria. Sidera* ducunt *annum*, *V.* G. 1, 6. *Ducere* i. e. decipere, *C.* 8, 4. SY. dēdūcĕrĕ, addūcĕrĕ, vĕhĕrĕ, ăgĕrĕ, ēdūcĕrĕ, cōgĭtarĕ. PH. Dūc, ăgĕ, dūc ad nos; fas illi līmĭnă Dīvum Tangĕrĕ. *V.* Ipsĕ mănu multum suspensum numĭnĕ dūcit. *V.* Dūcĕris, ut nervis ălĭēnis mōbĭlĕ lignum. *H.* Quă tē dūcit viă, dīrĭgĕ gressum. *V.* Rerum ordĭnĕ dūcăr. *O.* Dūcit in errōrem văriarum ambāgĕ viarum. *O.* Nam mŏdŏ dūcēbam dūcentĭă rētĭă pisces. *O.* Nos flendo dūcĭmus hōras. *V.* Ductă pĕr ōtĭă vĭtă. *V.* Adversis aetatem dūcĭmus au-

Erўthēă *s.* -īă, aē. *Egĕrĭt ā stăbŭlīs, ō Erўthēă, tŭīs.* P. 4, 9, 2. — *Adj.* Sēcūmquĕ bŏvēs, *Erўthēĭdă* praēdăm, Abstrăhĭt. *O.* F. 1, 543. Hērcŭlĕās Erythea ăd līttŏră Gădēs. *S.*

Erythraē, ārŭm. 1) *Boeot.* Dītēs pĕcŏrŭm cōmĭtāntŭr Erythraē. *O.* 2) *Ind.* Tĕpĭdīsque ăb Erythrīs Ad Tārtēssĭăcŭm vēnĭt Indŭs ăquātŏr Ibērŭm. *Sid.* — *Adj.* de mari rubro. Rēgīs, *Erўthraeō* dĕdĕrăt quī nōmĭnă pōntō. *Prsc.* Quĭdquĭd *Erўthraeă* nĭgĕr īnvĕnĭt Indŭs ĭn ālgā. *M.* In *Erўthraeō* lĕgĭtŭr quaē līttŏrĕ cōnchă. *T.* Mīttī vēnātŏ dēbēt Dēntīs *Erўthraeī.* *M.*

Erўx, ўcĭs. *Quāntŭs Athōs, aūt quāntŭs Erўx* etc. V. *Veneri* sacer. EP. āltŭs, cēlsŭs, sūblīmĭs, īnvĭŭs, nīmbōsŭs, Sīcŭlŭs. PH. Sīvĕ Erўcīs fīnēs rēgŭmque ŏptātĭs Acēstēn. *O.* Impŏsŭĭt tēmplō nōmĭnă cēlsŭs Erўx. *V.* Cōllĕ sŭb ūmbrōsō quaē tĕnĕt āltŭs Erўx. *O.* Zĕphўrō sēmpĕr ăpērtŭs. *O.* — *Adj.* *Erўcīnăquĕ* tēmplă sŭbīrĕt. *St.* Tūnc vīcīna āstrīs Erўcīno īn vērtĭcĕ sēdēs. *V.*

ĕs. *v. sum;* ēs. *v. edo.*

Esāĭās *vel* Esājās, aē: prima ancipiti. — *sānctŭs Esājās.* Pr. *Ut dictum Esāĭaē* etc. Juvc. SY. Amōsĭdēs. EP. sānctŭs, săcĕr, dīvīnŭs, fātĭdĭcŭs, praēnūntĭŭs, praēscĭŭs, praēsāgŭs, vērŭs. PH. Afflātŭs nūmĭnĕ. Quēm vātēs ēdĭdĭt Amōs. Nātŭs Amō, Jūdaē clārā dē stīrpĕ nĕpōtŭm. Afflātŭs sānctō praēcōrdĭă mōtū. Rēgum haūd īndĭgnŭs ăvōrŭm. *Pr.*

Esaū *s.* Esăvŭs. *Esăvŭs ĕt pătrĭām* etc. Vict.

ēscă. SY. cĭbŭs, dăpēs, ălĭmēntŭm, pābŭlŭm. PH. Nūx ĕrăt ēscă tĭbī. *O.* Pābŭlă pārvă lĕgēns nīdīsquĕ lŏquācĭbŭs ēscās. *V.* Căllĭdă sīc stūltās dēcĭpĭt ēscă fĕrās. *O. v. cibus.*

ēscendo, ĭs. PH. Māgnum ēscēndĕrĕ coelŭm. *St.* Erēctam ăd īgnēs fūnĕbrem ēscēndăm strŭĕm. *Se.* Quum ēx āltō pŭtĕō sūrsum ăd sŭmmam ēscēndĕrĭs. *Pl. v. adscendo.*

ēscŭlēntŭs, *adj.* *Nēc ēscŭlēntă sūffĭcĭt gŭlaē praēdă.* (scaz.) M.

ēscŭlŭs. *v. aesculus.*

Esquĭlĭaē, ārŭm. *Quā nūnc Esquĭlĭās nōmĭnă cōllĭs hăbĕt.* O. F. 3, 246. PH. At sĭmŭl ātrās Vēntum ēst Esquĭlĭās. *H.* — *Adj.* Mōntĕ sŭb *Esquĭlĭō.* *O.* Et *Esquĭlīnī* pōntĭfēx vĕnĕfĭcī. *H.*

ēssĕdŭm. *Bēlgĭcă vēl mōllī mĕlĭŭs fĕrĕt ēssĕdă cōllō.* V. EP. Bēlgĭcŭm, strīdēns, mūltĭsŏnōrŭm, Brĭtānnŭm, cūrvŭm. PH. Essĕdă cōncŏrdēs mūltĭsŏnōră trăhūnt. *Cl.* Essĕdă caēlātīs sīstĕ Brĭtānnă jŭgīs. *P.* Essĕdă fēstīnānt. *H.* Essĕdă nōs ăgĭlī sīvĕ tŭlērĕ rŏtā. *O. v. currus, rheda.*

Esthĕr, *indecl.* *Sără, Rĕbĕcca, Răchĕl, Esthĕr, Jūdĭth, Annă, Nŏēmĭs.* Fort.

ēstō, *rarius* ĕstŏ. *Quĭdquĭd praecĭpĭēs, ēstō brĕvĭs* etc. H. *Exēmplūmquĕ bŏnae cōnjŭgĭs ēstŏ mĭhĭ.* O. PH. Vēntūrae mĕmŏrēs jām nūnc ēstōtĕ sĕnēctae. *O.* Nōn dăbĭtūr rēgnīs, ēstō, prŏhĭbērĕ Lătīnīs. *V.*

ēsŭrĭo. *Sūstŭlĭt ēsŭrĭēns, mĭnŭs hōc jūcūndŭs ămīcō.* H. PH. Nōn făcĭle ēsŭrĭēns pŏsĭtā rĕtĭnēbĕrĕ mēnsā. *O.* Aūdēăt ēsŭrĭēns dŏmĭnī cōntīngĕrĕ grānŭm. *H. v. fames.*

ĕt. *Vīvĭt, ĕt ēst vītae nēscĭŭs īpsĕ sŭae.* O. Raro *postponitur. H.* O. 3, 4, 70. *O.* M. 8, 247. *O.* T. 5, 10, 44. (cf. *M. Hauptii* obss. Lps. 1841.) Saepe loco *alieno:* Audire *et* videor pios errare per lucos, *H.* O. 3, 4, 6. SY. āc, ātquĕ, quĕ, nĕc nōn; pārtim, pārtim; cūm, tūm; jām, jām; nūnc, nūnc. PH. Jām vīnō quaerēns, jām sōmnō fāllĕrĕ cūrăm. *H.* Mūltum īlle ĕt tērrīs jāctātŭs ĕt āltō. *V.* Tĭmĕō Dănăōs, ĕt dōnă fĕrēntēs. *V.* Nātŭs ĕt īpsĕ dĕā. *V.* Et dŭbĭtāmŭs ădhūc, vīrtūtem ēxtēndĕrĕ fāctīs? *V.* Dīc, quĭbŭs īn tērrīs; ĕt ĕrĭs mĭhĭ māgnŭs Apōllō. *V.* Et quae tāntă fŭĭt Rōmām tĭbĭ caūsă vĭdēndī? *V.*

ĕtĕnim. *Nūlla ĕtĕnīm mĭhĭ tē sōrs ōbtŭlĭt, ōptĭmŭs ōlĭm.* H. PH. Dīvīnāre ĕtĕnīm māgnŭs mĭhĭ dōnăt Apōllō. *H.*

Ĕtĕŏclēs, ĭs. — *mūltūmquĕ nĕfās Ĕtĕŏclĭs ăcērbăt.* St. EP. Lăbdăcĭŭs, dūrŭs, īnfăndŭs, Ty̆rĭŭs, saevŭs, nĕfāndŭs, Cădmēŭs, Thēbānŭs. PH. Dūrum Ĕtĕŏclĕă cērnĭt. *St.* Th. 2, 204. Dīscōrdāntēs Cădmēō sānguĭnĕ frātrēs. *V.* Cul. 253 sqq.

ĕtēsĭae, ārŭm. *Hōc mōtū rădĭāntĭs ĕtēsĭae īn vădă pōntī.* Cic. PH. Aēstās vēlĭfĕrīs sōlvĭt ĕtēsĭīs. *Se.* — *Adj.* Cĕrĕs ĕt *Ĕtēsĭă* flābra ăquĭlōnŭm. *Lr.*

ēthĭcŭs, *adj.* (Gr. ἠθικός) Male: *Sī lĭcĕt ĕx ēthĭcīs* etc. Pr.

ēthnĭcŭs, *adj.* v. eccl. *Ethnĭcă tūrbă dĕūm fŭgĭēns* etc. *Damas. v. gentilis.*

ēthŏs, *n.* *Phy̆sĭcă nĕc lŏgĭcō, lŏgĭcūm vĕl jūngĭt ăd ēthŏs.* Sid.

ĕtĭăm. *Nūnc ĕtĭăm pĕcŭdēs ūmbrās ĕt frīgŏră căptānt.* V. — *hānc ĕtĭăm vīx, Tītȳrĕ, dūcō.* V. SY. ĕt, āc, quŏquĕ, părĭtĕr, sĭmĭlĭtĕr; īnsŭpĕr. PH. Dīssĭmŭlāre ĕtĭăm spērāstī, pērfĭdĕ, tāntŭm Pōssĕ nĕfās? *V.* — *I. q. ĭtă,* in affirmatione, ap. scenicos poetas plerumque. Nūmquĭd prōcēssĭt ăd fōrum hōc dĭē nŏvī? Etĭăm. *Pl.* — *Etiam atque etiam.* Quālĕm cōmmēndēs, ĕtĭam ātque ĕtĭam īnspĭcĕ. *H.* Quāre ĕtĭam ātque ĕtĭăm mēntīs nātūram ănĭmaeque. *Lr.* — *Etiam quoque.* Est ĕtĭăm quŏquĕ pācātī etc. *Lr.* — *Etĭămnŭm.* SY. ădhūc, nūnc quŏquĕ, nūnc ĕtĭăm. PH. Hūnc ŭbĭ Sārmătĭcōs ĕtĭāmnum ēfflārĕ lăbōrēs. *St.* Ipse ărĭēs ĕtĭāmnūm vēllĕră sīccăt. *V.* Lăbĭtŭr ēx ŏcŭlīs nūnc quŏquĕ gūttă mĕīs. *O.* — *Etĭămsī.* Ĕtĭāmsī vērŭm dīcĭt, ămīttĭt fĭdĕm. *Ph.*

Etrūrĭă. *Fūlmĭnĕōs sōllērs Ĕtrūrĭă cōnsŭlăt īgnēs.* Cl. — *fūrĭīs sūrrēxĭt Ĕtrūrĭă jūstīs.* V. SY. Tūscĭă. — *Adj.* Etrūscŭs. SY. Tūscŭs, Ty̆rrhēnŭs; Ly̆dĭŭs, Maeŏnĭŭs. PH. Sīc fōrtĭs Etrūrĭă crēvĭt. *V.* Gēns bēllō praeclārā jŭgīs īnsēdĭt Etrūscīs. *V.* Tĭbrĭ, pĕr Etrūscōs īn mărĕ mīttĭs ăquās. *O.*

ētsī. *Etsī me ăssĭdŭō cōnfēctūm cūră dŏlōrĕ.* C. SY. lĭcĕt, quāmvīs, quāmquam, tămĕtsī. *v. quamvis.*

Ēvă. *Trāxĕrăt Ēvă vĭrūm dīrae ăd cōnsōrtĭă cŭlpae.* Pr. EP. āntīquă, nŏcēns, vānă, crēdŭlă. PH. Prīmă părēns. Ădāmī nĭmĭūm crēdŭlă cōnjūx. Sērpēns prōdĭdĭt Ēvăm. *Au.* Dēcēptūm mĭsĕrātŭs Ădām, quēm cāptă vĕnēnīs Īmplĭcŭĭt sŏcĭūm blāndīs ĕrrōrĭbŭs Ēvă. Heū quāntūm nŏcŭĭt tōtī tūnc ūnĭcă mūndō Īnsĭdĭīs Sătănae fēmĭnă fāctă nŏcēns. Ergo ŭbĭ mōrtĭfĕrūm sēdūctĭlĭs Evă vĕnēnŭm Aūrĭbŭs āccĭpĭēns, clādī cōnsēnsĭt ĭnīquae. *Alc.*

Ēvădnē. *Ēvădnēnque ĕt Pāsĭphăēn; hĭs Lăŏdămĭă.* V. EP. Īphĭăs, Căpănēĭă, aūdāx, gĕnĕrōsă, fīdă. PH. Aūsăque īn āccēnsōs Īphĭăs īrĕ rŏgōs. *O.* Cōnjŭgĭs Evădnē mĭsĕrōs ĕlātă pĕr īgnēs Occĭdĭt, Argīvae fāmă pŭdīcĭtĭae. *P.* 3, 11, 24. 1, 15, 21. *O.* A. 3, 6, 41. *M.* 4, 75. *V.* A. 6, 447.

ēvādo; āsī. *Ēxsŭpĕrātquĕ jŭgŭm, sīlvāque ēvādĭt ŏpācā.* V. SY. ăbīrĕ, ēxīrĕ, fŭgĕrĕ, aūfŭgĕrĕ, ēxcēdĕrĕ, ērūmpĕrĕ, ēffŭgĕrĕ, vītārĕ, ēvītārĕ, dēclīnārĕ. PH. Hōstĭbŭs ēlābī. Sŭpĕrāsque ēvādĕre ăd aūrās. *V.* Pēstem ēvādĕrĕ bēllī. *I.* Ante ŏcŭlōs ēvāsĭt ĕt ōră părēntŭm. *V.* Evāsĭt pŭtĕō, nīxă cēlsīs cōrnĭbŭs. *Ph.* Omnēmquĕ vĭdēbăr Evasīssĕ vĭăm. *V.* Evādĭtquĕ cĕlĕr rīpam īrrĕmĕābĭlĭs ūndae. *V.* Sīc fātă grădŭs ēvāsĕrăt ōmnēs. *V.* Evāstī? crēdō, mĕtŭēs dōctūsquĕ căvēbĭs. *H.* Tĕnĕ ăspĭcĭō tāntīs ērēptŭm, nātĕ pĕrīclīs? Erĭpŭī mē lēto, ĕt vīncŭlă rūpī. Hōstēs, vīncŭlă, pĕrīclūm ēffŭgĕrĕ. Vīnclīs sē ēxpĕdīrĕ. Pĕrīclīs fūnctŭs, dēfūnctŭs, ērēptŭs. *v. abeo; fio.*

ēvăgŏr, ārĭs. PH. Evăgāntī frēnă lĭcēntĭae Injēcĭt. *H.* Lārgĭŭs ēvăgāntŭr āmnēs. *St.* Inde ēvăgātă nōctŭ sūspēnsō pĕdĕ. *Ph. v. vagor.*

ēvălēsco. *Evălŭĭt rĕvŏcārĕ* etc. L. PH. At nōn Dārdănĭae mĕdĭcārī cūspĭdĭs īctūm Evălŭĭt. *V.* Lētālēsquĕ mănū cōmpōnĕrĕ sūccōs Evălŭĭt. *v. valeo.*

Ēvān. — *părēns ĕt Ĭācchŭs ĕt Ēvān.* O. PH. Grădĭtūr sĭmŭl Evĭŭs Evān. *Lr.* — *Verb. Evāntēs* ōrgĭă cīrcūm Dūcēbăt Phry̆gĭās. *V.* Thy̆ădăs ēffūsīs ēvāntēs crīnĭbŭs ēgĭt. *C. v. Baccha, Bacchus.*

Ēvāndĕr, drī. *Sēdĕ nŏvă quaerēns Pāllās Ēvāndĕr ĭn īpsīs.* V. SY. Dūx Arcădĭŭs, Dārdănĭŭs, hērōs Pāllāntĭŭs, Rōmānae cōndĭtŏr ārcĭs. EP. Exsŭl, Pălătīnŭs, Nōnăcrĭŭs, paūpĕr. PH. Atque ŭbĭ nāvālī stānt săcră pălātĭă Phoebō, Ēvāndrī prōfŭgae prōcŭbŭērĕ bŏvēs. *P.* Ēxsŭl ăb Ārcădĭā Lătĭōs Ēvāndĕr ĭn āgrōs Vēnĕrăt. *O.* Rēs ĭnŏpēs Evāndrŭs hăbēbăt. *V.* Aēnēās Evāndrŏn ădĭt. *Anth.* Descr. *P.* 4, 1, 4. *O.* F. 1, 471. 2, 279. *S.* 6, 628 sqq. *St.* S. 2, 1, 93. — *Adj. Evāndrĭŭs* ābstŭlĭt ēnsĭs. *V.* *Evāndrĭă* tēctă. *S.* *Evāndrēō* saecŭlō. *Anth.*

evanesco; ui. *Cornuăque extrēmae vĕlŭt ēvānēscĕrĕ lūnae.* O. Compar. cum *fumo, ventis, somno.* V. A. 5, 740. 2, 794. SY. vānēscĕrĕ, ēxīrĕ, ăbīrĕ, ēxcēdĕrĕ. PH. Ŏcŭlōs fŭgĕrĕ. Ūmbrīs sē cōndĕrĕ. Ēx ŏcŭlīs fŭgĕrĕ, rĕcēdĕrĕ, dēlābī, sē sūbtrăhĕrĕ, prōrĭpĕrĕ. Ēvānŭīt ōmnĭs Hērbārŭm vīrtūs. O. Mŏschī quŭm flōs ēvānŭīt. *Lr.* Et dŏlŏr hīc nūnquăm spătĭō ēvānēscĕrĕ pōssĭt. *O.* Mōrtālēs vīsūs mĕdĭō sērmōnĕ rĕlīquĭt, Ēt prŏcŭl īn tĕnŭem ēx ŏcŭlīs ēvānŭĭt ūmbrăm. *V.* Tēr frūstrā cōmprēnsă mănūs ēffūgĭt ĭmāgŏ, Pār lĕvĭbūs vēntīs, vŏlŭcrīquĕ sĭmīllĭmă sōmnō. *V.* Dīxĭt, ĕt ēx ŏcŭlīs sŭbĭtō, ceū fūmŭs ĭn aūrās Cōmmīstūs tĕnŭēs, fūgĭt dīvērsă. *V.* Nōctī sē īmmīscŭīt ātrae. *V.* Spīssīs nōctīs sē cōndĭdĭt ūmbrās. *V.* Tĕnŭēs rĕcēssĭt Cōnsūmta īn vēntōs. *V.* Tĕnŭēsquĕ rĕcēssĭt ĭn aūrās. *V.* Sēque ēx ŏcŭlīs ăvērtĭt ĕt aūfērt. *V. v. decresco, effugio, fugio.*

ēvāngĕlīstă, aē. *Ēvāngĕlīstă scrīpsĭt tălĭă.* (iamb.) Pr.

ēvāngĕlĭŭm, ī. (Gr. εὐαγγέλιον) *Clāra ēvāngĕlĭī vērbīque ārdēntĕ lŭcērnā.* Alc. *v. scriptura.* — *Adj.* Aūt ēvāngĕlĭcī pĭĕtās spērnēndă lĭbēllī. *Pr.*

ēvānĭdŭs. — *In tĕnŭēs ēvānĭdŭs ēxĕăt aūrās.* O.

Eūboeă. — *Eūboeāmque ĕt Phōcĭdĭs ārvă prŏpīnquă.* St. SY. Chālcĭdĭcŭs. *v. Euripus.* — *Adj.* Et tāndem *Eubŏĭcīs* Cūmārum āllābĭtŭr ōrīs. *V.* Plēbēs *Euboeă.* *St. Eubŏĭs* ōră. *St.*

eūchărīstĭă. PH. Coelēstēs ĕpŭlaē. Săcrae lĭbāmĭnă mēnsaē. Dīvīnaē dăpēs, sălūtĭfĕră coēnă, ēscă sălūtĭfĕră. Strūctīs caēlēstĭă pābŭlă mēnsīs. Sacră mēnsaē Mūnĕră, Chrīstĕ, tŭae ēt saēvī mŏnŭmēntă dŏlōrīs. Cērtă sălūs jūstīs. Vītă pĭīs ĕrĭt ătque ĕădĕm mōrs sōntĭbŭs ēscă. Dīvīnās lĭbārĕ dăpēs. Lībārĕ bĕātă pōcŭlă. Hōc ēst cōrpŭs, ăĭt, mĕŭs hīc dē vūlnĕrĕ sānguĭs Fūndēndŭs, cōmmīssa hŏmĭnŭm quī dīlŭăt.

Eūchĕrĭŭs. *Nēc stĕtĭt Eūchĕrĭī* etc. Cl.

Eūclīdēs. *Eūclīdēs spătĭŭm scĭēns Ŏlympī.* (phal.) Sid.

ēvĕho; ēvēxī. *In pĕlăgŭs răpĭdīs ēvĕhĭt āmnĭs ăquīs.* T. SY. ēxtōllĕrĕ, ēffērrĕ, āttōllĕrĕ, prōmŏvērĕ. PH. Tērrārŭm dŏmĭnōs ēvĕhĭt ăd dĕōs. *H.* Prō quĭbŭs āĕrĭās mĕrĭtīs ēvēctŭs ăd aūrās. *O.* Ad sīdĕră cāntū Evēcta Andīnō. *S.* Quōs ārdēns ēvēxĭt ăd aēthĕră vīrtūs. *V.* Caērŭlĕīs Tītān ēvēctŭs ĕquīs. *S.* — Cūr tŭă praēscrīptōs ēvēcta ēst pāgĭnă gȳrōs? *P.* Jamquĕ fĕrē mĕdĭum ēvēctī cērtāmĭnĕ cāmpŭm. *S. v. effero, exeo.*

ēvēllo. SY. vēllĕrĕ, cōnvēllĕrĕ, ēffōdĕrĕ, ērŭĕrĕ, ēxstīrpārĕ, ēxtrăhĕrĕ. PH. Cōnvēllĕrĕ ăb hŭmō. Īmīs rādīcĭbŭs ērŭĕrĕ. Arbŏrĭs ābstrāxĭt mōlēm, pēnĭtŭsquĕ rĕvŭlsam Evērtĭt. *V.* Sōlĭdōquĕ rĕvēllĕrĕ dōrsō Ānnōsām pīnŭm māgnō mōlīmĭnĕ tēntăt. *O.* Dīsjĭcĕrĕ mōlēs ĕt ēvēllĕrĕ fībrās. Vīrgās lēntās cōnvēllĕrĕ. Īmīs ăvŭlsām sōlvĭt rădīcĭbŭs. *V.* Tēlăquĕ cōnfīxīs cērtānt ēvēllĕrĕ mēmbrīs. *Lr.* Coēnō cŭpĭēns ēvēllĕrĕ plāntām. *H.* Vālĭdām dūrīs ēvēllĭt ăb ōssĭbŭs hāstām. *S.* Vīdī cōnāntem ēvēllĕrĕ tērrā Glāndĭfĕrām quērcūm; quăm dūm cōmplēxĭbŭs ămbĭt, Et quătĭt hūc īllūc, lăbĕfāctăquĕ rōbŏră jāctăt. *O.* Arbūsta ēvōlvēns rādīcĭbŭs haūrĭt ăb īmīs. *Lr.* Īllă prŏcŭl rādīcĭbŭs ēxtūrbātă. *C.* Nēc rădīcĭtŭs ēvēllī mālă pōssĕ pŭtāndum ēst. *Lr. v. eruo, everto, vello.*

ēvĕnĭo. *Ēvēnĭt, īnquĭrānt vĭtĭa ŭt tŭă rūrsŭs ĕt īllī.* H. SY. cōntīngĭt, fĭt, ăccĭdĭt. PH. Mērsēs prŏfūndō; pūlchrĭŏr ēvēnĭt. *H.* Nōn haēc sĭnĕ nūmĭnĕ dīvûm Evĕnĭūnt. *V.* Sūmŭs ēvēntūră lŏcūtī. *V. v. pervenio.*

ēvēntŭs. SY. ēxĭtŭs, fīnĭs, cāsŭs, sōrs. EP. fēlīx, fōrtūnātŭs, ōptātŭs, spērātŭs, faūstŭs, īnfēlīx, trīstĭs, īnfaūstŭs. PH. Rērum ēvēntă vĭdērĕ. *Lr.* Evēntŭsquĕ sĕcūndĕt. *V.* Fraūdĭbŭs ēvēntŭm dĕdĕrăt Fōrtūnă. *L.* Incērtī rērum ēvēntŭs. *S.* Nūnquăm fēlīcĭŏr ārtī Cōntĭgĭt ēvēntŭs. *Cl.* Evēntŭquĕ grăvī fīnīta ēst pūblĭcă clādēs. *O.* Pērquĕ tōt ēvēntūs ĕt ĭnīquīs cōncĭtă vēntīs Aēquŏră. *O.* Nōmĕn ăb ēvēntū pătrĭă līnguă dĕdĭt. *P.* Sēmpĕr ăd ēvēntŭm fēstīnăt. *H.* Evēntŭs bēllī vărĭŭs. *V.* Coēcōsquĕ vŏlūtăt Evēntūs ănĭmō. *V.* Cărĕăt sŭccēssĭbŭs ōptō, Quīsquĭs ăb ēvēntū făctă nŏtāndă pŭtăt. *O.*

Evēnŭs. *Evēnŭs Cȳlĭdōnă sĕcăt* etc. L. — *Adj.* Mātrēs Călȳdōnĭdĕs Evēnīnaē. *O.*

ēvērsŏr, ōrĭs. — *Prĭămī rēgnōrum ēvērsŏr Ăchīllēs.* V.

ēvērto. SY. vērtĕrĕ, īnvērtĕrĕ, pērvērtĕrĕ, sūbvērtĕrĕ, dēstrŭĕrĕ, dīrŭĕrĕ, dēmōlīrī, vāstārĕ, pŏpŭlārī, dēpŏpŭlārī, vī frāngĕrĕ, dējĭcĕrĕ, quătĕrĕ, cōncŭtĕrĕ. PH. Vērtĕrĕ ăb īmō. Āb hŭmō cōnvēllĕrĕ. Inclēmēntĭă dīvûm Hās ēvērtĭt ŏpēs, stērnītque ā cūlmĭnĕ Trōjăm. *V.* Oppĭdă cūm tōtīs prōstērnĕrĕ dīrŭtă mūrīs. Mūrōs īn plānum ēffūndĕrĕ. Praēcĭpĭtēmquĕ dĕdĭt tūrrīm. *V.* Ūrbīs stērnĕrĕ mūrōs. Mūrōs cōnfrīngĕrĕ fērrō. Phrȳgĭaē rēs vērtĕrĕ fūndō Cōnāmŭr. Ipsĕ mănū Thēbās cōrrēptăquĕ moenĭă fūndō Exŭĭtăm, vērsāsquĕ sōlō sŭpĕr īnăchă tēctă Ēffūndăm tūrrēs. *St.* Rēgnă Lătīnī Ērŭam, ĕt aēquă sōlō fūmāntĭă cūlmĭnă pōnăm. *V.* Ūrbīs moenĭă dēstrŭĕrĕ. Cĕcĭdĭtquĕ sŭpērbŭm Īlĭum ĕt ōmnĭs hŭmō fūmăt Nēptūnĭă Trōjă. Adspĭce, ŭt ēvērsās cōncĭtĕt Eūrŭs ăquās. *O.* Dīsjēcĭtquĕ rătēs ēvērtĭtque aēquŏră vēntīs. *V.* Sūmmăque ēvērtĕre ŏpŭm vī. *V.* Prĭămĭque ēvērtĕrĕ gēntĕm. *V.* Cēpĕrăt hīc ălĭās, ălĭās ēvērtĕrăt ūrbēs. *O.* Hic, ŭbī dīsjēctās mōlēs ăvūlsăquĕ săxīs Săxă vĭdēs, mīxtōque ūndāntĕm pūlvĕrĕ fūmŭm, Nēptūnŭs mūrōs māgnōque ēmōtă trĭdēntī Fūndāmēntă quătĭt tōtămque ā sēdĭbŭs ūrbĕm Erŭĭt. *V.* Haēc aēquātă sōlo ēst. *O.* Dējĭcĭtĕ pāssĭm moenĭa, īn plānŭm dătĕ. *Se.* Ac tŭmŭlŭs īmō tōtŭs aēquētŭr sŏlō. *Se.* Aūt quĭd ĭn ēvērsă vĭdī crūdēlĭŭs ūrbĕ? *V.* — *arborem.* Aūt tēmpēstīvăm sīlvīs ēvērtĕrĕ pīnŭm. *V.* Fērrō sŏnăt āltă bĭpēnnī Frāxĭnŭs. Nĕmŏra ēvērtĭt mūltōs īgnāvă pĕr ānnōs. *V. v. dejicio, diruo, vasto.*

investigo. *Măgnă, nĕc ingĕniis ēvĕstīgātă priōrūm.* O. *v. investigo.*

Eŭgănĕī, ōrūm. *Adj. Eŭgănĕō, sī vēră fĭdēs mĕmŏrāntĭbŭs, aŭgŭr Cōllĕ sĕdēns.* L. Eŭgănĕă quāntūmvīs mōllĭŏr āgnă. *I.*

eŭgĕ. *Eŭgĕ, pŭĕr, sŭpĭăs dīs dēpēllēntĭbŭs āgnŭm.* Pe. SY. mācte, ăgĕ, ăgĕdūm, ēĭă ăgĕ. PH. Eŭgĕ, bĕātĕ. *M.* Eŭge, eŭgĕ, dī mē sălvum ēt sērvātūm vŏlūnt. *Pl.* Eŭgĕ tŭūm ēt bēllē. *Pe. v. hortor.*

Eŭĭās, ădis. *Exsŏmnĭs stŭpĕt Eŭĭăs.* H. *v. Baccha.*

ēvĭdēns. *v. clarus, manifestus.*

ēvĭgĭlo. *Quōs stŭdĭūm cūnctōs ēvĭgĭlāvĭt ĭdēm.* O. SY. expērgĕfăcĕrĕ; ēxpērgīscĕrĕ, ēxcĭtārī, vĭgĭlārĕ. PH. Est mĭhĭ nōx mūltīs ēvĭgĭlāndă mŏdīs. *T.* Mĕdĭīs mĭsĕr ēvĭgĭlāvĭt ĭn ūndīs. *St. v. vigilo.*

ēvīncio. SY. vīncīrĕ, lĭgārĕ, āllĭgārĕ, cōllĭgărĕ. PH. Pūnĭcĕō stābīs sūrās ēvīnctă cŏthūrnō. *V.* Pōst tērgă cătēnīs Evīnctūs pālmās. *S.* Evīnctī dūcūntŭr ăd ārăm. *V.* Căpŭt tōnsaē fŏlĭīs ēvīnctŭs ŏlīvaē. *V. v. vincio.*

ēvīnco; īcī. PH. Oppŏsĭtās nūbēs ēvīncĭt sōlīs ĭmāgō. *O.* Oppŏsĭtās ēvīcĭt gūrgĭtĕ mōlēs. *V.* Plătănūsquĕ caēlēbs Evīncēt ūlmōs. *H.* Dŭbĭīs ēvīncĭtĕ rēbŭs. *Va.* Evīctă dŏlōrĕ, lăcrĭmīs. *O. v. convinco, devinco, vinco.*

ēvīscĕro. — *pĕdĭbŭsque ēvīscĕrăt ŭncīs.* V. PH. Evīscĕrātūm cōrpŭs lăcĕrātī pătrĭs. (iamb.) vet. poet. ap. Cic.

ēvītābĭlĭs. — *nōn ēvītābĭlĕ tēlŭm.* O. *v. vitabilis.*

ēvīto. *Offĭcĭt ēvītārĕ, bŏnŭm dēpērdĕrĕ fāmăm.* H. SY. vītārĕ, dēvītārĕ, fŭgĕrĕ, ēffŭgĕrĕ, dēclīnārĕ. PH. Saūcĭŭs ēvītăt pūgnām glădĭātŏr. *O.* Mētăquĕ fērvĭdĭs Evītātă rŏtīs. *H. v. vito.*

Eŭĭŭs. *Dīssĭpăt Eŭĭŭs.* (choriamb.) H. PH. Sēd jām mātūrīs nōs flāgĭtăt ānxĭŭs ūvīs Eŭĭŭs. *Co.* Eŭĭōn īngĕmĭnăt. *Pe.* Pārs Hŷmĕnaēĕ cănūnt, pārs clāmānt Eŭĭĕ, Eŭoē. *O. v. Bacchus.*

Eŭlŏgŭs. *Praēcōnī dĕdĭt Eŭlŏgō pŭēllăm.* M.

ĕŭm, *acc. pron.* ap. scenicos poetas fere legitur, et monosyllabum quidem.

Eŭmaēŭs, ī. *Cōmmūne Eŭmaēŭs* etc. Au. cf. *Hom.* Od. 14.

Eŭmēdēs, ĭs. *Nōn fŏrĕt Eŭmēdēs ōrbŭs, sī fīlĭŭs ējŭs.* O.

Eŭmēlĭs, ĭdĭs. — *fēlĭx Eŭmēlĭs ădōrăt.* St.

Eŭmēlŭs. *Eŭmēlīquĕ dŏmūm* etc. O. M. 7, 390.

Eŭmĕnĭs, ĭdĭs *et* Eŭmĕnĭdēs, ŭm. *Eŭmĕnĭs ēx ŏcŭlīs fŭgĭt* etc. St. *Fērrĕīque Eŭmĕnĭdŭm thălămī* etc. V. PH. Eŭmĕnĭdēs tĕnŭērĕ făcēs de fūnĕrĕ rāptās. *O.* Eŭmĕnĭs īn mĕdĭōs īrrūmpĭt tūrbĭdă coētŭs. *S. v. Furiae.*

eŭnūchŭs. *Eŭnūchŭm ĭpsĕ făcĭt cŭpĭēns ēvādĕrĕ dāmnō.* J. SY. spădo, sēmĭmās. EP. mōllĭs, īmbēllĭs, rūgōsŭs, tĕnĕr, dēlĭcātŭs. PH. Ambĭgŭī mărēs. *Cl.* Vĭrum ēxsēctă jŭvēntŭs. *L.*

ēvŏco. SY. vŏcārĕ, ăccīrĕ, ēxcīrĕ, ārcēssĕrĕ, cĭĕrĕ, ēxcĭtārĕ, ēxsūscĭtārĕ. PH. Nōn vĭgĭl ālēs ĭbī crīstātī cāntĭbŭs ōrīs Evŏcăt Aūrōrăm. *O.* Evŏcăt ē lĭquĭdīs pīscēm pēnĕtrālĭbŭs ēscă. *S. v. accerso, voco.* — *Ex inferis.* Evŏcăt āntīquīs prŏăvōs ătăvōsquĕ sĕpūlcrīs. *O.* Mānēs ēxcīrĕ sĕpūlcrīs. *V.* Mānēsquĕ sĕpūlcrīs Elĭcĭt. *T.* Pōssūm crĕmātōs ēxcĭtārĕ mōrtŭōs. *H.* Anĭmās hāc ēvŏcăt Orcō Mērcŭrĭŭs. *V. v. resuscito.*

ĕvoē. (Gr. *εὐοῖ.*) *Evoē, Bācchĕ, frĕmēns, sōlŭm tē vĭrgĭnĕ dīgnŭm.* V. — *cūm dīcĭt Hŏrātĭŭs ēvoē.* J. PH. Evoē, rĕcēntī mēns trĕpĭdăt mĕtū. *H.* Laētātŭr; ēvoē, părcĕ, Lībĕr. *H.* Sătўrīs clāmāntĭbŭs: ēvoē! *O.* Exŭlŭlātque ēvoēque sŏnăt. *O.* Evoē, Bācchĕ, sŏnăt. *O.* Bācchĕ, frĕmēns, ēvoē. *V.*

ēvŏlo. — *mădĭdīs nŏtŭs ēvŏlăt ālīs.* O. SY. vŏlārĕ, fŭgĕrĕ, ēffŭgĕrĕ, ēxīrĕ, ēxcēdĕrĕ, ērūmpĕrĕ. PH. Evŏlăt īnfēlīx. *V.* Evŏlăt ădmīssīs dīscŏlŏr āgmĕn ĕquīs. *O. v. fugio, volo.*

ēvŏlvo. SY. vŏlvĕrĕ, pērvŏlvĕrĕ, ēxpēndĕrĕ, pērpēndĕrĕ, dīscŭtĕrĕ, ēxplĭcārĕ, ēxpōnĕrĕ. PH. Nūdīs ēvŏlvūnt săxă lăcērtīs. *V.* Evŏlvĭt vēstēs. *V.* Nĭtĭdūsquĕ cērtās mūndŭs ēvŏlvĭt vĭcēs. *Se.* In mărĕ sē flŭvĭī ēvŏlvūnt. *V.* Tālēs ēvŏlvĭt pēctŏrĕ quēstŭs. *Va.* Cōndĭdă quīn vērī pēctŏrĭs ēvŏlŭām. *C.* Dēbŭērānt fūsōs ēvŏlūīssĕ sŭōs. *O.* Tēmpŏră sī fūstōsquĕ vĕlīs ēvŏlvĕrĕ mūndī. *H.* Tēr quătēr ēvŏlvī sīgnāntēs tēmpŏră fāstōs. *O.* Sērĭēmque ēvŏlvĕrĕ fătī. *O.* Nēc jām pūtrĭbŭs ēvŏlūtă chārtīs. *St.* Mēcum īngēntēs ōrās ēvŏlvĭtĕ bēllī. *V.* Gĕlĭdīs haēc ēvŏlvīssĕ sŭb āntrīs. *V.* Pēctŏrĕ nūnc mĕmŏrī nōstrōs ēvŏlvĕrĕ lūsŭs. *M.*

ēvŏmo. *Evŏmŭĭt pāstōs pēr saēcŭlă Vēsvĭŭs īgnēs.* S. SY. vŏmĕrĕ, ēmīttĕrĕ, ējĭcĕrĕ, ēgĕrĕrĕ, ērūctārĕ. PH. Faūcĭbŭs īngēntēm fūmŭm, mīrābĭlĕ dīctū, Evŏmĭt. *V.* Pătŭlō pārtēm mărĭs ēvŏmĭt ōrĕ. *O. v. vomo.*

Eŭphēmŭs. — *dĕcĭma ēst, Eŭphēmĕ, mĕōrŭm.* M.

Eŭphōrbŭs. Descr. *O.* M. 15, 161.

Eŭphrānōr. — *Eŭphrānŏrĭs aūt Pŏlўclētī.* J.

Eŭphrātēs, aē *et* ĭs. *Hīnc mŏvĕt Eŭphrātēs, īllīnc Gērmānĭă bēllŭm.* V. EP. āltŭs, fērtĭlĭs, văgŭs, tŭmĭdŭs, cĕlĕr, flēxŭōsŭs, praēcēps, răpĭdŭs, cĭtŭs, foēcūndŭs, Assўrĭŭs. PH. Caēlō grātīssĭmŭs āmnĭs. Sĕcāns lēnī āgmĭnĕ rūră. Fērtĭlĭs Eŭphrātēs Phărĭaē vĭcĕ fūngĭtŭr ūndaē. Caēsăr dūm māgnŭs ăd āltŭm Fūlmĭnăt Eŭphrātēm bēllō. *V.* Quāquĕ căpŭt răpĭdō tōllĭt cūm Tĭgrĭdĕ māgnŭs Eŭphrātēs. *L.* Sīgnăque ăb Eŭphrātĕ cūm Crāssīs căptă sĕquēntēm. *L.* Eŭphrātēs ĭbăt jām mōllĭŏr ūndīs. *V.* — *Adj.* Rīpa Eŭphrātĭdĕ vīx pŭtăt tŭēndăm. *Sid.*

Eŭphrŏsўnă, aē. *Nōbĭlĭs Eŭphrŏsўnē* etc. Anth.

Eŭpŏlĭs. *Eŭpŏlĭs ātquĕ Crătīnŭs Arīstŏphănēsquĕ pŏētă.* H.

Eŭrīpĭdēs, ĭs. — *vērum Alcŭmēna Eŭrīpĭdī.* (iamb.) Pl. Male: *Eŭrīpĭdēs,* trăgĭcō

carmine clarus homo. *Anth*. et: Cessissent Sophocles et Euripides. *Sid*.

Euripus. *Et vagus incertis Euripus defluit undis*. L. EP. Euboicus, fugax, vagus, varius, tenuis, inconstans, velox, instabilis, aestuans, lubricus, Chalcidicus. PH. Euripi magis unda sonat. *S*. Euripi fervere freto. *Au*. Euripus undas flectit instabilis vagas. *Se*. — Descr. euripi *Sid*. Pan. 3431.

Europa, ae *s*. Europe, es. Descr. *O*. M. 2, 860. *H*. O. 3, 27, 25 sqq. *Rut*. 1, 261. SY. Agenore nata. Cadmi soror. Junonis pellex. EP. Tyria, Sidonia, pulchra, formosa, venusta, Cressa, capta. PH. Quam taurus Cretaeis appulit oris. Vecta bove. Quam Jupiter sub falso bove lusit. Illusa imagine tauri. Simulato vecta juvenco. Virginea tenuit cornua falsa manu. Sic et Europe nimium doloso Credidit tauro latus. *H*. Vexerat Europen fraterna per aequora taurus. *M*. Tyriae per undas vector Europae nitet. *Se*. Modo per fluctus raptam Europen Taurum tergo portasse trucem. *Te*. Fulmine abjecto deus Cum fronte subita timuit, et rapidum mare Taurus puellae victor Assyriae scidit. *Se*. — *Europa terra*. EP. dives, potens, fertilis, ferax, Martia, belligera, opulenta, foecunda, praeclara, culta, docta, facunda. PH. Regna Europaea. Europaeae orae. Magnorum genitrix Europa virorum. Frugum altrix vinique ferax, foecunda virorum. Roburque decusque potentis Europae. *St*. Pars cujus terrae nomen habet. Terrarum pulcherrima. *Plin*. Secernit Europen ab Afro. *H*. Europae atque Asiae fatis concurrerat orbis. *V*. Miscere cruentas Europaeque Asiaeque manus. *St*. Tua sectus orbis Nomina ducet. *H*. Quod superest, Europa tenet. *Mn*. — *Adj*. Faciem ducis *Europaei*. *O*. Romanosque deos Europaeosque triumphos. *Anth*.

Eurotas. *Dum deus Eurotan immunitamque frequentat*. O. EP. frigidus, gelidus, asper, olivifer, Lacedaemonius, Spartanus, viridis, virens. PH. Omnia, quae Phoebo quondam meditante beatus Audiit *Eurotas*, jussitque ediscere lauros. *V*. Quales Eurotae progignunt flumina myrtos. *C*.

Eurus. SY. Vulturnus. EP. Eous, Phoebeus, Nabathaeus, insanus, rubicundus, ferox, nubifer, violentus, trux, saevus, praeceps, nimbosus, animosus, Rhipaeus, stridens, niger aquosus, protervus, indomitus, tumidus, Aeolius, volucer, rapidus, acer, hispidus, glacialis, rigens, borealis, immitis, nebulosus, pestifer, Indicus, oriens, nimbifer, velox, furens, praepes, extremus. PH. Vectus Eois equis. Eurus ad Auroram Nabathaeaque regna recessit. *O*. Eurus ab Aurorae populis nebulosus anhelat. Rutilo volat Eurus ab ortu Impiger. Ubi nubifer Eurus, Naufragium spargens operit freta. *V*. Ubi trux insibilat Eurus. *O*. Flat levis Eurus ab ortu. Hispidus et multa flavum caput Eurus arena. *Va*. Praeceps spirare valentius Eurus. *O*. Gens effrena virum Rhipaeo tunditur Euro. *V*. Minatur fluctibus Eurus. *H*. Volucrique citatior Euro. *S*. Animae Thraciae, veris comites, quae mare temperant. *H*. — *Adj*. Portus ab *euroo* fluctu curvatus in arcum. *V*. *v*. *oriens*, *ventus*.

Euryalus. *Euryalus forma insignis* etc. V.

Eurybates, is. *Eurybati dixisse* etc. *O*.

Eurydamas, antis. *Utque vel Eurydamas* etc. O.

Eurydice. *Redditaque Eurydice superas veniebat ad auras*. V. Descr. *V*. G, 4, 486. *O*. M. 10, 10 sqq. EP. rapta, misera, infelix, pulchra, nivea, formosa, decora, Threicia. PH. Orphei conjux, quam Orpheus revocavit ab orco. Threiciam vates potuit revocare puellam. Ardet amore fero. Phoebeas propago nitentis Eurydices.

Eurylochus. *Vidimus Eurylochum* etc. *O*.

Eurystheus. — *quis aut Eurysthea durum*. V. PH. Rege sub Eurystheo, fatis Junonis iniquae. *V*. Imperio deterioris heri. *C*. cf. *M*. 9, 66, 7. *Se*. H. f. 78. *H*. O. 404. — *Adj*. — bella *Eurysthea* gerentem. *St*. *v*. *Hercules*.

Eurythus. — *namque hoc tu Eurythus illi*. O.

Eurytion. *Nec bonus Eurytion* etc. V.

Eusebius, ii. *Arcessenda esset vox proavi Eusebii*. Au.

Euterpe, es. — *calamos Euterpe flatibus implet*. V. PH. Si neque tibias Euterpe cohibet. *H*. *v*. *Musae*.

Eutropius. *Eutropium stipate ducem* etc. Cl. in Eutrop. l. 2.

evulgo. SY. vulgare, pandere, divulgare, pervulgare, spargere, dispergere, promulgare, publicare, annuntiare, denuntiare, indicare. PH. Arcana movere, retexere. Rem omnem pandere. Per vulgus spargere. In lucem edere. Obductum verbis vulgare dolorem. *V*. Fas mihi, Graecorum secreta resolvere. Expediam dictis, et te tua fata docebo. Fert animus, caussas tantarum expromere rerum. *v*. *vulgo*.

Euxinus pontus. SY. Euxinae aquae, undae; vada, gurges, pontus, mare. EP. inhospitalis, gelidus. PH. Frigida me cohibent *Euxini* litora *ponti*; Dictus ab antiquis axenus ille fuit. *O*. T. 4, 4, 55. Littus ad Euxinum, si quis mihi diceret, ibis. *O*. Euxini mendax cognomine tellus. *O*. Euxinumque ferens parvo ruit ore Propontis. *O*. Haec tenus Euxini pars est Romana sinistri. *O*.

exacuo. — *Dentesque Sabellicus exacuit sus*. H. SY. acuminare, asperare, exasperare, exacerbare; excitare, accendere, incitare, impellere. PH. Spiculaque exacuunt rostris. *V*. — *Trop*. At juvenem stimulis immanibus aemula virtus Exacuit. *Cl*. Mares animos in Martia bella Versibus exacuit. *H*. *v*. *accendo*, *acuo*.

exaequo. PH. Nos exaequat victoria coelo. *L*. Exaequataque sunt discrimina belli. *Lr*. *v*. *aequiparo*, *aequo*.

exaestuo. Exaestuat acrius ignis. *O*. Fundoque exaestuat imo. *V*. Ima exaestuat

undā vorticibus. *V.* — *Trop.* Mens exaestuat ira. *V.*

exaggero. *v. aggero.*

exagito. *Exagitare feras* etc. O. SY. agitare, vexare, insectari, exercere, jactare, concitare, commovere. O. PH. Tristes praesagia curas Exagitant. *O.* Littora clamor Nauticus exagitat. *H.*

examen. — *Resonant examina quercu.* V. EP. justum, aequum, injustum, iniquum, severum, rigorosum, leve. PH. Audit in exesa stridorem examinis ulmo. *V.* Grajumque examina vatum. *St.* Pullorum examina *Lr.* Positosque vernas, ditis examen domus. *H.* Pendet et examen ramo frondente. *V.* Volant coeloque examina ludunt. *V. v. apes, turba.* — *I. q. trutina.* Jupiter ipse duas aequato examine lances sustinet. *V.* Justo trutinae se examine pendit. *Au.* Longaeque examina vitae. *St.*

examino. *Corruptus judex male verum examinat omnis.* H. SY. perpendere, expendere, ponderare, discutere, exquirere, animo volvere, exagitare, librare. PH. Tempus erat, quo Libra pares examinat horas. *L.* Medias examinat umbras. *Mn.* Advertens pensas examinat herbas. *O.* Quid liceatque, nefasque Fasque sit, inquirant, legumque examina servent. *O. v. expendo.*

exanguis, e. *Diffugimus visu exsangues.* V. SY. pallens, semianimis; mortuus, exanimis. PH. Pallidaque exsangui squalebant corpora morbo. *O. v. pallidus.*

exanimis, e *et* us, a, um. *Tum super exanimum sese projecit amicum.* V. SY. exanimatus, exsanguis. PH. Vultusque exanimes oculosque in morte jacentes. *L.* Exanimis et belli sorte peremtis. *V.* Nec exanimes possunt retinere magistri. *V. v. exanimo, mortuus; anhelus.*

exanimo. *Exanimare homines* etc. Lr. SY. enecare, occidere, perimere, trucidare. PH. Cur me querelis exanimas tuis? *H.* Avidos vicinum funus ut aegros Exanimat. *H.* Tu refugas vires et pectora bello Exanimata reple. *St. v. exanimis; occido.*

exantlo *s.* exanclo. PH. Tot nos ad Trojam bello exantlavimus annos. V. p. ap. Cic.

exardeo. SY. exardescere, inflammari, ardescere, ardere. PH. Aethereoque exarsit sidere limus. *O.* Ilion exarsit. *V.* Exarsere ignes animo, subit ira. *V. v. ardeo.*

exareo. *v. areo.*

exarmo. PH. Pallentes agar exarmatus ad umbras. *St.* Exarmatque ducem. *St.* Nam Medas praelia prima Exarmant. *L.* — *Trop.* Serpentem diro exarmare veneno Doctus. *S.* Hic exarmatum terris cingentibus aequor Clauditur. *Cl. v. inermis.*

exaro. *Ad fratrem scriptis exarat illa notas. O. v. scribo.*

exaspero. PH. Ventorum rabies motis exasperat undis. *O.* Saxoque exasperat ensem. *S. v. acuo, aspero.*

exaudio. PH. Hinc exaudiri gemitus. *V.* Vocesque hominum exaudire videbar. *O.* Vox quoque per lucos vulgo exaudita silentes. *V. v. audio.* Annuere votis. Audire precantem. Votis adesse. Aures praebere precanti. Preces excipere, ratas habere. Precibus non avertere vultum. Verba exaudire precantis. Votis favere rogantis. Postremis annuo votis. Preces tangunt, movent, valent, pondus habent. Vinci precibus. Assentiri oranti. Supplicis exaudit juvenum mitissime, vocem. *O.* Exaudite preces. *L.* Exaudi, si digna precor. *St.* Nullis ille movetur Fletibus, aut ullas tractabilis audit. *V.* Nulli exaudita deorum Vota precesque meae. *V. v. preces.*

excedo. SY. discedere, recedere, abire, aufugere; mori. PH. Patriaque excedere suadet. *V.* Regnis excessit avitis. *V. v. cedo.* — Excediique fidem meritorum summa tuorum. *O. v. supero.*

excello. Compar. cum *Pegaso.* O. P. 4, 7, 51. cum *Lucifero,* O. M. 2, 722. SY. superare, praeterire, exsuperare, supereminere, praestare, eminere, praeminere, antevertere, anteire. PH. Ante alios praestantior omnes. Cycnum excellentem pedibus rapit improbus uncis. *V.* Excellens meritis. *Au.* Omnibus ornatum voluisti excellere rebus. *L.* Victorque viros supereminet omnes. Verum haec tantum alias inter caput extulit urbes, Quantum lenta solent inter viburna cupressi. *V.* E. 1, 26. Micat inter omnes Julium sidus, velut inter ignes Luna minores. *H.* O. 1, 12, 47. Ipse inter primos praestanti corpore Turnus Vertitur arma tenens, et toto vertice supra est. *V.* Quantum ipse feroci Virtute exsuperas, tanto me impensius aequum est Consulere. Cedere nemini. Nil majus generatur ipso, Nec viget quidquam simile aut secundum. *H.* Inter Latias gloria prima nurus. *M.* Quo nihil in terris ad finem solis ab ortu Clarius, excepto Caesare, mundus habet. *O. v. egregius, praesto.*

excelsus. PH. Divus ab excelsa Julius arce videt. *O.* At procul excelso miratus vertice montis. *V. v. altus.*

excerpo. PH. Picenis excerpens semina pomis. *H.* Tu id, quod boni est, excerpis. *Te.* Primum ego me illorum, dederim quibus esse poetis, Excerpam numero. *H.*

excidium. *Hic petit excidiis urbem* etc. V. SY. ruina, struges, clades. PH. Venturam excidio Libyae. *V.* Aderit miserabile luco Excidium. *St. v. cinis, clades.*

excido (*cado*); cidi.—*magnis tamen excidit ausis.* O. PH. Excidit, et misero voxque colorque fugit. *O.* Exciderat puppi. *V.* Saevique dolores Exciderant animo. *V.* Excidit, heu, nomen quam mihi paene tuum! *O.* Excidere haec credam pectore posse tuo? *O.* At non ingenio quaesitum nomen ab aevo Excidet. *V. v. cado, intereo.*

excido. (*caedo*). *Rupibus excidunt, scenis decora alta futuris.* V. SY. secare, exsecare, exscindere, succidere, eradicare, exstirpare, elidere, collidere, destruere. PH. Silvas excidere. *Lr.* Excisurum urbem mi-

nitens. *V.* Abnĕgăt, ĕxcīsā vītām prōdūcĕrĕ Trōjā. *V. v. caedo, diruo, scindo.*

ēxcĭĕo. PH. Excĭĕt fŏrās. *Pl.* Vĭgĭlāntĭbūs ēxcĭtā cūrĭs. *O.* Ingēntĭbūs ēxcĭtā mōnstrĭs. *V.*

ēxcĭo. — *ănĭmās īmīs ēxcīrĕ sĕpūlcrĭs,* V. PH. Quāntās ĭn proelĭă nūnquăm Excīvērĕ mănūs. *L.* Excītūr pĕdĭbūs sŏnĭtūs. *Lr.* Bello ēxcītī rēgēs. *V.* Strātĭs ēxcĭtă jŭvēntūs. *L.* Ut vĭdĕt, ăd nūllōs ēxcīrī pōssĕ tŭmūltūs. *V. v. evoco, excito, voco.*

ēxcĭpĭo. — *gălĕă ēxcĭpĭt ĭctūs.* O. SY. rĕcĭpĕrĕ, ēxtrăhĕrĕ, ēxcēptārĕ; ălĭō dĭctāntĕ scrībĕrĕ, āccĭpĕrĕ. PH. Tūnĭcīsquĕ flŭēntĭbūs Excĭpĭt. *O.* Excĭpĭt hōspĭtĭō jŭvĕnēm. *O.* Excĭpĭs ămplĕxū. *O.* Ejēctūm lĭttŏre, ĕgēntēm Excēpī. *V.* Excĭpĭūnt plausū. *V.* Lānquŏr, ĕt ăncĭllĭs ēxcĭpĭēndă cădō. *O.* Excĭpĕre īnsĭdĭīs. *V.* — *I. q. succedere.* Excĭpĭt aūtŭmnūs, pŏsĭtō fĕrvŏrĕ jŭvēntaē. *O.* — *I. q. respondeo.* Excĭpĭt hūnc Nēssūs. *O.* Tūnc sīc ēxcēpĭt rēgĭă Jūnō. *V.* Excĭpĭt Ŭrănĭē. *V.*

ēxcĭto. *Excĭtăt aūdĭtŏr stŭdĭūm* etc. O. SY. ădhŏrtārī, īncĭtārĕ, āccēndĕrĕ, cōncĭtārĕ, stĭmŭlārĕ, cōmmŏvērĕ; ērĭgĕrĕ; sōlārī, cōnsōlārī; ēxpērgēfăcĕrĕ, sūscĭtārĕ. PH. Sōmnōs pēllĕrĕ, ēxpēllĕrĕ, ābrūmpĕrĕ, ēxcŭtĕrĕ, ēxclūdĕrĕ, ăbĭgĕrĕ. Seū dūctŏr ăd ārmă Excĭtăt. *S.* Vĭgĭlēs sĭmŭl ēxcĭtăt. *V.* Nēc lănguērĕ dĭū pătĭtŭr dŏlŏr: ēxcĭtŏr īllō. *O.* Pŏssūm crĕmātōs ēxcĭtārĕ mōrtŭōs. *H.* Nātĕ, quĭs īndŏmĭtās tāntūs dŏlŏr ēxcĭtăt īrās? *V.* Excĭtăt īnvălĭdās ădmōtō fōmĭtĕ flāmmās. *L.* Et pătĕr Aēnēās ĕt ăvūncŭlŭs ēxcĭtĕt Hēctŏr. *V.* Jŭvăt ēxcĭtātās cōnsĕquī cūrsū fĕrās. *Se. v. arrigo, expergefacio, hortor, resuscito.*

ēxclāmo. SY. prōclāmārĕ, cōnclāmārĕ, vōcĭfĕrārī. PH. Exclāmānt Trōēs mĭsĕrīquĕ Lătīnī. *V.* Tū mĭsĕr ēxclāmās, ŭt Stēntŏră vīncĕrĕ pōssĭs. *I. v. clamo, voco.*

ēxclūdo; ūsī. SY. ārcērĕ, ăbārcērĕ, prŏhĭbērĕ, ēxpēllĕrĕ, ējĭcĕrĕ, rējĭcĕrĕ, rĕpŭdĭārĕ, īmprŏbārĕ. PH. Exclūdĭt sānōs Hĕlĭcōnĕ pŏētas. *H.* Tōtōque ēxclūdĭtĕ coēlō. *St* Exclūsērĕ sŭōs. *St.* Quaē măris ēxtrēmĭs tēllūs ēxclūdĭtŭr ūndĭs. *T.* Nūllūs ĕrăt cūstōs, nūlla ēxclūsūră dŏlēntēs Jānŭă. *T.* Moenĭbūs ēxclūsōs dūro ĭn cērtāmĭnĕ līnquĭt. *V.* Anĭmōque ēxclūsă vŏlūptās. *St.*

ēxcōgĭto. *Excōgĭtāvĭt hŏmŏ sāgāx ĕt āstūtūs.* (scaz.) M. SY. cōgĭtārĕ, mĕdĭtārī, māchĭnārī, fīngĕrĕ, ĭnvĕnīrĕ.

ēxcŏlo; ŭī. SY. cŏlĕrĕ, ēxōrnārĕ, ēxpŏlīrĕ, āccūrārĕ. PH. Invēntās aūt quī vītam ēxcŏlŭērĕ pĕr ārtēs. *V.* Quōrūm dŏctrīnām mōrĭbŭs ēxcŏlŭĭt. *Au. v. colo, orno.*

ēxcŏquo. *Excŏquĭtŭr vĭtĭum, ătque ēxsūdăt ĭnūtĭlĭs hūmŏr.* PH. Dūrĭŏr ēt fērrō, quŏd Nōrĭcŭs ēxcŏquĭt īgnĭs. *O.* Excŏquĭtŭr flāmmĭs scŏpŭlŭs. *S.* Tērrām sōl ēxcŏquĭt. *Lr.* Omnĭă pūrgăt ĕdāx īgnĭs, vĭtĭūmquĕ mĕtāllĭs Excŏquĭt. *O. excedo, purgo.*

ēxcŏrĭo. PH. Ōssă pēllĕ ēxŭērĕ, nūdārĕ, spŏlĭārĕ. Pēllem ōssĭbŭs ēxtrăhĕrĕ, ērĭpĕrĕ, dētrăhĕrĕ, ădĭmĕrĕ. Pēllĭs cōstĭs dētrāctă fĕrārūm. Tērgŏră dīrĭpĭūnt cōstĭs ĕt vīscĕră nūdānt. *V.* Descr. *O.* M. 6, 386 sqq.

ēxcŏrs, ŏrdĭs. *v. amens, stultus.*

ēxcrĕmēntūm. *Excrēmēntă mănūs* etc. *Lr.*

ēxcrēsco. PH. Cōllĕ tŭmēt mŏdĭcō lēnīque ēxcrēvĭt ĭn ăltūm Pīnguĕ sŏlūm tŭmŭlō. *L.* Excrētōs prŏhĭbēnt ā mātrĭbŭs hoēdōs. *V. v. adolesco, cresco.*

ēxcrŭcĭo. *Quārē jām tē cūr ămplĭūs ēxcrŭcĭēs.* C. SY. crŭcĭārĕ, tŏrquērĕ, vēxārĕ, āngĕrĕ, cōnfĭcĕrĕ. PH. Frīgŭs ĕnĭm nūdōs sĭnĕ pēllĭbŭs ēxcrŭcĭābăt. *Lr. v. crucio, discrucio.*

ēxcŭbĭaē. *Intĕrĕā vĭgĭlum ēxcŭbĭīs ōbsīdĕrĕ pōrtās.* V. SY. cūstōdēs. EP. pērvĭgĭlēs, nōctūrnaē, mūrālēs, āttēntaē, sōllĭcĭtaē, fĭdēlēs, īmpăvĭdaē, īnsōmnēs, fĭdaē, mădēntēs vīnō. PH. In stătĭōnĕ mănēbānt Excŭbĭaē. Nōn sīc ēxcŭbĭaē, nēc cīrcūmstāntĭă pīlă, Quām tūtātŭr ămŏr. *Cl.* Tūtūmquĕ rĕmōtĭs Excŭbĭīs Rhēnūm sōlō tērrōrĕ rĕlīnquūnt. *Cl.* Illĕ pĕr ēxcŭbĭās cūstōdūm lēnĭtĕr īrĕ Mōnstrăt. *O.* Vīnōquĕ mădēntēs Excŭbĭaē. *V.* Vĭgĭlūm cănūm Trīstēs ēxcŭbĭaē *H. v. custodio, custos, vigilo.*

ēxcŭbĭtŏr. *Excŭbĭtōrquĕ dĭēm cāntū praēdīxĕrĭt ălēs.* V. Mor.

ēxcŭbo. *Cērbĕrŭs aērātās ēxcŭbăt āntĕ fŏrēs.* T. SY. vĭgĭlārĕ, ēxcŭbĭās ăgĕrĕ, ĭn ēxcŭbĭīs ēssĕ. PH. Vēstĭbŭlum īnsōmnēs vērsānt. *V.* Omnĭs pĕr mūrōs lĕgĭō sōrtītă pĕrīclūm Excŭbăt ēxērcētquĕ vĭcēs. *V.* Vĭgĭl sērvăt cūstōdĭă mūrōs. Pōrtām stătĭōnĕ tŭērī. *V.* Sūccēdūnt sērvāntquĕ vĭcēs. *V.* Excŭbŭī claūsām, sērvŭs ŭt, āntĕ dŏmūm. *T.* Fŏrĭbūsquĕ pŏtēntūm Excŭbăt Ambĭtĭō. *Cl. v. vigilo.*

ēxcūdo; ūdī, ūsum. *Excūdēnt ălĭī spīrāntĭă mōllĭŭs aēră.* V. SY. cūdĕrĕ, prōcūdĕrĕ; cōmpōnĕrĕ, ēlūcŭbrārĕ; ēlĭcĕrĕ, ēxcŭtĕrĕ, ēxtūndĕrĕ. PH. Ac sĭlĭcĭs vēnĭs ābstrūsum ēxcūdĕrĕt īgnēm. *V.* Scīntĭllam ēxcūdĭt Achātēs. *V.* Prīmī glădĭōs ēxcūdĕrĕ fābrī. *I.* Excūdēns ănĭmō sīngŭlă dĭctă sŭō. *O. v. cudo, fabrico, procudo.*

ēxcūrro. PH. Trĭbŭs haēc ēxcūrrĭt ĭn aēquŏră līnguĭs. *O.* Urbs īmpōstă jŭgō, prōnūmque ēxcūrrĭt ĭn aēquŏr. *S.* Innūmĕrĭs vĭdĕt ēxcūrsārĕ lătēbrĭs. *St. v. curro.*

ēxcūrsŭs, ūs. PH. Excūrsūsquĕ brĕvēs tēntānt. *V.* Mīlēs ĭn ăgrōs-ēxcūrsĭbŭs ībăt. *V.*

ēxcūsābĭlĭs. *Quŏd nĭsĭ dēlĭctī pārs ēxcūsābĭlĭs ēssĕt.* O.

ēxcūso. *Quā pŏtēs, ēxcūsā, nēc ămīcī dēsĕrĕ caūsām.* O. PH. Crīmĭnĕ cūlpā pūrgārĕ, lībĕrārĕ, ēxĭmĕrĕ. Crīmēn dīlŭĕrĕ, rĕmŏvērĕ. A cūlpā ēxĭmĕrĕ. Dā vĕnĭām, nĭmĭōque īgnōscĕ dŏlōrī. Cūlpām praētēxĭt hŏnēstō Nōmĭnĕ. *V.* Prŏpūlsārĕ, rĕfēllĕrĕ cūlpam; ăbstērgĕrĕ lăbēm. Excūsās crīmēn lăcrўmĭs, spĕcĭōsăquĕ nōmĭnă cūlpaē Impōnĭs. *St.* Vērba ēxcūsāntĭă dīcĭt. *O.* Nōn ĕgŏ mēndōsōs aūsĭm dēfēndĕrĕ mōrēs. *O.* Mūltă quĭdēm dīxī, quĭbŭs ēxcūsātŭs ăbīrēm. *H.* Nīl tămĕn ēst scrīptĭs măgĭs ēxcūsābĭlĕ nō-

strīs. Īllĕ nĭhĭl cōntrā; nĕque ĕnĭm dēfēndĕrĕ vērbīs Tālĭă făctă pŏtēst. *O.* Sūprēmă pĕrīcŭlă cūlpae Dānt vĕnĭăm. *Cl.* Sī quă mĕīs fŭĕrīnt, ŭt ĕrūnt, vĭtĭōsă lĭbēllīs, Excūsātă sŭō tēmpŏrĕ, lēctŏr hăbē. *O.* Excūsātum hăbĕās mē, rŏgŏ; coenŏ dŏmī. *M.* Excūsātūrōs nōn sōllĭcĭtēmŭs ămīcōs. *O.* *v. venia.*

ēxcŭtĭo; ūssī, ūssum. *Ēxcŭtĭăt Teŭcrōs vāllō*, etc. V. SY. dīscŭtĕrĕ, ăgĭtārĕ, quāssārĕ, quătĕrĕ, dējĭcĕrĕ; ēlĭcĕrĕ, ēxcūdĕrĕ, ēxplōrārĕ, pērquīrĕrĕ. PH. Saūcĭŭs hīrsūtīs ăvĭdūm dē crīnĭbŭs īgnĕm Excŭtĭt. *O.* Dĭgĭtīs ēxcŭtĭēndŭs ĕrĭt. *O.* Moenĭă fūndō Excŭtĭăm. *St.* Caēsărĭem ēxcūssĭt. *O.* Fūlmēn rĕdūctă Pāllăs ēxcūssĭt mănū. *Sc.* Taūrŭs ĕt īncērtam ēxcūssĭt cērvīcĕ sĕcūrĭm. *V.* Excŭtĭmūr cūrsu ēt caēcīs ērrāmŭs ĭn ūndīs. *V.* Excŭtĕ cōrdĕ mĕtūm. *O.* Excūssă lăcērtīs Lāncĕă. *L.* Nūllīquĕ tŭmūltūs Excūssērĕ vĭrīs mēntēs ăd sūmmă părātās. *L.* Excŭtĭtūr tērrōrĕ quĭēs. *O.* Sī vērum ēxcŭtĭās. *I.* Excūssūs prōprĭīs. *H.* Hīs ēxcūssa īncēptă mĭnīs. *S.*

ēxecrŏr. *Ēt tērram ăltrīcēm saēvi ēxsēcrāmŭr Ŭlyssīs.* V. Formulae exsecrandi: *T.* 4, 3, 6. *P.* 2, 29, 12. 4, 3, 19. 2, 8, 31. *O.* M. 8, 97. *O.* Am. 1, 8 extr. *V.* A. 4, 628. SY. dētēstārī, ăbhŏrrērĕ, ăbōmĭnārī, dāmnārĕ, fŭgĕrĕ, hŏrrērĕ, ōdīssĕ, ēxhŏrrēscĕrĕ, pĕrhŏrrēscĕrĕ, dēvŏvērĕ. PH. Căpĭtī ălĭcŭjūs dīră, mălă, prĕcārī, īmprĕcārī, ōptārĕ; ēxĭtĭūm īmprĕcārī. Dīrīs ŏnĕrārĕ, ăgĕrĕ. *H.* Lĭcĕt ēxĕcrērĕ, mĕūmquĕ Dēvŏvĕās sĭnĕ fīnĕ căpūt. *O.* Vērba ēxĕcrāntĭă līnguă Edĭdĭt. *O.* Vīdi ēxĕcrāndūm rēgĭaē caēdīs nĕfās. *Se. v. abominor, imprecor.*

ēxĕdo; ēdī. *Sīvĕ cālēns fēbrīs jāctātōs ēxĕdĭt ărtūs.* Ser. SY. ĕdĕrĕ, ăbsūmĕrĕ, rōdĕrĕ, cōrrōdĕrĕ, cōnsūmĕrĕ, cōnfĭcĕrĕ. PH. Sīlvās ēxĕdĕrăt ārdŏr Flāmmĕŭs. *Lr.* Mŏnŭmēntă vĕtūstās Ēxĕdĭt. O. Mōrs lēntă jăcēntĭs Exēdĭt jŭvĕnīlĕ dĕcūs. *St.* Mĭsĕrābĭlĕ tūrpēs Exĕdĕrĕ căpūt tĭnĕaē. *Cl.* Quēm vŏlŭcrēs lăcĕrānt ātque ēxēst ānxĭŭs ārdŏr. *Lr.* Quām pĕnĭtūs moēstās ēxĕdĭt cūră mĕdūllās! *C.* Exēsa īnvĕnĭēnt scăbrā rūbīgĭnĕ pīlă. *V.* Exēsām cūrīs. *Va.*

ēxēmplăr. *Ŭtĭlĕ prōpŏsŭĭt nōbīs ēxēmplăr, Ŭlyssēm.* H. SY. ēxēmplŭm, īmāgo, spĕcĭēs. EP. ūtĭlĕ, ĭmĭtābĭlĕ, vērŭm, laūdābĭlĕ, īllaūdābĭlĕ, lībĕrālĕ, tūrpĕ. PH. Dēcĭpĭt ēxēmplăr vĭtĭīs īmĭtābĭlĕ. *H.* Vōs ēxēmplārĭă Graēcă Nōctūrnā vērsātĕ mănū, vērsātĕ dĭūrnā. *H.* Nātūmque ēxēmplăr hăbētō. *Cl.* Rērūm māgnārŭm pārvă pŏtēst rēs Exēmplārĕ dărĕ. *Lr.*

ēxēmplŭm. PH. Aēquum ēst Īmpĕrĭŭm, cūm rēx, quŏd jŭbĕt, īpsĕ făcĭt. *Sann.* Sīc ăgĭtūr cēnsūra, ēt sīc ēxēmplă părāntŭr, Cūm jūdēx, ălĭōs quŏd mŏnĕt, īpsĕ făcĭt. *O.* Fēlīx, quīcūnquĕ dŏlōrĕ Āltĕrĭūs dīscēs pōssĕ cărērĕ tŭō. *T.* Cĭtĭŭs nōs Cōrrūmpūnt vĭtĭōrum ēxēmplă dŏmēstĭcă, māgnīs Cūm sŭbĕūnt ănĭmōs aūctōrĭbŭs. *I.* Scīlĭcĕt īn vūlgūs mānānt ēxēmplă rĕgēntŭm. *Cl.* Hŏmĭnūmque ēxēmplă mănēmŭs. *O.* Ītĕ pĕr ēxēmplŭm, gĕnŭs ō mōrtālĕ, dĕōrŭm. *O.* Nōn ĕrĭt ūllŭm Exēmplum īn nōstrō tām dētēstābĭlĕ sēxū. *I.* Haēc ēxēmplă dăbăt. *Cl.* Mōnstrăt tŏlĕrārĕ lăbōrēs, Nōn jŭbĕt. *Cl.* Tĕnĕrōs ănĭmōs ălĭēna ŏpprŏbrĭă saēpĕ Absterrēnt vĭtĭīs. *H.* Nē sīm spērnēndă fŭtūrīs, Exēmplō căvĕō. *O.* Descr. *St.*

ēxĕo; īvī et ĭī. SY. ēgrĕdī, ābscēdĕrĕ, dīscēdĕrĕ. PH. Excēssēre ădўtīs ōmnēs. *V.* Lūcōque ābscēdĕ vĕrēndō. *V.* Tēctă rĕlīnquĕrĕ. Līmĭnă rĕlīnquĕrĕ. Ēffērrĕ grēssŭm. Prōdīrĕ tēctīs. Exībĭt quām saēpĕ, tĭmē. *T.* Sīn aūtem ād pūgnam ēxĭĕrīnt. *V.* Pōrtīs sēse ēxtŭlĭt īngēns. *V.* Mēne ēffērrĕ pĕdēm, gĕnĭtŏr, tē pōssĕ rĕlīctō Spērāstī? *V.* Prŏcŭl, ō, prŏcŭl ēstĕ, prŏfānī, Cōnclāmăt vātēs, tōtōque ăbsīstĭtĕ lūcō. *V.* Agmĭnă sē fūndūnt pōrtīs. *V.* Quŏtĭēs dē līmĭnĕ mŏvĕrăt ūnŭm Prōtŭlĕrātquĕ pĕdēm. *I.* Tārdō Lūcĭfĕr ēxĭt ĕquō. *O.* Vīm vīrĭbŭs ēxĭt. *V. v. abeo.*

ēxĕquĭaē. *Praēclārīquĕ dŏcēnt fūnĕrĭs ēxĕquĭaē.* O. SY. fērālĭă, sĕpūltūră, hŭmātĭo. PH. Exĕquĭālĭs, fūnĕbrĭs hŏnŏr. Fūnĕrĭs ātră dĭēs. Sōlvĕrĕ, pērsōlvĕrĕ, pĕrăgĕrĕ jūstă ălĭcŭī. Exstīnctūm sūprēmo ēffērrĕ hŏnōrĕ. Mūltō plānctū cŏmĭtārī fūnŭs. At pĭŭs ēxĕquĭīs Aēnēās rītĕ sŏlūtīs. *V.* Nĕc ĕrĭt, quī lūgĕăt, ūllŭs, Nĕc quī dĕt moēstās mūnŭs ĭn ēxĕquĭās. *T.* Exĕquĭās rēctŏr lăcrўmīs dūcēbăt ŏbōrtīs. *V.* Exĕquĭās ēt dōnă mălaē fērālĭă pōmpaē. *St.* Exĕquĭās ītĕ frĕquēntĕr, ăvēs. *O.* Offĭcĭŭm părēns Nātō sūprēmŭm rĕddŏ. *Se.* Jūstă ēxsĕquĭālĭă. *St.* Et nūnc, heū, quaē dīgnă tĭbī sōlēmnĭă, quāsvĕ Lārgĭăr ēxĕquĭās? *St. v. funus.*

ēxĕquĭālĭs. *Cārmĭnă jām mŏrĭēns cănĭt ēxĕquĭālĭă cўcnŭs.* O.

ēxĕquŏr. *Īmpĕrĭŭm cĕlĕr ēxĕquĭtŭr* etc. S. SY. pērfĭcĕrĕ, cōnfĭcĕrĕ, pĕrăgĕrĕ, ābsōlvĕrĕ, fīnīrĕ. PH. Hōc tămĕn ūnŭm, Exĕquĕre, Annă, mĭhī. *O.* Prŏpĕre ēxĕquĭtŭr praēcēptă Sĭbўllaē. *V.* Omnĭă vōtă tămēn sōlēmnēsque ōrdĭnĕ pōmpās Exĕquĕrĕr. *V.* Aērĭī mēllīs coēlēstĭă dōnă Exĕquăr *V.*

ēxērcĕo. *Rūra ēxērcĕrĕ bŏbŭs*, pro *colere* *V.* A. 10, 141. *H.* E. 2, 3. SY. fătīgārĕ, vēxārĕ, āngĕrĕ, ēxăgĭtārĕ. PH. Nōctēsquĕ dĭēsque ĭn ălĭquā rē cōntĕrĕrĕ. Ēst tōtŭs ĭn īllō. Hōc sēcŭm cōgĭtăt ūnŭm. Hōc ăgĭtăt sōlŭm. Stŭdĭa ēxērcērĕ Dĭānaē. *H.* Exērcērĕ tŏgātaē Mūnĕră mīlĭtĭaē. *O.* Quām scĭt quīsquĕ, lĭbēns, cēnsebo, ēxērcĕăt ārtēm. *H.* Sērōs ēxērcēt nōctŭă cāntūs. *V.* Pŭĕrīlēs Exērcēre ăcĭēs. *I.* Exērcērĕ sōlūm prēssō sŭb vōmĕrĕ. *V.* Exērcĕt ărānĕă tēlās. *O.* Exērcēnt pātrĭās ŏlĕō lābēntĕ pălaēstrās. *V.* Armă jŭvēntūs Exērcĕt. *V.* Dēbĭtă Trōjānīs ēxērcēt spīcŭlă fātīs. *O.* Ut pōssīnt sōlĕ rĕdūctō Exērcērĕ dĭēm. *V.* Strēnŭă nōs ēxērcĕt īnērtĭă. *H.* Vărĭōque ēxērcĭtă mōtū Cōrpŏră. *L.* Ilĭăcīs ēxērcĭtĕ fātīs. *V.* Cūrīs ēxērcĭtă cōrpŏră sōmnŭs Occŭpăt. *V.* Advērsīs prōbĭtās ēxērcĭtă rēbŭs. *O.* Fămŭlāsque ăd lūmĭnă lōngō Exērcēt pēnsō. *V.* Fēr-

rum ĕxĕrcēbānt vāstō Cyclōpĕs ĭn āntrō. *V.* Exĕrcĭtātās aŭt pĕtĭt Syrtēs nŏtō. *H.*

ĕxĕrcĭtŭs, ūs. — *Dŏlŏpūmque ĕxĕrcĭtŭs ŏmnĭs.* V. SY. ăcĭēs, cŏhōrs, tūrmă, phălānx, āgmĕn, cătērvă, mănŭs. EP. īnfēstŭs, fōrtĭs, nŭmĕrōsŭs, hōrrēndŭs, trĕmēndŭs, dūrŭs, saevŭs, mĭnāx, crŭēntŭs, tĕrrĭfĭcŭs, ĭnĭmīcŭs, pŏtēns, vălĭdŭs, fŭlgēns, cŏrŭscāns, ācrĕ, frĕmĕbūndŭs, fŭrĭbūndŭs. PH. Cāmpīs ĕxĕrcĭtŭs ībăt ăpērtīs. *V.* Fērvĕt crīstātīs ĕxĕrcĭtŭs ūndĭquĕ tūrmīs. *Cl.* Rŭĭt vărĭīs ĕxĕrcĭtŭs ārmīs. Flōrēntēs aĕrĕ cătērvaē. Plēnīs ăcĭēs dēnsātă mănĭplīs. Jām gălĕīs dēnsīsquĕ vĭrûm sĕgĕs hōrrŭĭt ārmīs. *V.* Cōncĭtārĕ, vŏcārĕ, sŭscĭtārĕ ĭn ārmă, cōgĕrĕ ăd ārmă vĭrōs. Glŏmĕrārĕ mănŭm vĭrōrŭm. Tōtāmquĕ sŭb ārmă cŏāctăm Hēspĕrĭăm. *V.* Advērsō glŏmĕrāti ĕx ōrdĭnĕ Grājī. *V.* Tūrbātī cūnctī lăbĕfāctăquĕ tūrbă tŭmūltū. *V.* Tŏt sŭbĭtō pĕdĭtēs, ĕquĭtŭm tŏt cōnspĭcĭt ālās. *Cl.* Pŭgnācēs ĕquĭtŭm tūrmaē pĕdĭtŭmquĕ cătērvaē. Dēnsīs ăcĭēs stīpātă cătērvīs. *V.* Quŭm lōngă cŏhōrtēs Explĭcŭĭt lĕgĭō. *V.* Utrīnquĕ phălāngēs stānt dēnsaē strīctīsquĕ sĕgĕs mūcrōnĭbŭs hōrrĕt. *V.* Bēllī cērtāmĭnă māgnă tŭērī Pēr cāmpōs īnstrūctă. *Lr.* Acĭēs stĕtĭt āgmĭnĕ cērtō. *V.* Dānŭbĭī tōtaē vŏmĕrēnt cŭm praēlĭă rīpaē. *Cl.* Descr. *Cl.* L. St. 2, 138 sqq. *v. acies, agmen, cohors.*

ĕxĕro. *Exĕrĕ nŭnc dŏctōs* etc. Cl. SY. ēdūcĕrĕ. PH. Tū nāntī prōtēndĕ mănŭm, tū, Pīsŏ, lătēntĕm Exĕrĕ. *L.* Māgnīs căpŭt ūrbĭbŭs āltē Exĕrĭt. *S.* Ensĭbŭs ĕxērtīs bēllĭcă laētă Dĕa ēst. *O.* Altĭŭs hūmānīs ĕxĕrŭīssĕ căpŭt. *O.* Prīmŭs ăb Ōcĕănō căpŭt ĕxsĕrĭs Atlāntēō. *L. v. edo, promo, tollo.*

ēxhālo. — *saevāmque ēxhālăt ŏpācă Mĕphītĭm.* V. SY. ēmĭttĕrĕ, ēffūndĕrĕ, spīrārĕ, hālārĕ, ēdōrmīrĕ; mŏrī. PH. Exhālāntŭr hŭmō nĕbŭlaē. *O.* Exhālāns sŭb vŭlnĕrĕ vītăm. *O.* Hīc īllīc, ŭbĭ mōrs dēprēndĕrăt, ēxhālāntēs. *O.*

ēxhaūrĭo. *Exhausti* sunt afflicti, A. 1, 599. *Exhaurire labores,* i. e. finire, Geo. 4, 427. SY. haūrīrĕ, văcŭārĕ, ēvăcŭārĕ ēbĭbĕrĕ, ēxsĭccārĕ. PH. Exhaūrīrĕ mĭnās. *St.* Exhaūstī sōlĭbŭs āmnēs. *St.* Exhaūstă pĕrīcŭlă saēpĕ Cōmmĕmŏrārĕ jŭvăt. *O.* Pārs ēst ēxhaūstă lăbōrĭs. *O.* Exhaūsĭt tōtās dēlēctŭs Athēnās. *L.* Exhaūsĭt cīvĭbŭs ūrbĕm. Nōn plūs Cārthāgō tŭlĭt ēxhaūsĭtquĕ lăbōrĭs. *S.* Nōn mĭnŭs ēxhaūstō, quŏd sŭpĕrābĭt, ĕrĭt. *O.* Exhaūstōs ĭtĕrārĕ lăbōrēs. *St.*

ēxhĭbĕo. *Exhĭbĕānt vūltŭs nŏxquĕ dĭēsquĕ tŭŏs.* O. SY. prōfērrĕ, ŏstēndĕrĕ, prōdĕrĕ, ēdĕrĕ, ŏstēntārĕ, mōnstrārĕ dēmōnstrārĕ. PH. Bărbărĭaē tūtās ēxhĭbŭīssĕ vĭās. *O.* Exhĭbŭīt lĭnguăm scĕlĕrātă pătērnăm. *O.* Exhĭbŭīt quĕrŭlōs ōrĕ gĕmēntĕ sŏnōs. *O.* Prōmīssăquĕ postquăm Exhĭbŭērĕ fĭdĕm. *O.* Exhĭbĭtŭs tōtă tĭbĭ, Caēsăr, ărēnă. *M.*

ēxhĭlăro. *Exhĭlărēnt ĭpsōs gaūdĭă nōstră dĕōs.* M. PH. Părĕrĕ, āffērrĕ laetitiam; āffĭcĕrĕ, pērfūndĕrĕ gaūdĭō. Dēlēctāmēntŭm, ōblēctātĭōnĕm cōncĭlĭārĕ. Dēlēnīrĕ vŏlūptātĕ. *v. hilaro, recreo.*

ēxhōrrĕo. PH. Exhōrrŭĭt aēquŏrĭs īnstăr. *O.* Gĕmĭnōs ēxhōrrŭĭt ănguēs. *v. horreo, timeo.*

ēxhōrtŏr. *v. hortor.*

ĕxĭgo; ēgī. — *pĕr cōstās ĕxĭgĭt ēnsĕm.* V. SY. pĕtĕrĕ, pōscĕrĕ, rĕpōscĕrĕ; ēxclūdĕrĕ, ējĭcĕrĕ, ēxpēllĕrĕ; pĕrăgĕrĕ, ăbsŏlvĕrĕ, cōnfĭcĕrĕ. PH. Pūgnās ĕt ĕxāctōs tўrānnōs. *H.* Exĭgĭt ĭmbĕr Nārĕ săgāx dē cōllĕ fĕrās. *S.* Admīssās ĕxĭgĭt Hēbrŭs ăquās. *O.* Vălĭdŭm nāmque ĕxĭgĭt ēnsĕm Pēr mĕdĭum Aēnēās jŭvĕnĕm. *V.* Fērrōquĕ mŏrāntēs Exĭgĕre hĭnc ănĭmās. *Va.* Nōn fŭrŏr Cīvĭlĭs aŭt vīs ĕxĭgĕt ōtĭŭm. *H.* — Aēstŭs ĕrăt, mĕdĭămquĕ dĭēs ĕxēgĕrăt hōrăm. *O.* Stŭdĭīs vīrīlĭbŭs aēvŭm Exĭgĭt. *O.* Jāmque ŏpŭs ĕxēgī. *O.* Exēgī mŏnŭmĕntum aērĕ pĕrēnnĭŭs. *H.* Exāctō cōntēntŭs tĕmpŏrĕ vītaē. *H.* Exāctīs mēnsĭbŭs. *V.* Nīl ĕxāctĭŭs ērŭdĭtĭūsquĕ. *M.* Exĭgĭs, ŭt pĕrĕăt. *O.* Poēnās ĕxēgĭt Orēstēs. *Cl.* Dŭm nōstrās lĕgĭs ĕxĭgĭsquĕ nūgās. *M.*

ĕxĭgŭŭs. *Exĭgŭī nŭmĕrō, sĕd bēllō vīvĭdă vīrtŭs.* V. SY. ĕxīlĭs, pārvŭs, tĕnŭĭs, grăcĭlĭs. PH. Exĭgŭō mūrmŭrĕ vērbă lŏquī. *O.* Saēpĕ, sĕd ĕxĭgŭīs haūstĭbŭs, īndĕ bĭbī. O. Dē frātrŭm tūrbā pārs ĕxĭgŭīssĭmă rĕstăs. *O.* Exĭgŭīs ĕquĭtārĕ cāmpīs. *H.* Pūlvĕrĭs ĕxĭgŭī jăctū. *V.* Exĭgŭō tĕmpŏrĕ lībĕr ĕrĭs. *O.* Exĭgŭūsque ănĭmī. *Cl.* Exĭgŭūm plēnō dē mărĕ dēmăt ăquaē. *O.* Exĭgŭōque ăssuētă jŭvēntŭs. *V.*

ĕxĭlĭo. *Agrēstēm pĕpŭlērĕ, dŏmō lĕvĭs ēxsĭlĭt: īndĕ.* H. SY. sălīrĕ, prōsĭlīrĕ, ēmĭcārĕ PH. Ad sŭpĕrōs vŏlŭcĕr dĕŭs ēxsĭlĭt. *St.* Sĕd cūrĭa ĕt īpsī Exsĭlŭērĕ pătrēs. *L. v. salio.*

ĕxīlĭs. *Et dŏmŭs ĕxīlĭs Plūtōnĭă* etc. H. SY. pārvŭs, tĕnŭĭs, ĕxĭgŭŭs, grăcĭlĭs, măcĕr. PH. Exīlĭs dŏmŭs ēst, ŭbĭ nōn ĕt mūltă sŭpērsūnt. *H.*

ĕxĭlĭŭm. *Exsĭlĭōquĕ dŏmōs ĕt dūlcĭă līmĭnă mūtānt.* V. EP. dūrŭm, lōngŭm, mĭsĕrŭm, flēbĭlĕ, ăcērbŭm, văgŭm, tūrpĕ, īnfēlīx, īnfaūstŭm, lānguĭdŭm, ămārŭm, moēstŭm, īnfāmĕ, ānxĭŭm, sōllĭcĭtŭm, quĕrŭlŭm, taēdĭōsŭm, lībĕrŭm, trīstĕ, lūgŭbrĕ, fūnēstŭm. PH. Nōs pătrĭaē fīnēs ĕt dūlcĭă līnquĭmŭs ārvă. *V.* Lōngă tĭbi ĕxsĭlĭă, ĕt vāstŭm mărĭs aēquŏr ărāndŭm. Dīvērsă ĕxsĭlĭă ĕt dīvērsās quaērĕrĕ tērrās. *V.* Aŭgŭrĭīs ăgĭmŭr Dīvûm. *V.* Adĭmĕrĕ pătrĭam. Prŏhĭbērĕ pătrĭă. Mītĭŭs ĕxĭlĭŭm făcĭūnt lŏcă. *V.* Nātăm Sŭstŭlĭt ĕxĭlĭō cŏmĭtĕm. *V.* Nōs pătrĭă ămīssă dŏmĭnīs părĕrĕ sŭpērbīs Cōgĭmŭr. Nĕmŏrīquĕ rĕlēgăt, Sōlŭs ŭbi īn sīlvīs Itălīs īgnōbĭlĭs aēvŭm Exĭgĕrĕt. *V.* Tē jŭbĕt ā pătrĭă lōngē dīscēdĕrĕ Caēsăr. *O.* Pătrĭăque ēxcēdĕrĕ suādĕt. *V. v. exul, exulo.*

ĕxĭmĭŭs. *Quāttŭŏr ĕxĭmĭōs praēstāntī cōrpŏrĕ taūrōs.* V. (Eximius *animi St.* S. 2, 6, 97. eximius animam *servare* sub undis *L.* 3, 697.) SY. ēgrĕgĭŭs, ēxcēllēns, praēclārŭs, īnsīgnĭs, nōbĭlĭs. PH. Exĭmĭīs pōmpīs praēcōnĭă sūmmă trĭūmphī. *O.* In pūgna ĕxĭmĭŭs. *L.* Exĭmĭaē laūdēs. *C.*

ĕxĭmo; ēmī. *Nūllă dĭēs ŭnquăm mĕmŏrī vōs ĕxĭmĕt aēvō.* V. SY. lībĕrārĕ, sōlvĕrĕ, ēxpĕdīrĕ, ērĭpĕrĕ, aūfērrĕ. PH. Nīrĕă nōn făcĭēs, nōn vīs ēxēmĭt Achĭllĕm. *P.* Et jăm paēnĕ dŭās, dŭm quaērĭtŭr, ēxĭmĭt hōrās. *Clp.* Exĭmĭt īpsă dĭēs ōmnēs dē cōrpŏrĕ mēndās. *O.* Exĭmĕ nōs scĕlĕrī. *Va.* Exĭmăr ŭt Scȳthĭcī dē fĕrĭtātĕ lŏcī, *O.*

ēxĭn. *Exĭn bēllă vĭrō mĕmŏrăt* etc. V. PH. Exĭn cāndĭdă sē rădĭīs dĕdĭt ĭctă fŏrās lūx. *Enn. v. exinde.*

ēxĭndĕ. *Quĭsquĕ sŭōs pătĭmŭr mānēs, ēxindĕ pĕr āmplŭm.* V. SY. deīn, deīndĕ, hinc. PH. Exīndĕ pĕr aūrās. *Lr.*

ēxĭstĭmo. SY. pŭtārĕ, sēntīrĕ, rĕrī, ărbĭtrārī, cēnsērĕ.

ēxĭsto. SY. ēxsŭrgĕrĕ, prōdīrĕ, āppārērĕ, nāscī, ēxŏrīrī, ēssĕ. PH. Exsĭstŭnt mōntēs. *O.* Exĭstĭt tōtō cōrpŏrĕ sūdŏr. *Lr.* Mūltăquĕ nūnc ĕtĭam ēxsĭstŭnt ănĭmālĭă tērrīs. *Lr.* Vīvōs ēxĭstĕrĕ vērmēs Stērcŏrĕ dē tētrō. *Lr.* Pătĕr ēxstĭtĭt hūjŭs. *O.* Jāmquĕ sŭaē cŭpĭēns ēxĭstĕrĕ nūntĭă clādĭs. *O.*

ēxĭtĭābĭlĭs *et* ēxĭtĭālĭs. *Dŭmquĕ mănū tēntăt trăhĕre ēxĭtĭābĭlĕ tēlŭm.* V. — *dōnum ēxĭtĭālĕ Mĭnērvaē.* V. SY. pērnĭcĭōsŭs, pēstĭfĕr, ēxĭtĭōsŭs.

ēxĭtĭōsŭs. *Tū nē quĭd pēccēs, ēxĭtĭōsĕ, vĭdē.* M. *v. exitiabilis.*

ēxĭtĭŭm. *Ūnă dĭēs dăbĭt exĭtĭō* etc. O. SY. clādēs, strāgēs, pērnĭcĭēs, rŭīnă, căpĭtālĕ. PH. Āgrīs Tēmpēstās tŭlĭt ēxĭtĭŭm. Fēmĭnă Trōjaē Āttŭlĭt ēxĭtĭŭm. Exĭtĭŭm mĭsēre ăpĭbŭs. *V.* Exĭtĭŭm Trōjaē, nōstrīque ōrbātŏr, Achĭllēs. *O.* Cuī te ēxĭtĭō fōrtūnă rĕsērvăt? *V.* Praēsēnsquĕ mĭnātŭr Exĭtĭŭm. *V. v. mors, ruina.*

ēxĭtŭs. *Exĭtŭs āctă prŏbăt* etc. *O.* SY. ēgrēssŭs, ăbĭtŭs, dīscēssŭs, rĕcēssŭs; cāsŭs, ēvēntŭs; fīnĭs. EP. hĭlărĭs, prōspĕr, ōptātŭs, trīstĭs, īnfēlix, lūgŭbrĭs. PH. Exĭtŭs Istrī. *V.* ānnī *Lr.* Dătŭr ēxĭtŭs ŭmbrĭs. *V.* Quaē dŭm, păvēntēs, ēxĭtŭs nōtōs pĕtŭnt. *Ph.* — *I. q. mors.* Exĭtŭs īllŭm Ērĭpŭĭt saēvŭs *I.* Hīc ēxĭtŭs īllŭm Sōrtĕ tŭlĭt. *V.* — *Trop.* Dŏcŭĭt pōst ēxĭtŭs īngēns. *V.* Exĭtŭs aūspĭcĭō grăvĭŏr. *O.* Sī vērbă sĕquētŭr Exĭtŭs. *O.* Vōtă hŏnōs dŭcĭt ăd ēxĭtŭs. *H.*

ēxōdĭŭm. *Ūrbĭcŭs ēxōdĭō rīsŭm mŏvĕt Ātēllānaē.* J.

ēxŏdŭs. Gr. ἔξοδος, ἡ.

ēxŏlēsco. *Quăm nūllō săcĕr ēxŏlēscĕt aēvō.* (phal.) St. SY. īnŏlēscĕrĕ, ŏbsŏlēscĕrĕ, āntīquārī. PH. Lĕvĭs ēxŏlētăm mĕmŏrĭam rĕvŏcăt nōtă. *Se.*

ēxŏlvo. SY. sōlvĕrĕ, ēxpĕdīrĕ, lībĕrārĕ. PH. Nēxŭs ēxsōlvĕrĕ pōssĕt. *Lr.* Exsōlvĭt glăcĭēm *Lr.* Sātŭrnŭs mĭhĭ cōmpĕde ēxsŏlūtā. *St.* Mēque hīs ēxsōlvĭtĕ cūrīs. *V.* Exsōlvĭt prōmĭssă. *T.* Lōngămque īmprūdēns ēxsŏlŭīssĕ fĭdēm. *O.* Nūllōs Mĭnȳĭs ēxsōlvĕt hŏnōrēs. *Va. v. solvo.*

ēxŏnĕro. *Pōssĭmŭs īmpŏsĭtīs căpŭt ēxŏnĕrārĕ tĕnĕbrīs.* O. SY. lĕvārĕ, sŭblĕvārĕ, lăxārĕ, rĕlăxārĕ, lībĕrārĕ, ēxĭmĕrĕ, pōndĕră pōnĕrĕ, ēxcŭtĕrĕ, ăbjĭcĕrĕ. Fāscĕ lĕvārĕ. Dēmĕrĕ sărcĭnăm. PH. Exŏnĕrārĕ pĭōs, ŏnĕrārĕ nŏcēntēs. *O.* Dīscĭtĕ jăm plēnōs ēxŏnĕrārĕ cŏlōs. *O.*

ēxōpto. SY. ōptārĕ, pĕrōptārĕ, dēsīdĕrārĕ, vēllĕ. PH. Nēc dūlcēs nātōs ēxōptātŭmquĕ părēntĕm. *O.* Fŭgĭt ēxōptābĭlĕ tēmpŭs. *S. v. opto.*

ēxōrābĭlĭs. — *dĕŭs ēxōrābĭlĭs īlle ēst.* P. SY. făcĭlĭs, haūd dĭffĭcĭlĭs, prŏpĭtĭŭs, bĕnīgnŭs. Haūd īndŏcĭlĭs flēctī, mōllĭs rŏgārī, lēnĭs prĕcĭbŭs. PH. Nūnc māgnī vŏcăt ēxōrābĭlĕ nŭmĕn Caēsărĭs. *O.* Nōn ēxōrābĭlĭs aūrō. *H.* Et ēst, quī vīncī pōssĭt. *H.* Inēxōrābĭlĕ Clōthō Vōlvĭt ŏpŭs. *St.*

ēxōrdĭŏr. SY. ōrdīrī, īncĭpĕrĕ, īnchŏārĕ, aūspĭcārī. PH. Exōrsă fāmaē. *St.*

ēxōrdĭŭm. SY. ēxōrsŭs, prīncĭpĭŭm; coēptă. PH. Cūnctārum ēxōrdĭă rērŭm. *Lr.* Ātquĕ pĕr āmbāgēs ēt lōnga ēxōrsă tĕnēbō. *V.* Quaē prīma ēxōrdĭă sŭmăt. *V.* Sŭă cuīque ēxōrsă lăbōrĕm Fōrtūnāmquĕ fĕrēnt. *V.* Quaē prīma ēxōrdĭă sŭmăm? *V.*

ēxŏrĭŏr. *Exŏrĭāre ălĭquĭs nōstrīs ēx ōssĭbŭs ūltŏr.* V. SY. ŏrīrī, ēgrĕdī, nāscī, ēmērgĕrĕ, ēxsŭrgĕrē. PH. Nēc sĭnĕ tē quĭdquăm dīās īn lūmĭnĭs aūrās Exŏrĭtŭr. *Lr.* Sōl quŏque, ĕt ēxŏrĭēns ēt cŭm sē cōndĕt ĭn ŭndīs. *V.* Exŏrĭtŭr clāmōrquĕ vĭrûm strīdōrquĕ rŭdēntŭm. *V.* Jāmquĕ dĭēs prīmōs bēllī vīsūră tŭmūltūs Exŏrĭtŭr. *L.* Nāmque ălĭīs ălĭŭd praēstāntĭŭs ēxŏrĕrētŭr. *Lr.* In pōrtīs jŭbăre ēxōrtō. *V.*

ēxōrno. SY. ōrnārĕ, ădōrnārĕ, āppărārĕ, īnstrŭĕrĕ. PH. Tōtă lĭcēt vĕtĕrēs ēxōrnēnt ŭndĭquĕ cēraē Ātrĭă. *I.*

ēxōro. *Exōrānt māgnōs cārmĭnă saēpĕ dĕōs.* O. SY. plācārĕ, sēdārĕ, mītĭgārĕ, lēnīrĕ; ōrārĕ, flēctĕrĕ. PH. Exōrāt pācēm dīvûm vīttāsquĕ rĕsōlvĭt. *V.* Sūpplĭcĕ vōcĕ Exōrārĕ dĕŭm. *O.* Nēc dărĕ tūră lĭbēt, nīl ēxōrāntĭă dīvōs. *O.* Nōn ēxōrātĭs ănĭmām fīnīvĭt ĭn ārīs. Exōrāndă tĭbī trĭă sūnt lătrāntĭă cōllă. Nōn ēxōrātō stānt ădămāntĕ vĭaē. *P.* Quōs cōlĭs, ēxōrā sūpplĭcĕ vōcĕ dĕōs. *O. v. adoro, oro, precor.*

ēxōs. *Exōs ēt ēxsānguĭs* etc. L. PH. Exōssātŭs ăgĕr. *Pe.*

ēxōsŭs. — *pūgnās ēxōsă rĕlīnquō.* V. SY. pĕrōsŭs, īnvĭdĭōsŭs, ōffēnsŭs, ŏdĭōsŭs, īnvīsŭs.

ēxōtĭcŭs. — *ŭnguēnta ēxōtĭcă.* (iamb.) Pl.

ēxpāllĕo, ēs *et* ēxpāllēsco, ĭs. PH. Nīl cōnscīrĕ sĭbī, nūlla ēxpāllēscĕrĕ cūlpā. *H.* Hōrrŭĭt īnfēlīx, tōtōque ēxpāllŭĭt ōrĕ. *O.* Ipsĕ mĕtū, fāmŭlŭmque ēxpāllŭĭt ōmnĭs Coētŭs. *St. v. palleo.*

ēxpāndo. SY. pāndĕrĕ, ēxplĭcārĕ, ēxpōnĕrĕ, ăpĕrīrĕ, dīlātārĕ, ēxtēndĕrĕ. PH. Quēm sŭprā rāmōs ēxpāndĭt ăquātĭcă lōtōs. *O.* Et rērŭm nātūram ēxpāndĕrĕ dīctīs. *Lr. v. pando.*

ēxpătĭŏr. PH. Exspătĭātă rŭūnt pĕr ăpērtōs flūmĭnă cāmpōs. *O.* Exspătĭēmŭr ĕquīs. *O. v. ambulo, vagor, spatior.*

ēxpăvēsco *et* ēxpăvĕo; ăvī. *Frātrem*

expavescat frater, et natum parens. (iamb.) Se. SY. timere, metuere, pavere, vereri, horrere, tremere, contremiscere, stupere, stupefieri, obstupescere, animo percelli, in stuporem abire, verti, animo consternari, in admirationem rapi. PH. Nec muliebriter Expavit enses. *H.* Vocesque furoris Expavere sui. *L. v. paveo.*

expectatio. PH. Eratque in terris maxima exspectatio. *Ph.* Funambuli eodem accedens exspectatio. *Te.*

expecto. SY. operiri; manere, cunctari, morari, haerere, sperare, praestolari. PH. Quae tardis mora gressibus obstat? Adductis subsistat habenis. *V.* Parvi temporis adde moram. Seu me tranquilla senectus Expectat. *H.* Meritaeque expectant praemia palmae. *V.* Intenti expectant signum. *V.* Expectem, libeat dum praelia Turno Nostra pati? *V.* Armatique cavis expectant turribus hostem. *V.* Rusticus exspectat, dum defluat amnis. *H.* Tyria Carthagine qui nunc Exspectat. *V.* Haud animo aequo Exspectans comites. *H.* Siste gradum. *V.* Ultima semper Exspectanda dies homini est. *O.* Exspectata dies aderat. *V.* Quibus Hector ab oris Exspectate venis? *V.* Haud exspectato ceciderunt vulnere. *O.* Ante exspectatum tacuit. *O.* Non exspectato subitusque Erumpit. *S. v. desidero, spero.*

expedio. *Institor expediet merces* etc. O. SY. solvere, liberare, eximere, extricare. PH. Non mortis laqueis expedies caput. *H.* Cereremque canistris Expediunt. *V.* Et acuta cuspide contos Expediunt. *V.* Altius omnem Expediam, prima repetens ab origine, famam. *V.* Expediunt dictis. *V.* Ut omnem Expediat morbi causam. *V.* Expedit, esse deas. *O.* Si tamen expedit roganti. *M.* Aptis sarcinulis et expeditis. *C.* Et ultra Terminum curis vagor expeditus. *H.*

expeditio. *Nam quis Persidis expeditionem.* (phal.) Sid. *v. bellum.*

expello; puli. SY. pellere, ejicere, abigere, exigere, dejicere, exterminare, deturbare. PH. Naturam expellas furca, tamen usque recurrit. *H.* Expulerat somnum. *V.* Per vulnera mille Sontem animam expellam. *O.* Postremum expellet vivacior haeres. *H.* Expulit helleboro morbum. *H. v. pello.*

expendo. SY. ponderare, perpendere. PH. Omnes expendere casus. *V.* Scelerum poenas expendimus omnes. *V.* Dignum expendamus pretium. *S.* Scelus expendisse merentem Laocoonta ferunt. *V.*

expensa. PH. Non indecores aeraria lassant Expensae. *Cl. v. impensa, sumptus.*

expergefacio, is. *Expergefactique sequuntur inania saepe. Lr.* PH. Nos saepe sopore Excierant. *Lr.* Nec tibi somnos adimunt. *H.* Orta dies sopitas excitat urbes. *Cl.* Excutiam somnos. *O.* Quis matutinos abrumpet murmure somnos? Expulerant somnos haec mea verba tuos. *O.* Expergefactum caput erigit. *Lr.* Excutitur somno. *V.* Ex somno se colligit ipse. *L.* Somnus ut abscessit. *O.* Ignavus defluxit pectore somnus. *T.* Pulsus et a trepido pectore somnus abit. *C.* Tam cito me somnos destituisse queror. Excutitur terrore quies. *O.* Quis matutinos abrumpet murmure somnos? *St.* Somno non obstrepit auster. *O.* Mali culices ranaeque palustres Avertunt somnos. *H.* Ne blando rota sit molesta somno. *M.* Stantis convicia mandrae Eripient somnum Druso. *I.* Dormire quia me non sinunt cantus tui. *Ph. v. excito, somnus.*

expergo, is *et* expergisco, is. — *Expergi quo possit vis animai.* Lr. *Ut te ipsum serves, non expergisceris. H.* PH. Nec quisquam expergitus exstat. *Lr.* Expergiscere! *Te. v. expergefacio.*

experientia. *Unde nova ingressus hominum experientia cepit.* V. SY. usus. EP. longa, docta, impigra, magistra. PH. Cognita res usu. Res observata colonis. *O.* Rebus si qua fides addenda probatis. *O.* Placet experientia veri. *O.* Apibus quanta experientia parcis! *V* Rerum experientia prudens. *Grat.* At nihil in melius tot rerum proficis usu. *I.* Per varios usus artem experientia fecit, Exemplo monstrante viam. *Mn.* Ipsa novas artes varia experientia rerum, Et labor ostendit miseris, ususque magister Tradidit agricolis. *Col. v. usus.*

experimentum. *Et experimentum cape.* (iamb.) Pr. SY. tentamen.

experior. — *Turnum experiatur in armis.* V. SY. tentare, aggredi; sentire; pati. PH. Nihil inexpertum, intentatum, inausum relinquere. Cuncta prius tentanda. *V.* Quid tentare nocebit? *O.* Tentare Thetin ratibus. Animum tentare precando. *V.* Periclitari omnia. Omnem movere lapidem. Videro, quid experientia possit. Vires suas experiri, metiri. Invitas experiemur aquas. *O.* Vis ergo, inter nos, quid possit uterque vicissim, Experiamur. *V.* Brachia per lusus experienda dabant. *O.* Spe brevius monitus experiere meos. *O.* Tecum aequora, tecum Experiar quascunque vias. *Va.* Vos Cyclopea saxa Experti. *V.* Experto credite. *V.* Di, quos experior nimium constanter iniquos. *O.* Inde genus durum sumus experiensque laborum. *O.* Comes experientis Ulixis. *O.* Expertus vacuum Daedalus aera. *H.* Expertus loquor. *Se.* Jam dextera nobis Experta. *S.* Expertos belli juvenes. *V.* Aestate laborem Experiantur. *V. v. tento.*

expers. SY. rudis, ignarus, inexpertus, inscius; inops, egens. PH. Expers undaeque cibique. *O.* Haud expers virtutis avitae. *V.* Vis consili expers mole ruit sua. *H.* Lumina versarent oculorum expertia somno. *Lr.*

expeto. *Expetitur conjux* etc. V. SY. exoptare, cupere, desiderare. PH. Qui praeter omnes me expetit. *H.* Arma Expetit Aesonides. *Va.* Et expetiti conjugis vultum expetis. *Se. v. opto.*

expilo. *Expilatque genis oculos: facit ira valentem.* O. SY. diripere, spoliare,

capere, auferre, demere, detrahere. PH. Illum expilavit ad lumen suum. *Ph. v. furor.*

expio. SY. piare, purgare, delere. PH. Nondum expiatis uncta cruoribus Arma. *H.* Cui dabit partes scelus expiandi Jupiter? *H. v. pio.*

expiro. *Confixi expirant animas* etc. V. PH. Impositam ruptis flammam exspirare caminis. *V.* Odorem Exspirant acrem. *Lr.* Frons exspirantes praeportat pectoris iras. *C. v. exhalo, spiro.* — *Intrans.* Exspirare foras exireque in auras. *Lr.* — *I. q. morior.* Calcibus atram Tundit humum exspirans. *V.* Atque appetit ore cruento Tellurem exspirans. *V.*

explano. *v. adaequo; explico; laevigo.*

expleo; evi. SY. implere, adimplere, perficere, conficere, peragere; saturare, satiare. PH. Dum scribo, explevi totas ceras quatuor. *Pl.* Tecta frugibus exples. *C.* Quinque orbes explent cursu. *V.* Vacat una Danais; has ego explebo vices. *Se.* Expletur jejuna cupido. *Lr.* Expleri mentem nequit. *V.* Patrias explerit sanguine poenas. *V.* Expletur lacrymis egeriturque dolor. *O.* Flendi expleta voluptas. *St.* Fatales explevimus annos. *V.* Discedam, explebo numerum reddarque tenebris. *V.*

explicitus. *Versibus explicitum est omne duobus opus.* M.

explico. *Explicuit vino contractae seria frontis.* H. SY. promere, pandere, evolvere, exponere, aperire, explanare, interpretari. PH. Explicuit sua victor arma. *H.* Explicuit turmas. *L.* Claudia diffusas ubi porticus explicat umbras. *M.* Explicat ensem. *O.* Explicat orbes Serpens. *O.* Gemmantes explicat alas. *M.* Atria congestos satis explicitura clientes. *St.* Stetit explicito prius agmine pubes. *Va.* Undas Explicat in longum fluvius. *O.* — *Trop.* Per artus fratris explicuit fugam. *Ph.* Quis funera fando Explicet? *V.* Explicet ut causas rapidi Lucretius ignis. *O.* Versibus explicitum est omne duobus opus. *M.* Totam rem ordine pandere. Fert animus caussas tantarum expromere rerum. Te tua fata docebo. Fas mihi, Grajorum sacrata resolvere jura. Arcana retegere, retexere, revelare, prodere. *v. dico, doceo, narro.*

explodo. *Noctem explodentibus aliis.* Lr. — *explosa Arbuscula dixit.* H. SY. plaudere; rejicere, contemnere, spernere. PH. Pars plaudite ergo, pars offensi explodite. *Au. v. plaudo.*

explorator. SY. excubitor, vigil, speculator. PH. Fama fidem missique reportant Exploratores. *V.* Praenuntius affert Explorator eques. *S.* Facis explorator opertae. *St.* Equitum levia arma Praemisit. *V. v. speculator.*

exploro. — *In truncis explorat cornua taurus.* L. SY. inquirere, lustrare, scrutari, rimari, indagare, quaerere. PH. Urbem et fines et litora gentis Diversi explorant. *V.* Dextera motu Coecum iter explorat. *O.* Exire locosque Explorare novos. *V.* Et explorato rege cunctos evocat. *Ph.* Tot explorata per usus. *St. v. experior.*

expolio. *Quare etiam quaedam nunc artes expoliuntur.* Lr. SY. polire, excolere, exornare, erudire. PH. Libellum Arida modo pumice expolitum. *C. v. lima.*

expono; osui. — *vix quarta demum exponimur hora.* H. SY. objicere; expromere; explicare, explanare, declarare. PH. Solvitur atque viros mediis exponit in undis. Exposuit mea me populi fortuna videndum. *O.* Socios de puppibus altis Pontibus exponunt. *V.* Et me Sarmaticis exposuere locis. *O.* Expositis stabat scalis et ponte parato. *V.* Obvia ventorum furiis expostaque porto. *O.* — *Trop.* Exponit, quem petat illa locum. *O.* Versibus exponi tragicis res comica non vult. *H. v. explico.*

exposco. SY. poscere, petere, postulare, rogare, flagitare. PH. Sed votis precibusque jubent exposcere pacem. *V. v. peto.*

expostulo. SY. queri, efflagitare.

exprimo; essi. — *Madidas exprimit imbre comas.* O. SY. elicere; exponere, expandere; effingere, imitari, repraesentare. PH. Exprimitur porro gemitus. *Lr.* Exprimitur per densa foramina succus. *O.* Expressum ventis per nubila fulmen. *Lr.*—*Trop.* Utilitas expressit nomina rerum. *Lr.* Vultus expressi per ahenea signa. *H.* Ungues Exprimet et molles imitabitur aere capillos. *H.*

exprobro. *Est aliqua, ingrato meritum exprobrare, voluptas.* O. Formulae exprobrandi: *O.* H. 12, 133. 6, 41. *V.* A. 4, 595. 12, 229. *P.* 1, 5, 3. 2, 16, 35. SY. objicere, exponere, objectare, opprobrare. PH. Exprobratio immemoris benefici. *Te.*

expromo. *Compellare virum et moestas expromere voces.* V. SY. promere, proferre, depromere. PH. Expromere mente querelas. *C.* Causas expromere rerum. *L. v. explico, expono.*

expugno. SY vincere, superare, debellare, occupare. PH. Me duce Dardanius Spartam expugnabit adulter? *V.* Turris erat, quam summis viribus omnes Expugnare Itali certabant. *V.* Mens expugnata fatiscit. *St.* Expugnantior herba. *O.* Pecoris lupus expugnator opimi. *St.* — *Trop.* Expugnabis, et est, qui vinci possit. *H. v. debello.*

expungo; unxi. SY. delere, tollere, exstinguere, abolere. PH. Volo persolvere, Ut expungatur nomen, ne quid debeam. *Pl. v. deleo.*

expuo, is. PH. Tres habuit dentes, pariter quos exspuit omnes. *M.* Malamque pectore exspui tussim. *C.* Exspuere ex animo rationem. *Lr.*

expurgo. PH. Quae poterunt unquam satis expurgare cicutae? *H. v. purgo.*

exquiro. *Aestibus aut mediis umbrosam exquirere vallem.* V. SY. quaerere, perquirere, scrutari, percontari. PH. Pacemque per aras Exquirunt. *V.* Exquiritque auditque virum monumenta priorum. *V.* Nova

fūrtă pĕr aēquŏr Exquīsītă. *L. v. peto, quaero.*

ēxsānguis etc. *v. in* ēxānguĭs etc.

ēxsōrs, ōrtĭs. SY. ēxpĕrs, cărēns. PH. Dūlcĭs vītae ēxsōrtēs. *V.* Ēxsōrs ĭpsă sĕcāndī. *H.*

ēxspēs. PH. Sī frūctĭs ēnātăt ēxspēs Nāvĭbŭs. *H.* Sōlŭs, ĭnōps, ēxspēs. *O.* Dēcēptŭs ĕt ēxspēs. *Pe. v. despero.*

ēxstĭmŭlo. *Hīs sŏlĭta ēst dictīs ēxstĭmŭlārĕ vĭrūm.* O. SY. stĭmŭlārĕ, ēxcĭtārĕ.

ēxtă. SY. vīscĕră, ĭntēstīnă. EP. pīnguĭă, lūbrĭcă, tŭmĭdă, fūmāntĭă, călēntĭă, mōllĭă, ĭntĭmă, spīrāntĭă, călĭdă, tĕpĭdă, tĕpēntĭă, strīdēntĭă, lūstrālĭă, trĕmēntĭă, fātĭdĭcă, fēlīcĭă, laetă, flōrēntĭă, ĭntĕgrī cŏlōrĭs, trīstĭă, ēxīlĭă, mārcĭdă; līvĭdă, mūtă. PH. Spīrāntĭă cōnsŭlĭt ēxtă. *V.* Vĭdĕn' ūt fēlīcĭbŭs ēxtīs Sīgnĭfĭcēt plăcĭdōs nūntĭă fībră dĕōs. *T.* Olĕūm fūndēns ārdēntĭbŭs ēxtīs. *V.* Pīnguĭăque īn vĕrŭbŭs tŏrrēbĭmŭs ēxtă cŏlūrnīs. *V. v. viscera.*

ēxtēmplō. *Extēmplō tēntāndă fŭgā cănĭt aēquŏră Cālchās.* SY. cōntĭnŭō, prōtĭnŭs, sŭbĭtō, haūd mŏră, rĕpēntĕ, ōcyŭs, cōnfēstim, īlĭcĕt, āctūtūm, stătim, jāmjām, mōx, cĭto, quāmprīmūm, īllĭco.

ēxtēmpŏrālĭs. *Extēmpŏrālĭs fāctŭs ēst mĕŭs rhētŏr.* (Scaz.) M. SY. sŭbĭtŭs, sŭbĭtānĕŭs, rĕpēntīnŭs.

ēxtēndo. SY. tēndĕrĕ, pāndĕrĕ, ēxpāndĕrĕ, dīffūndĕrĕ, pōrrĭgĕrĕ, ēxplĭcārĕ; prōpāgārĕ. PH. Vĭrtūtem ēxtēndĕrĕ fāctīs. *V.* Sē fūlvā mŏrĭbūndum ēxtēndĭt ărēnā. *V.* Fūsŭs hŭmī tōtōque īngēns ēxtēndĭtŭr āntrō. *V.* Extēndĭtŭr ūnā Hōrrĭdă pēr lātōs ăcĭēs Vūlcānĭă cāmpōs. *V.* Illĕ pĕr ēxtēnsūm fūnēm mĭhĭ pōsse vĭdētŭr Irĕ. *H.* In văcŭūm pŏtĕrūnt se ēxtōndĕrĕ rāmī. *V.* Cūrās vĕnĭēntem ēxtēndĭt īn ānnūm. *V.* Tē lōngā stārĕ sĕnēctā Aevūmque ēxtēndīssĕ vĕlim. *S.* Nōmĕn īn ūltĭmās Extēndĕt ōrās. *H.* Vīvĕt ēxtēntō Prōcŭlējŭs aevō. *H.*

ēxtĕnŭo. — *văcŭās prĭŭs ēxtĕnŭāndŭs īn aūrās.* O SY. tĕnŭārĕ, mĭnŭĕrĕ, āttĕnŭārĕ; dēprĭmĕrĕ. PH. Quōd pŏtēs, ēxtĕnŭā fōrtī mălă cōrdĕ fĕrēndō. *O.* Pārcēntĭs vīrĭbŭs ātquĕ Extĕnŭāntĭs. *H.*

ēxtĕr, ĕră, ĕrūm. — *Fās, ēxtĕră quaerĕrĕ rēgnă.* V. PH. Extĕr hŏnōs. *S.* Tū cŏmĕs ēxtĕrĭōr, sī pōstŭlĕt, īrĕ rĕcūsēs. *H.* Extĕrĭūsquĕ sĭtae bĭmărī spēctāntŭr ăb Isthmō. *O.* Extĭmă mēmbrōrūm cĭrcŭmcaesūră cŏērcĕt. *Lr.* Et mŏdŏ claūdēntēs ăcĭēm, nūnc ēxtĭmă cīngēns. *S. v. externus.*

ēxtērmĭno. SY. ăbŏlērĕ; ējĭcĕrĕ, ēxpĕllĕrĕ, pĕllĕrĕ, ăbĭgĕrĕ. PH. Sūlcīs ēxtērmĭnăt hĕrbăm. *Co.*

ēxtērnŭs. SY. ēxtĕrŭs, ēxtrānĕŭs, pĕrĕgrīnŭs, ălĭēnĭgĕnă, ădvēntĭtĭŭs, ădvĕnă, ălĭēnŭs. PH. Arcēbātquĕ sŭīs ēxtērnōs fīnĭbŭs ōmnēs. *O.* Extērna ā sēdĕ prŏfēctŭs. *V.* Aūgĕt ŭtērquĕ sŭās ēxtērnō rōbŏrĕ vīrēs. *O.* Arva ălĭēnă dŏmōsquĕ Ignōtās pĕtĕrēs. *V. v. peregrinus.*

ēxtĕro. — *cōngēstās ēxtĕrĕt īllĕ nĭvēs.* O. PH. Vălĭdīs ēxtrītŭs vīrĭbŭs īgnĭs. *v. contero, tero.*

ēxtērreo. PH. Imprŏvīsă sĭmŭl spĕcĭēs ēxtērrĕt ŭtrūmquĕ. *H.* Quī tŏtĭēs sŏcĭōs, tŏtĭēs ēxtērrŭĭt hōstēs. *O.* Māgnīs ēxtērrĭtă mōnstrīs. *V. v. terreo.*

ēxtĭmēsco. *Nōn ĕquĭdem ēxtĭmŭī* etc. V. SY. ōbstŭpēscĕrĕ, stŭpĕfĭĕrī, pērcēllī, ōbstŭpērĕ. PH. Quĭdquĭd ā vōbīs mĭnŏr ēxtĭmēscĭt. *Se.* Nēc spĕrēs ălĭquĭd, nĕc ēxtĭmēscās. *Bo. v. timeo.*

ēxtīnguo. TY. rēstīnguĕrĕ; ăbŏlērĕ, pĕrdĕrĕ, dēlērĕ, ēvērtĕrĕ; ōccĭdĕrĕ, īntērfĭcĕrĕ, pĕrĭmĕrĕ, īntĕrĭmĕrĕ. PH. Vīrĭbŭs ābsūmtīs paūlātim ēxstīnguĭtŭr īgnĭs. *O.* Gĕlĭdīs rēstīnguĕrĕ fōntĭbŭs īgnēs. *V.* Lymphā īnjēctā īgnēs dŏmārĕ. Vūlcānŭm ūndā sŭpĕrārĕ. Fōntĭbŭs īgnem ōbrŭĕrĕ. Sēdārĕ īncēndĭă. Dē crīnĭbŭs īgnem ēxcŭtĕrĕ. Flāmmās sŭpĕrānt ūndae. *V. v. incendium.* — *Trop.* Sĭtĭs ēst ēxstīnctă. *O.* Exstīnguī lābĭquĕ vĭdētŭr Glōrĭă. *S.* Nātūmquĕ pātrēmquĕ Cūm gĕnĕre ēxstīnxēm. *V.* Exstīnctūm Nymphae crūdēlī fūnĕrĕ Dāphnĭn Flēbānt. *V.* Exstīnxtī tē mēquĕ, sŏrŏr. *V. v. occido.*

ēxtīrpo. *v. deleo, evello.*

ēxto. SY. ēxĭstĕrĕ, ēssĕ; ēmĭnērĕ. PH. Sūmmōque ēxstānt sŭpĕr aēquŏră cōllō. *O.* Hŭmĕrīs ēxstāntēm sūspĭcĭt āltīs. *V.* Sūmmīs vĭx cōrnĭbŭs ēxstānt. *V.* Exstăt ăquīs nāvĭs. *O.* — *Trop.* Quō nūllūm Lătĭō clārĭŭs ēxstăt ŏpŭs. *O.* Quāntum ĕgŏmēt Nērēĭdăs ēxstō. *St.* Sī tāntō fēlīx cōncōrdĭă bēllō Exstĭtĭt. *P.*

ēxtōllo; tŭlī. SY. ēffērrĕ, ēdŭcĕrĕ; laūdārĕ, praedĭcārĕ, cĕlĕbrārĕ, ēxāggĕrārĕ. PH. Tōrvōs ēxtōllĕt ăd aēthĕră vūltŭs. *O.* — *Trop.* Extūlĭt haec Dĕcĭōs. *V.* Extōllētque ănĭmōs. *L.*

ēxtōrquĕo. SY. aūfērrĕ, răpĕrĕ, ērĭpĕrĕ. PH. Tēndūnt ēxtōrquērĕ pŏēmătă. *H.* Extōrquēt vĭtām vĭs mōrbĭdă mēmbrīs. *Lr.* Sīc ēxtōrtă vŏlūptās. *H.*

ēxtrā. *Quāmvis nīl ēxtrā nŭmĕrūm fēcīssĕ mŏdūmquĕ.* H. SY. praetĕr, sĭnĕ, ūltrā, cōntrā. H. PH. Mēque ēxtrā tēctă fĕrēbăm. *V.*

ēxtrăho. SY. ēxprōmĕrĕ, ēvēllĕrĕ, ējĭcĕrĕ; prōtrăhĕrĕ. PH. Extrăhĭt īllŭd ĭdēm călĭdō dē vūlnĕrĕ tēlŭm. *V.* Extrăhĕ tūrbā. *H.* Rūre ēxtrāctŭs īn ūrbem. *H.* Sēcrētă mēntĭs vērbĕrŭm vĭs ēxtrăhĭt. *Se.* — *Trop.* Extrăhĭt īnsōmnēs bēllōrŭm fābŭlă nōctēs. *L.* Extrāxĭt dūlcī vātēs tēstūdĭnĕ nōctēs. *Va.*

ēxtrānĕŭs et ēxtrārĭŭs. — *strāto ēxtrānĕō.* (iamb.) Pt. Pōst ēxtrārĭă lūx. *Lr.*

ēxtrēmŭs. *Impĭgĕr ēxtrēmōs cūrrĭt mērcātŏr ăd Indōs.* H. SY. ūltĭmŭs, suprēmŭs, sūmmŭs, ēxtĭmŭs, pōstrēmŭs. PH. Extrēmō ānnō, spătĭō, mēnsĕ, lŏcō. Extrēmīs Asĭae jām vīctŏr īn ōrīs. *V.* — *Trop.* Vītāmque ēxtrēmă pĕr ōmnĭă dūcō. *V.* Cōnsŭlĭte ēxtrēmīs āngūsto īn tēmpŏrĕ rēbŭs. *L. v. infortunium.* — *Adv.* Nē sĭt ăd ēxtrēmūm Caesărĭs īră tĕnāx. *O.* Pēccēt ăd ēxtrē-

mum. *H.* Alloquor extremum moestos abituros amicos. *O.* Durat in extremum. *O.*

extrico. — *Aut numos unde unde extricat amaros.* H. SY. expedire, solvere, liberare, evellere.

extrinsecus. — *nec quidquam extrinsecus intrat. Pe.*

extrudo. *Laudat venales, qui vult extrudere, merces.* H. SY. detrudere, deturbare, pellere, ejicere. PH. Cedit enim rerum novitate extrusa vetustas. *Lr.*

extruo; xi. PH. Exstruimus mensas. *V.* Urbem Exstruis. *V.* Exstructas dapibus mensas. *O.* Exstructis in sua fata rogis. *O.* *v. aedifico, condo.*

extubero. *Plumboque cervix verberata extuberet.* (iamb.) Pr. SY. extumescere, turgere, tumescere, inflari, protuberare.

extundo; udi, usum. Pro *caelare*, *V.* A. 8, 665. SY. elidere, exprimere, ejicere, excudere. PH. Deus hanc quis nobis extudit artem? *V.*

exubero. *At si luxuria foliorum exuberat umbra.* V. SY. abundare, affluere, luxuriare. PH. Pomis exuberat annus. Membris exuberat humor.

exudo. — *Atque exsudat inutilis humor.* V. PH. Exsudatique labores. *S.*

exugo. SY. sugere, exsorbere. PH. Ossa vides regum vacuis exsucta medullis. *I.*

exul. *Te sequar, et conjux exsulis exsul ero.* O. SY. expulsus, ejectus, profugus, extorris. EP. vagus, miser, vagabundus, flebilis, tristis, moestus, sollicitus, insomnis, languidus, anxius, moerens, incognitus. PH. Patria, patriis oris, finibus, sedibus pulsus, expulsus, ejectus. Patriae quis exsul Se quoque fugit. *H.* Regnis exsul ademtis. *V.* Fato profugus. *V.* Finibus extorris. *V.* Patria cedere, decedere jussus. Patriis exsul ab oris. Sedibus incertis errans, alienaque lustrans Limina. Cui perpetuo patria tellure carendum est. Patriis sedibus excussus. Per terras urbesque vagans. Lustrans vagis erroribus orbem. Huc illuc sine sede vagans. Pulsus fugatusque urbe sua. Cui urbs suo non adeunda pede. Ignota per oppida, tristes Exsul agit casus. *St.* Pulsus ob invidiam regno. *V.* Gaetulis agerem si syrtibus exsul. *V.* Qui procul extremo pulsus in orbe latet. Si quibus ejectus silvis aut urbibus errat. *V.* Ultima perpetior medios ejectus in hostes. *O.* Exsul inops erres alienaque limina lustres. *O.* Ausa sequi patria excussos. *V.* Me pulsum patria pelagique extrema sequentem Fortuna omnipotens et ineluctabile fatum His posuere locis. *V.* Attonitusque malis, exsul mentisque domusque. *O.* Patria moestus non truditur exsul. *Cl.* Ignota constitit exsul humo. *O.* Omnibus ejectus terris. *V.* Vagus exsul in orbe Errabit toto, patriis ejectus ab oris. *S.* Ecce, domo patriaque carens oculisque meorum. *O.* Finibus expulsum patriae, nova regna petentem. *V.* Ipse ignotus, egens, Libyae deserta peragro, Europa atque Asia pulsus. *V.* Ignota constitit exsul humo. *v. exilium, exulo.*

exulo. *Victus abit, longeque ignotis exulat oris.* V. PH. Patriis expellor ab oris. Excedo patria. Quaero alio patriam sub sole jacentem. Et quaerunt terras alio sub sole jacentes. *V.* Exsul agor, patriamque relinquo. Quum patriam pulsus dulcesque penates Linqueret, et tristes exsul traheretur in oras. *S.* Procul a patria in extremas terras relegari. Patria arceri, fugari, ejici, pelli, profugum errare. Pellimur e patriis laribus, patimurque volentes Exsilium. *L.* Si jubeat patria damnatum excedere terra, Per freta, per scopulos exsulis ibo comes. *O.* Per externas profugus pater exulat oras. *O.* Et jam tempus erat, quo me discedere Caesar Finibus extremae jusserat Ausoniae. *O.* Fugimus Iason, fugimus: hoc non est novum, Mutare sedes. *Te.* Exulat, et toto quaerit in orbe fugam. Exulat Ausonia profugus delator ab urbe. *M.* Littora tum patriae lacrymans portusque relinquo, Et campos, ubi Troja fuit; feror exsul in altum. *V.* Fama volat, pulsum regnis cessisse paternis Idomenea ducem. *V.* Qui Tusca pulsus ab urbe Exilium dira poenam pro caede luebat. *O.* Regnoque domoque Pellimur, ejectos ultimus orbis habet. *v. exilium, exul.*

exulto. SY. gestire, laetari, gaudere, triumphare. PH. Teneris exultat in herbis. *O.* Exsultant aestu latices. *V.* Sanguis Emicat exsultans late. *Lr.* Exsultantiaque hauriit Corda pavor pulsans. *V.* — *Trop.* Exultans fulgentibus armis. *V.* Laetitia exsultans. *V.* Exsultans successu animisque. *V.* Exsultatque et vix animo sua gaudia differt. *O.* — Ludit exultim metuitque tangi. *H.*

exululo. *Nec puduit scissis exululare comis.* O. PH. Implet soror omnia questu Exululans. *Va.* Cybeleia mater Concinitur, Phrygiis exululata modis. *O. v. ululo.*

exundo. SY. effluere, abundare. PH. Exundat pelagus. *S.* Vastoque exundat hiatu. *Va.* Exundant diviso vertice flammae. *St.* Et mersus alte magnus exultat dolor. *Se.* Exundans ingenii fons. *I. v. diluvium, inundatio.*

exuo. PH. Artus nudare. Vestem, amictum ponere, deponere, ex humeris vestem rapere, eripere. Exuerat tunicas. *O.* Exuet haec reduci clypeum. *O.* Ensem vagina exuerat. *St.* Exutus diademate crines. *St.* Serpens exuit in spinis vestem. *Lr.* Exutus senium. *S.* Exuta senectam. *M.* Duplicem ex humeris rejecit amictum. *V.* Humero simul exuit ensem. *V.* Mollia de tenero velamina corpore ponit. *O.* Torvam faciem et furialia membra Exuit. *O.* Una exuta pedem vinclis. *V.* — *Trop.* Istam exue mentem. *V.* Exuerint silvestrem animum. *V.* Exuitur feritas. *O.* Exue fastus. *V.* Castumque exuta pudorem. *S. v. nudo.*

exupero. *Sanguineae exsuperant undas, pars cetera pontum.* V. SY. superare, vincere, praestare, anteire, praecellere, excel-

lērĕ, ēmĭnērĕ, praēmĭnērĕ, praēvērtĕrĕ, āntĕvērtĕrĕ. PH. Exsŭpĕrūtquĕ jŭgŭm. *V.* Cēdūnt grăvĭōrĭbŭs ēxsŭpĕrūtaē. *Lr.* Ēxsŭpĕrānt flāmmaē. *V.* — *Trop.* Praēsēns dŏlŏr ēxsŭpĕrābăt. *Lr.* Et sī nōn pŏtĕrūnt ēxsŭpĕrārĕ, cădānt. *O.* Vīrtūte ēxsŭpĕrās. *V.* Annĭbăl ēxsŭpĕrāns āstū. *S.* Ēxsŭpĕrăt mōrūm nōbĭlĭtātĕ gĕnŭs. *O.* Mātĕrĭă vīrēs ēxsŭpĕrūntĕ mĕās. *O.*

ēxūrgo. PH. Scŏpŭlōsī vērtĭcĕ cōllēs Exsūrgūnt. *S.* Fŭrēntī pōntŭs ēxsūrgĭt sĭnū. *Se.* Āltă mānē, sŭprāquĕ tŭōs ēxsūrgĕ dŏlōrēs. *O. v. surgo.*

ēxūro. ***Īnfēstum ēlŭĭtŭr scĕlŭs, aūt ēxūrĭtŭr īgni.*** V. SY. ădūrĕrĕ, crĕmārĕ, īncēndĕrĕ, āccēndĕrĕ, īnflāmmārĕ. PH. Sōl grăcĭlēs ēxūrĭt ărīstās. *St.* Sĭtĭs ēxūrĭt mĭsĕrōs. *Lr.* Măgĭs ēxūrūnt, quōs sēcrētaē Lăcĕrānt cūraē. *Se. v. uro.*

ēxŭvĭaē. — ***ēxŭvĭās īndūtŭs Ăchĭllĭs.*** V. SY. vēstĭs; spŏlĭă, praēdă. EP. dītēs, ŏpīmaē, crŭēntaē, hŏstīlēs. PH. Hōrrēntēsquĕ lĕōnĭs Exŭvĭās. *V.* Căptīvārūm fĕrārūm Exŭvĭīs gaūdēns. *O.* — Bēllōrum ēxŭvĭaē, trūncīs āffīxă trŏpaēīs. *I.* Exŭvĭās dēlēto ēx hŏstĕ rĕfērrĕ. Ex hoste ēxŭvĭās răpĕrĕ, ērĭpĕrĕ. Haēc ārma ēxŭvĭāsquĕ vĭrī tŭă quērcŭs hăbēbĭt. *V.* Nōn ēxŭvĭās pūlsaēvĕ trŏpaēūm Vīrgĭnĭs, aūt spŏlĭa ūllă pĕtō. *V.* Hās ōlim ēxŭvĭās mĭhĭ pērfĭdŭs īllĕ rĕlīquĭt. *V.* Ut dŏmŭs hŏstīlēs praēfĕrăt ēxŭvĭās. *T.* Descr. *V.* A. 4, 498.

Ezĕchĭās. ***Hic bŏnŭs Ezĕchĭās*** etc. *Pr.*

Ezĕchĭēl. ***Ezĕchĭēl fīdŭs*** etc. Tert.

F.

Făbă. ***Et sēptēm nīgrās vērsăt ĭn ōrĕ făbās.*** O. EP. dūră, pāllēns, pīnguĭs, pīctă, vēntōsă, Aēgyptĭăcă, Mārsĭcă, Graēcă, trĭmēstrĭs. PH. Dūraē cūlmĕn ĭnānĕ făbaē. *O.* Nŭcĭbŭs, făbŭlīs, fīcūbŭs. *Pl.* Mīxtāquĕ cūm călĭdō sĭt făbă fārrĕ, rŏgās. *O.* Vērĕ făbīs sătĭō. *V.* Pȳthăgŏraē cōgnātă. *H.* — *Adj.* Cĭnĕrēm stĭpŭlāsquĕ ***făbālēs.*** *O.*

făbēllă. ***Făbēllām sūrdō*** etc. H. PH. Gārrĭt ănīlēs Ex rē făbēllās. *H.* Aēsōpŭs tālēm tūm făbēllām rĕtŭlĭt. *Ph.* Prōtŭlĭt ĭn scēnām quŏt drāmătă făbēllārūm. *Au. v. fabula.*

făbĕr. ***Aēmĭlĭūm circā lūdūm făbĕr, ūnŭs ĕt ūnguēs.*** H. ***Mārmŏrĭs aūt ĕbŏrĭs făbrōs aūt aērĭs ămāvĭt.*** H. — ***sī prŏbum ădhĭbēs făbrūm.*** (iamb.) Pl. SY. ārtĭfēx, ŏpĭfēx, ŏpĕrārĭŭs, īndūstrĭŭs, rŏbūstŭs, fōrtĭs, vălĭdŭs, saēvŭs, aūrārĭŭs, tīgnārĭŭs, nāvālĭs, ĕbŏrārĭŭs, cēntōnārĭŭs. PH. Īllī īntēr sēsē māgnā vī brāchĭă tōllūnt. *V.* Īngēntī mōlīmĭnĕ vīrēs Ēxērcēns. Mūltō cōnāmĭnĕ nītēns. Rĭgĭda ēxērcēns vălĭdīs īncūdĭbŭs aēră. Mōllĭbŭs ē strātīs ŏpĕra ăd făbrīlĭă sūrgĭt. *O.* Et quŏd ŏpŭs făbrīlĭs dēxtră tĕnēbăt. *O.* Vērsāns tĕnācī fōrcĭpĕ māssăm. Prŏbāns vīm aūrī. Fūlvūm spēctāns ĭn īgnĭbŭs aūrum. Īgnĭbŭs āppŏsĭtīs cēnsēns aūrūm. Pūrgāns aūrum ātque ărgĕntum ā scōrĭīs ĕt faēcĭbŭs. Quūm făbĕr, īncērtŭs scămnūm făcĕrĕtnĕ Prĭāpūm. *H.* Fōrtūnaē sŭaē făbĕr. ***Appius*** ap. ***Sall.*** Nēcdum ēnsem īmmĭtī dūxĕrăt ārtĕ făbĕr. *T.* — *adj.* Daēdălŭs īngĕnĭō făbraē cĕlĕbērrĭmŭs ārtĭs. *O. v. ars, artifex, procudo.*

Făbĭŭs. ***Ūnă dĭēs Făbĭōs ăd bēllūm mīsĕrăt ōmnēs.*** O. F. 2, 230 sqq. — Q. Fabius Maximus Cunctator. EP. sōllērs, īnvīctŭs, cūnctātŏr, mŏrāns, lēntŭs. PH. Prīmŭs fūlmĭnĕūm lēntō lūctāmĭnĕ Poēnūm Cōmprēssĭt. Īnfrāctāsquĕ mĭnās dīlātō Mārtĕ fătīgăt, Sōllērs cūnctāndī Făbĭŭs. *S.* Cūnctātōrquĕ sĕnēx Făbĭŭs. Ūnŭs hŏmō nōbīs cūnctāndō rēstĭtŭĭt rēm. *Enn.* Īnvīctīsquĕ mŏrā. Ut pŏssēs ōlim tū, Māxĭmĕ, nāscī, Cuī rēs cūnctāndō rēstĭtŭēndă fŏrĕt. *O.* Vīctōrīs mŏrām Făbĭī. *P.* Tū Māxĭmŭs īlle ēs, Unŭs quī nōbīs cūnctāndō rēstĭtŭīs rēm. *V.* Pōstquĕ tŭōs, Trăsĭmēnĕ, lăcŭs, Făbĭūmquĕ mŏrāntēm. *Mn.* — *Adj.* Făbĭaē lūx, Māxĭmĕ gēntĭs. *O.*

fabrē. ***Trābs fābrē tĕrēs ātque ērāsīs ūndĭquĕ nōdīs.*** S. *v. affabre.*

fabrĭcă. ***Dēnīque ŭt īn făbrĭcā, sī prāva ēst rēgŭlă prīmă.*** L. SY. fabrīlĕ ŏpŭs; ŏffĭcīnă; fabrĭcātĭo. PH. Cuī sānctă mănū dōctīssĭmă Pāllăs Sōlērtem īpsă dĕdĭt făbrĭcaē rătĭōnĭbŭs ārtēm. *Cic.* — Descr. *V.* A. 8, 420 sqq. *v. ars, artificium.*

fabrĭcātŏr. — ***ēt īpsĕ dŏlī făbrĭcātŏr Ēpēŭs.*** V. SY. făbĕr. PH. Nām dŏlŏr ēt mōrbŭs lētī făbrĭcātŏr ŭtērque ēst. *Lr.*

Făbrĭcĭŭs. ***Pēctŏră Făbrĭcĭī dōnīs īnvīctă*** etc. Cl. EP. grăvĭs, paūpĕr, rĭgĭdŭs, trīstĭs, Rōmānŭs, fĭdēlĭs, fōrtĭs, gĕnĕrōsŭs, īncōrrūptŭs, īnvīctŭs. PH. Quī sprēvĭt mūnĕră Pȳrrhī. Pārvōquĕ pŏtēntēm. *V.* Ănĭmōsāquĕ paūpĕrĭs ūmbră Făbrĭcĭī. *Cl.* Ubĭ nūnc fĭdēlĭs ōssă Făbrĭcĭī jăcēnt. *Boe.* Nūllī pērvĭă cūlpaē Pēctŏră. — *Adj.* Atque ā Făbrĭcĭō nōn trīstēm pōntĕ rĕvērtī. *H.*

fabrĭco, ās *et* fabrĭcŏr, ārĭs. ***Pūgnābānt ārmīs, quaē pōst făbrĭcāvĕrăt ūsŭs.*** H. ***Făbrĭcārĕ quĭdvīs, quĭdvīs cōmmĭnīscĕrĕ.*** (iamb.) Pl. SY. făcĕrĕ, ēffĭcĕrĕ, cōndĕrĕ, ēxstrŭĕrĕ, aēdĭfĭcārĕ, mōlīrī, cūdĕrĕ, ēxcūdĕrĕ. PH. Făbrĭcāvĕrăt Alcōn. *V.* Făbrĭcāssĕt Argŭs ŏpĕrĕ Pāllădĭō rătēm. *Ph.* Tēlă rĕpōnūntŭr, mănĭbŭs făbrĭcātă Cȳclōpūm. *V.* Nēptūnī făbrĭcātă mănū. *V.* Aūt haēc īn nōstrōs făbrĭcāta ēst māchĭnă mūrōs. *V. v. aedifico, procudo.*

fabrīlĭs. ***Prōmīttūnt mēdĭcī, trāctānt făbrīlĭă făbrī.*** H.

fabŭlă. ***Nōmĭnĕ sūb nōstrō făbŭlă nūllă fŭĭt.*** O. SY. sērmo, rūmŏr; cōmmēntūm, fīgmēntūm, făbēllă, ăpŏlŏgŭs, nūgaē, gērraē Sĭcŭlaē. EP. ănīlĭs, mēndāx, vānă, gārrŭlă, fīctă, ĭnānĭs, īngĕnĭōsă, sōllērs, pĕrītă, mōnstrōsă, vūlgārĭs, pŏētĭcă, lăctă, āntīquă, dō-

ctă, dēlīră, līttĕrātă, vēră, lĕpĭdă, bēllă, cŏmmēntĭtĭă. PH. Vērī expers. Fābēllās gārrīrĕ pĕrītŭs ănĭlēs. Nēscĭă vērī. Aūrēs īmplēbĭt fābŭlă nūllă mĕās. Cŏmmēntă pŏētārŭm. Vērĭtātĭs ŭmbră. Sŏmnĭă dēlīrī cĕrĕbrī. Mēndācĭă vātŭm vērbŏrŭm pĭgmēntĭs ădŏrnātă. Fābŭlă fīās. *H.* Haec fŭĭt īn tōtō nōtīssĭmă fābŭlă coelō. *O.* Pĕr ŭrbĕm Fābŭlă quāntă fŭī! *O.* Mūtātō nōmĭnĕ dē tē Fābŭlă nārrātŭr. *H.* Īt nŏvă, nēc trīstīs, pēr cūnctās fābŭlă coenās. *I.* Nōn lōnga ēst fābŭlă. *H.* Fābŭlă nārrābŏr fămŭlīs. ***St. v. fabella.*** — Nēvĕ mĭnŏr, neū sīt quīntō prōdūctĭŏr āctū Fābŭlă. *H.* Trādĭtŭr āntīquī fābŭlă plēnă jŏcī. *O.* Fābŭlă jūcūndī nūlla ēst sĭne ămōrĕ Mĕnāndrī. *O.* Pŏpŭlo ŭt plăcērēnt, quās fēcīssēt fābŭlās. ***Te. v. comoedia.*** — Hōc āttēstātŭr brĕvĭs Aesōpī fābŭlă. *Ph.* — Fīcta īn mĭsĕrās dēscēndĭt fābŭlă gēntēs. *P.* Nēc vĕtŭs Īlĭăcōs āttōllăt fābŭlă mūrōs. *L.* — Fābŭlae! *Te.*

Făbūllŭs. ***Quō tĭbĭ nātōrŭm jūră, Făbūllĕ, trĭŭm?*** M.

fābŭlo, ās *et* fābŭlŏr, ārĭs. — ***cum hōc īnsānō fābŭlĕm.*** (iamb.) Pl. ***Dŭm fābŭlāmŭr*** etc. (iamb.) M. SY. cōnfābŭlārī, lŏquī, gārrīrĕ; fābŭlās nārrārĕ, spārgĕrĕ, fīngĕrĕ, vūlgārĕ, dīcĕrĕ. ***v. colloquor, loquor.***

fābŭlōsŭs. ***Sĕd fābŭlōsām nē vĕtūstāte ēlĕvēs.*** (iamb.) Ph. SY. fīctŭs, fīctĭtĭŭs, vānŭs, īnānĭs. PH. Quae lŏcă fābŭlōsŭs Lāmbĭt Hȳdāspēs. *H.*

făc, făcĕ, făcĭtō, *imper.* — ***ōrāndī jām fīnēm făcĕ.*** (iamb.) Te. ***Haēc făce, ēt ēxĭgŭō tēmpŏrĕ lībĕr ĕrĭs.*** O. (***Făc*** produci ante vocalem nondum ullo exemplo allato probari potuit.) ***Accēdānt, quaēsō, făc tŭă vōtă mĕīs.*** O. ***Et făcĭtō dīcās, quŏtĭēs pūgnārĕ părābĭs.*** O. — ***Făcdum ēx tē scĭăm.*** (iamb.) Pl. — ***făcĕ sīs nūnc prōmīssa ăppārĕānt.*** (iamb.) Te.

făcēsso. — ***Mātrĭs māndātă făcēssĭt.*** V. SY. făcĕrĕ; ămŏvērĕ; rĕcēdĕrĕ. PH. Īmpĕrĭō laetī pārēnt āc jūssă făcēssūnt. *V.* Ē coelo ēmōtae tērrāquĕ rĕpēntĕ făcēssūnt. *Lr.* Făcēssĕ prŏpĕre, āc dēdĕcŭs clārae dŏmŭs Aspŏrta ăb ŏcŭlīs. *Se* ***v. abeo, amoveo, discedo; facio.***

făcētē. ***Făcētē dīctŭm!*** etc. (iamb.) Te. SY. bĕnĕ, fēstīvē, sālsē, lĕpĭdē, ūrbānē, āptē.

făcētĭae. ***Lūsūs, dēlĭcĭās făcētĭāsquĕ.*** (phal.) M. SY. jŏcī, sălēs, lĕpōrēs, fēstīvĭtās. EP. āspĕrae, ăcērbae, dūlcēs. PH. Lĕpōrŭm Dĭsērtŭs pŭĕr āc făcētĭārŭm. *C.*

făcētŭs. ***Ŭt cuīque ēst aētās, ĭtă quēmquĕ făcētŭs ădōptă.*** H. SY. lĕpĭdŭs, fēstīvŭs, sālsŭs, jŏcōsŭs, ūrbānŭs, ārgūtŭs. PH. Laetīs rīsūm sălĭbŭs mŏvīssĕ făcētŭs. *Cl.* Mōlle ātquĕ făcētŭm Vīrgĭlĭō ānnŭĕrānt gaūdēntēs rūrĕ Cămēnae. *H.* Quō făcētĭŏr vĭdēare ēt scīrĕ plūs quām caētĕrī. *Luc.*

făcĭēs. ***Vērtĭtŭr ēxtēmplō făcĭēs ēt mēntĭs ĕt ōrĭs.*** O. SY. ōs, vūltŭs, frōns. EP. pūlchră, nĭtēns, dĕcōră, cāndĭdă, ēgrĕgĭă, hŏnēstă, sĕrēnă, īnsīgnĭs, fōrmōsă, grātă, blāndă, vĕrēcūndă, bĕnīgnă, īngĕnŭă, vĕnūstă, rŏsĕă, mŏdēstă, hĭlărĭs, jŭvĕnīlĭs, vĕnĕrāndă, vĕnĕrābĭlĭs, sūbrīdēns, laetă, sĕvēră, mĭnāx, cōntrāctă, ōblīquă, tōrvă, fĕră, tĕrrĭfĭcă, hōrrēndă, mĕtŭēndă, fōrmīdābĭlĭs, sōrdĭdă, foēdă, rūgōsă, cāndēns, cōnspĭcŭă, bēllă, prōtērvă. PH. Gĕnĭs făcĭēs squālēntĭbŭs hōrrĕt. Quŭm vērō făcĭēm dēmptō nūdāvĕrăt aērĕ. *V.* Făcĭēs īnvīsă Lăcaenae. *V.* Cūră dăbĭt făcĭēm; făcĭēs nēglēctă pĕrībĭt. *O.* Thēssălŭs āncĭllae făcĭē Brīsēĭdŏs ārsĭt. *O.* Prō făcĭē cūjūsque ēt vīrĭbŭs īngĕnĭōquĕ. *Lr.* Vērte ōmnēs īn tē făcĭēs. *V.* Făcĭēmquĕ Dĕae vēstēmquĕ rĕpōnĭt. *O.* Quōs hŏmĭnum ēx făcĭē Dĕă saēvă pŏtēntĭbŭs hērbĭs Īndŭĕrăt Circe īn vūltŭs āc tērgă fĕrārŭm. *V.* Ēt făcĭēm taūrō prŏpĭŏr. *V.* Cūrvō nēc făcĭēm lītŏrĕ dīmŏvĕt. *H.* Ā vērbĭs făcĭēs dīssĭdĕt īllă tŭīs. *O.* — ***Trop.*** Nēc pīnguēs ūnam īn făcĭēm nāscūntŭr ŏlīvae. *V.* Cūrvāta īn mōrtĭs făcĭēm cīrcūmstĕtĭt ūndă. *V.* Haēc făcĭēs Trōjae, cum căpĕrētŭr, ĕrăt. *O.* Tām mūltae scĕlĕrŭm făcĭēs. *V.* ***v. os, simulacrum, vultus.***

făcĭlĭs. ***Fūndĭt hŭmō făcĭlēm vīctŭm jūstīssĭmă tēllŭs.*** O. ***Facilis saevitia.*** H. Nimium ***facilis*** laesis ***diffidere.*** *S.* ***Facilis*** lacrimis ***irrepere*** somnus. *St.* Planities ***facilis adiri.*** *S.* ***Facilis victu.*** V. SY. nōn dīffĭcĭlĭs, nōn ŏpĕrōsŭs, sĭnĕ lăbōrĕ, prōnŭs, ōbvĭŭs; mōbĭlĭs, flēxĭlĭs. PH. Altērnīs făcĭlĭs lăbŏr. *V.* Făcĭlĭs dēscēnsŭs Avērnī. *V.* Rōmă căpī făcĭlĭs. *L.* Nēc făcĭle ēst, aēquā cŏmmŏdă mēntĕ pătī. *O.* Făcĭlēs ŏcŭlōs fērt ōmnĭă cīrcŭm. *V.* Făcĭlī pătŭērūnt cārdĭnĕ vālvae. *I.* Dē făcĭlī cōmpŏsŭītquĕ lŭtō. *T.* — ***Trop.*** Nēc vīsū făcĭlĭs, nēc dīctu ăffābĭlĭs ūllī. *V.* Seū făcĭlēm, pĭă tēstă, sŏmnŭm. *H.* Ad jŭgă cūr făcĭlēs pŏpŭlī? *L.* Sēd făcĭlēs nȳmphae rīsērĕ. *V.* Quae sīt fōrtūnă făcĭllĭmă, tēntăt. *V.* Dā făcĭlēm cūrsŭm. *V.* Făcĭlī vōs trāmĭtĕ sīstăm. *V.* Făcĭle ēst, vēntīs dărĕ vēlă sĕcūndīs. *Mn.* Dūm făcĭlēs ănnī jŭvĕnŭm. *V.* Ipsĕ vŏlēns făcĭlīsquĕ sĕquētŭr. *V.* Dā mŏdŏ tē făcĭlēm. *O.* Făcĭlēs īn tŭă vōtă Dĕōs. *O.* Plăcĭdŭs făcĭlīsquĕ părēns vĕnĭaēquĕ părātŭs. *O.* Ēt făcĭlēs mōtŭs mēns gĕnĕrōsă căpĭt. *O.* — Făcĭlĕ, *adv.* Nēc tēmpĕrārī făcĭlĕ, nēc rĕprĭmī pŏtēst. *Se.* Quām făcĭle āccĭpĭtēr săxō săcĕr ālĕs ăb āltō. *V.* Nūnc īntĕrnōsse ūt nōs pōssĭtĭs făcĭlĭŭs. *Pl.*

făcĭnŭs. ***Trīstĕ părăt făcĭnŭs*** etc. O. ***Ad ōmnĕ clārŭm făcĭnŭs aūdācēs mănŭs.*** (iamb.) Se. SY. āctĭo, ŏpŭs, rēs, lăbŏr, fāctŭm; scĕlŭs, crīmĕn, flāgĭtĭŭm, nĕfās. EP. ēgrĕgĭŭm, īnsīgnĕ, gĕnĕrōsŭm, praeclārŭm, splēndĭdŭm, īllūstrĕ, glōrĭōsŭm, ēxĭmĭŭm, laūdābĭlĕ; mălŭm, ātrōx, ōbscēnŭm, hōrrēndŭm, nĕfāndŭm, tētrŭm, mălīgnŭm, nĕfārĭŭm, crŭēntŭm, nōxĭŭm, trīstĕ, pŭdēndŭm, īnēxpĭābĭlĕ, foēdŭm. PH. Nōndŭm jūstĭtĭām făcĭnŭs mōrtālĕ fŭgārăt. *O.* Quĭs tōt rĕfērrĕ făcĭnŏrŭm fōrmās pŏtēst. *Se.* Nōn fīt sĭnĕ pĕrīclō făcĭnŭs māgnum ēt mĕmŏrābĭlĕ. *Te.* Suāsĭt ămōr făcĭnŭs. *O.* Trīstĕ părăt făcĭnŭs. *O.* Fāmam ēxtēndĕrĕ făctĭs. *V.* Mēns

sĭbĭ cōnscĭă factī. *O.* Nōstrīvĕ luant ĕă factă mĭnōrēs. *Va.* Nōn hŏmĭnŭm vĭdĕō, nōn ĕgŏ factă bŏŭm. *O.* Hērōŭm laŭdēs ĕt factă pă-rēntĭs. *V.* Rēctē factă rĕfērt. *H.* Īllūstrĭă prōdĕrĕ factă. Cūnctĭs laētābĭlĕ factŭm. *O.* Dīctă prŏbăt factĭs. Factă cănēns rēgŭm. *H.* Mōrtālĭă factă pĕrībūnt. *H.* Fāmă mănēt factī. *O.* Factō dāmnāndŭs ĭn ūnō. *O.* Cērtă fĭdēs facti ēst. *O. v. acta, factum, gesta, scelus.*

făcĭo; fēcī. *Nōn făcĭt ăd stŏmăchŭm nōstrā lăgēnă tŭăm.* M. *Lĭbră dĭeī sōmnīquĕ părēs ŭbĭ fēcĕrĭt hōrās.* V. *Fac me ut sciam.* *Te.* He. 1, 1, 32. 1, 1, 4. *Te faciam, ut scias.* *Pl.* As. 1, 1, 3. Amph. 1, 1, 141. *Faxo* pro *fecero, faciam.* *V.* A. 12, 316. SY. effĭcĕrĕ, cōnfĭcĕrĕ, pērfĭcĕrĕ, ēxsĕquī ăgĕrĕ, pĕrăgĕrĕ, mōlīrī, ŏpĕrārī, patrārĕ, pērpĕtrārĕ, āggrĕdī, ēxērcērĕ, aēstĭmārĕ, săcrĭfĭcārĕ. PH. Quĭd făcĭăt laētās sĕgĕtēs. *V.* Ēt mē fēcĕrĕ pŏētăm Pīĕrĭdēs. *V.* Āt săpŏr īndĭcĭŭm făcĭĕt. Nē lōngŭm făcĭăm. *H.* Dĕŭs nōbĭs haēc ōtĭă fēcĭt. *V.* Stēllĭs nōmĭnă fēcĭt. *V.* Anchīsēn făcĭō cērtŭm. *V.* Sēcūrŭm prŏbĭtās, fōrmă tĭmērĕ făcĭt. *O.* Ad tālēm fōrmām nōn făcĭt īstĕ lŏcŭs. *O.* Factă crĕpūscŭlă tērrĭs. *V.* Itĕr factŭm cōr-rŭptĭŭs ĭmbrĕ. *H.* Arĭs factŭs hŏnōs. *V.* Facta ātque īnfēctă cănēbăt. *V.* Sērĭs factūră nĕpōtĭbŭs ŭmbrăm. *V.* Rēgnŭm rēctē făcĭ-ēntĭbŭs ōffērt. *H.*

factĭo. *Hīnc cōnspīrātĭs factĭōnŭm păr-tĭbŭs.* (iamb.) Ph. SY. pārtēs. PH. Pērcŭlĭt ārmātaē factĭō saēvă tŏgaē. *Au.* Līnguă factĭōsī, ĭnērtēs ŏpĕră, sŭblēstă fĭdē. *Pl. v. seditio.*

factĭto. *Nēc sătĭs āppārēt, cūr vēr-sŭs factĭtĕt* etc. *H. v. facio.*

factŏr. *O factŏr ōrbĭs ēt pŏlī.* (iamb.) Pr. *v. creator.*

factŭm. *v. facinus.*

făcŭlă. *Quōrum ălĭī făcŭlās, ălĭī rĕ-tĭnērĕ săgīttās.* P. *v. fax.*

făcultās. *Cūjŭs Ărĭstaēō quŏnĭam ēst āb-lātă făcultās.* V. SY. pŏtēstās, vīs, vīrtŭs; ăbūndāntĭă, cōpĭă, ŏpēs, dīvĭtĭae. EP. māgnă, āmplă, lēgĭtĭmă, īnsĭtă, īnnātă, ăcquīsītă, splēndĭdă. PH. Vīndĭctaē sī sīt mĭhĭ nūllă făcultās. *O.* Sŭpĕrŭm dătă, vīrgŏ, făcultās Nōsse ănĭmōs. *Va.* Opŭm mĕtŭēndă făcul-tās. *L.* Rēbŭs ĭnēst sēcrētă făcultās. *Lr.*

făcūndĭă. *Nēc făcūndĭă dēsĕrĕt hūnc, nēc lūcĭdŭs ōrdō.* H. *v. eloquentia.*

făcūndŭs. *Nōn fōrmōsŭs ĕrāt, sĕd ĕrāt făcūndŭs Ŭlyssēs.* O. *v. eloquens.*

faecŭlēntŭs. *Ut faecŭlēntōs gūrgĭtēs haērēscĕrĕ.* (iamb.) *Av.* SY. caēnōsŭs; crās-sŭs, sōrdĭdŭs, foēdŭs. PH. Accĭpĕ *faecōsŭm*, mūnĕră cāră, gărŭm. *M.* Pērvēllŭnt stŏmă-chŭm sĭsĕr, hālēc, faecŭlă Cōă. *H.*

Faesŭlă, aē *et* Faesŭlae, ārŭm. *Faesŭla, ĕt āntīquĭs Rōmānĭs moēnĭbŭs hōrrŏr.* *S.*

faex. SY. sĕdĭmēntŭm, coēnŭm, sēntīnă. EP. lĭquĭdă, crāssă, lēntă, foētĭdă. PH. dĭf-fŭgĭŭnt cădĭs Cŭm faecĕ sĭccātĭs ămīcī. *H.* Cōndĭtăque ĭn lĭquĭdā cōrna aŭtŭmnālĭă faecĕ. *O.* Sŭbsēdĭt fūndĭtŭs, ŭt faex. *Lr.* Et sĭnĕ faecĕ dĭēm. *M.* (Rōmām) mūndī faecĕ rĕplētăm. *L.*

făgĭnŭs *et* făgĭnĕŭs. *Făgĭnŭs ădstābăt cūm scўphŭs āntĕ dăpēs.* T. *Bĭs tŭă făgĭnĕă tēmpŏră frōndĕ prĕmĭs.* O.

făgŭs. *Tītўrĕ, tū, pătŭlaē rĕcŭbāns sŭb tēgmĭnĕ făgi.* V. EP. pătŭlă, ārdŭă, ēx-cēlsă, āltă, ūmbrōsă, frōndōsă, dēnsă, rōrāns, glāndĭfĕră, tĕrēs, rŭdĭs, ānnōsă, āspĕră. PH. Lātē rāmōs ānnōsăquĕ brāchĭă pāndēns. Tāntum īntĕr dēnsās, ūmbrōsă căcūmĭnă, făgōs. *V.* Rŭdĭbŭs făgĭs tēxūntŭr ēt ōrnĭs. *Cl.* Rūgōsō cōrtĭcĕ făgŭs Aspĕră, rāmōs āltē spārgēns. Tām frōndōsa īngēns rāmĭs āltĭssĭmă făgŭs.

fălae, ārŭm. — *fiunt tăbŭlātă fălaē-quĕ.* Enn.

fălārĭcă. — *cōntōrtă fălārĭcă vēnĭt.* V. *v. balista.*

fălcātŭs. SY. fālcĭbŭs ārmātŭs; cūrvā-tŭs. PH. Fālcātī cōmĭnŭs ēnsēs. *V.* Est sĭ-nŭs Aēmŏnĭae, cūrvōs fālcātŭs ĭn ārcŭs. *O.*

fālcĭfĕr *et* fālcĭgĕr. *Nām sī fālcĭfĕrī dēfēndĕrĕ tēmplă tŏnāntĭs.* M.

fālco. EP. răpāx, răpĭdŭs, vŏrāx, fĕrŭs, ātrōx, gĕnĕrōsŭs, ăvĭdŭs, rāptŏr, crŭēntŭs. PH. Pēnnĭs ēt cūrvĭs ūnguĭbŭs ācĕr. Sŭblīmĕ vŏlāns tĕnŭēm sĕcăt āĕră fālcō. *Mant. v. accipiter.*

Fălĕrĭă. — *cŏhĭbēt vīcīnă Fălĕrĭă cūr-sŭm.* Rut.

Fălērnŭs. *Mālŭĕrĭs, quŭm sī mūstă Fă-lērnă bĭbās.* M. *Falerna* sc. *vina.* *T.* 3, 6, 6. *Falerni* sc. *cadi* *T.* 1, 2, 27. *Interior nota Falerni.* *H.* O. 2, 3, 8. EP. fūmōsum, īndŏmĭtŭm, vĕtŭlŭm, ācrĕ, mōrdāx, mōllĕ, sĕvērŭm, suāvĕ, Cāmpānŭm, fōrtĕ, ārdēns, ăprīcŭm, nĭgrŭm, ānnōsŭm, aūstērŭm, nē-ctārĕŭm, călĭdŭm, lēnĕ, dūlcĕ. PH. Lūdĕrĕ, fūmōsŭm pŭĕrō fūndēntĕ Fălērnŭm. Cām-pānī mōllĭssĭmă vīnă Fălērnī. Annōsō nē pārcĕ Fălērnō. *M. v. vinum.*

Fălĭscī. — *Jūnōnĭcŏlāsquĕ Fălĭscōs.* O. — *Adj.* Quōs ălŭĭt cāmpĭs hērbă Fălĭscă sŭĭs. *O.*

fāllācĭă. — *tānta ēst fāllācĭă tēctī.* V. SY. dŏlŭs, fraŭs, āstŭs, āstūtĭă, cāllĭdĭtās, văfrĭtĭēs, īnsĭdĭae, fraŭdātĭo, dēfraŭdātĭo, fraŭdŭlēntĭă, frūstrātĭo, ārs. EP. ĭnīquă, mălă, ōccūltă, mēndāx, mălīgnă, pērfĭdă, scĕlĕrātă, īmprŏbă, tēctă, īmplēxă, cāptĭōsă, fălsĭdĭcă, sŭbdŏlă, ŭtĭlĭs, pĭă, ămīcă. PH. Fraŭs mēndācī tēctă cŏlōrĕ. Cōnfĭctă dŏlō mēndācĭă tūrpī. *v. astutia, dolus.*

fāllāx. *Nēc fraŭs te īncŏlŭmēm fāllācī pērfērăt Aūnō.* V. SY. mēndāx, dŏlōsŭs, pērfĭdŭs, fraŭdŭlēntŭs, īnsĭdĭōsŭs, sŭbdŏlŭs, bĭlīnguĭs. PH. Fāllācī vĕnĕrātŭs nŭmĭnă vūltū. *C.* Fāllācĭŏr ūndĭs. *O.* Fāllācĭbŭs aū-strĭs Dĕcēptŭs. *V.* Sīc ăvĭdĭs fāllāx īndŭl-gēt pīscĭbŭs hāmŭs. *M.* Dŏlōs vērsārĕ pĕrĭ-tŭs. Vĭr fīctō pēctŏrĕ, dŏlĭs īnstrūctŭs ēt ārtĕ Pĕlāsgā. *V.* Blāndă quĭdēm vūltū, sēd quā nōn tētrĭŏr ūllă Intĕrĭŭs, fūcātă gĕnās ēt ămīctă dŏlōsĭs Īllĕcĕbrĭs. Anĭmī sŭb

vŭlpĕ lătĕntēs. *H.* Dŏcĭlĭs fāllĕndi ĕt nĕctĕrĕ tēctōs Nūnquām tārdă dŏlōs. *S.* — *Adv.* Quaēquĕ văcānt ănĭmā, fāllācĭtĕr ōmnĭă trānsĭt. *O. v. astutus, decipio.*

fallo; fĕfēllī. (1) *latere.* Natus moriensque *fefellit. H.* Ep. 1, 17, 10. *Fallere Spartacum vagantem H.*O.3,14,20. Ep. 1, 18, 103. 2) *oblivionem afferre. Fallebat curas labor. O.* T. 3, 2, 16. 3) *oblivisci. Somno fallere curam H.* S. 2, 7, 114. *O.* P. 4, 10, 67. Metaph. Ager sterilis *fefellit* dominum *O.* A. A. 1, 450) PH. Dŏlōs vērsārĕ, nēctĕrĕ. Fāllĕrĕ dŏlō. Fraūdem āstūtō pēctŏrĕ vērsārĕ. Nŏvās ārtēs, nŏvă pēctŏrĕ vērsăt Cōnsĭlĭă. *V.* Heū, quĭbŭs īnsĭdĭīs, quā mē cīrcūmdĕdĭt ārtĕ. Īnsĭdĭāsquĕ părāt, sŏlĭtāsquĕ rĕcūrrĭt ăd ārtēs. Jūdĭcĭūm tămĕn hōc nōstrūm nōn dēcĭpĭt ērrŏr. Vŏlŭcrēs vīscātā fāllĭtĕ vīrgā. *O.* Tūtă frĕquēnsquĕ vĭa ēst, pĕr ămīcī fāllĕrĕ nōmĕn. *O.* Is tĭbĭ vērbă dĕdĭt. *M.* Mē fraūdĕ pĕtēbās. *V.* Indŏctūm vānā dūlcēdĭnĕ fāllĕrĕ vūlgŭs. *O.* Tēntābĭsque ĭtĕrūm fāllĕrĕ fraūdĕ Jŏvĕm. *O.* Mūltă mălīs sĭmŭlāns vānā spē lūsĭt ămāntĕm. *V.* Nēc tē sēntēntĭă fāllĭt. *V.* Fāllĭt te īncaūtūm pĭĕtās tŭă. *V.* Fāllīquĕ vĕrētŭr. *O.* Mūltūm fāllĕrĭs. *Ph.* Actă Dĕōs nūnquām mōrtālĭă fāllūnt. *O.* — *I. q. delenire.* Tĕnŭī lūctūm sŏlāmĭnĕ fāllēns. *Va.* Fāllĭtŭr aūgŭrĭō spēs bŏnă saēpĕ sŭō. *O.* Fāllĭt ĕnĭm vĭtĭūm spĕcĭē vīrtūtĭs ĕt ūmbrā. *I.* Fāllēbāt cūrās aēgrāquĕ cōrdă lăbŏr. *O.* Cāntāntĭs părĭtēr, părĭtēr dătă pēnsă trăhēntĭs Fāllĭtŭr āncīllaē dēcĭpĭtūrquĕ lăbŏr. *O.* — Jāmquĕ dĭēs, nī fāllŏr, ădēst. *O.* Ordĭnĭs haēc vīrtūs ĕrĭt ēt vĕnŭs, aūt ĕgŏ fāllŏr. *H. v. decipio.*

fālsĭdĭcŭs. *Fālsĭdĭcī vātēs, tĕmĕrānt quī cārmĭnĕ vērūm.* Au. PH. Tŭīs scĕlēstĭs fālsĭdĭcĭs fāllācĭĭs. *Pl.*

fālsĭfĭcŭs. *Dŏmi hăbēt ănĭmūm fālsĭlŏquūm, fālsĭfĭcūm, fālsĭjūrĭūm.* (troch.) Pl.

fālsō. *Sīve ĕgŏ tē fēcī tēstēm fālsōvĕ cĭtāvi.* O. SY. īnjūrĭā, īmmĕrĭtō.

fālsŭs, *adj.* SY. vānŭs, mēndāx, fāllāx; dēcēptŭs, ēlūsŭs, fīctŭs. PH. Cūlpām fālsā sŭb īmāgĭnĕ cēlăt. *O.* Fālsā fōrmīdĭnĕ lūsĭt. *V.* Spēm pōnĕrĕ fālsăm. *O.* Fālsaē pērjūrĭă līnguaē. *O.* Fālsa īntēr gaūdĭă. *V.* Vērō dīstīnguĕrĕ fālsūm. *H.* Sīc vērĭs fālsă rēmīscĕt. *V.* Sī fālsī pŏsĭtĭs āmbāgĭbŭs ōrĭs Vēră lŏquī sĭnĭtĕ. *V. v. fallax, mendax.*

fālx. EP. cūrvă, prōcūrvă, ŏbtūsă, ăcūtă, ădūncă, fērrĕă, dūră, aēstīvă, pāndă, rĕpāndă, foēnĭsĕcă, lōngă, mŏrdāx, cāmpēstrĭs, foēnārĭă, lūnātă, răpāx, ăhēnă, īncūrvă, ēxăcūtă, pĕrăcūtă, Sātūrnĭă, vūlnĭfĭcă, trūx, aēnĕă, hērbĭsĕcă, strāmēntārĭă, agrēstĭs, saēvă. PH. Fālcĕ mĕtĕrĕ, sĕcārĕ. Mātūrĭs fālcēm sūppōnĭt ărīstĭs. *V.* Cĕrēs fālcĕ rĕsēctă cădĭt. *O.* Mēssēm prōstērnĕrĕ fālcĕ. Jām fālcĕ rĕcūrvā Ūltĭmă rūră mĕtūnt. Mātūraēque hăbĭlēm sĕgĕtī sūppōnĕrĕ fālcēm. Nĭgraē rūbīgĭnĕ fālcēs. *Cl.* Vōmĕrĭs hūc ēt fālcĭs hŏnōs. Ēt cūrvaē rīgĭdūm fālcēs cōnflāntŭr ĭn ēnsĕm. *V.* Pāx mē plăcĭdōs cōnflāvĭt ĭn ūsūs; Āgrĭcŏlaē nūnc sūm, mīlĭtĭs āntĕ fŭī. *M.* Vītēm fālcĕ prĕmĕrĕ. *H.* Vītēs īncīdĕrĕ fālcĕ nŏvēllās. *V.* Sūccīdĭt cūrvāmĭnĕ fālcĭs ăhēnaē. *O.* Cūrvō Sātūrnī dēntĕ rĕlīctăm Pērsĕquĭtŭr vītem āttŏndēns. *V.* Ēt vĭrĭdēm dūrā caēdĕrĕ fālcĕ cŏmăm. *T.* Crēscĕrĕ, dūm fīānt fālcĭbŭs āptă, sĭnās. *O.* Vīnĕă nēc fālcēm pătĭtŭr. *V.* Fālcĕ sĕgĕs rĕsĕcāndă. *O. v. meto, seges.*

fāmă. — *Măgnās it Fāmă pĕr ūrbēs.* V. SY. rūmŏr, mūrmŭr, sērmo. EP. nūntĭă, pēnnātă, vŏlĭtāns, mēndāx, lŏquāx, văgă, īncērtă, gārrŭlă, tūrbĭdă, sŭpērstĕs, mĕmŏr, vēlōx, pĕrēnnĭs, mălīgnă, prŏcāx, praēnūntĭă, vīvāx, cĕlĕr, vērbōsă, pŏtēns, praēpĕs, pērnīx, sŭbĭtă, rĕpēntīnă, mēndōsă, vŏlŭcrĭs, īmprŏbă, mūndĭvăgă, săgāx. PH. Rērūm praēnūntĭă fāmă, Tām fīctī prāvīquĕ tĕnāx, quām nūntĭă vērī. Inānĭă vērās vŏlvēns fālsa īn praēcōnĭă līnguās. Vŏlĭtāns pēr rēgnă, pĕr ūrbēs. Văcŭās īmplēns sērmōnĭbŭs aūrēs. Măgnārūm nūntĭă rērūm. Īncērtaē mūrmŭră fāmaē. Fāmă mălūm, quō nōn ălĭud vēlōcĭŭs ūllūm, Mōbĭlĭtātĕ vĭgēt, vīrēsque ăcquīrĭt ĕūndō. *V.* Nūntĭă fāmă lŏquāx, quaē vērĭs āddĕrĕ fālsă Gaūdĕt, ĕt ē mĭnĭmō sŭă pēr mēndācĭă crēscĭt. *O.* Quām nūllă fāctă dĭū lătēnt. Mălă mūrmŭră vūlgī. Mājŏr pōst cĭnĕrēs. Quaē tămĕn īncaūtōs fāllĕrĕ saēpĕ sŏlĕt. Vŏlāns praēpĕtĕ pēnnă. Dīspērgēns fālsă. Rūmŏr vŏlāt pērnīcĭbŭs ālīs. *v. rumor.* — *Fama est.* SY. fāmă vŏlăt, văgātŭr, fērt, pērhĭbĕt, vūlgātŭr. PH. Sī vēra ēst fāmă. *V.* Daēdălŭs, ūt fāma ēst, fŭgiēns Mīnōĭă rēgnă. *V.* Aūdĭĕrās, ēt fāmă fŭĭt. *V.* Dīdĭtŭr hīc sŭbĭtō Rōmānă pēr āgmĭnă rūmŏr. *V.* Hīc īncrēdĭbĭlĭs rērūm fāma ŏccŭpăt aūrēs. *V.* Cērtŭs ăbēst aūctŏr, sēd vōx haēc nūntĭăt ōmnĭs. *M.* Aūctōrēm cārmĭnĭs hūjŭs Caēcĭlĭūm, tōtā rūmŏr ĭn ūrbĕ sŏnăt. *M.* Fāctūm rūmŏr dīssĭpăt. *Ph.* Vēra āc fāctă sĭmūl spārgēbāt fāmă pĕr ūrbēs. *S.* Fāmă vŏlāt, pārvām sŭbĭtō vūlgātă pĕr ūrbĕm. *V.* Et jām fāmă, vŏlāns tāntī praēnūntĭă lūctūs Ēvāndrum Ēvāndrīquĕ dŏmōs ēt moēnĭă cōmplĕt. *V.* It măgnām fāmă pĕr ūrbĕm. *V.* Ītă fāmă fĕrēbăt. *V.* Ăd nōs vīx tenŭĭs fāmaē pĕrlābĭtŭr aūră. *V.* Sēd cīrcūm lātē vŏlĭtāns jām fāmă pĕr ūrbēs Aūsŏnĭās tŭlĕrăt. *V.* Ēt vĭgĭl ōmnī Fāmă sŏnō vărĭōs rērūm sūccīnctă tŭmūltūs, Āntĕvŏlāt cūrrūm. Fāctō vūlgātă rĕcēntī Fāmă. *O.* Vūlgī quaē vōx ūt vĕnĭt ăd aūrēs. *V.* Ēx fāmă văgātŭr. *V.* Quīsquĕ păvēndō Dăt vīrēs fāmaē. *Lr.* Cōncūssām bācchātŭr fāmă pĕr ūrbĕm. *V.* Aūdĭam, ĕt haēc Mānēs vĕnĭĕt mĭhĭ fāmă sŭb īmōs. *V.* Ēn, ĕgŏ laētārūm vĕnĭō tĭbĭ cōnscĭă rērūm Fāmă pĕr īmmēnsās āĕrĕ lāpsă vĭās. *O.* Nēc tĭbĭ fāmă mĕī vēntūra ēst nūntĭă lētī. *O.* Păvĭdām vŏlĭtāns pēnnātă pĕr ūrbĕm, Nūntĭă fāmă rŭĭt, mātrīsque āllābĭtŭr aūrēs. *V.* — *Fama bona et mala.* SY. glōrĭă, laūs, nōmĕn, dĕcŭs, hŏnŏr. EP. *v. gloria.* PH. Bŏnă fāmă mănĕt. *O.* Pārcĕrĕ fāmaē. *P.* Fāmām quī tērmĭnĕt āstrĭs. *V.* Aēmŭlă fāmă lăbōrĭs Hērcŭlĕī. *S.* Mĭnŭĭt praēsēntĭă fāmăm. *Cl.* Sēd mē vĕl

sola tueri Fama potest rerum, toto quas gessimus orbe. *L.* Famamque fovemus inanem. *V.* Non ita contemno volucris praeconia famae. *O.* Incenditque animum famae venientis amore. *V.* Notissima fama Insula. *V.* Quem nobis fama superbum Tradit. *I.* Fama ingens, ingentior armis. *V.* Celebris praeconia famae. *O.* Magnum et memorabile nomen. Nostra per immensas ibunt praeconia gentes. Quam nulla vetustas Obruet. Nescia leti. Bonam deperdere famam. *H.* Carmina vestrarum peragunt praeconia laudum, Neve sit actorum fama caduca, cavent. *O.* Das aliquid famae, quae carmine gratior aurem Occupat humanam. *H.* *v. celeber, gloria, laus.* — *Fama dea.* Descr. *V.* A. 4, 174 sqq. *O.* M. 12, 39 sqq. *L.* 1, 469. *Va.* 2, 116 sqq. *St.* Th. 3, 426.

famelicus. *Nocte boves macri, lassoque famelica collo.* J. SY. esuriens, jejunus, impastus, avidus. PH. Nil habet, et lenta deperit ille fame. Cui torpent membra fame. Pallida gerens ora fame. *V.* Quem fatigat rabies edendi. Jejunis dentibus acer. *H.* Exstimulata fame tigris. *V.* Fame rabida tria gutturа pandens. *V.*

fames. *Et Metus et malesuada Fames, et turpis Egestas.* V. SY. esuries, inedia, ventris rabies, ardor edendi. EP. rabida, malesuada, insana, saeva, misera, jejuna, stimulans, dura, inops, atra, crudelis, urgens, vorax, acerba, importuna, aspera, aegra, praedura, avida, pallida, jejunans, languida, furibunda, violenta, dira, iners, impatiens, querula, vigil, insomnis, irrequieta, gravis, redux, rediviva, vesana, pestifera, pretiosa, imperiosa, moesta, tristis, rapida, tetra, lenta, implacata, perniciosa, ambitiosa, obscena, quatenus ad ultima redacti comedunt, quae nauseam excitant. PH. Amissis apibus morboque fameque. *V.* Suadet enim vesana fames. *V.* Egit amor dapis atque belli. *H.* Vix tres aut quattuor ista Res aluit; pallet caetera turba fame. *M.* Aut torsit lenta tristia fata fame. *M.* Despiciam dites, despiciamque famem. *T.* Vertere morsus Exiguam in Cererem penuria adegit edendi. *V.* Ipsa, fame stimulante, furens escasque sepulcris Quaerat, et a saevis ossa relicta lupis. *T.* Illos longa domant inopi jejunia victu. *V.* Mortis alumna fames. Turpi lurida vultu. Semper hians. *Se.* Omne periclum Docta subire fames. *Cl.* Cogebat vacui ventris furor. *I.* Quos improba ventris Exagitat coecos rabies. *V.* Trepidamque fames obsederat urbem. *Cl.* Inexstincta conficiare fame. *O.* In sterili jejuna Fames Pallorque Tremorque Sede habitant. Cum te, nate, fames ignota ad littora vectum Accisis coget dapibus consumere mensas. *V.* Cernit miserabile vulgus In pecudum cecidisse cibos et carpere dumos, Vellere et ignotis dubias radicibus herbas. *L.* Impastus ceu plena leo per ovilia turbans (Suadet enim vesana fames) manditque trahitque Molle pecus. *V.* Jamque comes semper magnorum prima malorum Saeva fames aderat, nulloque obsessus ab hoste Miles eget. *L.* Rabidi jejunia ventris Insolitis adigunt vesci. *S.* Tristi morientia torpent Membra fame. *Lr.* Collecta fatigat edendi Ex longo rabies. *V.* Pallida jejuno saeviat ore fames. Tum quoque dira fames implacataeque vigebat Flamma gulae. Furit ardor edendi, Perque avidas fauces, immensaque viscera regnat. *O.* Descr. *O.* M. 8, 799 sqq. *L.* 4, 93 sqq. *v. Erisichthon.* — *Trop.* Quid non mortalia pectora cogis, Auri sacra fames! *V.* Quem tenet argenti sitis importuna famesque. *H.* — *Famem satiare.* SY. famem explere, placare, eximere, comprimere, restinguere, levare, pellere, depellere, propellere, propulsare, sedare jejunia. PH. Postquam exempta fames et amor compressus edendi. *V.* Ventris jejunia placat. *O.* Concussaque famem in silvis solabere quercu. *V.* Vix humili duram reppulit arte famem. *O.* Hic piscibus atram Improbus ingluviem ranisque loquacibus explet. *V. v. satio.*

familia. *Pater familiae verus est Quirinalis.* (Scaz.) M. SY. agnatio, cognatio, domus, stirps, genus, gens; secta. EP. vetus, illustris, ampla, splendida, honesta, patricia, plebeja, gladiatoria, recens, tenuis, exilis, inhonesta, turpis, humilis. PH. Servare prorsus hanc familiam non potest. *Te.* Quem convocata jubet occidi familia. *Ph.* Turba suorum. *O.* Famularis manus. *Se. v. famulus.*

familiaris. SY. domesticus, necessarius, consuetudine conjunctus. PH. Ego sum Lar familiaris ex hac familia. *Pl. v. amicus.*

familiaritas. PH. Malo principio magna familiaritas Conflata est. *Te. v. amicitia.*

famosus. *Quod moechus foret, aut sicarius, aut alioqui Famosus.* H. PH. Famosisque Lupo cooperto versibus. *H.* Nec sponsae laqueum famoso carmine nectit. *H. v. celeber, fama, illustris; infamis, turpis.*

famula. *Exercet longo famulas ad limina penso.* PH. Quinquaginta intus famulae, quibus ordine longo. *V.* Famulasque laboribus urget. *O. v. ancilla.*

famularis. *Si Romam intrarit, famularia jura daturus.* O. PH. Turba famularis. *Se.* Hederisque ligat famularibus artus. *Va.* Famulare timens. *St.*

famulatus. *O sors acerba et dura famulatus gravis!* Se. *v. servitium.*

famulor. *Quae tibi jucundo famularer serva labore.* C. PH. Peliacis hic quum famularer in arvis. *St.* Irrigat Amphrysus famulantis pascua Phoebi. *L.* Semper iniquos, Fortuna famulante, premit. *Cl. v. servio.*

famulus *et* famul. *Argolico famulum non te servire tyranno.* M. SY. minister, servus, puer, mancipium, verna, vernula, pedissequus. EP. promtus, celer, fidus, succinctus, gnavus, sollers, sagax, fidelis, perfidus, ignavus, improbus, herifuga. C. PH. Facilis ad jussa expedienda, munia obeunda. Observans omnes domini gestus. Omnia promte

gĕrēns ăd nūtūs hĕrīlēs. Vōs, fămŭlī, quaē dīcam, ănĭmīs ădvērtĭtĕ vēstrīs. *V.* Cŏmĭtēs fămŭlōsquĕ rĕmōvĭt. *O.* Cūm fămŭlīs ŏpĕrūm sŏlūtīs. *H.* Ossă dĕdĭt tĕrraē, proĭnde ĭc fămŭl īnfĭmŭs ēssĕt. *Lr. v. servus.* — *Deorum.* Cŏmēs fămŭlūsquĕ săcrōrūm. *O.* Dĕī fămŭlōs sŭccēdĕrĕ tēctīs. *Iuc.* Cūstōs fămŭlūsquĕ dĕī Sĭlēnūs ălūmnī. *H. v. cultor, minister, servus.*

fămŭlŭs, *adj.* PH. Trādĭdĕrāt fămŭlās jăm tĭbĭ Rhēnŭs ăquās. *O.* Caēsărĕūm fămŭlō vērtĭcĕ fērrĕ pĕdĕm. *O.* Fămŭlās ăd proĕlĭă dēxtrās Excĭtăt. *L.*

fănātĭcŭs. *Aūt fănātĭcŭs ērrŏr* etc. H. SY. lўmphātŭs.

fānŭm. *Ăgrōs ătquĕ lărēs prŏprĭōs hăbĭtāndăquĕ fānă.* H. PH. Aūt răpĭām sūspēnsă săcrīs īnsīgnĭă fānīs. *T. v. delubrum, templum.*

făr, fărrĭs. *Fār ĕrăt, ĕt pūrī lūcĭdă mīcă sălĭs.* O. SY. grānŭm, frūmēntŭm, ădŏr, ădōrētŭm. EP. pĭŭm, dūrŭm, tōstŭm. PH. Fārrĕ pĭo ĕt plēnā sūpplēx vĕnĕrātŭr ăcērrā. *V.* Ăt sĭ trĭtĭcĕam ĭn mēssēm rōbūstăquĕ fārră Ĕxērcēbĭs hŭmŭm. *V.*

fărcĭo. PH. Fārtŭs păpўrō dūm tĭbĭ tōrŭs crēscĭt. *M.* Hīc fārtă prĕmĭtŭr ăngŭlō Cĕrēs ōmnī. *M. v. plenus, refertus.*

rūm, Tēmpŏrĕ sic dūro ēst īnspĭcĭēndă fĭdēs. *O.* Ēt stĕtĭt ād fīnēm lōngă tĕnāxquĕ fĭdēs. *O.* Sērvābō pāctām tēmpŭs ĭn ōmnĕ fĭdēm. *O.* Fĭdēs, quām tūrbĭnĕ nūllō Ēxcŭtĭēt fōrtūnă tĭbĭ. *L.* Nēc fŭĭt ĭn nōstrō cērtĭŏr ōrbĕ fĭdēs. *M.* Vūlgāre ămīcī nōmĕn, sēd rāra ēst fĭdēs. *Ph.* Nūllă fĭdēs pĭĕtāsquĕ vĭrīs, quī cāstră sĕquūntŭr. *L.* Fĭdēs vīnctă tēstĕ nūmĭnĕ. Sī quĭdquām tăcĭtō cōmmīssum ēst fīdo ăb ămīcō; Cūjūs sĭt pĕnĭtūs nōtă fĭdēs ănĭmī. *C.* Hōstĭbŭs ēst sērvāndă fĭdēs. Cōrvō rārĭŏr ālbō. Nĭgrō sĭmĭllĭmă cȳgnō. *v. fidelis, fido.* — *Fidem dare.* Āddĕ fĭdēm. *O.* Crēdĕ, brĕvīquĕ fĭdēs ădĕrĭt. *O.* Mōx ădăpērtă fĭdēs. *St. v. credo.* — *Fidem habere.* Ācquīrĭsquĕ fĭdēm sĭmŭlātī frōntĕ dŏlōrĭs. *L.* Māxĭmă rērūm Vērbōrūmquĕ fĭdēs. *V.* Crēdo ĕquĭdēm, nēc vānă fĭdēs. *V.* Fāmă fĭdēm mīssīquĕ rĕpōrtānt. *V.* Prīscă fĭdēs făctō. *O.* Māgnă fĭdēs ăvĭūm ēst. *O.* — *Fidem facere.* Ēt lăcrȳmae fēcērĕ fĭdēm. *O.* Hūc quŏquĕ dānt vērbō plūrĭmă sīgnă fĭdēm. *O.* Pērgām cōnnēctērĕ rēm, quae Ēx hōc āptă fĭdēm dūcĭt. *Lr.* Dēsĭnĭte īn vōbīs quaerĕrĕ vēllĕ fĭdēm. *T.* Sī quă fĭdēs ănĭmūm, sī vērīs īmplēt Ăpōllō. *V.* Rēs mănĭfēstă. *Lr.* — *Fidem negare.* Nĭsĭ vātĭbŭs ōmnĭs Ērĭpĭēndă fĭdēs. *O.* Ădĭmĭt tēmpŭs ĭn ōmnĕ fĭdēm. *O.* Ābrŏgānt ĕtĭām fĭdēm. *Pl.* Ā vērī dīssĭdēt īllă fĭdē. *O.* Prīvāvērĕ fĭdē. *St.* — *Fidem superare.* Ēxcēssītquĕ fĭdēm mĕrĭtōrūm sūmmă tŭōrūm. *O.* Ĕtĭāmsī vērūm dīcĭt, āmīttĭt fĭdēm. *Ph.* Tārdă sŏlēt māgnīs rēbŭs ĭnēssĕ fĭdēs. *v. incredibilis.* — *Fidem implorare.* Nōs hŏmĭnūm dīvūmquĕ fĭdēm māgnō clāmōrĕ cĭēmŭs. *L.* Dī, vēstrām fĭdēm! *Pl.* — *Fides, eccl.* Tūm gĕnĕrōsă Fĭdēs haec sūbdĭdĭt. *Pr.* Nāmquĕ fĭdēs sī cērta ănĭmī cōnsīstĭt ĭn ārcĕ. *Ivc.* Sēd fĭdĕī īnvĭctae gaudĭă vēră jŭvānt. *Prsp.*

fĭdēs, ĭūm, a nom. sing. fĭdĭs, ĭs, *f.* *Sūmĕ fĭdem ēt phărĕtrām* etc. O. *Ātquĕ mărēm sŏnĭtūm fĭdĭs īntēndīssĕ Lătīnae.* H. *Thrēĭcĭā frētūs cĭthărā fĭdĭbūsquĕ cănōrīs.* V. SY. cĭthără, chĕlȳs, bārbĭtŭs, lȳră, tēstūdo; chōrdae, nērvī, fīlă; nāblĭūm, sāmbūcă, fĭdĭcŭlă. EP. cănōrae, sŏnōrae, dūlcĭsŏnae, ārgūtae, dōctae, sŏnāntēs, blāndae, Pīndărĭcae, Āŏnĭae, dūlcēs, tēstūdĭnĕae, Tēĭae, Aeŏlĭae, Cȳllēnĭae, jŏcōsae, aurātae, Thrēĭcĭae, vōcālēs, mŏvēntēs, mūlcēntēs, dīssŏnāntēs, dīssŏnae, trīstēs, īngrātae, mĭsĕrae, quĕrŭlae, ēxĭguae. PH. Me fĭdĕ cōnspĭcŭūs Trōjae mūnītŏr ămāvĭt. *O.* Phoebum ēt tēr tērnās dĕcĭmā cūm Pāllădĕ Mūsās Spērnĕ, fĭdĭs. *Sid.* Aurĭtās fĭdĭbūs cănōrīs Dūcĕrĕ quērcūs. *H.* Fĭdĭbūs vōcēs crēvērĕ sŏnōrīs. *O.* Sōllĭcĭtūdĭnĭbūs pēctŏră moēstă lĕvāns. Āllĭcĭēns ănĭmōs, pērmūlcēns pēctŏră, tōllēns cūrās, mūlcēns, rĕfĭcĭēns, rĕcrĕāns pēctŏră moēstă sŏnō. Quae dūlcēs rēddĭt pōllĭcĕ tāctă sŏnōs. Ējĭcĭtūr dūlcī cūră mŏlēstă fĭdē. — *Fidibus cano.* SY. fĭdēs, cĭthărăm, chĕlȳn, lȳrăm, lȳrae fĭdēs, chōrdās, nērvōs, fīlă pūlso. Fĭdēs pōllĭcĕ, dĭgĭtīs, plēctrō, pēctĭnĕ pūlsārĕ, pērcŭtĕrĕ, īmpēllĕrĕ, sōllĭcĭtārĕ, tēntārĕ, īncrĕpārĕ, mŏvērĕ, tāngĕrĕ. Īmpēllō fĭdēs mŏdŭlāmĭnĕ dōctō. Sŏnōrīs fĭdĭbŭs ārgūtōs cāntūs mŏdŭlārī. Cănōrīs fĭdĭbūs rĕsŏnārĕ dūlcĭs mŏdŭlāmĭnă cāntūs. Fĭdĭbūs strĕpŭērĕ sŏnōrīs. *v. cithara, citharoedus, fistula, lyra.*

fĭdĭcĕn. *Rōmānae fĭdĭcĕn lȳrae.* (Glyc.) H. SY. lȳrĭcĕn. EP. dōctŭs, sōllērs, pĕrītŭs. PH. Pīndărĭcae fĭdĭcēn tū quŏquĕ, Rūfĕ, lȳrae. *O. v. citharoedus.*

fĭdĭcŭlă. SY. ĕquŭlĕŭs. 1) *v. fidis.* — 2) PH. Ēxprĭmĕrĕ, Rūfĕ, fĭdĭcŭlae lĭcĕt cōgānt. *M.* Nēc dīstăt, īgnĭs ān fĭdĭcŭlae saevĭānt. *Pr.*

Fĭdĭŭs. — *Sāncō Fĭdĭōnĕ rĕfērrĕm.* O. *v. Medius.*

fīdo. *Fīdĭtĕ nē pĕdĭbūs, fērrō rūmpēndă pēr hōstēs.* V. SY. cōnfīdĕrĕ, fĭdem hăbērĕ, crēdĕrĕ, spērārĕ. PH. Nĭmĭūm nĕ fīdĕ jŭvēntae. Nūnquām rēbŭs crēdĕrĕ laetīs. *Se.* Crēdĭdĭmūs blāndīs, quōrūm tĭbĭ cōpĭă, vērbīs. Heū, nĭhĭl īnvītīs fās quēmquām fīdĕrĕ Dīvīs. *V.* Quāmvīs ŏpĕ fīdĭs ĕquīnā. *O.* Fīdēntēmquĕ fŭgā Pārthūm vērsīsquĕ săgīttīs. *V.* Fīdēns fēr pēctŭs ĭn hōstēs. *V.* Fīdēns ănĭmī. *V.* Hīc ārcū fīsōs tērrŭĭt ēnsĕ Gĕtās. *O.* Fīsūs, cūnctă sĭbī cēssūră pĕrīcŭlă Caesăr. *L. v. audeo, confido, credo, fiducia.*

fīdūcĭă. *Tāntănĕ vōs gĕnĕrīs tĕnŭĭt fīdūcĭă vēstrī?* V. SY. cōnfīdēntĭă, audācĭă, ausūs; fĭdēs. EP. audāx, sŭpērbă, fīrmă, cērtă, cōnstāns, īntrĕpĭdă, īmmōtă, tĕmĕrārĭă, fāllāx, pāllēns, stŏlĭdă, īncērtă. PH. Fīdūcĭă fōrmae Dēcĭpĭt. *O.* Cērnĭs, quae Rŭtŭlōs hăbĕăt fīdūcĭă rērūm. *V.* Quae sĭt fīdūcĭă cāptō. *V.* Īn vŏlŭcrī tĕnŭīs fīdūcĭă cūrsū. *O.* Audācī cēssĭt fīdūcĭă Tūrnō. *V.* Spēsque audāxque ūnā mĕtŭs, ēt fīdūcĭă pāllēns. Hūmānīs quae sĭt fīdūcĭă rēbŭs. *V.* Fīdūcĭă cēssĭt Quō tĭbĭ, Dīvă, mĕī? *V.* Ōmnĭs spēs Dănăūm ēt coēptī fīdūcĭă bēllī Pāllădĭs auxĭlĭō sēmpēr stĕtĭt. *V. v. audacia, fides, spes.*

fīdŭs. — *mŏdŏ sĭt tĭbĭ fīdŭs ămīcŭs.* P. PH. Fīdīs ŏffēndăr ămīcīs? Fīdūsque ād līmĭnă cūstōs. *V.* Fīdīssĭmă cōnjūx. *O.* Nĕque ĕnĭm rēspōnsă dăbāntŭr Fīdă sătĭs. *V.* Fīdō pēctŏrĕ ārcāna ōccŭlăm. *Se. v. fidelis.*

fīgmēntŭm, ī *et* fīgmĕn, ĭnĭs. *eccl.* SY. cōmmēntŭm. PH. Dīvīnum īn nūllō fīgmēntūm dēspĭcĭātŭr. *Prsp.* Sērpēntĭs tāntūm sēmpēr fīgmēntă căvētō. *Alc.* Fāctŏr ŭtrōque hŏmĭnēm mĕdĭtāns dē fīgmĭnĕ jūnctūm Aedĭfĭcārĕ sŭī sĭmĭlēm. *Pr. v. fabula.*

fĭglīnŭs. *Fĭglīnīs coenāssĕ fĕrūnt Ăgăthŏclĕă rēgēm.* Au. *v. fictilis.*

fīgo; fīxī. *Aurītōsquĕ sĕquī lĕpŏrēs ēt fīgĕrĕ dāmās.* V. SY. āffīgĕrĕ, dēfīgĕrĕ, īnfīgĕrĕ, praefīgĕrĕ; cōnfīgĕrĕ; fĕrīre, vūlnĕrārĕ; īmmīttĕrĕ, plāntārĕ, cōndĕrĕ, fŏdĕrĕ. *Met.* fīrmārĕ, rōbŏrārĕ, stătŭĕrĕ. PH. Scŏpŭlōque īnfīxa ăcūtō. Haerēt lătĕrī lētālĭs ărūndo. Vērūbūsquĕ trĕmēntĭă fīgūnt Tērgŏră. *V.* Ŏcŭlōs īn vīrgĭnĕ fīgĭt. *O.* Sī fīgĭt ădămāntĭnōs Sūmmīs vērtĭcĭbūs dīră Nĕcēs-

xitia Clavos. H. Servati ex undis ubi figere dona solebant. V. Postibus adversis figo (clypeum). V. Oscula terrae. O. Ramos humo. O. — Trop. Haec mea figite dicta. V. Et tacitus nostras intra te fige querelas. I. Fixo duro vulnera cultro. O. Illa solo fixos oculos aversa tenebat. V. Si non animo fixum immotumque sederet. V. Fixa et mutari nescia. I. Acri fixa dolore. V. Fixit leges pretio atque refixit. V.

figulus. *Siciniae, figulo sum genitore satus.* Au. SY. fictor, argillae fabricator, testarum opifex. EP. laboriosus, sedulus, industrius. PH. Format humum manibus, signa facitque luto. Simulacra argillacea fingere doctus. Contorquens rotam pedibus In celerem orbem. Incrustans ollas vitro. Fingens vasa. Componens ollas de facili luto. Testamque peritus E molli finxisse luto. Et crasso figuli polita caelo. M. *v. artifex.*

figura. *Induit ignotas hominum conversa figuras.* O. SY. forma, species, imago, facies. EP. recta, varia, certa, apta, cerea. PH. Lympha figuras Datque capitque novas. O. Signatur cera figuris. O. Ossa ferunt lapidis traxisse figuram. O. E parvis constare figuris. Lr. Gentes formatae mille figuris. O. Accurrunt animo pereundi mille figurae. O. — *I. q. vultus.* Fonte bibes, spectasque tuam stupefacta figuram. O. — *I. q. manes.* Saepe figuras Contuimur miseri, simulacraque luce carentum. Lr.

figuro. *Os tenerum pueri balbumque poeta figurat.* H. SY. formare, fingere, effingere, componere, quadrare, informare, conformare. PH. Figuris signare. Describere figuras, ducere, trahere, effingere, exprimere. Fluctumque figurat. Mn. Tempora nostra figurat. Pr. Aurum impressis animare figuris. St.

filia. — *servabat filia sedes.* V. SY. nata, suboles, proles, gnata, nupta. EP. pulchra, venusta, verecunda, pudica, nubilis, casta. PH. Superans reliquas forma praestante puellas. Dives dote. Orba parentibus. Acerba parenti. Proles optata virebat Unica. Cl. *v. nubilis, puella, virgo.*

filius. *Laserat in campo fortunae filius omnes.* J. Omittitur, ut *Ajax, Oilei V.* A. 1, 45. *Deiphobe Glauci*, 6, 35. SY. natus, proles, suboles, progenies, puer, satus, creatus, genitus, gnatus, propago, sanguis. EP. carus, dilectus, venustus, ingenuus, blandus, suavis, dulcis, perditus, deperditus, impius, improbus, sceleratus. PH. Mascula proles. Prolesque virilis Nulla fuit. Seni huic fuerunt filii nati duo. Pl. Est genitor Peleus, est Pyrrhus filius illi. O. Tum satus Anchisa. V. Parentis spes, adjumentum, solamen. Curarum et senii dulce levamen. Spes firma parentis. Socii pignora cara tori. Ore parentem referens. Carum pignus conjugii. Spes operosa patri. Quo sanguine cretus. V. Juvenes Salmone creati. V. Fauno quem Nympha crearat. O. Projice tela manu, sanguis meus. V. Non si ipse meus nunc afforet Hector. V. Pignora da, genitor, per quae tua vera propago Credar. O. Cujus erat facies, in qua materque paterque Cognosci possent. O. Saltem si qua mihi de te suscepta fuisset Ante fugam suboles, si quis mihi parvulus aula Luderet Aeneas, qui te tantum ore referret. V. *v. juvenis, puer.*

filix. *Neglectis urenda filix innascitur agris.* V. SY. virens, viridis, nocens, noxia, invisa.

filum. *Omnia sunt hominum tenui pendentia filo.* O. SY. stamen, linum, fili stamen. EP. gracile, tenue, subtile, praetenue, leve, teres, sericum, textile, nodosum. PH. Tereti deducit stamina filo. Et quidquid levibus filis connectit et auro. Deducit aranea filum. O. Deducens filum. Lentum filis immittitur aurum. O. Torti magica vertigine fili. L. Levibus filis connectit et auro. V. Canis frondes intexere filis. O. Inceptaque fila relinquit. O. Purpureasque notas filis intexuit albis. O. *v. neo, texo.* — *Parcarum.* Dum sororum Fila trium patiuntur atra. H. Triplicesque deae tua fila revolvent. H. q. v. — *Lyrae.* Tractat inauratae consona fila lyrae. O. *v. cithara, fides.* — *Plantarum.* Nec fuerant rubri cognita fila croci. O. — *Carminum.* Tenui deducta poemata filo. H. Trinum dicendi genus est: sublime, modestum Et tenui filo. Au. — Esse pari filo similique affecta figura. Lr.

fimbria. SY. lacinia, instita, limbus, vestis, ora, capilli. PH. Et circum textum croceo velamen acantho. V. Quam plurima circum Purpura Maeandro duplici Meliboea cucurrit. V. Fimbria saltem Vix attacta dei. Sed.

fimus. *Ne saturare fimo pingui pudeat sola* etc. V. SY. lutum, coenum, stercus. EP. pinguis, immundus, udus, tenax, abjectus, putris, foetens, foetidus, vilis, bubulus, liquidus. *v. stercoro.*

findo; fidi. SY. diffindere, scindere, exscindere, discindere, proscindere, secare, dissecare, dividere. PH. Cuneis findebant fissile lignum. V. Partes ubi se via fidit in ambas. V. Paries tenui fissus rima. Findere in bina secando. Medium ferro gemina Inter tempora frontem Dividit. *v. scindo, seco.*

fingo. *Fingere carmina*, H. *Fingere crinem*, A. 4, 148. *Fingere equum*, 4, 80. SY. effingere; simulare, dissimulare; creare, formare, efformare, informare; excogitare; imitari, exprimere, conflare, comminisci. PH. Et Daedala fingere tecta. V. Et mella tenacia fingunt. V. Luteum sub trabe fingit opus. O. Mollique fluentem Fronde premit crinem fingens. V. — *Trop.* Voce paterna Fingeris ad rectum. H. Virgo fingitur artubus. H. Te quoque dignum Finge deo. V. Fingit equum tenera docilem cervice magister Ire viam. H. — *I. q. simulo.* Tristi fingere mente jocum. T. Mens mihi perfida fingit. T. *v. fictus.*

finio. *Si bellum finire manu, si pellere Teucros.* V. SY. conficere, perficere, absolvere, concludere, finem facere, dare, ponere, imponere; limitare, terminare, definire, determinare, complere, profligere. PH. Sardibus hinc, illinc parvis finitur Hypaepis. *O.* Riparum clausas margine finit aquas. *O.* Jam statue tandem gravibus aerumnis modum Finemque cladi. *Se.* Prima mei pars est exacta laboris. *O.* Nec stabit civilibus exitus armis. *L.* Quem finem fessis rebus feret. *V.* Extremam Saturnia bello Imponit regina manum. *V.* Ut via finita est. *O.* Finitaque certis Legibus est aetas. *O.* Optatam contingere metam. *H.* Non vestra capit discordia finem. *V.* Finem posuisse labori Gaudet. Ventum ad supremum est. *V.* Facere, statuere modum. Ad finem perducere. Summam, extremam manum operi addere, adhibere, afferre, admovere. Contigimus portum, quo mihi cursus erat. Pierides, coeptis addite summa meis. *O.* Curis imponere finem. Hoc opus exegi. *O.* Exegi monumentum, aere perennius. *H.* Ad umbilicum ducere. Coronidem, metam imponere. Colophonem addere. Vela complicare, constringere. Gladio finire dolorem. *O.* Jam mala finissem leto. *T.* Finiat ut poenas tandem, rogat. *V.* Finem imposuit pugnae. *V.* Ultimus ille dies bello gentique fuisset. *V.* — *Finire sermonem.* Finem dedit ore loquendi. *O.* Hic finis fandi. *V.* Vix bene desierat. *O.* Finierat Paean. *O.* Finiturus eram. *O.* Finieram quum sic respondit nona sororum. *M.* *v. cesso, finis.*

finis. *Nullane finis erit nostro concessa dolori?* P. SY. exitus, terminus, meta, limes; eventus, successus, effectus; modus, extremitas, ora, ultima linea, calx. PH. Hic finis Priami fatorum, hic exitus illum Sorte tulit. *V.* Coeptis supremam impone manum. Extremo sub fine laborum. *V.* Quis scelerum modus est? *L.* Quem das finem, rex magne, laborum? *V.* Exitus acta probat. Finis adest. Et jam finis erat. *V.* Operis fastigia summi. Ad calcem perducere. Ad metam pervenire. Metam properamus ad unam. Mors ultima linea rerum. Spatiis ultima meta meis. *O.* Imperium sine fine dedi. *V.* Certum voto pete finem. *H.* Lusus habet finem. *O.* *v. cardo, finio.* — *Fines.* SY. confinia, termini, limites. PH. Finitimi agri, campi, populi. Vicina, contermina tellus. Nos patriae fines et dulcia linquimus arva. *V.* Detrudere finibus hostes. *V.* — *Trop.* Praescriptos transscendere fines. *Cl.* Sunt certi denique fines, Quos ultra citraque nequit consistere rectum. *H.*

finitimus. *Hic ego finitimis quamvis circumsoner armis.* O. SY. vicinus, propinquus, proximus, confinis, conterminus.

finitor, oris. PH. Cunctis finitor maxime rerum. *St.* — Libycae finitor circulus orae. *L.* *v. horizon.*

fio, fis. *Omnia jam fient, fieri quae posse negabam.* O. — *Melior fis accedente senecta.* H. *Consulto factum est, mihi ut insidiae fierent.* (Iamb.) Pl. — *esset, inde ut fieret.* Te. SY. effici, evadere, reddi, exsistere. PH. Calvus repente factus est. Ph. Quid mihi fiet. *O.* Fi cognitor ipse. *H.* Nunc agilis fio. *H.* Fit via vi. *V.* Fit strepitus tectis. *V.* Sonitus fit in aethere. *V.* Qui fit, Maecenas? *H.*

firmamen. — *longi firmamina trunci.* O.

firmamentum. *Qui firmamentum condidit ex nihilo.* Pr. *v. coelum.*

firmiter. *Fluctibus a ventisque averis firmiter essent.* Lu.

firmo. SY. roborare, corroborare, confirmare, stabilire, munire. PH. Truncatum pinus regit et vestigia firmat. *V.* Portus aditus urbis firmant. *V.* — *Trop.* Donec labantes consilio patres Firmaret auctor nunquam alias dato. *H.* Haec omnia firma. *V.* Talibus inter se firmabant foedera dictis. *V.* Adsis o tandem et propius tua numina firmas. *V.*

firmus. SY. constans, durabilis, immotus, immobilis, inconcussus, certus, stabilis, fixus. PH. Firma cavavit Robora. *V.* Et firmo poplite nondum Constitit. *O.* Non hydra secto corpore firmior. *H.* — *Trop.* Caetera damna Durata jam mente malis firmaque tulerunt. *L.* Nunc opus est animis, nunc pectore firmo. *V.* Non firmus rectum defendis et haeres. *H.* *v. constans.*

fiscina. *Nunc facilis rubea texatur fiscina virga.* V. SY. fiscella, fiscellum, cista, cistula, canistrum, calathus, qualus. EP. vimineа, fragilis, tenuis, textilis, juncea. PH. Vas lento vimine textum. Viridi fiscellam texit hibisco. *V.* Fiscella levi detecta est vimine junci. Contextaque cannis fiscina. Gracilis fiscella salicto Texitur. *Clp.* *v. calathus.*

fiscus. PH. Unus ferebat fiscos cum pecunia. *Ph.* Aerata multus in arca Fiscus. *I.* — *Principis.* Quidquid conspicuum pulcrumque ex aequore toto, Res fisci est. *I.* Hoc poscit usus publicus, Hoc fiscus, hoc aerarium. *Pr.*

fissilis. — *scindebant fissile lignum.* V.

fissus. PH. Fissus erat tenui rima paries. *O.* *v. findo.*

fistula. *Quem mea carminibus meruisset fistula caprum.* V. SY. avena, calamus, tibia, arundo, canna, cicuta, buxus. EP. arguta, rustica, dulcis, suavis, cava, levis, tinnula, rauca, stridens, indocta, blanda, canora, garrula, agrestis, jucunda, grata, amoena, laeta, silvestris, enoda, pastoralis, septiforis, pastoria, dissona, tenuis. PH. Fistula disparibus septem compacta cicutis. *V.* Septem cecinit fistula blanda modos. Fistula disparibus paulatim surgit avenis. *O.* Quum Pan Unco saepe labro calamos percurrit hiantes, Fistula silvestrem ne cesset fundere Musam. *Lr.* Quo dulcis ab aestu Fistula potoras ire jubebat oves. *P.* Suadetque leves cava fistula somnos. *St.* Tu calamos inflare leves, ego dicere versus. Argutis dulce sonat calamis. Me Silvanus amat, dociles mihi donat avenas. Calamos labris inflare sono-

rōs. Nēc tē poenĭtĕăt călămō trīvīssĕ lăbēllŭm. *V.* Pān prīmŭs călămōs cērā cōnjŭngĕrĕ plūrēs Īnstĭtŭĭt. *V.* Āgrēstēm tĕnŭī mĕdĭtābŏr ărūndĭnĕ Mūsăm. Dāns blāndōs mŏdōs. Tībĭă fīngēns tĕnĕrōs mŏdōs. Mŏdŭlāns laētōs cāntŭs. Ēffūndēns dūlcēs sŏnōs. Dīspār sēptēnīs fīstŭlă cānnīs. *O.* Dīspărēs călămī cōmpāgĭnĕ cērae jūnctī. Gārrŭlă sīlvēstrī fīstŭlă săcră dĕō: Fīstŭlă, cuī sēmpēr dēcrēscĭt ărūndĭnĭs ōrdŏ; Nām călămūs cērā jūngĭtŭr ūsquĕ mĭnŏr. *T.* Tībĭ fīstŭlă cērā Jūnctă fŭĭt *V.* Ĭnaēquālēs cērā tēxēbăt ăvēnās. *Cl.* Pāstŏr jūnctīs pĭcĕ cāntăt ăvēnīs. *O.* Sōlāmēnquĕ mălī dē cōllō fīstŭlă pēndĕt. *V. v. avena, calamus, chelys, cicuta.*

fīsŭs. *v. fido.*

fīxŭs. *v. figo.*

flābēllŭm. ***Ēt mŏdŏ pāvōnĭs caūdaē flābēllă sŭperbī.*** P. PH. Mōtā sălūbrĕ pūrpŭră vēnĭt frīgŭs. *M.* Et quūm sē răpĭdō fēssūm prōjēcĕrăt aēstū, Pātrĭcĭūs rŏsĕīs pāvōnŭm vēntĭlăt ālĭs. *Cl. v. ventilo.*

flābrŭm. ***Lēnĭbŭs hōrrēscūnt flābrĭs, sūmmaēquĕ sŏnōrēm.*** V. SY. flāmĕn, flātŭs, aūră, vēntŭs; flābēllŭm. EP. lēnĕ, tĕnŭĕ, vēntōsŭm, pīctŭm, dĕcōrŭm, fēmĭnĕŭm, ănĭmōsŭm, saēvŭm, prŏcāx, pĕtŭlāns, văgŭm, sīlvĭfrăgŭm. PH. Quaē tĕnĕt ĭn nĭvĕā flābră dĕcōră mănū. Ūt mŏvĭt crīnēs vēntōsō Caēlĭă flābrō. Pĕtŭlāntĭbŭs flābrĭs. *v. ventilo, ventus.*

flăgēllo. ***Lūmĭnă sīdĕrĭbŭs cērtēnt, mōllēsquĕ flăgēllēnt.*** M. SY. caēdĕrĕ, pērcŭtĕrĕ, vērbĕrārĕ. PH. Flăgēllīs, vīrgīs, vērbĕrĭbŭs caēdĕrĕ, cāstīgārĕ, tūndĕrĕ, cōntūndĕrĕ, lăcĕrārĕ. Flăgēllō ĕquōs ēxcĭtārĕ, stĭmŭlārĕ. Ūrgĕt ĕquūm stĭmŭlīs aūrīgă crŭēntīs. Cōntĭnŭō sōntēs ūltrīx ăccīnctă flăgēllō Tīsĭphŏnē quătĭt. *V.* Mārs fŭrĭt ēt dūrŭm quătĭēns Bēllōnă flăgēllŭm. *S.* Tērrĭbĭlī fŭrĭae īnsŏnŭērĕ flăgēllō. Tōrto īnstārĕ flăgēllō. Lēntō crŭcĭārĕ flăgēllō. Īntōrtō vērbĕrĕ tērgă sĕcārĕ. Vērbĕrĭbŭs cāstīgārĕ, Īngĕmĭnārĕ īctŭs. Īnsŏnārĕ flăgēllō. Quătĕrĕ fūstĕ tērgă. Rŭbĕt īllĕ flăgēllīs Ăd mōrtēm caēsŭs. *H.* Caēdăt lĭcĕt ūsquĕ flăgēllō. *M.* Gaūdĕt ăcērbō Plāgārŭm strēpĭtū. *P. v. flagellum.*

flăgēllŭm. ***Sīc tĭbĭ dē Fŭrĭīs scīndăt lătŭs ūnă flăgēllō.*** V. SY. flăgrŭm, vērbĕr, vīrgă, lōrŭm, scŭtĭcă. EP. crŭēntŭm, ātrŭm, hōrrĭsŏnŭm, dūrŭm, grăvĕ, ātrōx, dīrŭm, saēvŭm, crūdēlĕ, spīnōsŭm, rĭgĭdŭm, trīstĕ, vūlnĭfĭcŭm, hōrrēndŭm, sāngŭĭnĕŭm, mĭnāx, vīndēx, ăcērbŭm, fŭrĭālĕ, tōrtŭm, cōntōrtŭm, nōdōsŭm, mĕtŭēndŭm, crŭēntātŭm, rĕsŏnāns, īmmītĕ, crēbrŭm, hōrrĭbĭlĕ, ācrĕ, mōrtĭfĕrŭm. PH. Īnsŏnŭītquĕ flăgēllō. *V.* Quī mĕă crūdēlī lăcĕrāvĭt vērbĕrĕ tērgă. *O.* Īntōrtō vērbĕrĕ tērgă sĕcă. *T.* Sāngŭĭnĕŭm vĕlŭtī quătĭēns Bēllōnă flăgēllŭm. *S.* Vīscĕră vūlnĭfĭcīs tāndēm cōntūsă flăgēllīs. Nēc dūră tĭmēbĭs Flāgră pătī. *I.* — *Trop.* Mēns sĭbĭ cōnscĭă fāctī Praēmētŭēns ădhĭbĕt stĭmŭlōs tōrrētquĕ flăgēllīs. *Lr.* Occūltūm quătĭēnte ănĭmō tōrtōrĕ flăgēllŭm. *I.*

flāgĭtĭŭm. ***Pōssēs ĭn tāntō vīvĕrĕ flāgĭtĭō.*** P, SY. scĕlŭs, crīmĕn, dēlīctŭm, cūlpă, lābēs, vĭtĭŭm, ădmīssŭm. PH. Pējūsquĕ lētō flāgĭtĭŭm tĭmĕt. *H. v. crimen.*

flāgĭto. ***Flāgĭtăt ĭn mōrsūs rĕfĭcī, quĭn ōmnĭă mălĭt.*** H. SY. pĕtĕrĕ, pōstŭlārĕ, pōscĕrĕ, ēxpōscĕrĕ, prĕcārī, vĕhĕmēntĕr īnstārĕ, ūrgērĕ, īnsēctārī, ēfflāgĭtārĕ. *v. oro, peto, precor.*

flagro. ***Sīdĕrĕō flāgrāns clŭpĕō*** etc. V. — ***crīnēmquĕ flāgrāntēm.*** V. SY. dēflagrārĕ, ārdērĕ, ēxārdērĕ, īncēndī. PH. Mĕdĭō flāgrāntĕ tŭmūltū. *V.* Flāgrāntēs pērfūsă gĕnās. *V.* Ōdĭō tŭă pēctŏră flāgrānt. *O.* Flāgrăt ămōrĕ pĭlaē. *M.* Flāgrārĕ cŭpīdĭnĕ cūrrūs. *O.* Pārs vīsĕrĕ flāgrānt. *St. v. ardeo, incendium.*

flagrŭm. ***Ăd sŭă quī dŏmĭtōs dēdūxĭt flāgră Quĭrītēs.*** J. ***Flāgră pătī*** etc. I. *v. flagellum.*

flāmĕn, *n.* — ***Răpĭdō tērrăm cŭm flāmĭnĕ pōrtănt.*** V. PH. Cōntrārĭă clāssī Flāmĭnă. *O.* Īngēntī flāmĭnĕ pūppĭs Dūcĭtŭr. *O. v. flatus, ventus.*

Flāmĕn, *m.* — ***Flāmĕn ăd haēc prīscō mōrĕ Dĭālĭs ĕrăt.*** SY. săcĕrdōs. EP. sacrĭfĭcŭs, Dĭālĭs, Mārtĭālĭs, Quĭrīnālĭs, săcĕr, vĕnĕrāndŭs. PH. Vīnctŭs pĭă tēmpŏră lānā. Ōmnĭbŭs hīs nĭvĕā cīngūntŭr tēmpŏră vīttā. Flāmĭnēs căpĕrĕ, prōdĕrĕ, crĕārĕ. *v. sacerdos.*

Flāmĭnĭŭs, ĭ. ***Sīnt tĭbĭ Flāmĭnĭŭs Thrāsymēnăquĕ lītŏră tēstēs.*** O. — ***Flāmĭnĭaē Claūdĭă jūnctă vĭaē.*** O.

flāmmă. SY. īgnĭs, fāx, Vūlcānŭs, ăcĭēs, Vūlcānĭă. EP. trĕmŭlă, crĕpĭtāns, cŏrūscă, tōrrēns, ācrĭs, cĕlĕr, călĭdă, īgnĕă, vŏlāns, vēlōx ăvĭdă, rŭtĭlă, vīvă, răpĭdă, fērvĭdă, rŏgālĭs, lūcēns, rŭtĭlāns, rŏsĕă, mĭcāns, rădĭāns, clāră, cŏrūscāns, ăgĭlĭs, fērvēns, răpāx, īmpĭă, vŏrāx, tōrrĭdă, lūcĭdă, ārdēns, ēxārdēns, Aētnaēă, īgnītă, cŏmāns, mōbĭlĭs, sĕquāx, fūlgēns, aūdāx, fūmōsă, fŭrēns, pŏpŭlātrīx, vāstātrīx, ĕdāx, fĕră, strīdŭlă, crūdēlĭs, stŭpĕă, văgă, vĭgĭl, mūltĭfĭdă, vŏlŭcrĭs, ērrāns, tŭmĭdă, flăgrāns, flūctŭāns, fĕrōx, rŭbēns, rĕlūcēns, saēvĭēns, sŏnōră, ātrōx, īgnĭvŏmă, ūndāns, ălăcrĭs, tērrĭfĭcă. PH. Ēxsŭpĕrānt flāmmaē, fŭrĭt aēstŭs ăd aūrās. *V.* Cōrrĭpŭĭt trĕmŭlīs āltārĭă flāmmĭs Īgnĭs ĕdāx. *V.* Flāmmās ăd cūlmĭnă jāctăt. *V.* Pōstquām cōllāpsī cĭnĕrēs ēt flāmmă quĭēvĭt. *V.* Flāmmārŭm lōngōs ā tĕrgo ālbēscĕrĕ trāctūs. *V.* Fērvĭdă vĭcīnō flāmmă văpōrĕ nŏcĕt. *O.* Flāmmā pŏpŭlāntĕ căpīllōs. *O.* Ăpĭcēmquĕ pĕr āĕră dūxĭt Flāmmă. *O.* Moēnĭă cīngĕrĕ flāmmīs. *V.* — *Trop.* Est mōllīs flāmmă mĕdūllās. *V.* Cōncēptās pēctŏrĕ flāmmās. *O.* Saēvās ōxstīnguĕrĕ flāmmās. *O. v. amor; ignis, incendium.*

flāmmĕŏlŭs. ***Prēssăquĕ flāmmĕŏlā rūmpātŭr fīscīnă cālthā.*** Co.

flāmmĕŭm *et* flāmmĕŏlŭm. ***Lūtĕă dēmīssās vēlārănt flāmmĕă vūltūs.*** L. ***Sĕdĕt īllă părātō Flāmmĕŏlō*** etc. I.

flămmĕŭs. SY. flămmātŭs, ignītŭs, ignĕŭs, ūrēns, flagrāns, flāmmĭvŏmŭs, flāmmĭfĕr. PH. Quăcūnque ē caūsā flāmmĕŭs ārdŏr. *Lr.* Flāmmĕŭs aegĭdă caelăt Mūlcĭbĕr. *St.*

flāmmĭfĕr *et* flāmmĭgĕr. *Flāmmĭfĕrīs ĭmplēnt* etc. O. *Flāmmĭgĕr ăn Tītān* etc. L.

flāmmō. PH. Sōl prŏpĭŭs flāmmābăt ăquās. *Va.* Rŏsĕō flāmmātŭr pūrpŭră vūltū. *St.* Flāmmāntŭr ĭn hōstĕm Cōrnĭpĕdēs. *St.* Flāmmāntĭă lūmĭnă tōrquēns. *V.* Quaecūnque ignī flāmmātă crĕmāntŭr. *Lr.* Tālĭă flāmmātō dĕă sēcūm cōrdĕ vŏlūtāns. *V.* At jŭvĕnīs, măgnō flāmmātŭs pĕctŏră lūctū. *St.* Flāmmātă vĕnēnō Tēlă. *Va. v. accendo, ardeo.*

flātŭs. — *Hībērnīs pārcēbānt flātĭbŭs Eūrī.* V. PH. Et mădĭdīs Eūrī rĕsŏlūtae flātĭbŭs Alpēs. *L.* Aspīrāns prŏpēllĭt cārbăsă flātŭs. *S. v. flamen, spiritus, superbia, ventus.*

flāvĕo, ēs *et* flāvēsco, ĭs. *Flāvēntēs ăbscīssă cŏmās* etc. V. *Paūllātīm mōllī flāvēscēt cāmpŭs ărīstā.* PH. Flāvūm cŏlōrem ĭndŭĕrĕ, cōntrăhĕrĕ, sūmĕrĕ. Flāvēntĭbŭs īllĭtă cērīs. *O.* Flāvēnt căpĭtī tērgōquĕ lĕōnīs Exŭvĭae. *St. v. flavus.*

Flāvĭŭs. — *dŏmĭnōs, gēns Flāvĭă, jūstōs.* Au. PH. Mānēbĭt āltūm Flāvĭae gēntĭs dĕcŭs. *M.*

flāvŭs. — *sūmmā flāvūm căpŭt ēxtŭlĭt ūndā.* V. SY. rŭtĭlŭs, crŏcĕŭs, lūtĕŭs, flāvēns, aūrĕŭs, gĭlvŭs. PH. Et crīnēs flāvōs ĕt mĕmbră dĕcŏră jŭvēntae. *V.* Flāvăquĕ dē vĭrĭdī stīllābānt īlĭcĕ mēllă. *V.* Vĭdĭmŭs flāvūm Tĭbĕrīm. *H.* Cuī flāvām rĕlĭgās cŏmăm? Flāvŭs Apōllo. *O.* Cīngĕrĕ līttŏrĕā flāvēntĭă tēmpŏră mўrtō. *O.* Plăcŭĭt crŏcĕīs Aūrŏră căpīllīs. *O.* Ēlēctrō sĭmĭlēs aūrōquĕ căpīllōs. *O.* Bārbae cŏlŏr aūrĕŭs, aūreā Ex hŭmĕrīs mĕdĭōs cŏmă dēscēndēbăt ĭn ărmōs. *O.* Nūdō cuī vērtĭcĕ fūlvă Caesărĭēs. *V.* Fūlvōquĕ nĭtēt cŏmă grātĭŏr aūrō. *St.* Flāvēntēm prīmā lānūgĭnĕ mălās. *V.*

flēbĭlĭs. *Nēc jăcĕām claūsām flēbĭlĭs āntĕ dŏmūm.* T. SY. lūgŭbrĭs, lăcrўmābĭlĭs, lăcrўmōsŭs, lăcrўmīs dīgnŭs, moēstŭs, trīstĭs. PH. Mūltīs īllĕ bŏnīs flēbĭlĭs ōccĭdĭt, Nūllī flēbĭlĭŏr, quām tĭbĭ, Vĭrgĭlī. *H.* Flēbĭlĭtēr gĕmēns. *H.* Flēbĭlī spōnsae jŭvĕnēmvĕ răptūm. *H.* Spārgēbāt tĕpĭdōs flēbĭlĭs ĭmbrĕ sĭnūs. *O.* Flēbĭlĕ saevī Lātrāvērĕ cănēs. *L.* Rēspōnsānt flēbĭlĕ rīpae. *O.* Flēbĭlĕ gaūdēns Prōsĭlŭĭt. *Va.* Ŭlŭlārūnt flēbĭlĕ. *S.*

flēcto. *Flēctĕrĕ sī nĕquĕō Sŭpĕrōs, Ăchĕrōntă mŏvēbō.* V. SY. īnflēctĕrĕ, tōrquērĕ, cōntōrquērĕ, cūrvārĕ. *v. curvo.* plācārĕ, mītĭgārĕ, mŏvērĕ, mūlcērĕ, āffĭcĕrĕ, lēnīrĕ. PH. Gўrō brĕvĭōrĕ flēctī. *St.* Flēctĕrĕ hăbēnās, ŏcŭlōs, ĕquōs, cūrrūs, jŭvēncōs. Flēctĭt ĕquōs cūrrūquĕ vŏlāns dāt lōră sĕcūndō. *V.* Flēctĕ vĭām vēlīs. *V.* Hūc gĕmĭnās, hūc flecte ăcĭēs. *V.* Flēxĕrăt ōblīquō Plaūstrūm tēmōnĕ Bŏōtēs. *O.* Flēctēre ĭtēr sŏcĭīs tērraēque ādvērtĕrĕ prōrăm Impĕrăt. *V.* Mănĭbūsque ūndāntēs flēctĭt hăbēnās. *V.* Sī flēctās ŏcŭlōs. *I.* Flēctĕrĕ lūctāntēs ĭntĕr vīnētă jŭvēncōs. *V.* Flēctĭtŭr ōbsĕquĭō cūrvātŭs ăb ārbŏrĕ rāmŭs. *O.* Măgnā vī flēxă dŏmātŭr. *V.* Tūm vălĭdīs flēxōs īncūrvānt vīrĭbŭs ārcŭs. *V.* — *Trop.* Nēc īllūm Ŏrāndō flēctēs. *V.* Prĕcĭbŭs sī flēctĕrĭs ūllīs. *V.* Fŏvēt ānxĭă cūrās Cōnjŭgĭs, hōrtātūrquĕ sĭmŭl, flēctĭtquĕ lăbōrēs. *St.* Cērĕŭs ĭn vĭtĭŭm flēctī. *H.* Blāndĭtĭīs flēctī. *O.* Flēxōs ăd mītĭŭs aūrēs. *O.* Anĭmūm flēxŭs. *Va.* — *Intrans.* Laēvō flēctēntēs līmĭtĕ cērnūnt. *V.* Mĕdĭīs ārdēns nē flēctăt ăb ūndīs. *Va.*

flĕo. *Flēbāt ĕt ăbdūctās Tĭtўrŭs aegĕr ŏvēs.* M. SY. dēflērĕ, lūgērĕ, lăcrўmārī, lāmēntārī, cōnquĕrī, quĕrī, dŏlērĕ, gĕmĕrĕ, sūspīrārĕ, plōrārĕ, dēplōrārĕ, plāngĕrĕ, īngĕmĕrĕ, īngĕmīscĕrĕ, ŭlŭlārĕ, sīngūltīrĕ, sīngūltārĕ. PH. Flētūs fūndĕrĕ, cĭērĕ, dūcĕrĕ. Flētū ōră, gĕnās rĭgārĕ. In flētum ērūmpĕrĕ. Lōngīs sīngūltĭbŭs īllă pūlsăt. Pērquĕ sĭnūs lăcrўmae flūmĭnĭs īnstăr ĕūnt. Lārgōque hŭmēctăt flūmĭnĕ vūltūm. *V.* Sĕpūlcrūm Flētĭbŭs īrrŏrăt. Est quaedām flērĕ vŏlūptās. Sĭnūm lăcrўmīs īmplēvĭt ŏbōrtīs. Nūm lăcrўmās vĭctŭs dĕdĭt? Lăcrўmae vŏlvūntŭr ĭnānēs. Lūmĭnă tābēscūnt lăcrўmīs. Flēndī mĭsĕrīs dīră cŭpīdo ēst, Āmīssum Ānchīsēn flēbānt. *V.* Saepĕ căvā tēstūdĭnĕ flēvĭt ămōrĕm. *H.* Ārdēntēm flēbĭtŭr āntĕ rŏgūm. *T.* Uxŏr ămāns flēntēm flēns īpsă tĕnēbăt. *O.* Sī vīs mē flērĕ, dŏlēndum ēst Prīmūm īpsī tĭbĭ. *H.* Flēndō dūcĭmŭs hōrās. *V.* Flēbĭt, ĕt īnsīgnīs tōtā cōntābĭtŭr ūrbĕ. *H.* Lōngās ĭn flētūm dūcĕrĕ vōcēs. *V.* Tālēsquĕ mĭsērrĭmă flētŭs Fērtquĕ rĕfērtquĕ sŏrŏr. *V.* Flēndō dīffūndĭtŭr īră. *O.* Flēndō tūrgĭdŭlī rŭbēnt ŏcēllī. *C.* Cārnĭfĭcī mĕă flēndă pŏtēst fōrtūnă vĭdērī. *O.* Hī mūltūm flēti ăd sŭpĕrōs. *V.* Flētăquĕ cōgnātīs. *St. v. defleo, fletus, lacrymae.*

flētŭs. *Ĕt trĕmŭlūs moēstīs ŏrĭētŭr flētĭbŭs hōrrŏr.* P. SY. lăcrўmae, lāmēntă, lūctŭs, gĕmĭtŭs, quēstŭs, plānctŭs, plōrātŭs, sīngūltŭs, ējŭlātŭs, lāmēntātĭo, sūspīrĭŭm. EP. trīstĭs, moēstŭs, ăcērbŭs, mĭsĕr, ămārŭs, rōrāns, tĕnĕr, pĭŭs, lārgŭs, īmmēnsŭs, ūbĕr, mădēns, mădĭdŭs, stīllāns, mūltŭs, nĭmĭŭs, āssĭdŭŭs, fāllāx, īnsĭdĭōsŭs, flŭēns, mānāns, hūmāns, flūctĭsŏnŭs, mĭsĕrāndŭs, ēffūsŭs, crēbĕr, lūgubrĭs, sūpplēx, ĭnēxplētŭs, tūrgĭdŭs, tĕpĭdŭs, trĕmŭlŭs, tĕpēns. PH. Nūllīs īllĕ mŏvētŭr Flētĭbŭs. Flētūm īnvīsīs dūcĕrĕ lūmĭnĭbŭs. Lārgō flētū sĭmŭl ōră rĭgābăt. *V.* Nūm flētu īngĕmŭĭt nōstrō? Tĕpĭdō mānābānt lūmĭnă flētū. Sŭbĭtōs fūndūnt ŏcŭlī flētŭs. Īrrĭgārĕ flētū gĕnās. Hūmĭdăque ēst flētū lĭtĕră făctă mĕō. Flētĭbŭs aūlă frĕmĭt. Flētū mădŭērĕ tĕpēntī Ōră. *v. fleo, lacrimor, gemitus.* — *Fletum sisto.* SY. lăcrўmās cŏhĭbērĕ, ĭnhĭbērĕ, cōntĭnērĕ, rĕtĭnērĕ, cōmprĭmĕrĕ. Spārsă vĭdērēs Flētĭbŭs ārmă pĭīs. *St.* Tēr cōnātă lŏquī, tēr flētĭbŭs ōră rĭgāvĭt. *O.* Lūmĭnă sīccārĕ. Flētĭbŭs pārcĕrĕ. Lăcrўmīs cărŭērĕ gĕnae. *v. lacrymas sisto.*

flĕxănĭmŭs. *Quae tĭbĭ flĕxănĭmō mĕntĕm pērfŭndăt ămōrĕ.* C.

flĕxĭbĭlĭs. — *flĕxĭbĭlēs cūrvāntŭr Ăpōllĭnĭs ărcŭs.* O. SY. făcĭlĭs, haud dĭffĭcĭlĭs, făcĭlĕ flĕctēndŭs, pērmŏvēndŭs. PH. Tōrquĕt ĕquōrum Flĕxĭbĭlēs rīctŭs. O.

flĕxĭlĭs. *Flĕxĭlĭs ŏbtōrtī pĕr cōllŭm cīrcŭlŭs aŭrī.* V. PH. Cūrvābĭt flĕxĭlĕ cōrnū. O. Mūltā spīrāt cŏmă flĕxĭlĭs aūrā. Va.

flĕxĭpēs. *Vōs quŏquĕ, flĕxĭpĕdēs hĕdĕrae* etc. O.

flĕxŭōsŭs. *Fraudēsquĕ flĕxŭōsăs.* Pr.

flĕxūră. *Assĭmĭlĭ lătĕrĭs flĕxūrā praedĭtă nōstrī.* Lr. PH. Nōndum Hēspĕrĭae flĕxūră rŏtae. Se. v. *flexus.*

flĕxŭs. SY. sĭnŭs, gȳrŭs, spīră, cĭrcŭĭtŭs, flĕxĭo. EP. sĭnŭōsŭs, văgŭs, cūrvātŭs, ōblīquŭs, lūnātŭs, mūltĭvăgŭs, sŭpīnŭs, tōrtŭōsŭs, sĭnŭātŭs, cĭrcŭlārĭs, lăbȳrĭnthēŭs. PH. Cūrvātĭs claudēns ĭngĕntēm flĕxĭbŭs ōrbĕm. Cūrvātās sĭnŭātĭs flĕxĭbŭs āmnĭs Ōblīquāt rīpās. Tārdĭs ŭbĭ flĕxĭbŭs ērrăt Mĭncĭŭs. V. Indĕ nōtĭs flĕxĭbŭs Praecūrrĭt. Ph. Brūmālēs ădĕăt flĕxūs. Lr. Flĕxu ĕt ăcūmĭnĕ vōcĭs. Au. Māxĭmŭs hĭc flĕxū sĭnŭōso ēlābĭtŭr ănguĭs. V. v. *anfractus, gyrus.*

flīctŭs, ūs. SY. āfflīctŭs, cōnflīctŭs. PH. Dānt sŏnĭtūm flīctū gălĕae. V. Gălĕa hōrrĭdă flīctū Advērsae ārdēscĭt gălĕae. S.

flīgo, ĭs. *Obvĭă quūm flīxērĕ* etc. Lr.

flo. SY. spīrārĕ, āspīrārĕ, hălārĕ, sŭbhălārĕ, sūspīrārĕ, sūfflārĕ. PH. Flātŭs mīttĕrĕ, ĭngĕmĭnārĕ. Lēnĭŭs ādspīrāns aūră sĕcūndă vĕnĭt. Ēt tērrās tūrbĭnĕ pērflāns. Flābăt ădhūc Eūrŭs. O. Inflēxō tĭbĭă cōrnū Flābĭt. O. Pĭĕrĭă proelĭă flārĕ tŭbā. M. Fŭrĭōsăquĕ tĭbĭă flātŭr. O. Ōrĕ fĕrōx ăcrēm flārĕt dē cōrpŏrĕ flāmmăm. Lr. v. *flatus, ventus.*

flōccŭs. PH. Quĭ sĭs, quĭ nōn sĭs, flōccūm nōn ĭntĕrdŭĭm. Pl. Flōccī nōn fēcĭt fĭdĕm. Pl. Egŏ nōn flōccī pēndĕrĕ. Te.

Flōră. *Chlōrĭs ĕrăm, quae Flōră vŏcŏr; cōrrūptă Lătīnō Nōmĭnĭs ēst nōstrī līttĕră Graecă sŏnō.* O. F. 5, 195. cf. Lr. 5, 740. M. 6, 80. SY. Chlōrĭs, Laurēntĭă, Zĕphȳrĭtĭs. EP. rūstĭcă, fōrmōsă, ŏdōră, ŏlēns, rĕdŏlēns, laetă, jūcūndă, suāvĭs, cāndĭdă, ŏdōrĭfĕră, ŏdōrātă, bĕnīgnă, cōmtă, vĕnūstă, foecūndă, ămoenă, mītĭs, dūlcĭs, mūltĭcŏlŏr, rĕnāscēns, cūltă, rĕdĭvīvă, jŏcōsă, dēlĭcātă, dĕcēns, lāctĭcĭnă, pūlchră, vūltū pūlchērrĭmă. PH. Flōrūm mātĕr. Zĕphȳrī pūlchērrĭmă cōnjūx. Impĕrĭūm quae Dĕă flōrĭs hăbĕt. Flōrĭbŭs ārvă cŏrōnāns. Lūdĭs cĕlĕbrātă jŏcōsĭs. O. Cīnctă flōrĭbŭs. Spătĭāns cūltĭs ĭn ārvĭs. Lĕgēns, cārpēns flōrēs vērnōs. Ēlĭcĭēns līlĭă mīstă ŏdōrātĭs rŏsĭs. Tāntŭs vērĭs hŏnōs, ĕt ŏdōrae grātĭă Flōrae. M. Exĭt ĕt ĭn Mājās fēstūm Flōrālĕ călēndās. O. Nōssēs jŏcōsae dūlcĕ quūm săcrūm Flōrae, Fēstōsquĕ lūsūs ēt lĭcēntĭām vūlgī. M. v. *chloris.*

Flōrēns. PH. Hūc ădĕs, ō Flōrēns, ĕt fēstā lūcĕ rĕlāxā. Anth.

Flōrēntĭă. EP. Mārtĭă, pŏtēns ōrnātă, nŏbĭlĭs, ĭnclȳtă, Sȳllānă. PH. Māgnōrūm gĕnĭtrīx Flōrēntĭă vātūm. P. Mōllĭă dĕ nĭtĭdō nōmĭnă flōrĕ căpĭt. Scal.

flōrĕo. *Flōrĕăt, ĭrrĭgŭūmquĕ bĭbānt vĭŏlārĭă fōntĕm.* V. SY. flōrēscĕrĕ. PH. Flōrēs ĭndŭĕrĕ, fūndĕrĕ, trūdĕrĕ, ēxplĭcārĕ, spārgĕrĕ, mĭnĭstrārĕ, gĕrĕrĕ, fērrĕ. Flōrĭbŭs ĭndŭī, pūbĕrĕ, cōmārī, vēstīrī, vărĭārī, ălbĕrĕ, rŭbĕrĕ, hălārĕ, ĭndŭĕrĕ sē ĭn flōrem. Flōrĕă gēmmātō grāmĭnĕ prātă vĭrēnt. Spīrānt ārvă crŏcĕĭs vēstītă flōrĭbŭs. Vērnăt hŭmŭs flōrētque, ēt mōllĭă pābŭlă sūrgūnt. O. Incānŭĭt ālbō Flōrĕ pĭrī. V. Quĭs hŭmŭm flōrēntĭbŭs hērbĭs Spārgĕrĕt? V. Ŏpĕrĭtŭr flōrĭbŭs ārbŏr. Sēmpĕr ŏdōrātĭs spīrābānt flōrĭbŭs ārvă. St. Flōrēntēs fĕrŭlās ēt grāndĭă līlĭă quāssāns. V. Nūnc ōmnĭs pārtŭrĭt ārbŏs. V. Pūrpŭrĕĭs cōllūcēnt flōrĭbŭs āgrī. Vērĕ nŏvō laetĭs dĕcŏrāntŭr flōrĭbŭs ārvă. Hērbă pūbēscĭt, ĕt vărĭĭs flōrĭbŭs hălăt. Frāgrăt hērbă ŏdōrĭfĕrĭs cōmĭs. Flōrĕt ăgĕr. V. Vărĭōs hŭmŭs hūmĭdă flōrēs Ēdūcăt. O. Hūmĭdă tēllūs Sūmmĭttĭt flōrēs. Lr. Vărĭōs hīc flūmĭnă cĭrcūm Fūndĭt hŭmŭs flōrēs. V. — *Trop.* Nōs quŏquĕ flōrŭĭmŭs, sēd flōs fŭĭt īllĕ cădūcŭs. O. Quĭbŭs Ĭtălă tūm jăm Flōrŭĕrĭt tērra ālmă vĭrĭs. V. Athēnaĕ quūm flōrērēnt aēquĭs lēgĭbŭs. Ph. Stŭdĭĭs flōrēntem ĭgnōbĭlĭs ōtī. V. — Flōrēntēs aērĕ cătērvās. V. Arcānō flōrēntēs ĭgnĕ smărăgdōs. St. Grĕgēs flōrēntĭbŭs ālĭs Invĕnĭēs ăvĭūm. Nem. Bīnă lūcērnārūm flōrēntĭă lūmĭnă flāmmĭs. Lr. — Ambō flōrēntēs aētātĭbŭs. V. Adhūc flōrēntĕ jŭvēntā Fērvĭdŭs. H. Lēgēs sŭb Caesārĕ flōrĕnt. O. Flōrēnt mŏdŏ nātă vĭgēntquĕ Vērbă. H.

flōrēsco. PH. Flōrēscūnt tēmpŏrĕ cērtō Arbūstă. Lr.

flōrĕŭs. *Quālĭs ăpēs aēstātĕ nŏvā pēr flōrĕă rūră.* V. PH. Hās cŏrōnās flōrĕās. Pl.

flōrĭdŭs. *Sūpplĭcĕ cūm pōstī flōrĭdă sērtă dărēnt.* T. SY. flōrŭlēntŭs, flōrēns, flōrĕŭs. PH. Flōrĭbŭs ōrnātŭs, ĭnsīgnĭs, cōnspĭcŭŭs, cŏrūscŭs, dĕcōrŭs, hŏnēstŭs. Flōrĕ vĭrēns, pūbēns. Flōrūm gērmĭnĕ grātŭs. Flōrĭdĭŏr prātō. O. Flōrĭdă quām mūltās Hȳblă tŭētŭr ăpēs. O. Seū vĕtŭs ĭn trĭvĭō flōrĭdă sērtă lăpĭs. T. — *Trop.* Nŏvĭtās tūm flōrĭdă mūndī. Lr. Aevī Flōrĭdĭŏr Făbĭŭs. S. Flōrĭdam ĭpsĕ pŭēllŭlăm. C.

flōrĭcŏlŏr, flōrĭcŏmŭs, flōrĭdŭlŭs, flōrĭfĕr, flōrĭgĕr, flōrĭgĕnŭs, flōrĭlĕgŭs, flōrĭpărŭs, flōrŭlēntŭs. PH. Hōc sĭbĭ lūsĭt ŏpŭs dē stămĭnĕ flōrĭcŏlōrĕ. Anth. Quālĭs flōrĭcŏmā quōndām pŏpŭlātŏr ĭn Aetnā. Au. Ōrĕ flōrĭdŭlō nĭtēns. C. Flōrĭfĕrĭs ŭt ăpēs ĭn sāltĭbŭs ōmnĭă lĭbānt. Lr. Sōlūm rĕlīnquĭt vērĕ flōrĭfĕrō vĭrēns. Se. Flōrĭgĕrā nūnc sēdĕ mănēt sĭnĕ fīnĕ bĕātŭs. Fort. Flōrĭgĕnōs plēnāquĕ dĕcēns lānūgĭnĕ mālās. Anth. Flōrĭlĕgae nōscūntŭr ăpēs. O. Annŭs ăb ēxōrtū quūm flōrĭpărūm rĕsĕrăt vēr. Au. Hĭnc pŭdōrēm flōrŭlēntae prōdĭdērūnt pūrpŭrae. C.

Flōrŭs. *Jūlī Flōrĕ, quĭbŭs tērrārūm* etc. H.

flōs. *Ut flōs ĭn sēptĭs sēcrētī nāscĭtŭr hōrtī.* C. *Pūbĕrĭbŭs caulēm fŏlĭĭs ēt flōrĕ*

cŏmāntĕm. V. *De prima lanugine* V. et pro *splendore flammae* Lr. Pro flore quocunque ponunt poëtae per Synecd. *rosam, liliam, violam.* Per *Enallagen: cum flore rosarum,* pro *floribus,* H. O. 3, 29, 3. Ovidius varias florum species enumerat Fast. 4, 437 sqq. SY. sērtŭm, flōscŭlŭs, gēmmă. EP. blāndŭs, laētŭs, ŏdōrŭs, ŏlēns, rĕdŏlēns, mōllĭs, ŏdōrātŭs, nĭvĕŭs, suāvĭs, dūlcĭs, mĭcāns, vērnŭs, cădūcŭs, aēstīvŭs, cāndĭdŭs, ŏdōrĭfĕr, nēctărĕŭs, nĭtĭdŭs, grātŭs, frāgrāns, dĕcōrŭs, pūrpŭrĕŭs, crŏcĕŭs, hālāns, nāscēns, ămoēnŭs, vērsĭcŏlŏr, pīctŭs, vărĭŭs, rŭtĭlŭs, gēmmāns, ăprīcŭs, prātēnsĭs, Ēlȳsĭŭs, Săbaeŭs, Āttĭcŭs, dĕcēns, tĕnĕr, fūlgĭdŭs, pūlchĕr, Hȳblaeŭs, cŏrūscŭs, vērnālĭs, nĭtĭdăm pāndēns, ēxplĭcāns cŏmăm, brĕvĕ flōrēns. PH, Prātōrŭm hŏnōs. Omnĭs cōpĭă nārĭŭm. *H.* Ipsă tĭbĭ blāndōs fūndēnt cūnābŭlă flōrēs. *V.* Vērĭs ŏpēs. Vĭrĭdānti ĭn grāmĭnĕ gēmmāns. Lātē fūndēns ŏdōrĕm. Dāns lūmĭnă prātĭs. Quī dūlcēm lātē dĭffūndĭt ŏdōrĕm. Bĕne ŏlēntĭs pĭgnŏră Flōraē. Grāta ŏblēctāmĭnă vīsŭs. Hōrtī dēlĭcĭaē mīllĕ cŏlōrŭm. Tērraē caēsărĭēs. Tēllūrĭs sīdĕră vărĭĕgātă, pūrpŭrĕă, cāndĭdă, ārdēntĭă, crŏcĕă, caērŭlĕă. Flōrēs cārpĕrĕ, mĕtĕrĕ, tōndĕrĕ, sūbsĕcārĕ. Implērĕ sĭnŭm flōrĭbŭs. Vīrgĭnĕō dēmēssŭs pōllĭcĕ flōs. Quōs prōptĕr flūmĭnĭs ūndās Aūră părĭt flōrēs tĕpĭdī foēcūndă Făvōnī. *Cl* Tōt fŭĕrānt, īllĭc, quŏt hăbēt nātūră, cŏlōrēs, Pīctāquĕ dīssĭmĭlī flōrĕ nĭtēbăt hŭmŭs. *O.* Invītānt crŏcĕĭs hālāntēs flōrĭbŭs hōrtī. *V.* Descr. *O.* F. 4, 435 sqq. *C.* 60, 40 sqq. *Vid. Rapin.* — *Flores poëtarum:* Līlĭă, rŏsaē, vĭŏlae, nārcīssī, hȳăcīnthī, cālthaē, crŏcī, cīnnămă, nārdŭs, căsĭă, bālsămă, thȳmă, ămārăcŭs, lĭgūstră, vāccīnĭă, cŏlŏcāsĭă, ăcānthŭs. *v. floreo.* — *Trop. De aetate.* Prīmă gĕnās vēstībăt flōrĕ jŭvēntă. *V. v. juventus.* — *Res praestantes.* Tūm flōs Hēspĕrĭaē, Lătĭī jām sōlă jŭvēntūs. *L.* Eā tēmpēstātĕ flōs pŏētārŭm fŭĭt. *Pl.* Flōs dēlĭbātŭs pŏpŭlī. *Enn.* Flōs vĕtĕrŭm vīrtūsquĕ vĭrŭm. *Lr.*

flōscŭlŭs. *Flōscŭlŭs, āngūstaē mĭsĕraēquĕ brĕvīssĭmă vitaē.* J.

flūctĭcŏlă, flūctĭfrăgŭs, flūctĭgĕnă, flūctĭsŏnŭs, flūctĭvăgŭs. PH. Flūctĭcŏlaē. *Sid.* Flūctĭfrăgō sūspēnsae ĭn līttŏrĕ vēstēs. *Lr.* Nāntēs flūctĭgĕnās chŏrŭmquĕ Phōrcī. *Cap.* Insŭlă flūctĭsŏnō cīrcūmvāllātă prŏfūndō. *S.* Flūctĭvăgōs naūtās scrūtātōrēsquĕ prŏfūndī. *St.*

flūctŭo, ās *et* flūctŭŏr, ārĭs. SY. flŭĭtārĕ, aēstŭārĕ, ūndārĕ; flūctĭbŭs, aēstū jāctārī, ăgĭtārī, īmpēllī, ūndĭs īnnătārĕ; dŭbĭtārĕ, văcīllārĕ, tĭtŭbārĕ. PH. Impŭlsŭm rōstrĭs sŏnŭĭt mărĕ; flūctŭăt ūndă. *L.* Ită flūctŭārĕ vĭdĕō vĕhĕmēntĕr mărĕ. *Pl.* Ima ēxaēstŭăt ūndă Vōrtĭcĭbŭs, nīgrāmque āltē sŭbjēctăt ărēnăm. *V.* Mărĕ sōllĭcĭtŭm strīdēt rĕflŭēntĭbŭs ūndĭs. Spūmōsĭs vōlvĭtŭr ūndĭs. Vēntōrŭm vălĭdĭs fērvēscĭt flātĭbŭs ūndă. *L.* Vōlvĭt pĕlăgŭs vāstōs ăd lītŏră flūctŭs. Fŭrĭt aēstŭs ărēnĭs. *V.* Vāstāquĕ vŏrāgĭnĕ gūrgēs Aēstŭăt. *V.* Mē mĭsĕrŭm, quāntī mōntēs vōlvūntŭr ăquārŭm! Jāmjām tāctūrōs sīdĕră sūmmă pŭtēs. *O.* Quāntaē dīdūctō sūbsīdūnt aēquŏrĕ vāllēs! Jāmjām tāctūrās tārtără nīgră pŭtēs. *O.* Nēc lĕvĭŭs lătĕrŭm tăbŭlaē fĕrĭūntŭr ăb ūndĭs, Quām grăvĕ bălĭstaē moēnĭă pūlsăt ŏnŭs. *O.* Plāngūntŭr lītŏră flūctū. *T.* — *Trop.* Lātē flūctŭăt ŏmnĭs Aērĕ rēnīdēntī tēllūs. *V.* Ignĭbŭs ēt vēntĭs fŭrĭbūndŭs flūctŭăt āēr. *Lr.* Adūltă lēnī flūctŭăt Zĕphȳrō sĕgĕs. *Se.* — *I. q. dubito.* Anĭmō nūnc hūc, nūnc flūctŭăt īllūc. *V.* Flūctŭăt īncērtĭs ērrōrĭbŭs. *Lr.* Mēns ănĭmī tāntĭs flūctŭăt īpsă mălĭs. *C.* — *De ira.* Māgnōque īrārŭm flūctŭăt aēstū. *V.* Flūctŭĕt, ŭt Sĭcŭlī pŏpŭlātrĭx. *St. v. fluctus, mare turbatum, tempestas.*

flūctŭs. SY. aēstŭs, flūctŭātĭo. EP. tŭmĭdŭs, tŭmēns, cānŭs, mărīnŭs, spūmāns, prŏcēllōsŭs, sŏnōrŭs, răpĭdŭs, trĕmŭlŭs, mĭnāx, nīmbōsŭs, saēvŭs, ăgĭtāns, spūmōsŭs, săxĭfrăgŭs, vēsānŭs, hōrrĭsŏnŭs, văgŭs, ūndōsŭs, sălĭēns, frĕmēns, ărēnōsŭs, ērrāns, prŏfūndŭs, vălĭdŭs, spūmĭfĕr, īnsānŭs, ūndāns, vāstŭs, raūcŭs, sūrdŭs, trŭx, pătŭlŭs, caērŭlĕŭs, hūmēns, cūrvātŭs, īnquĭētŭs, mădĭdŭs, sŏnāns, ăgĭtātŭs, prŏtērvŭs, mūltĭvăgŭs, grāndĭsŏnŭs, fŭgāx, naūfrăgŭs, īmmŏdĭcŭs. PH. Spūmōsaē īmpĕtŭs ūndaē; īngēns mōtŭs ăquārŭm; ūndă tŭmēns. Praērūptŭs ăquaē mōns. *V.* Mărĭs frăgŏr. *V.* Aquārŭm mōlēs. Undă dĕhīscēns. Rēsŏnāns īmmēnsō mūrmŭrĕ flūctŭs. Nūnc mē flūctŭs hăbĕt. *V.* Cōnsuētă pĕtēns ēx flūctĭbŭs āntră. *V.* Flūctĭbŭs ŏpprēssōs Trōās coēlīquĕ rŭīnā. *V.* Pūlsābāntquĕ nŏvī mōntānă căcūmĭnă flūctŭs. *V.* Flūctŭs ŭtī, prīmō coēpĭt cum ălbēscĕrĕ vēntō, Paūllātim sēsē tōllĭt măre ĕt āltĭŭs ūndās Erĭgĭt, īnde īmō cōnsūrgĭt ăd aēthĕră fūndō. *V.* Sĭnŭōsō vōrtĭcĕ īnvōlvēns nāvēmquĕ vĭrōsquĕ. *V.* spūmāntĭă, rĕsŏnāntĭă lītŏră pūlsāns; gībbōsă dōrsă pōntī, spūmōsă lītŏră fĕrĭēns, cōncŭtĭēns. Flūctŭs glŏmĕrātī ătque āgmĭnĕ făctō Intēntānt saēvă pĕrīcŭlă naūtĭs. Flūctŭs ēx āltō tōllĭtŭr, īnquĕ sĭnŭs cūrvātŭr ūndă. Undārŭm glŏbŭs. *St.* Vēntī vāstōs vōlvūnt ăd lītŏră flūctŭs. *V.* Errāmŭs vēnto hūc ēt vāstĭs flūctĭbŭs āctī, *V.* Nūnc mē flūctŭs hăbēt, vērsāntque ĭn lītŏrĕ vēntī. *V.* Cȳmbă prŏcēllōsĭs flūctĭbŭs īctă tĭmĕt. Pĕlăgī mĭnaē. *V.* Tāntās aūdētĭs tōllĕrĕ mōlēs. *V.* Altĭsŏnĭs frĕmŭĭt mărĕ flūctĭbŭs īngēns. Quī vĕnĭt, hīc flūctŭs sŭpĕrēmĭnĕt ŏmnēs. *O.* Et mūlcērĕ dĕdĭt vēntōs ēt tōllĕrĕ flūctŭs. *V.* Vāstĭŭs āssūrgēns dĕcĭmŭs rŭĭt īmpĕtŭs ūndaē. *O.* Cūm mărĕ sūrrēxĭt, cŭmŭlūsque īmmānĭs ăquārŭm. *O.* In mōntĭs spĕcĭēm cūrvāri ēt crēscĕrĕ vīsŭs. Flūctĭbŭs ērĭgĭtŭr, coēlŭmque aēquārĕ vĭdētŭr Pōntŭs, ĕt īndūctās ădspērgĭnĕ tāngĕrĕ nūbēs. *V.* Tōllĭmŭr īn coēlŭm cūrvātō gūrgĭte ēt īdĕm Sūbdūcta ăd mānēs īmōs dēscēndĭmŭs ūndā. *V.* Erĭgĭt Oceănŭm flūctūsque ăd sīdĕră tōllĭt. *L.* Assĭlĭūnt flūctŭs īmōque ă gūrgĭtĕ pōn-

tūs Vērtĭtŭr. Ĭnquĕ mŏdūm tŭmŭlī cōncăvă sūrgĭt ăquă. Quālĭs ŭbi āltērnō prōcūrrēns gūrgĭtĕ pōntŭs, Nūnc rŭĭt ād tērrās scŏpŭlōsquĕ sŭpērjăcĭt ūndām Spūmĕŭs, ēxtrēmāmquĕ sĭmŭl pērfūndĭt ărēnām: Nūnc răpĭdūs rētro ătque aestū rĕvŏlūtă rĕsōrbēns Săxă fŭgĭt, līttŭsquĕ vădō lābēntĕ rĕlīnquĭt. *V.* — *Trop.* Hĭc ĕgŏ rērŭm Flūctĭbŭs īn mĕdĭīs ēt tēmpēstātĭbŭs ūrbĭs. *H.* Irārūm tāntōs vōlvĭs sŭb pēctŏrĕ flūctūs. *V.* Insānōs cūrārŭm cōmprĭmĕ flūctūs. *St. v. tempestas.*

flŭēntĕr. PH. Rēs quaēquĕ flŭēntĕr Fērtŭr. *Lr.*

flŭēntĭsŏnŭs. *Nāmquĕ flŭēntĭsŏnō prōspēctāns līttŏrĕ* etc. C.

flŭēntŭm. SY. flŭvĭŭs, flūmĕn, āmnĭs. PH. Undĕ pătēr Tĭbĕrīnŭs ĕt ūnde Anĭēnă flŭēntă. *V.* Xānthīquĕ flŭēntă. *V.* Exĭbānt hūmŏrĕ flŭēntă Lūbrĭcă. *Lr.* Arcānīquĕ pătēt pĕnĕtrālĕ flŭēntī *Au.*

flŭĭdŭs. — *flŭĭdī pēndērĕ lăcērtī.* V. SY. flŭēns, flūxŭs, lābĭlĭs, lĭquĭdŭs, prōflŭŭs, dēflŭŭs. PH. Flŭĭdŭquĕ călōrĕ Cōrpŏră tābēscūnt. *O.* Flŭĭdōs hūmānō sānguĭnĕ rīctūs. *O.* Flŭĭdōs cōllēgĭt ămīctūs. *St. v. fluo.*

flŭĭto. — *caēcā flŭĭtāntĭă sōrtĕ.* H. SY. flūctŭārĕ, ūndārĕ. PH. Jām clāssēs flŭĭtārĕ mărī. *Pe.* Amīssō flŭĭtāntem ērrārĕ măgīstrō. *V.* — *Trop.* Neū flŭĭtēm dŭbĭaē spē pēndŭlŭs hōraē. *H* Anĭmi īncērtō flŭĭtāns ērrōrĕ văgārĭs. *Lr.* Flŭĭtāns fĭdēs. *Cl.* Invălĭdĭs flŭĭtāntĭă tēlă lăcērtĭs. *St.* Flŭĭtāntĭs ămīctūs. *C.* Flŭĭtāntĭă lōră. *O.* Tālĭs ĕrāt cāmpō bēllī flŭĭtāntĭs ĭmāgō. *St.* Tāntīllō nōmĭnĕ flŭtāt. *v. fluo.*

flūmĕn. *Flūmĭnĭbŭs sălĭcēs, crāssīsquĕ pălūdĭbŭs ālnī.* V. SY. flŭvĭŭs, āmnĭs, flŭēntŭm. PH. Răpĭdŭs mōntānō flūmĭnĕ tōrrēns. *V.* Assuētŭs ăquaē pērfūndī flūmĭnĕ nōtō. *V.* Flūmĭnĕ lānguĭdō Cōcȳtŭs ērrāns. *H.* Prīmă bĭbĭt dēprēnsī Flūmĭnă Nīlī. *M. v. fluvius.* — *Trop.* Vōmēns călĭdō dē pēctŏrĕ flūmĕn. *V.* Lārgōque hūmēctāt flūmĭnĕ vūltŭm. *V.* Effūsaēquĕ rŭūnt ĭnŏpīnō flūmĭnĕ tūrbaē. *S.*

flūmĭnĕŭs. *Nēc sŭă flūmĭnĕā cōrpŏră mērgĭt ăquā.* O. PH. Flūmĭnĕă sŏnĭpēs rĕlĭgātŭs dūcĭtŭr ālnō. *S. v. fluvialis.*

flŭo; flūxī, flūxŭm. SY. dēflŭĕrĕ, īnflŭĕrĕ, prōflŭĕrĕ, lābī, īllābī, mānārĕ, dēcūrrĕrĕ. PH. Vărĭīs flŭĕrĕ cūrsĭbŭs. Cōnsuētōs ăgĕrĕ cūrsūs. Sĭnŭōsĭs flēxĭbŭs ērrārĕ, vōlvī. Cĭtātō cūrsū īn ārvă fērrī. Ăquās vōlvĕrĕ, cōncĭtārĕ. Ăquĭs pīnguĭă cūltă hūmēctārĕ, īrrōrārĕ. Intĕr ŏpīmă vĭrūm lēnī flŭĭt āgmĭnĕ Tĭbrĭs. *V.* Quīquĕ văgātŭr Mōntĭbŭs āltĭs Dēflŭŭs āmnĭs. *B.* Flŭvĭŭm pēr tēctă văgūm sūmmīsquĕ mĭnāntēm Cōllĭbŭs. *Cl.* Sŭb māgnā lābēntĭă tērrā. *V.* Dēcrēscēntĭă rīpīs Flūmĭnă praētĕrĕūnt. *H.* Seū prōflŭĕt hūmŏr. *V.* Pēr sīlvām vōlvĭtŭr āmnĭs. *V.* Assuētōs ēgērūnt flūmĭnă cūrsūs. *T.* Gĕlĭdūsquĕ pĕr īmās Quaērĭt ĭtēr vāllēs. *V.* Occūltās ēgīssĕ vĭās. *V.* Urbēs āngūsto īntērlŭĭt aēstū. *V.* Rŭūnt dē mōntĭbŭs āmnēs. *V.* Mūltā flāvŭs ărēnā In mărĕ prōrūmpĭt. *V.* Aquās vĭx īrĕ pŭtārēs. *V.* Sĭnĕ vōrtĭcĕ ăquās, sĭnĕ mūrmŭrĕ ĕūntēs. *V.* Dŏmŏs praēnătăt āmnĭs. *V.* Expătĭātă rŭūnt pēr ăpērtōs flūmĭnă cāmpōs. *V.* Vāstō cūm mūrmŭrĕ mōntĭs It mărĕ prōrŭptŭm. *V.* Pēr săxă vŏlūtŭs Pūrĭŏr ēlēctrō cāmpūm pĕtĭt āmnĭs. *V.* Sĭnū lābēns cīrcūmflŭĭt ātrō. *E* gĕlĭdō fōns prōsĭlĭt āntrō. Āmnĭs Exĭĭt āggĕrĭbŭs rŭptĭs. Īn pōntŭm lātō rŭĭt īncĭtŭs ālvĕō. Dēcūrsū răpĭdō dē mōntĭbŭs āltĭs. Dānt sŏnĭtŭm spūmōsi āmnēs. Pēr cāmpōs scŏpŭlōsque īllābĭtŭr āmnĭs. Tĕnŭĭs fŭgĭēns pēr grāmĭnă rīvŭs. — *Trop. De vento, igne.* Nōn rătĭōnĕ flŭūnt ălĭā. *Lr.* Flŭĭt ūndĭquĕ vīctŏr Mūlcĭbĕr. *S.* — *De turba.* Omnĭsquĕ rĕlīctĭs Tūrbă flŭĭt cāstrĭs. *V.* Ollī cōnvēnērĕ flŭūntque ăd rēgĭă plēnĭs Tēctă vĭĭs. *V.* — *I. q. defluo.* Ad tērrāmquĕ flŭĭt dēvēxō pōndĕrĕ cērvīx. *V.* Dēquĕ mĕĭs mănĭbŭs lōră rĕmīssă flŭūnt. *O.* Hōc fōntĕ dērīvātă clādēs In pătrĭām pŏpŭlūmquĕ flūxĭt. *H.* — *De vestibus.* Et flŭĭt ēffūsō cŭī tŏgă lāxă sĭnū. *T.* Tŭnĭcīsquĕ flŭēntĭbŭs aūrās Excĭpĭt. *O.* Cŏmae pēr laēvĭă cōllă flŭēntēs. *V.* Flūxōs gēmmĭs cōnstrīnxĭt ămīctūs. *L.* — *De carmine.* Et cārmĕn vēnā paūpĕrĭōrĕ flŭĭt. *O.* Insīgnĭs cĭthără cāntŭquĕ flŭēntī. *S.* — *De tempore.* Sīc mĭhĭ Tārdă flŭēnt īngrātăquĕ tēmpŏră. *H.* Incērtō flŭĕrēnt mōrtālĭă cāsū. *Cl. v. cado, fluvius, inundatio.*

flŭvĭālĭs. SY. flūmĭnĕŭs, ăquātĭcŭs. PH. Mīxtām flŭvĭālĭbŭs ūndĭs. *O.* Rīpĭs flŭvĭālĭs ărūndō. *V.* Flŭvĭālĭs ănās. *O. v. flumineus.*

flŭvĭŭs. *Pōpŭlŭs īn flŭvĭĭs, ăbĭēs īn mōntĭbŭs āltĭs.* V. SY. flūmĕn, āmnĭs, flŭēntŭm, tōrrēns, pălūs, rīvŭs, prōflŭēns. EP. văgŭs, sŏnōrŭs, lābēns, cĭtŭs, cōncĭtŭs, ēffūsŭs, răpĭdŭs, spūmĕŭs, spūmōsŭs, tŭmĭdŭs, ūndōsŭs, ārgēntĕŭs, līmpĭdŭs, caērŭlŭs, pērlūcĭdŭs, vĭtrĕŭs, hērbĭgĕr, strĕpēns, raūcŭs, gārrŭlŭs, ēxūndāns, vēlōx, tōrrēns, frīgĭdŭs, gĕlĭdŭs, tūrbĭdŭs, līmōsŭs, sĭnŭōsŭs, dēclīvĭs, ōblīquŭs, rĕfŭgŭs, sĭnŭāns, flēxŭs, īnflēxŭs, lūbrĭcŭs, prŏpĕrāns, vĭŏlēntŭs, praēcēps, hērbōsŭs, prōfūndŭs, cĭtātŭs, vĭrēns, vĭrĭdāns, ămoēnŭs, pūrŭs, glaūcŭs, caērŭlĕŭs, lēntŭs, tōrpēns, pĭgĕr, dūctĭlĭs, rĭgŭŭs, īrrĭgŭŭs, răpāx, lĭquēns, mĭnāx, tŭmēns, spūmĭfĕr, trŭx, mĭnāns, flēxĭvăgŭs, stāgnāns, vŏrāx, saēvŭs, căvŭs, quia in alveo cavato fluit. PH. Rĭgŭaē dūctĭlĕ flūmĕn ăquaē. Dēclīvĭs cūrsŭs ăquārŭm. Cĕlĕrēs ăquārŭm lāpsŭs. Rīvŭs lēnĕ flŭēntĭs ăquaē; ăquă cūrrēns. Flŭvĭālĭs ūndă. Flūmĭnĭs ūndaē. Ārdŭă rīpĭs flūmĭnă. Ōblīquĭs cīnxĭt dēclīvĭă flūmĭnă rīpĭs. Sĭnŭōsō trāmĭtĕ cūrrēns. Jūcūndō mūrmŭrĕ lābēns. Quĕrŭlī pēr grāmĭnă rīvī. Mōllēs īnvītāns mūrmŭrĕ sōmnōs. Pēr prātă vĭrēntĭă cūrrēns, flŭēns, ūbĕrĭbŭs foēcūndŭs ăquĭs. Vărĭīs flŭēns cūrsĭbŭs. Sĭnŭōsĭs flēxĭbŭs ērrāns, īn mărĕ dēcūrrēns. Mūrmŭrĕ raūcō strĕpĭtāns. Mūrmŭrĕ trānquīllōs sōmnōs īndūcēns. Īrrōrāns mōllĭă grāmĭnă. Tĕnŭĭs fŭgĭēns pēr grāmĭnă rīvŭs. Hūmēctāns ārvă pīnguĭă, cūltă.

Crepitanti murmure cadens. Per levia saxa fluens, fugiens. Per virides herbas currens. Arida prata fovens. In freta dum fluvii current. *V.* Rusticus exspectat, dum defluat amnis, at ille Labitur et labetur in omne volubilis aevum. *H.* Quoque venit, multas accipit amnis aquas. *O.* Hinc Tusco claudimur amni. *V.* Flumina magna vides parvis de fontibus orta. *O.* Turbidus hibernis ille fluebat aquis. *O.* Laeta susurrantes (queruli, tenues) saliunt per gramina rivi. Devexa rupe solutus. Herboso margine cinctus. Rigui placeant in vallibus amnes. *V.* Pleno quem flumine cernis Stringentem ripas et pinguia culta secantem. *V.* Est nitidus vitroque magis pellucidus amnis. *O.* Has inter ludebat aquis errantibus amnis Spumeus, et querulo versabat rore lapillos. *O.* Amnis arundinibus limosis obsita ripas. *H.* Labitur, et leni per valles volvitur amne. *S.* Fluminaque antiquos subter labentia muros. *V.* — ***Fluvius deus.*** Corniger Hesperidum fluvius regnator aquarum. *V.* Dominum me cernis aquarum Cursibus obliquis inter tua regna fluentem. *O.* Moxque amnes alii, qui, qua tulit impetus illos, In mare deducunt fessas erroribus undas. *O.* Inornatos redimitus arundine crines. *O.* Auratus taurino cornua vultu. *V.* Crines umbrosa tegebat arundo. *V. v.* ***amnis, flumen, fluo, rivus, unda.***

fluxus. SY. maris aestus, aestus marini. PH. Mare crescenti allabitur aestu. Per certas it remeatque vias. Per alternos unda labente recursus Aestuat. Ut mare sollicitum stridet refluentibus undis. *V.* Alternos aequor volvit fluctus. Fertque refertque fretum, sequiturque reciproca Thetys. *S.* Qua vi maria alta tumescant Objicibus ruptis rursusque in se ipsa residant. *V.* Subsidunt undae inflanturque vicissim. Vario mare fluctuat aestu, Quas auget veniens refluusque reciprocat aestus. Fervetque semper fluctus alterna vice. *Se.* Lapsoque reciproca fluctu. *Va.* Alterno procurrit gurgite pronus. *V. v.* ***reciprocus.***

focus. ***At focus a flammis, et quod fovet omnia, dictus.*** O. EP. calens, calidus, tepidus, fumosus, ardens, accensus, fervens, flammivomus, sacrificus, thuricremus, sacer, odoratus, vaporifer, stridens, lucens, flammiger, ignivomus, sanctus, fumificus. PH. Dum meus assiduo luceat igne focus. *T.* Ardenti subdere, imponere ligna foco. *O.* Fumifico imponit plurima ligna foco. Uritur in calidis alba columba focis. *O.* In medioque focos et Dis communibus aras. *V.* Sectaque fumosis exta dedere focis. *O.* Atque humilem grato calfacit igne focum. *O.* Ligna super foco Large reponens. *H.* Ante focum si frigus erit. *V.* Rapiantque focis penetralibus ignem. *V.* Admovere focis ulmos ignique dedere. *V. v.* ***caminus, fornax, ignis.*** — ***I. q. ara.*** Sanctis tura dedisse focis. *O.* Munera libo Intemerata focis. *V.* Dentur in antiquos tura merumque focos. *O.*

fodico. ***Qui fodicet latus et cogat trans pondera dextram.*** H. SY. fodere, effodere, perfodere, aperire, colere; subigere terram, pastinare, repastinare, scalpere, sculpere.

fodina. PH. Vena metallica. Metalli, auri, aeris, argenti venae. Metalli rivus, semen, seminaria, caveae. Viscera terrae pretiosa. Humus generosa metallis. Terra metallorum dives. Tellus foeta, frequens metallis. Argenti rivos aerisque metalla Ostendit venis, atque auro plurima fluxit. *V.* Si quis tellure revulsa Sollicitis fodiens rimetur collibus aurum. *O.* Abdita quid prodest generosi vena metalli, Si cultore caret? *O.* Insula inexhaustis chalybum generosa metallis. *V.* Denique ubi argenti venas aurique sequuntur Terrai, penitus scrutantes abdita ferro. *Lr.* Gravidamque Amathunta metalli. *O.* Astur avarus Visceribus lacerae telluris mergitur imis. *S.* Sed in parentis viscera intravit suae Deterior aetas: eruit ferrum grave. *Se.* Et qui principio sub terris quaerere venas Instituit, et ferri frangere duritiem. *C.* Non se tam penitus, tam longe luce relicta Merserit Assyrii scrutator pallidus auri. *L.* Vorticibus mediis oculos immittet avaros, Et coquet argenti glebas, venamque latentem Eruet, et silicem rivo saliente liquabit. *Mn.* Non quidquid fodit occidens. *Se. v.* ***aurifodina, fossor.***

fodio; fodi. ***Et fodiunt rastris durisque ligonibus arva.*** *V.* SY. effodere, confodere; excavare, perforare; ferire. PH. Dura lacertosi fodiebant arva coloni. *O.* Duratam renovat nunc mihi fossor humum. *O.* Scrobibus concidere montes. *V.* Oculis capti fodere cubilia talpae. *O.* Sub terram fodere larem. Tellurem ligone recludere. Abire ferro in viscera terrae. Caedere montium medullas. Veteres tellure recludet Thesauros. *V.* — ***Trop.*** Vel domini jugulum foderat ense nocens. *M.* Mentem Invidiae stimulo fodit. *S.* Equi foderet calcaribus armos. *V. v.* ***aro, fossor, talpa.***

foecunditas. *v.* ***fertilitas.***

foecundo. SY. uberare, pinguefacere. PH. Quid faciat laetas segetes. *V.* Arva feracibus alluit undis. Uberibus irrorat aquis. Et viridem Aegyptum nigra foecundat arena. *V.*

foecundus. ***Aura parit flores tepidi fecunda Favoni.*** C. PH. Est mihi fecundus dotalibus hortus in agris. *O.* — ***Trop.*** Fecundi calices quem non fecere disertum? *H.* Fecunda culpae saecula. *H.* Veri fecunda sacerdos. *S. v.* ***fertilis.***

foedo. SY. maculare, inquinare, coinquinare, polluere, deformare. PH. Foedabis sanguine silvas. *O.* Vultusque seniles Foedat humi fusus. *V.* Patrios foedasti funere vultus. *V.* Foedati pulvere crines. *V.* Ora notis foedata tuentes. *St.* ***coinquino, macula.***

foedus. ***Oblato gaudens componi foedere bellum.*** SY. pactum, pactio concordia, con-

vēntĭo, cōntrāctŭs. EP. sŏcĭālĕ, jŭgālĕ, plăcĭdŭm, aētērnŭm, fīrmŭm, īncŏrrūptŭm, tăcĭtŭm, cŏncŏrs, sŏcĭŭm, ămīcŭm, stăbĭlĕ, laētŭm, jūrātŭm, pācĭfĭcŭm, grātŭm, mūtŭŭm, pērpĕtŭŭm, rūptŭm, vĭŏlātŭm, fīctŭm, mēndāx, dŏlōsŭm, fāllāx, īnsĭdĭōsŭm, ōptātŭm, pĕrēnnĕ, cōnjūrātŭm, lēgĭtĭmŭm. PH. Lēx foedĕrĭs. Fīrmātae pācĭs lēgēs. Pāctī fĭdēs. Dēxtrae dătae. Pācĭs īnvĭŏlābĭlĕ pīgnŭs. Trānquīllae foedĕră pācĭs. — *Foedus facio.* SY. pācīscī, foedŭs īnīrĕ, cōmpōnĕrĕ, fĕrīrĕ, pāngĕrĕ, īcĕrĕ, fīrmārĕ, īn foedŭs cŏīrĕ; foedĕrĕ jūngĕrĕ, sŏcĭārĕ, vīncīrĕ, cōncĭlĭārĕ. PH. Foedĕrĕ pācĕm īnīrĕ, jūngĕrĕ, cōmpōnĕrĕ. Dēxtrae cōnjūngĕrĕ dēxtrăm. Fĭdĕm dărĕ, āccĭpĕrĕ. Jūngĕrĕ foedĕrĕ dēxtrăm. Praēsēntī pīgnŏrĕ cōnjūngĕrĕ ănĭmōs. Dărĕ, tāngĕrĕ dēxtrăm. Prōmīssăquĕ foedĕră sērvānt. *S.* Strīctō cōnjūngĕrĕ foedĕrĕ mēnsēs. Sŏcĭō foedĕrĕ jūnctă mănŭs. Cŏēānt īn foedĕră dēxtrae. *V.* Hī cōnjūrātō mōvērūnt foedĕrĕ bēllă. Cōmpŏsĭtō jūngēbānt foedĕrĕ cūrās. Caēsā jūngēbānt foedĕră pōrcā. Jūncta ēst mĭhĭ foedĕrĕ dēxtră. Plăcĭdŭm laētī cōmpōnĭtĕ foedŭs. Foedĕrĕ pāctō. *V.* Părĭbŭs sē lēgĭbŭs āmbaē Īnvĭctae gēntēs aētērna īn foedĕră mīttānt *V.* Dīc īn ămīcĭtĭăm cŏēānt ēt foedĕră jūngānt. *V.* Ēt dăbĭt āntĕ fĭdēm, cōgāmque īn foedĕră tēstēs Īrĕ Dĕōs. *V.* Ēgŏ foedĕră făxō Fīrmă mănū. *V.* Mīscērīvĕ prŏbēt pŏpŭlōs aūt foedĕră jūngī. *V.* Īctūm jām foedŭs ĕt ōmnēs Cōmpŏsĭtae lēgēs. *V.* Pācem hānc aētērnō foedĕrĕ jūngās. *V.* Jūngūnt dīscōrdēs īn foedĕră dēxtrās. *V.* Quī dīctă fĕrānt ēt foedĕră fīrmēnt. *V.* Lēgēs ēt foedĕră jūngūnt. *V.* Hōs cāstrĭs ădhĭbē sŏcĭōs ēt foedĕră jūngĕ. *V.* Quām pĕtĭtĭs, jūncta ēst mĭhĭ foedĕrĕ dēxtrā. *V. v. socius, pax.* — *Foedus violo.* SY. foedŭs frāngĕrĕ, sŏlvĕrĕ, rūmpĕrĕ, tĕmĕrārĕ, cōnfūndĕrĕ, dĭrĭmĕrĕ, rēscīndĕrĕ. PH. Foedĕră tĕmĕrārĕ dŏlĭs. Fāllĕrĕ dēxtrās. Dīsjĭcĕ cōmpŏsĭtām pācem ēt sērĕ sēmĭnă bēllī. *V.* Plăcĭdām suāsīt tĕmĕrāndō rūmpĕrĕ pācĕm. Ēxŭĕrĕ pāctă. Pōllŭĕrĕ dŏlĭs foedĕră. Tūrbārĕ foedĕră. Vēllĕrĕ, cōnvēllĕrĕ, dīvēllĕrĕ, cōnfūndĕrĕ foedŭs. Ēxcĭdĕrānt ănĭmō sŏcĭālĭă foedĕră. Vōs ēt foedĕra ĕt ōmnēm Spēm pācĭs vĭŏlāssĕ pălam ēst. Nūllă dĭēs pācem hānc Ītălĭs ēt foedĕră rūmpĕt. *V.* Sŏcĭāt pĕrĭtūrō foedĕrĕ dēxtrās. *Cl.* Nōn vērĭtī sŏcĭōrūm fāllĕrĕ dēxtrās. *V.* Foedūsquĕ prĕcāntūr Īnfēctūm. *V.* Īmmītĭs rūptă tўrānnī Foedĕră. *V.* Frātērnūm rūmpĕrĕ foedŭs. *V.* Vĭŏlānt cōmmūnĭă foedĕră pācĭs. *Lr.* Cōncēptūmque ēxcŭtĕ foedŭs. *V.* Avĭdūs cōnfūndĕrĕ foedŭs. *V. v. perjurus.* — *Trop.* Haēc quŏquĕ rēs ălĭquĭd tēcūm mĭhĭ foedĕrĭs āffērt. *O.* Hās lēgēs aētērnăquĕ foedĕră cērtĭs Īmpŏsŭīt nātūră lŏcĭs. *V.* Quō foedĕrĕ fīăt Nātūrae. *Lr.* Nātūrae pōllŭĕ foedŭs. *O.* Rēgēmquĕ dĕdĭt, quī foedĕrĕ cērtō Ēt prĕmĕre ēt lăxās scīrēt dărĕ jūssŭs hăbēnās. *V. v. amicitia; conjugium; lex.*

foedŭs, *adj.* SY. foedātŭs, sōrdĭdŭs, tūrpĭs, ōbscēnŭs, dēfōrmĭs, tētĕr, crūdēlĭs. PH. Foedă cĭcātrīx. *H.* Cōrpŏră foedă pŏdāgrā. *I.* Sēmēsām praēdam ēt vēstīgĭă foedă rĕlīnquūnt. *V.* Căpŭt īmpēxā pōrrīgĭnĕ foedŭm. *H* Foedă nĭgrō sĭmŭlācră fūmō. *H.* Aūt tūrpēs vĕtŭlīsquĕ foedĭōrēs. *M.* Foedīssĭmă vēntrĭs Prōlŭvĭēs. *V.* — *Trop.* Nīl dīctū foedŭm vīsūque haēc līmĭnă tāngăt. *I.* Foedūmquĕ rĕlātū. *O.* Īmmŏdĭcae foedō crīmĭne ăvārĭtĭaē. *M.* Fŭgă foedă dŭcūm. *Va.* Caēsă mănūs jŭvĕnūm foedē. *V. v. turpis.*

foemĭnă. *Intŏlĕrābĭlĭŭs nĭhĭl ēst, quăm fēmĭnă dīvēs.* I. Accuratius scrib. *femina.* SY. mŭlĭĕr, fēmēllă, vīrāgo, ūxŏr, mātrōnă. EP. cūltă, cōmtă, pēxă, cāndĭdă, laētă, īmbēllĭs, cāllĭdă, mōllĭs, mōbĭlĭs, lŏquāx, īnsĭdĭōsă, prōdĭgă, cōncīnnă, vĕnūstă, pūlchră, vānă, sŭpērbă, īnvĭdă, mēndāx, īncōnstāns, īncērtă, gārrŭlă, mūtābĭlĭs, frăgĭlĭs, lĕvĭs, fāllāx, vărĭābĭlĭs, mălĕsānă, fŭrĭōsă, īmprŭdēns, vērbōsă, pērfĭdă, īnfĭdēlĭs, bĭlīnguĭs, fūcātă, lītĭgĭōsă, spērnēndă, fŭgĭēndă, tĕnĕră, lūcŭlēntă, bēllă, fēstīvă, īmprŏbă, saēvă, āmēns, īnfīrmă, pĕtŭlcă, ārdēns, īnsūlsă, fĕrōx, lăbĭōsă, lăbĭlĭs. PH. Fēmĭnĕŭm, mŭlĭĕbrĕ gĕnŭs. *Lr.* Sēxŭs īmbēllĭs. Crūdēlĕ gĕnŭs, nēc fīdūm fēmĭnă nōmĕn. Vărĭum ēt mūtābĭlĕ sēmpĕr Fēmĭnă. *V.* Quōt scĕlĕrātă gĕrĭt fēmĭnă mēntĕ dŏlōs. Dēdĭtă blāndĭtĭĭs. Cūrāndaē dēdĭtă fōrmaē. Fēmĭnă mē lăquĕĭs cēpĭt ĭnīquă sŭĭs. Dēdĭt nātūră cuī prōnūm mălō ănĭmum, ād nŏcēndūm pēctūs īnstrūxĭt dŏlĭs, Sēd vīm nĕgāvĭt. Crēdĕ rătēm vēntĭs, ănĭmūm nē crēdĕ pŭēllĭs; Nāmque ēst foemĭnĕā tūtĭŏr ūndă fĭdē. *O.* Foemĭnă nūllă bŏna ēst, vēl, sī bŏnă cōntĭgĭt ūllă, Nēscĭō quō fātō rēs mălă făctă bŏna ēst. Prōdĭgă nōn sēntīt pĕrĕūntēm fēmĭnă cēnsŭm. *I.* Ūt flērēnt, ŏcŭlōs ērŭdĭĕrĕ sŭōs. *O.* Nōtūmquĕ, fŭrēns quĭd fēmĭnă pōssĭt. *V.* Tūnc grăvĭs īllă vĭrō, tūnc ōrbă tĭgrĭdĕ pējŏr. *S.*

foemĭnĕŭs. *Ēt dē foemĭnĕō rĕpărāta ēst foemĭnă jāctū.* O. SY. nōn vĭrīlĭs, mŭlĭebrĭs. PH. Ēvŏlāt īnfēlīx ēt foemĭnĕō ŭlŭlātū Scīssă cŏmās. *V.* Sēd lĕvĕ nēscĭō quĭd fēmĭnĕūmquĕ sŏnānt. *O.* Fēmĭnĕā mŏdŭlātūr cārmĭnă vōcĕ. *O.*

foenĕrātŏr. *Haēc ŭbĭ lŏcūtŭs foenĕrātŏr Ălphĭŭs.* (iamb.) H. EP. ăvārŭs, īnjūstŭs, ăvĭdŭs, cŭpĭdŭs, īmpĭŭs, sōrdĭdŭs, lūcrĭpĕtă, *Pl.* PH. Foenŭs ăvārum ēxērcēns. Ūsūrae lūcrūm quaērēns. Sēxtŭs prōtĭnŭs īllĕ foenĕrātŏr. *M. v. avarus, foenero.*

foenĕro; foenĕrŏr, *dep.* — *Nīl dēbĕt: foenĕrāt īmō măgĭs.* M. PH. Dărĕ foenŏrī, īn ūsūram. Foenŏrĕ lŏcārĕ, cōmmŏdārĕ. Foenŭs, ūsūram ēxērcērĕ. Ūsūrās īnflīgĕrĕ; foenŏrī āccĭpĕrĕ. Īn foenŭs căpĕrĕ. Foenŏrĕ mūtŭārī. Pēndĕrĕ ūsūram. Cūm foenŏrĕ rēddĕrĕ. Rĕpēndĕrĕ foenŏrĕ lūcrūm. Dīvēs pŏsĭtĭs īn foenŏrĕ nūmmĭs. *H.* Nōn jūstĭs, nōn lĭcĭtĭs quaēstĭbŭs aūgēt ŏpēs. Mūltĭs ōccūltō rēs foenŏrĕ crēscĭt. *H.* Lucrĭs īnhĭārĕ. Lucră căptārĕ. Mūltĭs ōccūltō rēs foenŏrĕ crēscĭt. *H.* Caūtōs, nōmĭnĭbūs cērtĭs

expendere nummos. *H.* Et quicunque suas per scelus auget opes. *v. foenus.*

foenile. — *Nec tota claudes foenilia bruma.* V.

foenisecă, ae. *Foenisecae crasso.* etc. Pe.

foenum. SY. herba, gramen aridum, arefactum. EP. rigens, rigidum, asperum, vile, viride, tenue, gratum, vernans, odorum, redivivum, amoenum, utile, aridum, auctumnale, herbosum, pratense, molle. PH. Hic foenum habet in cornu, longe fuge. *H.*

foenus. *Saepe venit magno foenore verus amor.* P. SY. lucrum, usura, ex foenore quaestus. EP. avidum, cumulatum, ingens, grande, foecundum, inexpletum, exitiale, edax, vorax, avidumque in tempore foenus, occultum, copiosum. PH. Depascens bona; exhauriens opes. Usura vorax avidumque in tempore foenus. *L.* Solutus omni foenore. *H.* Foenoris atque Argenti gravis. *I.* Animo gaudens ac foenore liber. *M.* — *Trop.* Quod vivo detraxerit invida turba, Post obitum duplici foenore reddet honos. *P.* Seminaque in foenus sulcatis credere terris. *Mn.* Hordeaque ingenti foenore reddit ager. *O.* Ut redeant nobis cumulato foenore messes. *Co.* *v. foenero.*

foeteo. *Hesterno foetere mero* etc. M. SY. putere, olere, obolere, rancere. PH. Male, graviter olere, redolere, spirare. Foetidum odorem mittere, afflare, exhalare, adspirare. *v. odor, oleo.*

foetidus. *Tum piscatores qui praebent populo pisces foetidos.* (troch.) Pl. SY. putidus, foetens, putens, male olens, teter, gravis, pestifer, olidus, rancidus, mephiticus, graveolens, putis.

foetus, us. SY. partus, proles; fructus, pondus, tumor ventris, uteri pignora. PH. Quo saepe solemus Pastores ovium teneros depellere foetus. *V.* Adultos Educunt foetus. *V.* Sunt, fetura minor, tepidis in ovilibus agni. *O.* — *Trop.* Et fetus matrona dabit. *T.* Fetu comitata gemello. *O.* — Hinc omnis largo pubescit vinea foetu. *V.* Mutatis requiescunt foetibus arva. *V.* — Dulces Musarum expromere fetus. *C.*

foetus, *adj.* SY. gravida, gravis, praegnans. PH. Feta truculentior ursa. *O.* Ocior et coeli flammis et tigride feta. *L.* Qua feta jacebat Uxor. *I.* — Loca feta furentibus austris. *V.* Scandit fatalis machina muros, Feta armis. *V.* *v. gravidus, plenus.*

folium. *Spargite humum foliis, inducite fontibus umbras.* V. SY. frons. EP. molle, tenue, tenerum, crispum, mobile, opacum, odoratum, leve, comans, virens, tremulum, tremefactum, flexile, caducum, glaucum, vernum, viridans, agreste, roscidum, tenellum. PH. Foliorum umbrae. Luxuria foliorum exuberat arbos. *V.* Verba puellarum foliis leviora caducis. *O.* Nexa comam foliis. *Cl.* Folia haud ullis labentia ventis. *V.* Lapsa cadunt folia. *V.* Puberibus caulem foliis et flore comantem. *V.* Nec teneros audet foliis admittere soles. *C.* — *Trop.* Foliis ne carmina manda. *V.* Credite, me vobis folium recitare Sibyllae. *I.* *v. coma, frons.*

follis. SY. ventosae pelles. EP. ventosus, taurinus, tremens, cavus, inflatus, tumidus, Aetnaeus, Siculus, Aeolius reflatilis. PH. Ventosae pellis spiramina, spiramenta; utres ventorum pleni. Taurinis follibus auras Accipiunt redduntque. *V.* Festinant, ignes quatiunt, follesque trementes Exanimant. Anhelanti coquitur dum massa camino, Folle premis ventos. *Pe.* — *Trop.* Tenso Folle reverti Inde domum. *I.* — *Follis lusorius.* SY. aluta tumens, inflatile, inflatum tergus, corium. EP. pugillatorius, tumidus, inflatus, missilis, agitabilis. PH. Folle decet pueros ludere, folle senes. *M.* Sublimis in aera fertur. Motu majore resurgit in auras. Descr. *Le Brun* Tom. 1. Eloq. Poet.

folliculus. *Folliculos ut nunc teretes aestate cicadae.* Lr.

fomentum. *Frigida curarum fomenta relinquere posses.* H. SY. levamen, medela. PH. Assideat, fomenta paret, medicum roget. *H.* Fomentaque quaero Vulneribus. *St.* Fomentisque juvas vulnera nostra tuis. *O.*

fomes. *Excitat invalidas admoto fomite flammas.* L. SY. fomentum, nutrimentum, nutrimen; arida, pinguis materies; sulphur, bitumen. Descr. *V.* A. 1, 175 sqq.

fons. SY. latex, fluentum, humor, fonticulus, puteus, puteolus, scatebra, caput. EP. limpidus, liquidus, gelidus, irriguus, mundus, montanus, sacer, largus, puteālis, amoenus, largifluus, frigidus, dulcis, vivus, illimus, argenteus, foecundus, vagus, caeruleus, lutosus, praeceps, vaporosus, gramineus, riguus, sonans, altus, perennis, virens, raucus, garrulus, gratus, crystallinus, susurrans, currens, saliens, fugiens, undans, errans, celer, velox, properans, turbidus, sinuosus, obliquus, defluus, lentus, pellucidus, umbrosus, vitreus, muscosus, opacus, pumiceus, spumiger, piscosus, purus, perspicuus, nitidus, rutilus, placidus, algidus, lene fluens, salebrosus, lucidus, crepans. PH. Fons aquae. Latices fontani. Spiracula fontis. Scatens rivulus. Fons largus aquae. *L.* Lene fluens. Desilit e saxo querulis fons garrulus undis. *O.* Fies nobilium tu quoque fontium. *H.* Unda levi somnum suadebit inire susurro. *V.* Nunc ad aquae lene caput sacrae. *H.* Obliquo laborat Lympha fugax trepidare rivo. *H.* Gramen erat circum, quod proximus humor alebat. *O.* Et manibus puris sumite fontis aquam. *T.* Restinguere fontibus ignes. *V.* Dulces a fontibus undae. *V.* Tenuis fugiens per gramina rivus. *V.* Nitidis argenteus undis. Molles invitans murmure somnos. Liquidi fontes et stagna virentia musco. Muscoque adoperta virenti Manabat saxo vena perennis aquae. *O.* Fons tenui pellucidus unda. Fontis lympha sonans. Niveo de pumice fontes Roscida mobilibus lambebant gramina rivis. *Cl.* Fluens per florida gramina. Derivans perpetuas aquas. Saxa lavans viridi cir-

cŭmŭlīt mŭscō. Lĕvāns ārēntēm sĭtĭm sŭsŭrrāntĕ ăquā. Fŭgĭēns sŏnōrō mŭrmŭrĕ, Ĕt rīvum īrrĭgŭŭm pĕr prāta hŭmēntĭă vŏlvēns. Fŭgĭēntĕ dŭlcĭs Mŭrmŭrāt rīvō sŏnŭs. Fōns dĭssĭlĭēns vārĭa in glŏmĕrāmĭnă pāssĭm Lĭquĭtŭr. Spūmāntem īn lătĭcēm săxō sē dējĭcĭt āltō. Ĕt pĕtĕre ē vīvīs lĭbāndās fōntĭbŭs ŭndās. *O.* Fōns săcĕr ēt vĭrĭdī cēspĭtĕ mōllĭs hŭmŭs. *O.* Mārgĭnĕ grāmĭnĕō pătŭlōs sŭccīnctŭs hĭātŭs. *O.* Ēst nĭtĭdŭs vĭtrōquĕ măgĭs pērlūcĭdŭs āmnĭs, Fōns săcĕr, hūnc mŭltī nūmĕn hăbērĕ pŭtānt. *O.* — *Inscriptio.* Hūjŭs Nўmphă lŏcī, săcrī cūstōdĭă fōntĭs, Dōrmĭō, dūm blāndaē sēntĭō mŭrmŭr ăquaē. Pārcĕ mĕŭm, quĭsquĭs tāngĭs căvă mārmŏră, sōmnŭm Rūmpĕrĕ; sīvĕ bĭbās, sīvĕ lăvērĕ, tăcē. *v. bibo.* — *Fontes salubres.* Īnfīrmō căpĭtī flŭĭt ūtĭlĭs, ūtĭlĭs ālvō. *St.* Sālvē, Paeōnĭaē lārgĭtŏr nōbĭlĭs ŭndaē, Dārdănĭī sālvē glōrĭă māgnă sŏlī; Pūblĭcă mōrbōrŭm rĕquĭēs, cōmmūnĕ mĕdēntŭm Aūxĭlĭŭm, praēsēns nūmĕn, ĭnēmptă sălūs. *Cl.* Ēt frăgĭlēm nōstrī mĭsĕrātŭs cōrpŏrĭs ūsŭm, Tēllūrī mĕdĭcās fūndĕrĕ jūssĭt ăquās; Pārcārŭmquĕ cŏlōs ēxōrātūră sĕvērās Flūmĭnă lāxātĭs ēmĭcŭērĕ jŭgĭs. *Cl.* — Vīvācĭbŭs lŭēm flŭēntĭs ēlŭĭt. *Sa.* — *Trop.* Exŭndāns ĭngĕnĭī fōns. *I.* Scrībēndī rēctē săpĕre ēst ĕt prīncĭpĭum ēt fōns. *H.* Oblĭtŭ, fōntēm cūrārum hūnc ēssĕ tĭmōrēm. *Lr.* Descr. *fontis amoeni O.* M. 3, 407 sqq. *O.* A. 3, 687. *H.* O. 3, 13.

Fōntējŭs. *Cŏccējŭs Căpĭtōquĕ sĭmŭl Fōntējŭs* etc. *H.*

fōntānŭs. *Bĭs căpŭt īntōnsŭm fōntānă spārgĭtŭr ŭndā.* O.

fōntĭcŭlŭs. PH. Māgnō dē flūmĭnĕ māllĕm, Quam ēx hŏc fōntĭcŭlō tāntūndēm sūmĕrĕ. *H.*

fōr, fārĭs. *v. fari.*

fōrāmĕn. *Aēmŭlă sēd tĕnŭĭs sĭmplēxquĕ fōrāmĭnĕ pārvō.* H. SY. mĕātŭs, căvŭs, āntrŭm, rīmă, fīssūră, spīrāmēntŭm. PH. Pĕr rārā fōrāmĭnă tērraē. *Lr.* Quā brĕvĭs ŏccŭltŭm mŭs sĭbĭ fēcĭt ĭtĕr. *O.* Angŭstōs hăbĕānt ădĭtŭs. *V. v. rima.*

fōrās. *Sĭt, quī dīctă fōrās ēlīmĭnĕt; ŭt cŏĕāt pār.* H. PH. Mīssă fōrās ĭtĕrŭm līmēn trānsīrĕ mĕmēntō. *O.*

fōrcĕps. *Ā cārbōne, ēt fōrcĭpĭbŭs glădĭōsquĕ părāntĕ.* J. SY. fōrfĕx, vŏlsēllă. EP. tĕnāx, cūrvă, ădūncă, ăhēnă, bĭfĭdă, mōrdāx, hăbĭlĭs, ăcūtă, bĭsūlcă, dēntĭcŭlātă, sŭpīnă. PH. Vērsāntquĕ tĕnācī fōrcĭpĕ fērrŭm. *V.* Fērrŭm, quŏd fōrcĭpĕ cūrvā Quŭm făbĕr ēdūxĭt, lăcŭbŭs dēmĭttĭt. *O.* Bĭfĭdā tōrrēs āmbūstōs fōrcĭpĕ vērsăt. Prēnsānt fōrcĭpĭbŭs. *V.*

fŏrĕ. *Hīnc fŏrĕ dŭctōrēs rĕvŏcāto ā sānguĭnĕ Teūcrī.* V. — fŏrēm, ĕs. *Nē quă fŏrēnt pĕdĭbŭs vēstīgĭă rēctīs.* H.

fŏrēnsĭs. — *pŏsĭtā grăvĭtātĕ fŏrēnsī.* *O.* PH. Innātī trĭvĭīs āc paēnĕ fŏrēnsēs. *H.* Sēdŭlĭtās ĕt ŏpēllă fŏrēnsĭs. *H.* Vălĕās quĭd Mārtĕ fŏrēnsī. *O.*

fŏrēs, ĭŭm *et* fŏrĭs, ĭs. *Īn fŏrĭbŭs lāxōs sŭspēndĭt ărānĕă cāssēs.* V. SY. jānŭă, ōstĭă, ădĭtŭs, vălvaē. EP. āspĕraē, rōbŭstaē, rĭgĭdaē, dĭffĭcĭlēs, sūrdaē, pĭctaē, quĕrŭlaē, vălĭdaē, caēlātaē, fērrĕaē, fōrtēs, ōrnātaē, dūraē, ōbsĕrātaē, tŭmŭltŭōsaē, rāsĭlēs, rīmōsaē, claūsaē, ăpērtaē, bĭfŏrēs. PH. Dĭffĭcĭlēs mōtō cārdĭnĕ pāndĕ fŏrēs. *O.* Impŭlĭt ācrī Tūm vălĭdās strīdōrĕ fŏrēs. Jānŭă fōrtēs Dē mōnstrāt dūplĭcātă fŏrēs. Ēt sĕdĕō dūrās jānĭtŏr āntĕ fŏrēs. Dūrĭs rōbŏrĭbŭs fūltă. Sŭō sē cārdĭnĕ vērsāns. Strīdōrēm mōtō cārdĭnĕ rĕddēns. Jānŭă sūrdă pĕtēntī, lāxă fĕrēntī. Cōnstĭtĭt ăd gĕmĭnaē līmĭnă prīmă fŏrĭs. *O.* Fŏrĭbŭs cārdō stŭdēbăt ăhēnĭs. *V.* Rōbŭstaēquĕ fŏrēs. *H.* — *Trop.* Caspĭă claūstră: Haēc Asĭaē dīxōrĕ fŏrēs. *Av. v. janua, porta.*

fōrfēx. *Fōrfĭcĕ laēsă cŭtĭs* etc. Ca. *v. forceps.*

fŏrī *et* fŏrŭs, ī. — *Lāxāntquĕ fŏrōs, sĭmŭl āccĭpĭt ālveō.* V. SY. trānstră, ōrŭm; ālvĕŭs, ālvĕārĕ. PH. Ad sūmmōs rĕplētă fŏrōs. *L.* Implēssēmquĕ fŏrōs flāmmĭs. *V. v. forum.*

fŏrĭs, *adv.* *Nē bĭbĕrĭs dīlūtă; fŏrĭs ēst prōmŭs ĕt ātrĭŭm.* H.

fōrmă. SY. fĭgūră, ēffĭgĭēs, ĭmāgo, făcĭēs; ēxēmplăr, tўpŭs; pŭlchrĭtūdo, vĕnŭstās, dĕcŏr, spĕcĭēs. EP. ēxĭmĭă; sŭpērbă, dĕcēns, gĕnĕrōsă, ēgrĕgĭă, hŏnēstă, āncĕps, fŭgāx, vēlōx, brĕvĭs, cădūcă, flūxă, frăgĭlĭs, cāndĭdă, dĕcōră, splēndĭdă, vĕnūstă, praēstāns, pŏtēns, laētă, vānă, mūtābĭlĭs, īnstăbĭlĭs, īnsīgnĭs, nōbĭlĭs, laūtă, pūlchră, vĭtrĕă, ărgēntĕă, īgnĕă, prĕtĭōsă, tĕnĕră, nĭtēns, plăcĭdă, ēlĕgāns, tūrpĭs, trīstĭs, tērrĭbĭlĭs, tētră, īnvĕnūstă, squālĭdă, foēdă, dēfōrmĭs, mōnstrōsă. PH. Cūrvī fōrmam āccĭpĭt ŭlmŭs ărātrī. *V.* Fōrmās fīngētŭr ĭn ŏmnēs. *O.* — *I. q. corpus, species.* Vŏlŭcrŭmquĕ gĕnŭs fōrmāsquĕ fĕrārŭm. *S.* Tērrĭbĭlēs vīsū fōrmaē. *V.* Īgnōtī nŏvă fōrmă vĭrī. *V.* Fōrmaēquĕ dĕōrŭm. *O.* Mōrtālem ērĭpĭām fōrmām. *V.* Fōrmam āssĭmĭlātă Cămērtī. *V.* Omnēs scĕlĕrŭm cōmprēndĕrĕ fōrmās. *V.* — *I. q. pulcritudo.* Fōrmă sĭne ārtĕ dĕcēns. *O.* Nūllī nōn sŭă fōrmă plăcēt. *O.* Fōrmā quŏtă quaēquĕ plăcēbĭt. *O.* Jūdĭcĭŭm Părĭdĭs sprētaēque īnjūrĭă fōrmaē. *V.* Fōrmaē dĕcŭs, dĕcŏr, hŏnōs, nĭtŏr, grātĭă. Blāndaē mūnĕră fōrmaē. Fōrmă plăcēt nĭvĕŭsquĕ cŏlŏr, flāvĭquĕ căpĭllī. Quīque ădĕrăt, nūllā fāctŭs ăb ārtĕ, dĕcŏr. *O.* Pārcĭtĕ vēlōcī nĭmĭŭm cōnfīdĕrĕ fōrmaē. Tĕnĕraē māgna īncōnstāntĭă fōrmaē. Fōrmă brĕvĭs flōs ēst prīmō spēctābĭlĭs ōrtū. Brĕvĕ dōnum ēxĭgŭī tēmpŏrĭs. Ūt rŏsă vērnă pĕrĭēns. Fōrmă vĭrōs nĕglēctă dĕcēt. *O.* Fōrmām pŏpŭlābĭtŭr aētās. *O.* Āncĕps fōrmă bŏnŭm. *Se.* Rāra ēst cōncōrdĭă fōrmaē Ātquĕ pŭdīcĭtĭaē. *I.* Fōrmă bŏnŭm frăgĭle ēst, quāntŭmque āccēdĭt ăd ānnōs, Fĭt mĭnŏr, ēt spătĭō cārpĭtŭr īpsă sŭō. *O.* Līs ēst cūm fōrmā māgnă pŭdīcĭtĭaē. *O.* cf. *V.* E. 2, 16. *O.* T. 3, 33. *O.* M. 15, 214 sqq. *H.* E. 17, 21. sqq. *H.* O. 4, 10. *v. pulchritudo.*

fōrmīcă. ***Pārvŭlă nam ēxēmplo ēst māgnī fōrmīcă lăbōrĭs.*** H. EP. īmpĭgră, sōllērs, răpāx, sōllĭcĭtă, frūgĭlĕgă, prūdēns, prōvĭdă, īngĕnĭōsă, vĭgĭl, prōmtă, ĕxīlĭs, pārvă, pārvŭlă, tĕnŭĭs, lăbōrĭōsă, ăvāră, pārcă, sēdŭlă, grānĭfĕră, rēpēns, brĕvĭs, caūtă, praesāgă. PH. Prōvĭdă bēstĭă. Pārcūm gĕnŭs. Nīgrūm āgmĕn. Quaesītī fōrmīcă tĕnāx. Fārrĭs pŏpŭlātrīx tūrbă. Pătĭēns fōrmīcă lăbōrum. Stŭdĭōsă lăbōrĭs. Hĭĕmĭs mĕmŏr cōndĭt īn brūmām nŏvă fārră. Ōrĕ trăhĭt quōdcūnquĕ pŏtēst ātque āddĭt ăcērvō, Quēm strŭĭt, haūd īgnāra āc nōn īncaūtă fŭtūrī. *H.* Ēt rĕdĭt ĭtquĕ frĕquēns lōngūm fōrmīcă pĕr āgmĕn, Grānĭfĕrō sōlĭtūm dūm vĕhĭt ōrĕ cĭbūm. *O.* Hīc nōs frūgĭlĕgās āspēxĭmŭs ōrdĭnĕ lōngō Grānde ŏnŭs ēxĭguō fōrmīcās ōrĕ gĕrēntēs. *O.* Frīgūsquĕ fămēmquĕ Fōrmīcā tāndēm quĭdam ēxpāvērĕ măgĭstrā. *I.* Ĕgŏ grānum ĭn hĭĕmĕ quūm stŭdĭōsē cōngĕrō. *Ph.* Īnŏpī mĕtŭēns fōrmīcă sĕnēctaē. *V.* Descr. *V.* A. 4, 402 sqq.

fōrmīdābĭlĭs. — ***nēc fōrmīdābĭlĭs ūllī.*** O. SY. trĕmēndŭs, tērrĭbĭlĭs, hōrrĭbĭlĭs, fōrmīdāndŭs, tĭmēndŭs, mĕtŭēndŭs, fōrmīdŏlōsŭs.

fōrmīdo, ās. ***Jūdĭcĭs ārgūtūm quaē nōn fōrmīdăt ăcūmĕn.*** H. SY. mĕtŭĕrĕ, tĭmērĕ, păvērĕ. PH. Tū quŏquĕ fōrmīdā nĭmĭūm sūblīmĭă sēmpĕr. *O. v. formido, timeo, terreor.*

fōrmīdo, ĭnĭs. ***Tū nĭhĭl ādmīttēs īn tē fōrmīdĭnĕ poēnaē.*** H. SY. tērrŏr, păvŏr, mĕtŭs, tĭmŏr, trĕmŏr, hōrrŏr. EP. ānceps, ānxĭă, trĕpĭdă, ēxsānguĭs, gĕlĭdă, sēgnĭs, sōllĭcĭtă, vĭgĭl, īnsōmnĭs, pāllĭdă, aegră, dŭbĭă, frīgĭdă, sŭbĭtă, īnŏpīnă, rĕpēntīnă, īmbēllĭs, păvēns, nīgră, tūrpĭs, ātră, trĕpĭdă, mĭsĕră, tētră, păvĭdă, hōrrĭdă, saēvă, moēstă. PH. Fōrmīdĭnēm dēpōnĕrĕ, ēxŭĕrĕ, ābjĭcĕrĕ. Ōmnēs mĕtūs sūbjĭcĕrĕ pĕdĭbŭs. Rĕcĭpĕrĕ, rĕvŏcārĕ, rĕcŭpĕrārĕ ănĭmūm. Ille haēc dēpŏsĭtā tāndēm fōrmīdĭnĕ fātŭr. *V.* — Et călīgāntēm nīgrā fōrmīdĭnĕ lūcūm. *V.* Rēllĭgĭōnĕ săcra ēt saēvī fōrmīdĭnĕ Mārtĭs. *V.* Sŭbĭt hōrrĭdă mēntēm Fōrmīdō. *S.* Fōrmīdĭnĕ tōrpēns. *Lr.* — Aūt păvĭdōs tērrĕ vărĭā fōrmīdĭnĕ cērvōs. *O.* Cērvūm pūnĭceaē sēptūm Fōrmīdĭnĕ pēnnaē. *V.* Pīctă rŭbēntī līnĕă pīnnā Vānō clūdāt tērrōrĕ fĕrās. *Se.* Ĕgŏ fūrum ăvĭūmquĕ Māxĭmă fōrmīdō. *H. v. timor.*

fōrmīdŏlōsŭs. ***Fōrmīdŏlōsaē dūm lătēnt sĭlvīs fĕraē.*** (iamb.) H.

fōrmo. SY. fīngĕrĕ, ēffīngĕrĕ, fīgūrārĕ, cōnfōrmārĕ. PH. Sĭmĭlī fōrmātă fĭgūrā. *Lr.* Phrўgĭă fōrmābăt ĭn Īdā Aenēās clāssēm. *V.* — *I. q. doceo.* Tālĭbŭs īgnārām Jūnō Cādmēĭdă dīctĭs Fōrmārăt. *O.* Tū quōs ād stŭdĭum ātque ūsūm fōrmābĭs ăgrēstēm. *V.* Pēctŭs praecēptĭs fōrmăt ămīcĭs. *H.*

fōrmōsŭs. ***Fōrmōsī pĕcŏrĭs cūstōs, fōrmōsĭŏr īpsĕ.*** V. PH. Fōrmōsī mātĕr Iūlī. *O.* Mŭlĭĕr fōrmōsă sŭpērnē. *H. v. pulcher.* — *Trop.* Sōmnĭă fōrmōsō cāndĭdĭōră dĭē. *O.* Nūnc fōrmōsīssĭmŭs ānnŭs. *V.*

fōrmŭlă, aē. ***Quĭd tĭbĭ nūnc prōdēst jūrāndī fōrmŭlă jūrĭs?*** O. PH. Rĕcĭtētūr fōrmŭlă pāctī. *O.* Haēc pŏpŭlōs, haēc māgnōs fōrmŭlă rēgēs. *H.* Nōn īgnōtă tĭbī nōstraē quŏquĕ fōrmŭlă vītaē. *Au. v. lex, norma, regula.*

fōrnāx. ***Vūlnĭfĭcūsquĕ chălўbs văstā fōrnācĕ lĭquēscĭt.*** V. SY. cămīnŭs, fūrnŭs, clībănŭs. EP. căvă, vāstă, căpāx, cūrvă, văpōrĭfĕră, ārdēns, cāndēns, īgnĕă, īgnĭvŏmă, flāmmĭvŏmă, rŭtĭlă, īgnītă, Aētnaeă, ātră, fūmāns, sūlphŭrĕă, Sīcŭlă, vŏrāx, pĭcĕă, prōfūndă, aērārĭă, cālcārĭă, călĭdă, tērrēnă, ābrūptă, ōccūltă, răpĭdă, fērrārĭă. PH. Rĕcŏquūnt pătrĭōs fōrnācĭbŭs ēnsēs. *V.* Vĭdĭmŭs ūndāntēm rūptīs fōrnācĭbŭs Aētnām. *V.* Sūlphŭrĕīs ārdēt fōrnācĭbŭs Aētnă. *O.* Aēstŭăt ūt claūsīs răpĭdūs fōrnācĭbŭs īgnĭs. *V.* Cōncĭpĭūnt īgnēm lĭquĭdārum ādspērgĕre ăquārūm. *O.* Īndŏmĭtūsquĕ sĭlĕx cūrvā fōrnācĕ lĭquēscĭt. *St.* — De *Fornace dea* cf. *O.* F. 2, 525 sqq. 6, 314. Lōngō fōrnāx īncūndŭīt aēstū. Rūbrīquĕ căvīs fōrnācĭbŭs īgnēs. *V.* Fōrnācĕ căpācī Īgnĕă vīs fŭrĭt. Ē fōrnācĕ prōfūndā Săxa īgnī tōrquēntĕ crĕpānt. Quī fŭrēntēs sēmpĕr Aētnaeīs jŭgīs Vērsāt cămīnōs. *Se. v. caminus, focus.*

fōrnĭco. ***Crўptīs cārcĕrĭbūsquĕ fōrnĭcātŭs.*** (phal.) Sid. SY. cămĕrārĕ, ārcŭārĕ, cūrvārĕ. PH. Fōrnĭcĭs īn mōrēm strŭĕrĕ, ērĭgĕrĕ, aēdĭfĭcārĕ, sĭnŭārĕ, fōrmārĕ, ēdūcĕrĕ. Īncūrvaē strŭĭt īn tēstūdĭnĭs ārcūs. Cămĕraē sĭnŭōsă strŭĭt cūrvāmĭnă. Cămĕraeque sĭnūs mōlītūr ŏpācaē. Īnflēxōs tēctum ēdūcĭt ĭn ārcūs.

fōrnĭx. — ***cūrvātī fōrnĭcĭs ārcŭs.*** V. *Caeli ingentes fornices* ap. *Enn.* reprehendit *Cic.* de Or. 3, 40. SY. cămĕră, tēstūdo, ārcŭs, thŏlŭs, cōncămĕrātĭo, tēstūdĭnātūm. EP. căvŭs, cōncăvŭs, căvērnōsŭs, cōnvēxŭs, cūrvŭs, cūrvātŭs, īnflēxŭs, pēndēns, pēnsĭlĭs, ŏpăcŭs, nĭgĕr, mūltĭcăvŭs, pĭcĕŭs. PH. Īncūrvŭs lātō cūrvāmĭnĕ fōrnĭx. Flēxŭs fōrnĭcĭs īngēntēs. Īn lātōs ăbĕūnt cūrvātī fōrnĭcĭs ārcūs. Aut āmnĭs rīpĭs, aūt āltī fōrnĭcĕ săxī. *V.* — *I. q. lupanar.* Quĭdām nōtŭs hŏmō quum ēxīrēt fōrnĭcĕ. *H.*

fŏro, ās. ***Fōrātă fērrō gēssĕrās vēstīgĭă.*** (iamb.) Se. *v. perforo.*

fōrs. PH. Ō si ūrnam ārgēntī fōrs quaē mĭhĭ mōnstrĕt! *H.* Cāsūmquĕ tĭmēnt, quēmcūnquĕ fĕrāt fōrs. *Lr.* Nōn ūnquām tŭlĭt Dŏcūmēntă fōrs mājōră. *Se.* — Fōrs *et* fōrtĕ, *abl.*, *adv.* Fōrtĕ sŭb ārgūtā cōnsēdĕrăt īlĭcĕ Dăphnĭs. *V.* Cēssĕrĭt Aūsŏnĭō sī fōrs vīctōrĭă Tūrnō. *V.* Fōrtĕ sŭā Lĭbўcīs tēmpēstās āppŭlĭt ōrīs. *V.* — Quōd cĭtō vēnērūnt Fōrtūnaē Fōrtĭs hŏnōrēs! *O.* Seū rătĭō dĕdĕrĭt, seū Fōrs ōbjēcĕrĭt. *H.*

fōrsăn. ***Mīttĭtĕ, fōrsăn ĕt haēc ōlīm mĕmĭnīssĕ jŭvābĭt.*** V.

fōrsĭt. — ***ūt fōrsĭt hŏnōrēm.*** H.

fōrsĭtăn. ***Fōrsĭtăn ĕt, Prĭămī fŭĕrīnt quaē fātă, rĕquīrās.*** V.

fōrtāssĕ. ***Crēdĭdĕrāt, caēlōque ănĭmūm fōrtāssĕ fĕrēbăt.*** V.

fōrtāssĭs. — *fōrtāssĭs ĕt istinc. H.*

fōrtĕ. *Ībām fōrtĕ vĭā săcrā* etc. H. *v. fors.*

fōrtĭs. SY. māgnănĭmŭs, gĕnĕrōsŭs, ănĭmōsŭs, ĭnvĭctŭs, aŭdāx. PH. *De corpore.* Rŭēndī In fērrūm mēns prōnă vĭrĭs. *L.* Impĭgĕr ăd lētūm. *L.* Prōmtum ăd vūlnĕră pēctŭs. *L.* Quēm sēse ōrĕ fĕrēns! Quām fōrtī pēctŏre ĕt ārmĭs! *V.* Hīc mēmbrĭs ēt mōlĕ vălēns. *V.* Immānī cōrpŏrĕ Būtēn. *V.* Praestāns ănĭmī. *V.* Vīr fōrtī pēctŏrĕ. Vīrĭbŭs ĭnvĭctŭs. Vīncī nēscĭŭs, ārmĭs ācĕr, ĭngēns ănĭmĭs. Bēllō fōrtĭs, ĭnvĭctŭs, dūrŭs. Quēm māscŭlă vīrtūs Ēxcĭtăt. Vīrĭbŭs ēgrĕgĭĭs ēt fīrmō pēctŏrĕ praestāns. Vīrĭbŭs īnsīgnĭs. Vălĭdo ēssĕ rŏbŏrĕ. Cōrpŭs dūrūm pătĭēnsquĕ lăbōrūm. Ănĭmī plēnĭssĭmă māgnī Pēctŏră. Nōn vīrtūtĭs ĕgēns. Descr. *M.* 11, 56. *v. audax, bellator, bellicosus, robustus.* — *De animo.* Hīnc laūdēm, fōrtēs, spērātĕ, cŏlōnī. *V.* Fōrtĭăque ădvērsĭs ŏppōnĭtĕ pēctŏră rēbŭs. *H.* Fēcĭt ĭn Andrŏmăchē prĭŭs hōc fōrtĭssĭmŭs Hēctŏr. *O.* Fōrtem ănĭmūm pōsce ēt mōrtĭs tērrŏrĕ cărēntēm. *I.* Tĭmĕātquĕ fŭrēntēs Et mōrtī făcĭlēs ănĭmōs. *L.* Vīrtūsquĕ nōstră nēscĭt ĭgnāvōs mĕtūs. *Se.* Ōmnĕ sōlūm fōrtī pātrĭa ēst. *O.* Fōrtĭssĭmŭs Īlle ēst, Quī prōmtūs mĕtŭēndă pătī, sī cōmĭnŭs īnstēnt, Et dīffērrĕ pŏtēst. *L. v. generosus.* — *De aliis rebus.* Nērūnt fātālēs fōrtĭă fīlă dĕae. *O.* Fōrtĭă vīncŭlă. *Se.* Quī cārcĕrĕ fōrtēs Cōntĭnĕăt vēntōs. *V. O.* Implēăt īllă tŭōs fōrtĭŏr aūră sĭnūs. *O.* Fōrtī mīscēbāt mēllă Fălērnō. *H.* Fōrtĭbŭs hērbĭs. *O.* Sōlĕ jām fōrtī mĕdĭōquĕ vērĕ. *Se.* Fōrtī Fīdĭt ĕquō. *V.* Cōnsĭlĭūm nōbĭs fōrtĕ pĭūmquĕ dăbō. *O.* Plăcĭdĭs mĭscēntēm fōrtĭă dīctĭs. *O.*

fōrtĭtĕr. *Fēlīx, quī, quŏd ămăt, dēfēndĕrĕ fōrtĭtĕr aūdĕt.* O. SY. ănĭmōsē, cōnstāntĕr; vălĭdē, nērvōsē, ācrĭtĕr. PH. Pāndō nōn fōrtĭtĕr haerĕt ăsēllō. *O.* O quĭd ăgĭs? Fōrtĭtĕr ōccŭpā Pōrtūm. *H.*

fōrtĭtūdo. *Pārēs dūm nōn sint vēstrae fōrtĭtūdĭnī.* (iamb.) Ph. SY. rōbŭr, vīrēs, vĭgŏr, ănĭmŭs, vīvĭdă bēllō dēxtră. PH. Fōrtĭă, fōrtĭssĭmă cōrdă, pēctŏră. Fōrtĭs mănŭs dēxtĕră. Fōrtĭă făctă, aūsă, ăctă. Aŭdācĭă fōrtĭs. Quĭd pōssĭt vīvĭdă vīrtūs, Expĕrĭăr. *V.* Et bēllō vīvĭdă vīrtūs. *V.* Vīrtūs bēllō spēctātă dŏmīquĕ. *H.* Fōrtĭbŭs aūsĭs. *V.* Stāre ănĭmĭs. *H.* Prōmtaēque ăd fōrtĭă vīrēs. *St.* Cōmpōnĭtĕ mēntēs Ad māgnūm vīrtūtĭs ŏpūs. *L. v. animus, robur, virtus.*

fōrtŭĭtŭs. *Nēc fōrtŭĭtūm spērnĕrĕ caespĭtēm.* (Alc.) H. *Tūm fōrtŭĭtūm fēlēs cōntŭbērnĭūm.* Ph. *Lārgĭs grātŭĭtūm căpĭt răpĭnĭs. St.* Alii corripiunt, nisi malis trisyllabam vocem facere. *Nēc quăsĭ fōrtŭĭtō* etc. I. *Nām nĕquĕ fōrtŭĭtōs ōrtūs sūrgēntĭbŭs āstrĭs.* Mn.

fōrtūnă. Descr. *H.* O. 1, 34. *Anth. I. p.* 556 sq. *Se.* Hi. 1139 sq. SY. cāsŭs, sōrs, fātūm, Rhāmnūsĭs, Rhāmnūsĭă, Praenēstīnă Dĕă. EP. sŭpērbă, īmpĕrĭōsă, lēvĭs, īncērtă, vŏlūbĭlĭs, pērfĭdă, īnfĭdă, ānceps, lūbrĭcă, dŭbĭă, īmprŏbă, mĭnāx, īnsĭdĭāns, cāră, frăgĭlĭs, văgă, făllāx, fătālĭs, vēlōx, răpĭdă, īmpŏtēns, lābēns, mūtābĭlĭs, āmbĭgŭă, mălīgnă, īllūdēns, īnsĭdĭōsă, cădūcă, fŭgāx, fŭgĭtīvă, praecĕps, jŏcāns, jŏcōsă, īnsānă, vērsūtă, ĭnānĭs, vānă, mōbĭlĭs, dēcēptrīx, mēndāx, īncōnstāns, īnstăbĭlĭs, īngrātă, crūdēlĭs, īnēlūctābĭlĭs, ōmnĭpŏtēns, fōrtĭs, răpāx, māncă, caecă, pērvĭcāx, lĭcēntĭōsă, saevĭēns, nĕfārĭă, trīstĭs, ăcērbă, īnsŏlēns, caūtă, dūră, saevă, īnvĭdă, nŏxĭă, lēnōcĭnāns, lŏcŭplēs, sūblīmĭs, vŏlŭcrĭs, bĭfrōns, āspĕră, īmmŏdĕrātă, īmpŭdēns, aūdāx, mūltĭfōrmĭs, trŭcŭlēntă, vărĭă, mălĕfĭdă, prŏcāx, līvĭdă, ĭnīquă, lūcrĭfĭcă, ērrātĭlĭs. PH. *Dea.* Dĕă caecă, īmmītĭs, mōbĭlĭs. Hōc jūrĭs hăbēbăt In tāntūm Fōrtūnă căpŭt. *L.* Ut cāsūs Fōrtūnă rŏtăt. *St.* Nūllūm nūmĕn ăbēst, sī sĭt prūdēntĭă, sēd tē Nōs făcĭmŭs, Fōrtūnă, dĕām, coelōquĕ lŏcāmŭs. *I.* Sūnt, ĭn Fōrtūnae quī cāsĭbŭs ōmnĭă pōnūnt. *I.* Fōrtūnae caētĕră māndō, Quae jŭvĕt, et mĕlĭŭs, quām tū tĭbĭ, cōnsŭlăt, ŏptō. *O.* Mūltă dĭēs vărĭūsquĕ lăbōr mūtābĭlĭs aēvī Rēttŭlĭt ĭn mĕlĭŭs; mūltōs āltērnă rĕvīsēns Lūsĭt, ĕt ĭn sŏlĭdō rūrsūs Fōrtūnă lŏcāvĭt. *V.* Dĕă stāns ĭn ōrbĕ, fōrtūnae nūmĕn, ārbĭtrĭūm, ālĕă fōrtūnae. Sōrtĭs hūmānae vĭcēs. Cērtō stārĕ lŏcō nēscĭă. Vērsātŭr cĕlĕrī Fōrs lĕvĭs ōrbĕ rŏtae. *T.* Sēmpēr mŏvētŭr, vărĭăt, ēt mūtăt vĭcēs; Et sūmma ĭn īmūm vērtĭt āc vērsă ērĭgĭt. *Au.* Spēs hŏmĭnūm vānās īnsĭdĭōsă făcĭt. Mīscēns ădvērsă sĕcūndĭs. Nūllī fōrtūnă fĭdēm praestăt. Fōrtūnă lăbāt sūccēssĭbŭs ānceps. Vărĭōs rŏtăt ālĕă cāsūs. Pāssĭbŭs āmbĭgŭĭs Fōrtūnă vŏlūbĭlĭs ērrăt, Et mănĕt ĭn nūllō cērtă tĕnāxquĕ lŏcō: Sēd mŏdŏ laetă mănēt, vūltūs mŏdŏ sūmĭt ăcērbōs, Et tāntūm cōnstāns ĭn lĕvĭtātĕ sŭa ēst. Haec Dĕă nōn stăbĭlĭs, quām sĭt lĕvĭs, īpsă fătētŭr, Quae sūmmūm dŭbĭō sūb pĕdĕ sēmpĕr hăbĕt. *O.* Nūlla ēst mōrtālĭbŭs ūsquăm, Fōrtūnā tĭtŭbāntĕ, fĭdēs. *St.* Rēs Dĕūs nōstrās cĕlĕrī cĭtātūs Tūrbĭnĕ vērsăt. *Se.* Imă pērmūtăt brĕvĭs Hōră sūmmĭs. *Se.* Nām mĕtŭĭs dŭbĭō Fōrtūnae stāntĭs ĭn ōrbĕ Nūmĕn, ĕt ēxōsae vērbă sŭpērbă Dĕae. *O.* Rēgnăt ĕt īncērta ēst hīc quŏquĕ nīxă rŏtā. *O.* O Fōrtūnă pŏtēns, quām vărĭābĭlĭs! *Se.* Sŏlĕt ēssĕ bŏnĭs dūrĭŏr, aēquă mălĭs. Quāntĭs sēsē fōrtūnă rĕvōlvĭt Cāsĭbŭs. Lūdĭt ĭn hūmānĭs dīvīnă pŏtēntĭă rēbŭs, Et cērtām praesēns vīx hăbĕt hōră fĭdēm. *O.* Ōmnĭă sūnt hŏmĭnūm tĕnŭī pēndēntĭă fīlō, Et sŭbĭtō cāsū, quae vălŭērĕ, rŭūnt. *O.* Fīdĭtĕ Vīrtūtī; Fōrtūnă fŭgācĭŏr ūndĭs. Quŏlĭbĕt ēst fŏlĭo ēt quāvĭs īncērtĭŏr aūrā. *O.* Aūdēntēs fōrtūnă jŭvăt. *V.* Fōrtūna īmmĕrĭtōs aūgĕt hŏnōrĭbŭs; Fōrtūna īnnŏcŭōs clādĭbŭs āffĭcĭt: Jūstōs īllă vĭrōs paūpĕrĭē grăvăt, Indīgnōs ĕādēm dīvĭtĭĭs bĕăt. Nēc, quōs clārĭfĭcăt, pērpĕtŭō fŏvĕt, Nēc, quōs dēsĕrŭĭt, pērpĕtŭō prĕmĭt. *Anth.* Ex hūmĭlīquĕ lŏcō māgna ăd fāstīgĭă rērūm Attōllēns ēt rūrsūm dētūrbāns. Nēscĭēns fīgĕrĕ rŏtām. Rēbūs ĭn hūmānĭs nūllō dīscrīmĭnĕ lūdēns,

Ōmnĭă nōn cērtā dāns răpĭēnsquĕ mănū. Ōmnĭă mūtāns vărĭīs cāsĭbŭs, nēc sĭnēns quĭdquām fēlīx ēssĕ dĭū. Cūlmĭnĕ dējēctūm vītaē Fōrtūnă prĭōrī Rēddĭdĭt, īnsūnō jām sătĭātă jŏcō. *Cl.* Fōrtūna ărbĭtrĭīs tēmpŭs dīspēnsăt ŭbīquĕ: Īllă răpĭt jŭvĕnēs, ăbrĭpĭt īllă sĕnēs. Quāquĕ rŭĭt, fŭrĭbūndă rŭĭt, tōtūmquĕ pĕr ōrbēm Fūlmĭnăt, ēt caēcīs caēcă trĭŭmphăt ĕquīs. *O.* Sēu sōrs īncērtă văgātŭr, Fērtquĕ rĕfērtquĕ vĭcēs, ĕt hăbēnt mōrtālĭă cāsūm. *V.* Īnvĭdă fātōrūm sĕrĭēs, sūmmīsquĕ nĕgātūm Stārĕ dĭū, nĭmĭōquĕ grăvēs sūb pōndĕrĕ lāpsūs. *L.* — *I. q. fors.* Fōrtūnām Prĭămī cāntābo ēt nōbĭlĕ bēllūm. *H.* Quaē fōrtūnă vĭrīs, clāssēm quō līttŏrĕ līnquānt. *V.* Pēndēbāt bēllī fōrtūnă. *O. v. fatum.* — *Fortuna secunda.* SY. fōrtūnă, sōrs rīdēns, ărrīdēns, ămīcă, plăcĭdă, prōspĕră, faūstă, fēlīx, bĕnīgnă, mītĭs, făvēns, vūltūs fōrtūnaē bĕnīgnŭs, blāndŭs. Sōrs splēndĭdă, aūră sĕcūndă, prōspĕră. Fātă sĕcūndă. Flātŭs fōrtūnaē sĕcūndŭs. PH. Nāvĭgārĕ fēlīcī aūrā. Sī dūcās plăcĭdō cāndĭdă vēlă sălō. Faūstīs sūccēssĭbŭs, fātīs ămīcīs ūtī. Ālĭtĕ dēxtrō, laētīs aūspĭcĭīs frŭī. Rēbŭs, vēntīs sĕcūndīs, sĕcūndō flātū ūtī, frŭī. Dūm flārēt vēlīs aūră sĕcūndă mĕīs. Vūltūm sērvăt fōrtūnă bĕnīgnūm. *H.* Fōrtūnām rĕvĕrēntĕr hăbē, quīcūnquĕ rĕpēntĕ Dīvĕs ăb ēxĭlī prōgrĕdĭārĕ lŏcō. *Au.* Ēxcēssērĕ mĕtūm mĕă jām bŏnă. *O v. felix, felicitas.* — *Fortuna adversa.* SY. fōrtūnă, sōrs īnīquă, saēvă, dūră, īncōmmŏdă, īnīmīcă, trīstĭs, ăspĕră, fērrĕă, īnvĭdă, nōxĭă, dīră, crūdēlĭs, mălă, grăvĭs. Ādvērsi īncōmmŏdă fātī. Āspĕră fātă. Tēmpŏră nūbĭlă. Trīstĭs cāsŭs. Rēs āfflīctă, ārctă, dŭbĭă, dūră. Vīs vĭŏlēntă saēvaē fōrtūnaē. Fĕră fōrtūnaē vĭŏlēntĭă. Prŏcēllă sōrtĭs tūrbĭdaē. Īctŭs, īmpĕtūs răbĭdaē fōrtūnaē. PH. Dūrīs ūndĭquĕ fātīs, ădvērsīs ēxērcērī, ūrgērī, fērrī. Ādvērsā fōrtūnā prĕmī. Ēssĕ lūdĭbrĭō fōrtūnaē. Fōrtūnă īnvĭdĕt, fătīgăt. Gĕnŭs hūmānūm sōrs ŏnĕrōsă prĕmĭt. Prŏcēllă fōrtūnae īmpŏtēns. *Se.* Fōrtūnaē făcĭēs īnvĭdĭōsă. *O.* Sī qua ĭd fōrtūnă vĕtābĭt. *V.* Mē quŏquĕ pēr mūltōs sĭmĭlīs fōrtūnă lăbōrēs Jāctāvĭt. *V.* Quō dūră vŏcăt fōrtūnă, sĕquāmŭr. *V.* Cōntrāxĭt vūltūm Fōrtūnă. *O.* Fōrtūnām vĭrtūtĕ dŏmăt. *Cl.* Nī mē fōrtūna ĭnīmīcă tŭlīssĕt. *V.* Ut ŏpēs frāctaē Teūcrūm ēt fōrtūnă rĕcēssĭt. *V.* Quaē vōs fōrtūnă quĭētōs Sōllĭcĭtăt? *V.* Cuī te ēxĭtĭō fōrtūnă rĕsērvăt? *V.* Quaē tē fōrtūnă fătīgăt? *V.* Nōstră pĕr ădvērsās ăgĭtūr fōrtūnă prŏcēllās. *O.* Nēc vĕnĭt īncēptīs mōllĭōr aūră mĕīs. *O.* Quĭs tē, nātĕ Dĕā, pēr tāntă pĕrīcŭlă cāsŭs Īnsĕquĭtūr? *V.* Fūndĭtŭs ŏccĭdĭmŭs, nēc hăbēt fōrtūnă rĕgrēssūm. *V.* Cūnctăquĕ, fōrtūnā rīmām făcĭēntĕ, dĕhīscūnt. *V.* Frāngĭmŭr, heū, fātīs, īnquĭt, fĕrĭmūrque prŏcēllā. *v. Fatum, infelix, infortunium.* — *Fortuna mediocris. v. mediocritas.* — *I. q. status.* Intrā fōrtūnām quīsquĕ mănērĕ sŭām. *O.* Hīc stătŭs, haēc rērūm nūnc ēst fōrtūnă mĕārūm. *O.* Sī dīcēntĭs ĕrūnt fōrtūnīs ābsŏnă dīctă. *H.*

fōrtūnātē. PH. Sĕcūndō sūccēssū. Fēlīcĭbŭs aūspĭcĭīs. Aūspĭcĭō faūstō, fēlīcī; ōmĭnĕ dēxtrō, laētō, faūstō. Ālĭtĕ dēxtrō. Vēntō sĕcūndō. Sĕcūndō flātū. Aūrā sĕcūndā. Laētō, prōspĕrō cūrsū. Quām fōrtūnāte ēvĕnĭt! *Pl.* Et fōrtūnātĭm, fēlīcĭtĕr āc bĕnĕ vōrtăt. *Enn. v. feliciter.*

fōrtūno. *Tū, quāmcūnquĕ Dĕūs tĭbĭ fōrtūnāvĕrĭt hōrăm.* H. SY. bĕārĕ, prōspĕrārĕ, sĕcūndārĕ, făvērĕ, vōtīs ānnŭĕrĕ, bĕnĕdīcĕrĕ. PH. Bēllī sĕcūndōs rēddĭdĭt ēxĭtūs. *H.* Bālnĕă laūdăt, Ut fōrtūnātām plēnē praēstāntĭă vītām. *H.* O fōrtūnātōs nĭmĭūm, sŭă sī bŏnă nōrīnt, Agrĭcŏlās! *V.* Ingĕnĭūm mĭsĕrā quĭă fōrtūnātĭŭs ārtĕ. *H.* Multo ōmnĭūm nūnc mē fōrtūnātīssĭmūm. *Te. v. beatus, felix.* — *Fortunatorum insulae.* Sīcūt fōrtūnātōrūm mĕmŏrānt īnsŭlās. *Pl.* Pĕtāmŭs ărvă, dīvĭtēs ēt īnsŭlās. *H.* Quēm nūnc ēmĕrĭtaē pērmēnsūm tēmpŏră vītaē, Sēcrētī pārs ōrbĭs hăbēt mūndūsquĕ pĭōrūm. *Clp. v. elysium.*

fŏrŭlī, ōrūm. *Hic lĭbrōs dăbĭt ēt fŏrŭlōs* etc. I.

fŏrŭm, ī. *Īnsānūmquĕ fŏrūm aūt pŏpŭlī tăbŭlārĭă nōvĭt.* V. 1) *Civile.* SY. cūrĭă, sĕnātŭs, rōstră. EP. lītĭgĭōsūm, clāmōsūm, frĕmēns, tūrbĭdūm, vērbōsūm, trīstĕ, ārgūtūm, dŏlōsūm, lēgĭfĕrūm, raūcūm, sĕvērūm, sānctūm, īnjūstūm, Rōmānūm, aūgūstūm, Jūlĭūm, strīdŭlūm, jūdĭcĭālĕ, rĭgĭdūm, īnsānūm. PH. Fŏrēnsĭă, jūdĭcĭālĭă claūstră. Jūdĭcĭālĕ, jūrĭs trĭbūnāl. Aūlă fŏrēnsĭs. Fŏrēnsēs cāncēllī. Rĭgĭdī flēctĕrĕ jūră fŏrī. Foedĕră lēgĭfĕrī jūrăquĕ săcră fŏrī. Vērbōsī gārrŭlă vērbă fŏrī. *O.* Fŏrūmquĕ Lītĭbŭs ōrbūm. *H.* Aūt fŏră vōs rĕtĭnēnt. *O.* Ēt fŏră Mārtĕ sŭō lītĭgĭōsă văcēnt. *O.* Strīdŭlă clāmōsās ēxērcēnt pēr fŏră lītēs Caūssĭdĭcās. Nēc fŏră sūnt nōbīs, nēc sūnt vădĭmōnĭă nōtă. *M.* Indīcĭtquĕ fŏrūm. *V. v. caussidicus, tribunal.* — 2) *Mercatorum.* SY. plătĕă, ārĕă, cōmpĭtă, mĕrcātŭs, măcēllūm, nūndĭnaē. EP. sōlēmnĕ, frĕquēns, vēnālĕ, vēnālĭtĭūm, bŏārĭūm, ŏlĭtōrĭūm, vīnārĭūm, pīscārĭūm, sŭārĭūm, pōmārĭūm, cŭpēdĭnĭs, cŭpēdĭnārĭūm, prōmērcālĕ, vēspērtīnūm, *H.* S. 1, 6, 113. PH. Ānnōnaē gĕnŭs ōmnĕ, mērcēs, vēnālĭtĭūs prōpōnēns. *v. mercator.*

fōssă, aē. SY. fŏvĕă, lăcūnă, scrŏbs; vāllūm. EP. praēcēps, praērūptă, pătŭlă, hĭāns, īmă, prŏfūndă, ōbscūră, ātră, vāstă, tēctă, pătēns, ăpērtă, āltă, hŭmĭlĭs, ōbscēnă, căvă, cōncăvă, mădĭdă, pūtrĭs, sŭbĭtă. PH. Pārs īn praēcĭpĭtēs fōssās ūrgēntĕ rŭīnā Vōlvĭtūr. *V.* Caēcō fŏvĕaē dēcēptŭs hĭātū. *O.* In pătŭlōs cōncăvă fōssă lăcūs. Cīngĕrĕ, cīrcūmdărĕ moenĭă fōssīs. Ōmnĭă plēnīs Rūră nătānt fōssīs. *V.* Fōssārūmquĕ mŏraē. *V.* Sŭbĭtā cīrcūmdĕdĭt āgmĭnă fōssā. *L.* Ēt fōssās āggĕrĕ cōmplēnt. *V.* Mūltā mădĭdaē cēlāntūr ărūndĭnĕ fōssaē. *O.* — *Urbem fossa circumdare.* Hŭmĭlī dēsīgnăt moenĭă fōssā. *V.* Urbēm dēsīgnăt ărātrō. *V.* Quūm moenĭă sūlcō Sīgnārĕt. *S.* Dēsīgnăt līttŏră fērrō. *Va.* Descr. *Mn.* 2, 772 sqq.

fŏssĭlĭs. — *fōssĭlĕ plūmbŭm*. A. SY. fōssŭs, ēffōssŭs.

fōssŏr. PH. Mŏvēns rōbūstŭs jūgĕră fōssŏr. *V*. Squālĭdŭs īn māgnā fāstīdĭt cōmpĕdĕ fōssŏr. *I*. Sēptă nŏvŭs jām moenĭă lāxăt Fōssŏr. *St. v. arator*.

fŏvĕă. *Dōnēc hŭmō tĕgĕrĕ, āc fŏvĕīs ābscōndĕrĕ discūnt*. V. SY. scrōbs, scrōbĭcŭlŭs, fōssă, sūlcŭs, căvērnă, spĕcŭs, spēlūncă. PH. Coecō fŏvĕae dēcēptŭs hĭātū. *St*. Pānthēra īmprūdēns ōlim īn fŏvĕām dĕcĭdĭt. *Ph*. Descr. *Lr*. 5, 1248. *v. fossa*.

fŏvĕo; fōvī, fōtŭm. *Nūnc mātrĭs plūmīs ŏvă fŏvēndă dăbĭt*. O. SY. călĕfăcĕrĕ, călĕfāctārĕ, ălĕrĕ, nūtrīrĕ, ēnūtrīrĕ; mūlcērĕ; tŭērī, tūtārī, dēfēndĕrĕ. PH. Prōgĕnĭēm nīdōquĕ fŏvēnt. *O*. Foetūsquĕ tĕnĕllōs Blāndă fŏvĕt ăvĭs. Sūppŏsĭtīs īncŭbăt ōvīs. Vūlnĕră crūdă fŏvĕt lўmphīs. *O*. Cāstră fŏvĕt mīlĕs. *V*. — *Gremio fovere*. Cūrăm hăbērĕ, gĕrĕrĕ. Sūă mĕmbră sŭpĕrjēctā vēstĕ fŏvĕt. Quae fālsām grĕmĭō crēdŭlă fōvĭt ăvĕm. *O*. Sīnū gērmānam āmplēxă fŏvēbăt. *V*. Īntĕrdŭm grĕmĭō pŭĕrŭm fŏvĕt. *V*. — *Trop*. Fāmāmquĕ fŏvēmŭs īnānĕm. *V*. Fōvīvĕ cŭpīdĭnĕ bēllă. *V*. Ănĭmō mĕă vōtă fŏvēbăm. *O*. Crēdŭlă vītăm Spēs fŏvĕt. *T*. Mēcŭmquĕ fŏvēbĭt Rōmānōs rērŭm dŏmĭnōs. *V*. Tēmpŏrĭs īllĭŭs cŏlŭī fōvīquĕ pŏētās. *O*. Nōn cōntrārĭă fōvī Ārmă. *O*. Et spēm mūnĕrĭbŭs fōvĭmŭs ūsquĕ dătīs. *M. v. faveo*.

frāgă, ōrŭm. — *Ēt hŭmī nāscēntĭă frāgă*. V. EP. mōntānă, mōllĭă, rŭtĭlāntĭă, rŭbēntĭă, rĕdŏlēntĭă. PH. Jūcūndī frāgă săpōrĭs. Sīlvēstrī nātă sŭb ūmbrā Mōllĭă frāgă lĕgēs. *V*. Pārvīs vūlsă dūmētīs. *Se*. Pūnĭcă frāgōrŭm pūrpŭră.

frăgĭlĭs. *Jām sŭbĕūnt ānnī frăgĭlēs* etc. O. SY. tĕnŭĭs, tĕnĕr, cădūcŭs; dēbĭlĭs, īnfīrmŭs, flūxŭs, īncōnstāns; fūtĭlĭs. PH. Frăgĭlēs ā tērrā cōntīngĕrĕ rāmōs. *V*. Frăgĭlī nātūrā praedĭtă cōnstānt. *Lr*. — *Trop*. Fōrmă bŏnŭm frăgĭle ēst. *O*. — *I. q. crepitans*. Chārtārŭm frăgĭlēs sŏnĭtŭs. *Lr*. Pōllĭcĭbŭs frăgĭlēs īncrĕpŭērĕ mănŭs. *P*.

frāgmĕn, ĭnĭs *et* frāgmēntŭm, ī. SY. sēgmēntŭm, frūstŭm. EP. pārvŭm, ēxĭlĕ, tĕnŭĕ, mĭnūtŭm. PH. Frāgmĭnă cōnjĭcĭēns sīlvārum ārbūstăquĕ tōtă. *Lr*. Cōllēgĭtquĕ sĭnū frāgmēntă nŏvīssĭmă. *M*. Īngēntī frāgmĭnĕ mōntĭs. *V*. Cōllēctă săcrae frāgmēntă cărīnae. *L*.

frăgŏr. — *Īngēns frăgŏr aethĕră cōmplĕt*. V. *Caelŭm tŏnăt ōmnĕ frăgōrĕ*. V. SY. sŏnĭtŭs, sŏnŭs, strĕpĭtŭs, strīdŏr, mūrmŭr. EP. hōrrēndŭs, grăvĭs, fūlmĭnĕŭs, raucŭs, rĕsŏnŭs, răbĭdŭs, mŏlēstŭs, māgnŭs, īngēns, sŭbĭtŭs, rĕpēntīnŭs, vĕhĕmēns, rĕsŏnāns, rĕsūltāns, vāstŭs, praecēps, hōrrĭsŏnŭs, trīstĭs, crĕpĭtāns, tērrĭsŏnŭs, ēxsūrdāns, tērrĭfĭcŭs, hōrrĭfĭcŭs, hōrrĭdŭs, nīmbōsŭs, ārĭdŭs, i. e. lignorum aridorum, cum franguntur, *V*. PH. Caelŭm frăgōrĕ sŏnăt, rĕbŏăt. Tērrĭfĭcŭm tēllūs dĕdĭt īctă frăgōrĕm. Fūlmĭnĕŭs quătĭt āstră frăgŏr. Ārmĭs crĕpĭtāntĭbŭs īngēns Ēxŏrĭtŭr frăgŏr. Tērrĭfĭcō rĕbŏānt mōntānă frăgōrĕ. Īndĕ frăgōrĕ grăvī strĕpĭtŭs lŏcă prōxĭmă tērrĕt. *O*. Rĕbŏānt mōntānă frăgōrĕ. Ĭtĕrum ātque ĭtĕrŭm frăgŏr īntŏnăt īngēns. *V*. Dăt sīlvă frăgōrĕm. *O*. Sŭbĭtōquĕ frăgōrĕ Īntŏnŭīt laevŭm. Nĕquĕ pausăm stārĕ frăgōrī. *Lr*. Mōntĭbŭs audīrī frăgŏr, aut rĕsŏnāntĭă lōngē. *V*. Hōrrēndŭs ŭbīquĕ It frăgŏr. *Cl*. Bēllī sēntīrĕ frăgōrĕm. *L. v. murmur, sonitus*.

frăgōsŭs. *Ŭrgĕt ŭtrūmquĕ lătŭs nĕmŏrīs, mĕdĭōquĕ frăgōsŭs*. V. SY. sŏnōrŭs, strīdēns; āspĕr. PH. Sīlvīs hōrrēntĭă sāxă frăgōsīs. *O*. Mĕdĭōquĕ frăgōsŭs Dăt sŏnĭtŭm sāxīs ēt tōrtō vōrtĭcĕ tōrrēns. *V*.

frāgro. *Fērvĕt ŏpŭs, rĕdŏlēntquĕ thўmō frāgrāntĭă mēllă*. V. SY. rĕdŏlērĕ, suāvĭtĕr ŏlērĕ, spīrārĕ. PH. Frāgrăt ăcērbŭs ŏdŏr. *Va*. Āssўrĭō frāgrăt ŏdōrĕ dŏmŭs. *C*. Nĕ grăvĭs hēstērnō frāgrēs, Fēscēnnĭă, vīnō. *M. v. oleo*.

frămĕă. *Ēt Mārtĭs frămĕăm* etc. J.

Francī, Frāncĭă. PH. Hūnnŭs jăcŭlīs, Frāncūsquĕ nătātū. *Sid*. Frāncĭă mīxtă Sŭēvīs. *Au*. Prōvīncĭă mīssōs Expēllēt cĭtĭŭs fāscēs, quăm Frāncĭă rēgēs. *Cl. v. Galli, Gallia*.

Frāncfōrdĭă, Frāncōfūrdĭă, Frāncofūrtŭm. PH. Urbs ā Frāncōrŭm nōmĕn ădēptă vădō. Pŏsŭērŭnt moenĭă Frāncī. Descr. *Lot*. el. 6, 29.

frāngo; frēgī. *Frēgĭt ărātră mănŭ* etc. O. SY. īnfrīngĕrĕ, cōnfrīngĕrĕ, ēffrīngĕrĕ, rūmpĕrĕ, pērrūmpĕrĕ, pērfrīngĕrĕ, cōmmĭnŭĕrĕ, cōntūndĕrĕ, ēlīdĕrĕ; īnfīrmārĕ, fătīgārĕ, dēbĭlĭtārĕ. PH. Ād sāxŭm cōrpŏră prēnsă mănū frāngēbăt. *V*. Vī pērfrīngĕrĕ pōrtās. Ōppŏsĭtō gĕnū pērrūmpĕrĕ. Frēgĕrăt sāxō grăvī, bālīstā, pōrtās. Fīt vĭă, vī rūmpūnt ădĭtūs. Bĭpēnnĭs īnstāns quătĭt īctĭbŭs ărcĕm. Lābăt ărĭĕtĕ crēbrō Jānŭa, ēt ēmōtī prōcūmbūnt cārdĭnĕ pōstēs. *V*. Vīrĭbŭs ōbnīxūs quāssātăm dīrŭĭt ūlmŭm. Āc vĕlŭt ūrsŭs, Ōbjēctōs căvĕae vălŭīt sī frāngĕrĕ clāthrōs. *H*. Pōndĕrĕ cōrpŏrĭs ōrnŭm Īngēntĕm frēgĭt. *O*. Frāngī pătĭēns, sēd nēscĭă flēctī. *St*. Cōrrēptā dūră bĭpēnnī Līmĭnă pērrūmpĭt, pōstēsque ā cārdĭnĕ vēllĭt. Vūltŭm mĭnĭtāntĭăque ōră Rōbŏrĕ nōdōsō praedūrăquĕ tēmpŏră frēgĭt. *O*. — Quōdcūnque ēst Cĕrĕrĭs sŏlĭdae, căvă māchĭnă frāngăt. *O*. Frūgēs frāngĕrĕ sāxō. *V*. *v. molo*. — *Trop*. Frāngĭt nāndō vĭŏlēntī vōrtĭcĭs āmnĕm. *L*. — Et campum hōrrēntĕm frāctīs īnvērtĕrĕ glēbīs. *V*. — Frāctās ād līttŏră vōcēs. *V*. Frāctōs sŏnĭtūs ĭmĭtātă tŭbārŭm. *V*. — Vīnŭm sūblīmĭă frāngĭt Pēctŏră. *O*. Ātque ănĭmŭm pĭĕtās mātērnăquĕ nōmĭnă frāngūnt. *O*. Frāngĭt fōrtĭă cōrdă dŏlŏr. *I*. Bēllīs dūrātă vĭrōrŭm Pēctŏră Cāstălĭō frāngēbăt cārmĭnĕ Teūthrās. *St*. Īmmĭnŭīt rēm, Frēgĭt ŏpēs. *I*. Frāngĭmŭr heu! fātīs. *V*. Dŏlī frāngēntŭr īnānēs. *V*. Frāctīs foedĕrĭbŭs. *S*. Frāctae rēs. *V*. Frāctī bēllō fātīsquĕ rĕpūlsī. *V*. Mūltō frāctŭs jăm mĕmbră lăbōrĕ. *H*. Frā-

ctă virtūs. *H.* His dictis fractūs furŏr. *S.* — Māndātăquĕ frangās. *H.* Fās in supplicĕ frēgit. *Grat.* — Cūm quō mŏrantēm saepĕ diēm mĕrō Fregī. *H.* Tōt bellis ātque ānnis frēgĭmŭs aevŭm. *S.*

frātĕr. *Frātĕr ŭt Aēnēās pĕlăgō tŭŭs ōmnĭă circŭm.* V. EP. cārŭs, dīlectŭs, dulcis, ūnănĭmis, fīdŭs, gērmānŭs, fĭdēlis, pătrŭēlis, pērfĭdŭs, impĭŭs, imprŏbŭs, dūrŭs, mălīgnŭs, sŭbdŏlŭs, frīvŏlŭs. PH. Gērmānă prŏpāgo, prōlēs, sŭbŏlēs. Frātērnō, gērmānō sānguĭnĕ jūnctŭs. Gĕmĭnī frātrēs, foecūndae glōrĭă mātris. Gĕmĭnīquĕ sŭb ūbĕrĕ nātī. *V.* Frātrŭm quŏquĕ grātĭă rāra ēst. *O.* Pār nōbĭlĕ frātrŭm. *H.* Nūnquam ĕgŏ tē, vītā frātĕr ămābĭlĭŏr, Adspĭcĭūm. *C.* —*Trop.* Adspĭcĭēs illic pŏsĭtōs ēx ōrdĭnĕ frātrēs. *O.*

frātercŭlŭs. *Undĕ fĭt, ŭt mālĭm frātercŭlŭs ēssĕ* etc. I.

frātērnŭs. SY. gērmānŭs. PH. Frātērnŭs ămŏr. *O.* Frātērnă fĭdēs. *O.* Frātērnŭm dulcĕ sŏdālĭtĭŭm. *C.* Frātērnŭm rŭmpĕrĕ foedŭs. Frātērnās ăcĭēs. *St.* Frātērnō prīmŭm mădŭērŭnt sānguĭnĕ mūrī. *I.* Amplēxŭs frātērnăquĕ pēctŏră jūngēns. *Va.*

frātrĭcīdă. *Quĭd frātrĭcīdă, quĭd pĕrēmtŏr invĭdŭs.* (iamb.) Pr.

fraudātŏr. SY. dēfraudātŏr, impōstŏr, praestĭgĭātŏr, sycŏphāntă, nĕbŭlo, māchĭnātŏr. EP. dŏlōsŭs, impĭŭs, sacrĭlĕgŭs, imprŏbŭs, scĕlĕrātŭs. PH. Et fraudātŏr ĕs ēt nĕgōtĭātŏr. *M.*

fraudo. SY. frūstrārĕ, frūstrārī, fallĕrĕ, dēcĭpĕrĕ, dēfraudārĕ, circūmscrībĕrĕ. PH. Insĭdĭis, dŏlō, ārtĕ dēlūdĕrĕ, circūmvĕnīrĕ, irrētīrĕ, căpĕrĕ. Mēntĕ dŏlōsā, āstū fallācī, mălīgnō ūrgērĕ. Clām fraudēs intēxit. Fraudem invōlvĕrĕ vērbis. Vērsārĕ pēctŏrĕ dŏlōs. Quis dĕŭs in fraudem ēgit? *V.* Tū pŭĕrōs sōmnō fraudās. *V.* Artŭs ănĭmā fraudārĕ sĕnīlēs. *V. v. decipio, defraudo, fallo, genius.*

fraudŭlēntŭs. *Cūm pŏpŭlo ēt dŭcĕ fraudŭlēntō.* (Dact. Troch.) H. *v. dolosus.*

fraus, fraudis. PH. Cōnfictă dŏlō mēndācĭă. Crīmĭnă fraudis. Astūtă mōlĭmĭnă. Vĕnŭs intĕrĕā fraudēm mĕdĭtātă mălīgnăm. Tūrpī fraudĕ sălūs hōstī quaesītă. Et clāndēstīnis sūrgēntĭă fraudĭbŭs ārmă. Fraus ēst cōncēssă, rĕpēllĕrĕ fraudĕm. *O.* Pŭdīcā Fallĕrĕ fraudĕ prŏcōs. *O.* Coelī dēcēptŭs fraudĕ sĕrēnī. *V.* Ignēm fraudĕ mălā gēntĭbŭs intŭlit. *H.* Fraudēmque āstūtō pēctŏrĕ vērsăt. *V.* Fraudĭbŭs ōbjĭcĕ nūbĕm. *H.* Fraudĕ pĕrit vīrtŭs. *O.* — *I. q. crimen.* Paucă tămēn sŭbĕrūnt prīscae vēstīgĭă fraudis. *V.* Nēglīgis, immĕrĭtis nŏcĭtūrăm Pōstmŏdŏ tē nātis fraudēm cōmmĭttĕrĕ. *H.* — *I. q. discrimen.* Caecōs instārĕ tŭmūltŭs Saepĕ mŏnēt, fraudēmque ēt ŏpērtă tŭmēscĕrĕ bēllă. *V.* Scătēntēm Bēllŭis pōntŭm mĕdĭāsquĕ fraudēs Pāllŭit audāx. *H.* — Nēc tĭbĭ sīt fraudī, quŏd etc. *Lr. v. astutia, dolus, fallacia.*

frāxĭnĕŭs *et* frāxĭnŭs. *Ut quătĭtŭr rĭbĭdō frāxĭnă virgă Nŏtō. O. Frāxĭnĕaequĕ trăbēs cŭnĕis ēt fissĭlĕ rōbŭr.* V. frāxĭnŭs. *Frāxĭnŭs in silvis pŭlchērrĭmă, pīnŭs in hŏrtis.* V. EP. ingēns, āltă, prōcēră, āĕrĭă, ūmbrōsă, silvēstris, strīdēns, strīdŭlă. PH. Hāstis ūtĭlis ārbŏs. Frāxĭnĕae sŭdēs, trăbēs. Invīsă cŏlŭbris Frāxĭnŭs. Nōn strīdŭlă frāxĭnŭs īrĕt. *Cl.* Frāxĭnŭs infāndōs bēllī pōtūră crŭōrēs. *St.*

frĕmĕbūndŭs. — *Currū frĕmĕbūndŭs ăb āltō.* O. SY. frĕmēns, frēndēns, fŭrĭbūndŭs, fŭrōrĕ cōrrēptŭs, in fŭrōrēm vērsŭs, indĭgnābūndŭs.

frĕmĭtŭs. *Cĕrcūmstānt frĕmĭtū dēnsō, stīpāntquĕ frĕquēntēs.* V. SY. strĕpĭtŭs, strīdŏr, mūrmŭrātio, frĕmŏr. EP. hōrrĭsŏnŭs, raucŭs, sŏnōrŭs, grāvis, trĕpĭdŭs, flēbĭlis, trīstis, rāpĭdŭs, tērrĭfĭcŭs, ănhēlŭs, mūgiēns, strīdēns. PH. Coelī frĕmĭtŭs. *St.* Strīdēns mūrmŭr. Clāmōrĕ frĕmēntī cōncĭtŭs. Frĕmĭtūquĕ sŏnōrō Cōllūctāntŭr ăquae. Grăvĭdam impĕrĭis bēllōquĕ frĕmēntēm. *V.* Illĕ frĕmēntēs Ad jŭgă cōgit ĕquōs. *V.* Neu pŏpŭlŭs frĕquēns Ad ārmă cēssāntēs, ăd ārmă Cōncĭtĕt impĕrĭūmquĕ frăngăt. *H.* Nōn bēllă nōrăt, nōn tŭbae frĕmĭtŭs trŭcēs. *Se.* Quis frĕmĭtŭs aurēs flēbĭlis pĕpŭlit mĕās? *Se.* Advēntūsquĕ vĭrŭm frĕmĭtūsque ārdēscit ĕquōrŭm. *V.* Et răbĭdī frĕmĭtŭs ēt mūrmŭră măgnă mĭnārŭm. *Lr.* Pērfŭrit ācrī Cūm frĕmĭtū, saevitquĕ mĭnācī mūrmŭrĕ pōntŭs. *Lr.* — *Approbantium.* Tūm plausū frĕmĭtūquĕ vĭrŭm stŭdĭisquĕ făvēntŭm Cōnsŏnăt ōmnĕ nĕmŭs. *V.* Clāmōre ēxcĭpĭūnt sŏcĭī frĕmĭtūquĕ sĕquūntŭr. *V. v. fremo, murmur.*

frĕmo; ŭī. — *măgnōquĕ dŏlōrĕ frĕmēbānt.* O. SY. infrĕmĕrĕ, strīdērĕ, frēndĕrĕ, mūrmŭrārĕ, strĕpĕrĕ, incrĕpārĕ, ădmūrmŭrārĕ; indĭgnārī, īrāscī, stŏmăchārī, incāndēscĕrĕ, ēxcāndēscĕrĕ. PH. Frĕmĭtū rĕsŏnānt cūnctă sŏnōrō. Frĕmĭtu āssūrgēns ūndă mărīnō. Spūmĕă circŭm Sāxă frĕmūnt. *V.* Tōrrēntēs immānĕ frĕmūnt. *Cl.* Frĕmūnt immānī mūrmŭrĕ vēntī. *O.* Frĕmit aequŏrĕ tōtō Insūltāns sŏnĭpēs. *V.* Frĕmit hōrrĭdŭs ōrĕ crŭēntō. *V.* Vīcīnaequĕ frĕmūnt rīpae crĕpĭtāntĭbŭs ūndis. *V.* Māgnō circŭm clāmōrĕ frĕmēbānt. *V.* Vēntī indīgnāntēs māgnō cūm mūrmŭrĕ mōntis Circŭm claustră frĕmūnt. *V.* Mōrdērĕ lăbrŭm. Irā cōmmŏvērī, incēndī, āccēndī, inflāmmārī, ēffērvĕrĕ, ēbūllīrĕ, ēxārdērĕ. Lŭpōs circŭm stăbŭla āltă frĕmēntēs. *V.* Currū frĕmĕbūndŭs ăb āltō Dēsĭlit. *V.* — Mūrmŭrĕ mīxtō Tūrbă frĕmit. *L.* Laetĭtĭă lūdīsquĕ vĭae plausūsquĕ frĕmēbānt. *V.* Vărĭō sŭpĕrī sērmōnĕ frĕmēbānt. *O.* Undĭque ōmnēs eōdem ōrĕ frĕmēbānt. *V.* Laetĭtĭāquĕ frĕmūnt ănĭmōsque ăd sīdĕră tōllūnt. *V.* Cūnctīquĕ frĕmēbānt Coelĭcŏlae āssēnsū vărĭō. *V.* Adfrĕmit his quāssātquĕ căpŭt. *Va.* Fēstīsquĕ frĕmūnt ŭlŭlātĭbŭs āgrī. *O.* — Frĕmit ārmă jŭvēntŭs. *V.* Arma āmēns frĕmit. *V.* Bēllă ōrĕ frĕmūnt. *St. v. contremo, fremitus.*

frĕmŏr. PH. Vărĭūsquĕ pĕr ōră cŭcūrrit Ausŏnĭdūm tūrbātă frĕmŏr. *V. v. fremitus.*

frēnātŏr. PH. Ignĭpĕdŭm frēnātŏr ĕquō-

rūm. *St.* Ingentis frēnātōr Sārmătă contī. *Va. v. moderator.*

frendĕo *et* frendo. SY. Infrendĕrĕ, frĕmĕrĕ, fŭrĕrĕ. PH. Dentĕ mĭnārī. Dentĕ fătīgăt Infrendens. Dentĭbŭs incŭtĕrĕ dentes. Dentes frendens. Prōdĭt cōllīsīs dentĭbŭs īrās. Dīră frĕmens. Et grăvĭtĕr frendens sīc fātīs ōră rĕsōlvĭt. *V.* Tŭmĭdā frendens Māvōrtĭŭs īrā. *O.* Atque īrrītă frendĭt Insūrgens. *St.*

frēno. — *ĕquīs frēnāto est aurĭs ĭn ōrĕ.* H. SY. Infrēnārĕ, cŏērcĕrĕ, cōntĭnērĕ, rĕtĭnērĕ, sŭbĭgĕrĕ, dŏmārĕ, pĕrdŏmārĕ, mŏdĕrārī. PH. Frēnīs, hăbēnīs flectĕrĕ, cŏhĭbērĕ, cōmpēscĕrĕ, prĕmĕrĕ, tōrquērĕ, dŏmārĕ. Ĕquōrŭm cōllă flectĕrĕ frēnīs. Rĭgĭdīsquĕ dŏcēt sērvīrĕ lŭpātīs. *H.* Tēmpŏrĕ pārēt ĕquŭs lentīs ănĭmōsŭs hăbēnīs. *O.* Tēmpŏrĕ lentă pătī frēnă dŏcentŭr ĕquī. *O.* Lōră tĕnērĕ mănū. Vīnclīs ēt cārcĕrĕ frēnārĕ. Frēnīs īmpĕdĭūntŭr ĕquī. *O.* Frēnīsquĕ cŏērcŭīt ōră. *O.* Spūmāntĭăque āddĭt Frēnă fĕrīs. *V.* Frēnīs scĭt flectĕrĕ mōllĭbŭs ōră. *O.* Ārctō cĕlĕrēm cōmpēscĕrĕ frēnō. *T.* Nēc frēnă rĕmīttĭt, Nēc rĕtĭnērĕ vălēt. Rĭgĭdōs vēxāntĭă frēnōs Ōră tĕnēnt. *L.* Mōbĭlĭbŭs frēnīs ĭn ăpērtō flectĕrĕ cāmpō. *O.* Flectĕrĕ frēnō Cōllă fŭgācīs ĕquī. *O.* Ĕquō tĕnĕrīs laesīssĕ lŭpātīs Ōră. *St.* Ardentes ĕt ĕquōs ăd mōllĭă dūcĕrĕ frēnă. *Mn.* Gāllĭcă nēc lŭpātīs Tēmpĕrăt ōră frēnīs. *H.* Mēdēae vēllēm frēnārĕ lĕōnēs. *O.* Bĭjŭgŭm pīctīs īnsīgnĭă frēnīs Cōllă prĕmīs Lyncŭm. *O.* Gĕmĭnūsque ăd spūmĕă Trītōn Frēnă nătāns. *St.* Egŏ dūcĕrĕ vănă Frēnă mănū spūmīs ālbentĭbŭs ŏblĭtă lūctŏr. *O.* — *Trop.* Et glăcĭē cūrsūs frēnārĕt ăquārŭm. *V.* Frēnābāt cōrdĕ dŏlōrēs. *S.* Exĭgŭă quŭm frēnārēt mătĕrĭa īmpĕtŭm. *Ph.* Jūstĭtĭăquĕ dĕdĭt gentēs frēnārĕ sŭpērbās. *V.* Aēmŏnĭăm prīmīs Pĕlĭās frēnābăt ăb ānnīs. *Va.* Nī frēnum accĭpĕre ēt vīctī pārērĕ fătentŭr. *V. v. habena, imperium, moderor, rego.*

frēnŭm, *plur.* frēnī *et* frēnă. *Stăt sŏnĭpēs ēt frēnă fĕrōx spūmāntĭă măndĭt.* V. SY. hăbēnae, lōră, lŭpātŭm, căpīstrŭm, lŭpī, rĕtĭnācŭlŭm, vīncŭlă. EP. ārctŭm, strīctŭm, sŭbstrīctŭm, tōrtŭm, sŏnāns, spūmāns, flexĭlĕ, ēffūsŭm, lāxŭm, vălĭdŭm, lentŭm, rĭgĭdŭm, hūmēns, ūdŭm, dūrŭm, īmmīssŭm, dīffĭcĭlĕ, mōbĭlĕ, văgŭm, pīctŭm, fūlvŭm, spūmĕŭm, lūbrĭcŭm, sŭbstrīctŭm, fūlgĭdŭm, dŏmāns, cŏhĭbēns, lentŭm. PH. Mŏdĕrāmĕn ĕquōrŭm. Stăbŭlō frēnōs audīrĕ sŏnāntēs. *V.* Vērbĕră lentă păti ēt dūrīs pārērĕ lŭpātīs. *V.* Frēnă jŭgō cōncōrdĭă fērrĕ. *V.* Aspĕr ĕquŭs dūrīs cōntūndĭtŭr ōră lŭpātīs. *O.* Dŏcĕăt părēntēm cūrrĕrĕ frēnīs. *H.* Atque ĭtă cŏēgĭt frēnōs īnvītŭm pătī. *Ph.* Frēnōrŭmque ăptăt hăbēnās. *L.* Nūnc, Phoebĕ, mīttĕ cūrrūs Nūllō mŏrāntĕ frēnō. *Se.* Sīccăquĕ sănguĭnĕīs dūrēscĭt spūmă lŭpātīs. Hīnnĭt, ĕt ūdă fĕrōx frēnă rĕmōrdĕt ĕquŭs. *T.* Cōncōrdī cūrrĕrĕ frēnō. *S.* Frēnăquĕ măgnănĭmī dentĕ tĕrūntŭr ĕquī. *O.* — *Trop.* Frēnă lĭcentĭae Injēcĭt. *H.* Īmpĕrĭī mŏdĕrārī frēnă. *O.* Rŭpīstīs frēnă pŭdōrīs. *P.* Frēnūmquĕ sōlvĭt prīstĭnŭm lĭcentĭă. *Ph.* Nēc rēgī cūrāt pătĭtūrvĕ frēnōs. *Se.* Et fŭgĭūnt frēnō nōn rĕmŏrāntĕ dĭēs. *O.* Anĭmŭm cōmpēscĕrĕ frēnīs. *O. v. capistrum, currus, habena.*

frĕquēns. *Tūtă frĕquēnsquĕ vĭa ēst, pĕr ămīcī fāllĕrĕ nōmĕn.* O. SY. crēbĕr, nŭmĕrōsŭs, mūltŭs, plūrĭmŭs; cĕlĕbĕr, frĕquentātŭs; ăssĭdŭŭs. PH. Ūrbs pŏpŭlīs frĕquēns. *L.* Sīlvă frĕquēns trăbĭbŭs. *O.* Jāmquĕ frĕquēns ĭĕrāt mēnsā cōnvīvă rĕlīctă. *O.* Stīpāntquĕ frĕquentēs. *V.* Tēlīsquĕ frĕquentĭbŭs īnstānt. *V.* Quīsquĕ frĕquēns hērbīs ăgĕr. *V.* Frĕquēns pālmae. *St.* Exērcētquĕ frĕquēns tēllūrēm. *V.* Sēd tōtō lĕgŏr ōrbĕ frĕquēns, ēt dīcĭtŭr: hīc ēst. *M.* Cūltŭquĕ frĕquentī, In quāscūnquĕ vōcēs ārtēs, haūd tārdă sĕquentŭr. *V. v. assiduus.*

frĕquentĕr. — *Cūrrūs nŭmĕrānt ĕlĕphāntă frĕquentĕr.* M. SY. crēbrō, saepĕ, nōn rārō; ăssĭdŭē, cōntĭnŭō. *v. frequens, saepe.*

frĕquentĭă. *Sārmătĭcae mājōr Gĕtĭcaēquĕ frĕquentĭă gentīs.* O. SY. mūltĭtūdo, tūrbă, cōpĭă, vīs, nŭmĕrŭs īngēns, tūrbă frĕquēns, frĕquentātĭo, dēnsă cŏhōrs. *v. frequens, multitudo, turba.*

frĕquento. *Templă frĕquentārī dĕcĕt* etc. O. SY. saepĕ ădīrĕ, cōnvĕnīrĕ, vīsĕrĕ, īnvīsĕrĕ, pĕtĕrĕ, cĕlĕbrārĕ, rĕplērĕ. PH. Cōnventū tōtă frĕquentăt Thēssălĭă. *C.* Accēnsīs ārīs Bācchēĭă săcră frĕquentānt. Mātrŭm mē tūrbă frĕquentăt. *O.* Arās frĕquentās. *Ph.* Nōstrāsquĕ dŏmōs, vĕlŭt āntĕ, frĕquentăt. *O.* — *Trans.* Agĭlēs mōtūs dēxtrā laevāquĕ frĕquentānt. *Au.* Hȳmēn clāmānt, hȳmĕnaeĕ frĕquentānt. *O. v. habito.* — *I. q. colo.* Mūsă, quĭbŭs nŭmĕrīs hērōăs ĕt ārmă frĕquentās. *Sulp.* Lūcānī prōprĭŭm dĭēm frĕquentăt. *St.* Ipsŭm sēd cōlĭt ēt frĕquentăt Ipsŭm Imīs āltĭŭs īnsĭtŭm mĕdūllīs. *St. v. celebro, colo.*

frĕtŭm. *Cyclădăs ēt crēbrīs lĕgĭmŭs frĕtă cōncĭtă ventīs.* V. SY. mărĭs ăngūstĭae, faucēs; mărĕ. EP. tŭmēns, ăpērtŭm, ūndāns, tōrrēns, naūfrăgŭm, spūmōsŭm, mĭnāx, săliens, tŭmĭdŭm, frĕmēns, caecŭm, cōncĭtŭm, aestŭōsŭm, vāstŭm, saevŭm, răpĭdŭm, īnsānŭm, tūrbĭdŭm, spūmāns, Nēptūnĭŭm, cūrvŭm, glăcĭālĕ, caerŭlĕŭm, caerŭlŭm, prōfūndŭm, sālsŭm, sūrdŭm, ventōsŭm, stăgnāns, vĕlĭvŏlŭm, fērvĭdŭm, tŭmēscēns, lūbrĭcŭm, fūmāns, ūndōsŭm, ūndĭsŏnŭm, ūndĭsŏnāns, īmpŏtēns, spīrāns, nāvĭfrăgŭm. PH. Caeco ūndāns aestū, crēbrīs frĕtă cōncĭtă ventīs. Nāvĭfrăgŭmquĕ frĕtŭm, gĕmĭnō quŏd līttŏrĕ prēssŭm. *O.* Sēstōn Ăbȳdēnā sĕpărăt ūrbĕ frĕtŭm. *O.* Nōn Asĭām brĕvĭōrīs ăquaē dīstērmĭnăt ūsquăm Flūctŭs ăb Eūrōpā. *L.* Fērvētquĕ frĕtīs spīrāntĭbŭs aequŏr. *V.* Aūt frĕtă pōntī Incĭpĭūnt ăgĭtātă tŭmēscĕrĕ. *V.* — *I. q. mare.* In frĕtă dūm flŭvĭī cūrrēnt. *V.* Jāmquĕ frĕtŭm Mĭnȳae Păgăsēā pŭppĕ sĕcābānt. *O.* Imbēllĕ frĕtŭm tōrpentĭbŭs ūndīs. *St.* Frĕmentĭs Iră frĕtī. Imō frĕtă cōntōrquēt Nēptūnĭă fūndō Tēmpēstās, Tōllĕrĕ seū pōnĕrĕ vūlt frĕtă.

H. — *Trop.* Te rursus in bellum resorbens Unda freti tulit aestuosi. *H.* — Fretus, us. Angustoque fretu rapidum mare dividit undis. *Lr.* Nam fretus ipse anni permiscet frigus et aestum. *Lr. v. mare.*

fretus, a, um. *Threiciis fretus fidibus* etc. V. SY. fidens, fisus, confisus. PH. Pondere enim fretae stant. *Lr.* Fretusque juventa. *V.* Fretus, doctas anteire canendo Aonidas. *St. v. confido, fido.*

frico; ui. *Hinc oleo corpusque frico* etc. M. SY. perfricare, scalpere, scabere, radere; ungere, oblinere. PH. Fricat arbore costas. *V.* Nam, mulos qui fricabat, consul factus est. *Vet. p.* ap. *Gell.* Prodest membris adhibere fricatis. *Ser. Sam.* Si prurit frictus ocelli Angulus. *I.* — *Trop.* Sale multo Urbem defricuit. *H.*

frigeo. — *Corpusque lavant frigentis et ungunt.* V. SY. algere, frigescere. PH. Frigore corripi, contrahi, laedi, torpere, affligi, pallere, rigere. Frigus membra, corpus, artus laedit, premit, infestat, urit, adurit. Insternit totos frigentibus artus. *St.* — *Trop.* Frigent effetae in corpore vires. *V.* Sine Cerere et Baccho friget Venus. *Te.* Frigentia lumina torpent. *St.* Frigens turba animis. *S. v. frigus, langueo.*

frigero. *Frigerans Aganippe.* C. SY. refrigerare.

frigesco. *Pulsus amor, segnique juvat frigescere luctu.* Va. PH. Subtus frigescit terra coitque. *Lr.* — *Trop.* Videsis, ne majorum tibi forte Limina frigescant. *Pe. v. frigeo.*

frigidulus. *Frigidulos udo singultus ore cientem.* O.

frigidus. *Quos procul a vobis frigidus Ister habet.* O. *Frigidior porro in puteis aestate fit humor.* Lr. SY. frigens, gelidus, algidus, algens, glacialis. PH. Gelu, frigore horridus, rigens, torpens, constrictus, ustus, adustus. Cui frigore pallent Membra. Glaciali constrictus frigore. Quem frigus premit. Contracto frigore piger. Ignavi plenissima frigoris. *O.* Obsessum glaciali frigore corpus. *O.* Contracto frigore pigrae. *V.* Rugosus frigore pagus. *H.* Ipsa coloris egens. *L.* — Frigida Tempe Non absunt. *V.* Frigida rura. *H.* Frigida vix coelo noctis descenderat umbra. *V. v. gelidus.* — *I. q. mortuus.* Volvitur ille vomens calidum de pectore flumen Frigidus. *V.* Membra labuntur frigida leto. *V.* Frigidus obstiterit circum praecordia sanguis. *V.* — *Trop.* Frigidius glacie pectus. *O.* Frigida curarum fomenta relinquere. *H.* Solatia frigida restant. *O.* Frigida bello Dextera. *V.* Frigida cura. *Lr.* Frigidus horror. *H.*

frigilla *vel* fringilla. *Nunc sturnos inopes frigillarumque querelas.* M.

frigo; frixi. — *Inflantes corpora frige fabas.* O. SY. torrere, assare. PH. Et frigus in cute solem. *Pe. v. torreo.*

frigus. *Lac mihi non aestate novum, non frigore, defit.* V. SY. gelu, rigor. EP. concretum, contractum, hiemale, brumale, glaciale, Scythicum, torpens, acerbum, rigidum, acre, immite, horrendum, durum, iners, malignum, Riphaeum, boreale, iniquum, Hyperboreum, acutum, penetrabile, gelidum, opacum, pluvium, mordens, sterile, hibernum, ignavum, non habitabile, malum, improbum, tumidum, pallens, pallidum, pigrum, triste, dirum, algidum, letale, strictum, crudum, mendax, saevum, horridum, immite, arcticum, nivale, horrens, intractabile, mortiferum, Sarmaticum, grandineum, candens, adstrictum. PH. Frigoris asperitas, minae, vis, rigor. Frigidus aer. Spirantis frigora Cauri. *V.* Tremulo quatietur frigore corpus. *Cic.* Densaque cedit Frigoris asperitas. *O.* Non mihi pigra nocent hibernae frigora noctis. *T.* Ulterius nihil est, nisi non habitabile frigus. *O.* Frigoribus premimur. *O.* Frigusque perambulat artus. *O.* Boreae penetrabile frigus adurit. *V.* Matutina parum cautos jam frigora mordent. *H.* Neu madidos intret penetrabile frigus in artus. *M.* Gelidae frigore pallet aquae. *O.* Cui protinus intima frigus Ossa receperunt. *O.* — *Umbrarum.* Umbras et frigora captant. *V.* Frigus captabis opacum. *V.* Tu frigus amabile Fessis vomere tauris Praebes. *H.* Luciferi primo cum sidere frigida rura Carpamus. *V. v. umbra, umbraculum.* — *I. q. hiems.* Frigoribus parto agricolae plerumque fruuntur. *V. v. hiems.* — *Timentium et horrentium.* Extemplo Aeneae solvuntur frigore membra. *V.* Adstrictum gelido frigore pectus erat. *O.* Et pavet obsessum glaciali frigore corpus. *O.* Gelidus concrevit frigore sanguis. *V.* Gelidusque trementi Corpore. *O. v. horror.* — *Mortis.* Ingentes animos extremo frigore labi Sensit. *St.* Sic letalis hiems paulatim in pectora venit, Vitalesque vias et respiramina clausit. *O.* Frigusque per artus Labitur, et pallent amisso sanguine venae. *V.* Supremum animae frigus. *St.* — *Morbi.* At si condoluit tentatum frigore corpus. *H.* Crudo sub frigore tellus Concrevit. Stricto concrescunt frigore guttae. Intrat penetrabile frigus in artus. *V.* Gelido torpentia frigore membra. Concrescunt currenti in flumine crustae. Frigore lapsa cadunt folia. Pluvio contristat frigore caelum. *V.* Cana concreta pruina Frigora. *V.* Ah, te ne frigora laedant. *V.* Labuntur frigida leto Lumina. *V.* — *Trop.* Sic animum lento curarum frigore laedit. *O.* Majorum ne quis amicus Frigore te feriat. *H.*

fritillus. — *Parvoque eadem movet arma fritillo.* J. SY. pyrgus, phimus. *H.*

fritinnio. *Et cuculi cuculant, et rauca cicada fritinnit.* Auct. Phil. PH. Et pullos peperit fritinnientes. *Varr.* ap. *Non.* Sic dulci Marcus qui nunc sermone fritinnit. *Anth.*

frivolus. *Nocte metus: jam poscit aquam, jam frivola transfert.* J. SY. inanis, levis, nugatorius, vanus. PH. Romanorum omnia regum Frivola. *I.* Ubi vanus animus, aura

captus frivola. *Ph.* Quapropter aufer frivolam insolentiam. *Ph.*

frondator. — *canet frondator ad auras.* V. PH. Falce data frondator erat vitisque putator. *O.*

frondeo. *Dicas adductum propius frondere Tarentum.* H. SY. frondescere, virere. PH. Frondes fundere, effundere, profundere, spargere, aperire, explicare, gerere, mittere, emittere, induere. Frondibus indui, tegi, comari, vestiri, virere, vernare, adolescere, comare. Luxuria foliorum exuberat arbos. *V.* Silva comas tollit. *O.* Arbore multa Frondeat. *L.* Lauros ubi silva comantes Explicat. *M.* Ridet ager, vestitur humus, vestitur et arbos. *M.* Nunc cincta vernans frondibus annuis Crinitur arbos. *St.* In patulas luxuriare comas. *O.* Patulo se tegmine vestit Arbor, et ingentes attollit ad aethera ramos. Arbor foliis et fronde comans. Ramis tegitur frondentibus arbos. Nunc omnis parturit arbos. *V.* Arbor agit comas. Viridi tegmine amiciuntur arbusta. Redeunt arboribus frondes, quas hiems abstulerat. Silva spargit agrestes frondes. Nunc frondent silvae. *V.* Fronde virere nova. *V.* *v. coma, frons, vireo.*

frondesco. — *arboribus summos frondescere ramos.* Lr.

frondeus. *Sunt, quibus e ramis frondea facta casa est.* O. PH. Aquas dulces et frondea semper Tecta petunt. *V.*

frondifer. *Frondiferasque domos avium* etc. Lr. PH. Frondifera sanctae nemora Castaliae petens. *Se.*

frondosus. — *frondosa vitis in ulmo.* V. SY. frondifer. PH. Frondibus, foliis abundans, opertus, opacus, virens, comans, vernans, tectus, densus, laetus, amoenus, luxurians, dives, florens. Frondosa reducitur aestas. *V.*

frons, ondis. SY. folium, comae, crines. EP. viridis, alta, patula, tenera, tenuis, crispa, arborea, tremula, graminea, comans, umbrosa, vernans, mollis, viridans, crispans, laeta, odorata, odorifera, densa, rediviva, decidua, caduca, flavescens, opaca, mobilis, arbutea, agrestis, silvestris, flaccescens, glauca, obscura, virens, comosa, umbrosa. PH. Silvarum, arboris decus, honos. Arboris umbrae, caesaries, honos. Perpetuos gere frondis honores. *C.* Spissae nemorum comae. *H.* Brachia ramorum frondesque tulere comantes. Arbor erat patulis ambitiosa (luxuriosa) comis. Viridi tegmine amiciuntur arbusta. Arbor crinitur foliis. Frondentia hospitia. *V.* Toros obtentu frondis inumbrant. *V.* Arbutea limina fronte notant. *O.* Fronde comas vincti. *H.* Arbor deciduis viduata capillis. Et modo formatis operitur frondibus arbor. *O.* Obviaque hospitiis teneat frondentibus arbos. *O.* Diffusas patulo laxabat stipite frondes. Crinibus in coelum surgit felicibus arbor. Crevit, et umbrosas porrexit in aera frondes. Frondis odoriferae lauros ubi silva comantes Explicat. *M.* Detonsae frigore frondes. *O.* Frigidaque arboreas mulceat aura comas. *v. coma, folium, frondeo.* — Carpendae manibus frondes. *V.* Levandum Fronde nemus. Arbor deciduis orbata capillis. — Mollique fluentem Fronde premit crinem fingens. *V.* Frondibus Actiacis comptos redimita capillos. *O.* *v. corona.*

frons, ontis. SY. os, vultus, facies; caput. EP. venerea, decora, honesta, serena, nitida, lucida, venusta, nivea, placida, candida, hilaris, veneranda, rugosa, modesta, remissa, contracta, elata, minax, audax, ferox, torva, obscena, gravis, severa, obducta, senilis, explicata, sollicita, exporrecta, corrugata, dura, mollis, tenera, ferrea, laeta, punicea, pura. PH. *Animalium.* Et mediam ferro gemina inter cornua frontem Dividit. *V.* Taurinae cornua frontis. *O.* Frons aspera cornu. *O.* Primis frons turgida cornibus. *H.* Fronte ferit terram. *V.* — *Hominum.* Sollicitam explicuere frontem. *H.* Contractae seria frontis. *H.* Spem fronte serenat. *V.* Sed frons laeta patrum et dejecto lumina vultu. *V.* Moesta fronte queri. *Cl.* Nec torva lege fronte, sed remissa. *M.* *v. ruga.* — Sive vagi crines puris in frontibus errant. *P.* — *I. q. vultus.* Et castigatae collecta modestia frontis. *St.* Et frontis tenerae cupidus videri. *M.* Ejectum simul attrita de fronte pudorem. *I.* Frons illi periit. *Pe.* *v. pudor.* — *Trop.* Nec sis in fronte disertus. *O.* Mille pedes in fronte. *H.* Fronti nulla fides. *I.* Decipit Frons prima multos. *Ph.* A fronte potentes Coelicolae clarique suos posuere penates. *O.* Concurrere nubes Frontibus adversis. *V.* Fronte sub adversa scopulis pendentibus. *V.* — *Librorum.* Inter geminas pingantur cornua frontes. *T.* Nec fragili geminae poliantur pumice frontes. *O.* Chartae titulum de fronte revellas. *O.* Et, frontis gemino dicens honore Pictis luxurieris umbilicis. *M.*

Frontinus. *Quae bis Frontino consule plena fuit.* M.

fructifer. *Nos quoque fructiferae* etc. O. *v. fructuosus.*

fructifico. *Laurus fructificat vicinaque nascitur arbor.* Ca. SY. fructus parere, ferre, promere, fundere, edere, parturire, proferre.

fructuosus. *Saturnalia fructuosiora.* (phal.) M. SY. fructifer, fructificus, frugifer, fertilis; utilis, fructuarius, ferax, uber, pinguis, foecundus. PH. Fructus edens, fundens, pariens, parturiens, ministrans, educens, ferens, educans, fructibus uber, fructu ubere dives. Quod quondam bene fructuosa malis. *Anth.* Dulces fructus non educat arbor. Quotque in flore novo pomis se fertilis arbor Induerat, totidem auctumno matura tenebat. *V.* Prodiga laeto Proventu beat agricolam. Arbor opes fundit, curvantur pondere rami. Deducentia ramos Pondere poma suo. Pomaque laesissent matrem, nisi subdita ramo Longa laboranti furca tulisset

ŏpĕm. Ăspĭcĕ cūrvātōs pōmōrūm pōndĕrĕ rāmōs, Ūt sŭă, quōd pĕpĕrīt, vīx fĕrăt ărbŏr ŏnŭs. *O. v. fertilis, fructus, frugifer.*

frūctŭs. SY. pōmă; foetŭs, pártŭs, prōgĕnĭēs, prōlēs, sŭbŏlēs, prōvēntŭs, prŏpāgŏ, prŏpāgēs, frūgēs; ūtĭlĭtās. EP. tĕrrēstrĭs, cōpĭōsŭs, sīlvēstrĭs, ămoenŭs, dūlcĭs, grātŭs, nŏvŭs, dēlĭcĭōsŭs, cŏrrūptŭs, aēstīvŭs, suāvĭs, ānnŭŭs, tĕnĕr, mātūrŭs, praecŏx, ūbĕr, dīvĕs, jūcūndŭs, laētŭs, tēmpĕstīvŭs. PH. Ărbŏrĕī foetūs. Praēmĭă tēllūrĭs. Ărbŏrĭs ŏpēs. Dīvĭtĭaē rāmōrūm. Ărbŏrĕă prōlēs, prŏpāgo. Foetūs ărbŏrĕ dēmtī. Ărbŏrĕă pīgnŏră. Lăbŏrī nōn rēspōndēns. Quōs nŏvŭs ēdūçăt ānnŭs. Aūctūmnī pōndŭs, dōnă, mūnĕră. — *Trop.* Undĕ lăbŏrĭs Plūs haūrīrĕ mălī ēst, quam ēx rē dēcērpĕrĕ frūctūs. *H.* Frūctŭs ămīcĭtĭaē māgnaē cĭbŭs ēst. *I.* Nēc tămĕn ēxplēmūr vītāī frūctĭbŭs ūnquăm. *Lr. v. fructuosus.*

frūgālĭs. (positivus vix reperitur; *v. frugi.*) *Vēntrĕ nĭhĭl nŏvī frūgālĭŭs; hōc tămĕn īpsūm.* J. SY. frūgī, bŏnaē frūgĭs, sōbrĭŭs, mŏdĕrātŭs, mŏdēstŭs, tēmpĕrāns, tēmpĕrātŭs, ābstĭnēns, prūdēns, părcŭs. PH. Părvō cōntēntŭs. Lŭxūm pĕrōsŭs, ēxōsŭs. Sōbrĭĕtātĭs, prŏbĭtātĭs, vīrtūtĭs, părcĭtātĭs ămāns. Vīvĭtŭr ēxĭgŭō mĕlĭŭs. *Cl.* Părvōque āssuētă jŭvēntūs. *V.* Dăpĭbŭs mēnsās ŏnĕrābăt ĭnēmtĭs. *V.* Dōnăt ĭnēmtās Tērră dăpēs. *Cl.* Vīvĭtŭr părvō bĕnĕ. *H. v. frugalitas.*

frūgālĭtās. *Frūgālĭtās mĭsĕrĭa ēst rūmōrĭs bŏnī.* P. Sy. SY. sōbrĭĕtās, mŏdēstĭă, tēmpĕrāntĭă, mŏdĕrātĭŏ. PH. Quaē vīrtūs ēt quāntă bŏnī sīt, vīvĕrĕ părvō. *H.* Accĭpĕ nūnc, vīctŭs tĕnŭĭs quaē quāntăquĕ sēcūm Affĕrăt. *H.* Dăpēs ĭnēmtās āppărĕt. *H.* Părcā vīrēs ārcēssĕrĕ mēnsā. *S.* Vīrēs părcō vīctū sōmnōquĕ rĕdūcūnt. *S.* Prĭŭs mōrēs Frūgālĭtātĭs lēgĕ pōlĭăt ēx āctā. *Pt.* Descr. *H.* O. 2, 10. 2, 16. Ep. 2. *T.* 1, 1. *v. mediocritas, paupertas.*

frūgālĭtĕr. *Cūm me hŏrtārētŭr părcē, frūgālĭtĕr ātquĕ.* H. SY. mŏdĕrātē, mŏdēstē.

frūgēs, ūm. — *Nŏcēnt ĕt frūgĭbŭs ūmbrae.* V. SY. ŏlĕră, lĕgūmĭnă, sĕgĕtēs; sĕgĕs, mēssĭs, frūmēntūm. EP. laētae, ămoenae, nĭtĭdae, tĕnĕrae, nŏvae, fĕrācēs, prīmae, ūbĕrēs, foecūndae, grăvĭdae, cūltae, mātūrae, Cĕrĕālēs, aūrĕae, flāvēntēs, spīcĕaē, trītĭcĕaē, tōstae. PH. Mūnĕră tērrae. Cĕrĕālĭă dōnă, Cĕrĕrĭs mūnŭs. Rūrĭs ŏpēs. Frūgūm prīmĭtĭaē, mītĭă dōnă, ăcērvī, lŭxŭrĭēs. Tērraē praēmĭă, foetūs. Nĭtĭdaē sūrgūnt frūgēs, rāmīquĕ vĭrēscūnt. *Lr.* Āstrūm, quō sĕgĕtēs gaūdĕrēnt frūgĭbŭs. *V.* Frūgēs tēllūs ĭnărātă fĕrēbăt. *O.* Lŏcŭplētĕm frūgĭbŭs ānnūm. *H.* Prōvīsaē frūgĭs ĭn ānnūm Cōpĭă. *H.* Quīquĕ nŏvās ălĭtĭs nōn ūllō sēmĭnĕ frūgēs. *V.* Et mĕdĭō tōstās aēstū tĕrĭt ārĕă frūgēs. *V.* Sī tūrĕ plācārĭs ĕt hōrnā Frūgĕ Lărēs. *H.* Mītĭs ădōptātĭs cūrvētŭr frūgĭbŭs ārbŏr. *Co. v. seges.*

frūgēsco. SY. frūgēs ēdĕrĕ, fūndĕrĕ, părĕrĕ, pārtŭrīrĕ, frūgĭbŭs ăbūndārĕ, dīvĕs sūm.

frūgī, *indecl.* *Tūm frūgī Jūnō vēllĕt hăbērĕ Jŏvĕm.* M. SY. prŏbŭs, părcŭs. PH. Coēnūlă frūgī. *I.* Părcĭŭs hīc vīvĭt? Frūgī dīcātŭr. *H.* Sūm bŏnŭs āc frūgī. *H.* Pŏpŭlŭs frūgī cāstūsquĕ. *H.* Pērdūcī pŏtĕrĭt tām frūgī tāmquĕ pŭdīcă? *H.* Bŏnam hērclĕ te ēt frūgi ārbĭtrŏr. *Pl. v. frugalis, probus.*

frūgĭfĕr. *Frūgĭfĕrae mēssēs ălĭmēntăquĕ mītĭă* etc. O. SY. frūctĭfĕr, frūctŭōsŭs. PH. Frūgēs ēdēns, fūndēns, fĕrēns. Frūgĭbŭs ūbĕr, foecūndŭs. Frūgūm fērtĭlĭs, foecūndŭs, fĕrāx. Quālĭs frūgĭfĕrō quērcŭs sūblīmĭs ĭn āgrō. *L.* Attŏnĭtūsquĕ lĕgĭs tērrāī frūgĭfĕrāī. *M.* Quaē mărĕ nāvĭgĕrūm, quaē tērrās frūgĭfĕrēntēs. *Lr.* Frūgum ūbĕrĕ dīvĕs. Īn frūgēs foecūndŭs. Laētō frūgūm prōvēntū dīvĕs. Dĭtāns āgrĭcŏlām. Fūndēns bĕnīgnām frūgūm cōpĭām. Rēspōndēns vōtĭs ăvārī āgrĭcŏlae. Ūbēr laētō prōvēntū. Mūltām Cĕrĕrēm prōfĕrēns. Lārgĭs prōvēntĭbŭs aūctŭs. Tērră pŏtēns ūbĕrĕ glēbaē. *v. fertilis, fructuosus.*

frūgĭlĕgŭs. *Hic nōs frūgĭlĕgās cōnspēxĭmŭs ōrdĭnĕ lōngō Fōrmīcās.* O. SY. frūgēs lĕgēns, cōllĭgēns.

frūmēntŏr. SY. frūmēntātūm īrĕ, frūmēntūm quaerĕrĕ, frūmēntārĭă pābūlă cūrārĕ. *v. pabulor.*

frūmēntūm. *Sī quĭs ăd īngēntēm frūmēntī sēmpĕr ăcērvūm.* H. SY. frūgēs, Cĕrēs, sĕgĕs, mēssĭs, trītĭcūm. EP. pūrūm, flāvēscēns, aēstīvūm, aūrĕūm, Cĕrĕālĕ, grăvĕ, lāctēns, grāndĕ, laetūm, spīcĭfĕrūm, mūnĭfĭcūm, flāvēns. EP. Cĕrĕrĭs frūgēs. Hūmānĭs ūsĭbŭs āptă Cĕrēs. Frūmēnta īn vĭrĭdī stĭpūlā lāctēntĭă tūrgēnt. *V.* Cĕrĕālĭă mūnĕră. Cĕrĕrĭs dōnă. Mītĭă dōnă frūgūm. Ālĭmēntă tērrārūm. Sēd frūmēntă mănū căpĭēs sātă. *V.* Mōx ēt frūmēntĭs lăbŏr āddĭtŭs. *V. v. fruges.*

frŭŏr. *Nēc frŭĭtŭr sōmnō, vĭgĭlāntĭbŭs ēxcĭtă cūrĭs.* O. SY. pērfrŭī, pŏtīrī, ūtī, tĕnērĕ, pōssĭdērĕ. PH. Frŭī pārātĭs, Lătŏē, dōnēs. *H.* Frŭār sōlŭs ămōrĕ tŭō. *P.* Ōptātā lūcĕ frŭārĭs. Jŭvĕnĭs pālmaē pŏtĭētŭr ămōrĕ. Frŭĭtūrquĕ Dĕōrūm Cōllŏquĭō. Lĭcĭtō tāndēm sērmōnĕ frŭūntŭr. *V.* Grātōquĕ frŭārĭs tēmpŏrĕ rāptĭm. *H.* Quī frŭĭtŭr poēnā, fĕrŭs ēst. *Cl.* Dī tĭbĭ dīvĭtĭās dĕdĕrūnt ārtēmquĕ frŭēndī. *H.*

frūstātĭm. *Frūstātīm sĭbĭ quīsquĕ răpĭt* etc. Pr. SY. īn frūstă, mĭnūtīm, mēmbrātīm, mĭnūtātim.

frūstrā. *Nē quĭd ĭnēxpĕrtūm frūstrā mŏrĭtūră rĕlīnquăm.* V. (Male corripit *Pr.*) SY. īncāssūm, nēquīdquām, ĭnānĭtĕr, ĭnūtĭlĭtĕr, īrrĭtūm. PH. Bīs tērque ēxpērtūm frūstrā. *H.* Ŏpĕrāmquĕ dĕī nōn cāssa īn vōtă vŏcāvĭt. *V.* Sūdēt mūltūm frūstrāquĕ lăbōrĕt. *H.* Vērbă mĭsĕr frūstrā nōn prōfĭcĭēntĭă pērdō. *O.* Vānō cōnāmĭnĕ. Mōlīmĭnĕ cāssō. Īnānī cōnātū, nīsū, stŭdĭō. Cāssō ēvēntū. Vānĭs sūccēssĭbŭs. Quĭd prōdēst? Quĭd jŭvăt? Nē tānta īncāssūm vīrtūs ĕăt. *V.* Sūccēssūm dĕă dīră nĕgăt. Ŏpĕrām pērdĕrĕ. Cūrās ĭnānēs sūmĕrĕ, īmpēndĕrĕ. Lă-

bŏr hīc stŭdĭō vānēscĭt ĭnānī. Răpĭēnt cōnāmĭnă ventī. — *Exempla.* Fūndūm stĕrĭlēm cōlĕrĕ. Sīccūm stĕrĭlī vōmĕrĕ lītŭs ărārĕ. Quĭd ărēnae sēmĭnă māndās? Nōn prōfectūrĭs līttŏră bōbŭs ărās. *O.* Făcĕrĕ ĭn săxō sēmentem. Haŭrīrĕ ăquām crībrō. Dŏcērĕ rēctā prōcēdĕrĕ cāncrūm. Nūgās ăgĭs. Văcŭās ĭn aūrās ēffūndĕrĕ quēstūs. Cănĕrĕ sūrdō. Īn răpĭdōs jăcĕrĕ īrrĭtă vērbă nŏtōs. Tērrĭbĭlīsquĕ Nŏtūs jăctāt mĕă vērbă prĕcēsquĕ. Ad quōs mīttūntŭr, nōn sĭnĭt īrĕ, dĕōs. Inānēs, Pērdĭs, ăĭt, lăcrĭmās. Tēr frūstrā cōmprēssă mănŭs ēffūgĭt ĭmāgō. Āddĕrĕ ăquām flŭvĭīs ēt sīlvīs līgnă. Cūrvō prōscīndĕrĕ lītŭs ărātrō. Nōctŭās Ăthēnās mīttĕrĕ. Īndūcĕrĕ ăquām fōntī. Fūndĕrĕ ăquam ĭn dŏlĭŭm pērtūsūm. Fŏlĭă ărbŏrĭbŭs, sīdĕră caelō āddĕrĕ. Sūrsum ăgĕrĕ Sīsȳphī rĕvŏlūbĭlĕ săxūm. Īrātā Dēlĭă vēnārī. Ūrnās frūstrā Dănăĭdēs plēnās fĕrūnt.

frūstro *et* frūstrŏr. SY. fraŭdārĕ, fāllĕrĕ, dēcĭpĕrĕ, dēfraŭdārĕ, dēlūdĕrĕ, īllūdĕrĕ, lūdĭfĭcārī, cīrcūmvĕnīrĕ, sūbdŏlē ăgĕrĕ, dŏlūm īntēndĕrĕ, vērbă dărĕ, īnēscārĕ, īn fraŭdem īllĭcĕrĕ. PH. Incēptūs clāmŏr frūstātŭr hĭāntēs. *V.* O bŏnĕ, nē tū Frūstrērĕ. *H.* Nūnquām frūstrātă vŏcātŭs Hāstă mĕōs. *V.* Cădĭt frūstrātō pōndĕrĕ fĕrrūm. *Lr.* Frustrātae brĕvĭtātĕ mănūs. *St.*

frūstūm. SY. frūstŭlūm, frūstīllūm, pārtĭcŭlă, sēgmĕn, sēgmēntūm, frāgmĕn, frāgmēntūm, mĭnūtă. EP. ēxĭgŭūm, tĕnŭĕ, pārvūm, ēxĭlĕ, mĭnūtūm. PH. Pārs ĭn frūstă sĕcānt. *V.* Īn frūstŭlă, frūstātim mĭnūtātim, mĭnūtim cōncīdĕrĕ, pārtīrī. Nūdum ēt frūstă rŏgāntēm. *I.* Sēmēsăquĕ lārdī Frūstă dĕdĭt. *H.* Mūcĭdă pānĭs Frūstă. *I.*

frūtēx. *Sīlvārūm frŭtĭcūmquĕ vĭrēt, nĕmŏrūmquĕ săcrōrūm.* V. SY. ărbūstūm, ărbūscŭlă, vīrgūltūm. EP. rāmōsŭs, ărbŏrĕŭs, pārvŭs, ūmbrōsŭs, tĕnĕr, hŭmĭlĭs, ăbjēctŭs, laetŭs, dēnsŭs, crīspāns, ŏpācŭs, vĭrĭdĭs, frōndōsŭs, vĭrēns, vĭrĭdāns. PH. Nēc pārvī frŭtĭcēs īrām mĕtŭĕrĕ Tŏnāntĭs. *Cl. v. arbustum.*

frŭtĭcētūm *et* frŭtētūm. *Cĕlĕr āltō lătĭtāntēm frŭtĭcēto ēxcĭpĕre ăprūm.* H. *Rără prŭīnōsīs cānēbāt gēmmă frŭtētīs.* Au. *v. arbustum.*

frŭtĭco *vel* frŭtĭcŏr. *Cērnās rāmōsīs pālmās frŭtĭcārĕ lăcērtīs.* Sid. SY. frŭtĭcēscĕrĕ, pūllŭlārĕ, gērmĭnārĕ, ēgērmĭnārĕ, prōgērmĭnārĕ, rĕgērmĭnārĕ. PH. Frŭtĭcēs, sūrcŭlōs, rāmōs, pālmĭtēs ēmīttĕrĕ, fūndĕrĕ, ēffūndĕrĕ, prōfūndĕrĕ, spārgĕrĕ, ēxplĭcārĕ. Frŭtĭcūm rāmīs, sīlvā vĭrērĕ, vĭrēscĕrĕ, lŭxŭrĭārĕ, ēxūbĕrārĕ. Mūltĭplĭcēs fūndĭt frŭtĭcēs, ēt vīmĭnĕ crēbrō Gērmĭnăt. Cĕrĕrī frŭtĭcāntĭă cūlmĭs. *I.* Cōnspĭcŭās rāmīs ēt frŭtĭcāntĕ cŏmā. *Rut. v. germino.*

frŭtĭcōsŭs. — *īllīc frŭtĭcōsă lĕgēbānt Vīmĭnă.* O. SY. frŭtĭcēs, ēmīttēns, fūndēns frŭtĭcĭbŭs frĕquēns, dīvĕs, crēbĕr, ăbūndāns.

frūx, ūgĭs. *v. fruges.*

fūcātŭs. SY. fūcōsŭs, īnfūcātŭs, ădūltĕrīnŭs, pērsōnātŭs, mēndāx, fraŭdŭlēntŭs, dŏlōsŭs, īnsĭdĭōsŭs, sūbdŏlŭs, bĭlīnguĭs. PH. Fūcō īllĭtŭs, pīctŭs, āspērsŭs, nĭtēns, splēndēns. Fūcātă gĕnās, ĕt ămīctă dŏlōsīs Īllĕcĕbrīs. Făcĭēs ŏpĕrōsă cūltū, sătŭrō fūcātă cŏlōrĕ. Cērūssātīs īncēdĭt cāndĭdă būccīs.

Fūcĭnŭs. — *vĭtrĕā tē Fūcĭnŭs ūndā.* V. PH. Fūcĭnŭs ēt pīgrī tăcēāntŭr stāgnă Nĕrōnĭs. *M.*

fūco. *Ālbă nĕc Āssȳrĭō fūcātŭr lānă vĕnēnō.* V. SY. īnfūcārĕ. PH. Fūcō pīngĕrĕ, cŏlōrārĕ, tīngĕrĕ, lĭnĕrĕ, īllĭnĕrĕ, ōblĭnĕrĕ, āspērgĕrĕ, ōbdūcĕrĕ, ădūltĕrārĕ, ōrnārĕ. Fūcūm īllĭnĕrĕ, īndūcĕrĕ. — *De lana.* Vēllĕră cārpēbānt hȳălī fūcātă cŏlōrĕ. *V.* Lānă mĕdĭcātă fūcō. *H.* Pōtāntĭă vēllĕră fūcūm. *H.* Fūcō cŏlōrēm mēntīrī. Nātīvūm cŏlōrēm fīctā ărtĕ mūtārĕ. Pīgmēntīs ōră, gĕnās, cōllă, mănŭs ēxcŏlĕrĕ, cōmĕrĕ, ădōrnārĕ. Rūgōsām făcĭem ūnguēntīs cēlārĕ, ōbtĕgĕrĕ. Nēc tē pūrpŭrĕō vēlēnt vāccĭnĭă fūcō. *O.* Quō prĕtĭōsă Tȳrōs rŭbĕāt, quō pūrpŭră fūcō. *St.* An sī caerŭlĕō quaedām sŭă tēmpŏră fūcō Tīnxĕrĭt? *P.* Pīctă rŭbŏrĕ gĕnās. *O.* Cīrcūmlĭtă fūcō. *Lr.* Cŏlŏrquĕ Stērcŏrĕ fūcātŭs crŏcŏdīlī. *H.* Lătĕt ōblĭtă crētā. *M.* Fūcātă gĕnās. *Cl.* Extērnūm fōrmām cōrrūmpĕrĕ lūxū. *H.* Nōn sĭnĕre īn prōprĭīs mēmbră nĭtērĕ bŏnīs. Fōrmōsām făcĭēm nīgrō mĕdĭcāmĭnĕ cēlās. *M.* Dēfōrmēs ōrĕ fĭgūrĕ nŏtās. Sŭă cōmpŏsĭtīs lĭnĭt ōră vĕnēnīs. *O.* Ēt mĕlĭŏr vērō quaerĭtŭr ārtĕ cŏlŏr. *O.* Ac vĕlŭt ōffĭcĭīs trĕpĭdāntĭbŭs ōră pŭēllae Spē prōprĭōrĕ tŏrī mātēr sōlērtĭŏr ōrnăt Ādvĕnĭēntĕ prŏcō. *Cl. v. fucus.*

fūcŭs, ī; *planta.* *Tīnctă tĕgēnt rŏsĕō cōnchȳlĭs pūrpŭră fūcō.* C. SY. cērūssă, pīgmēntūm, ūnguēntūm; fraŭs, dŏlŭs. EP. mēndāx, vānŭs, fāllāx, ĭnānĭs, rŏsĕŭs, cŏlōrātŭs, fēmĭnĕŭs, pīctŭs, nĭtēns, ŏdōrŭs, ŏdōrātŭs, splēndēns, pĕrĕgrīnŭs, quaesītŭs, caerŭlĕŭs, phălĕrātŭs. PH. Vūltūs mĕdĭcāmĕn. Cŏlŏr fūcātŭs, ēmēntītŭs, fīctŭs, quaesītŭs, pĕrĕgrīnŭs nĭtŏr. Fūcŭs splēndēns. Fūcŭs ŭbĭ fāllāx mēntītŭr, nōssĕ lăbōrās Nēquĭdquām vērūm. Nĭtŏr ēxtērnŭs. Cāndŏr quaesītŭs. Mĕdĭcīnă fĭgūrae. Pīgmēntă făcĭēī. Bīs mēndāx vūltŭs. Nūllōque ĭmĭtābĭlĕ fūcō Nātūrālĕ dĕcŭs. *Au.* Fūcāndī cūră cŏlōrĭs. *O.* Nōn ămăt āscītūm, sī cāsta ēst, vīrgō cŏlōrēm; Săt rŭbĕt, īnnātō sī quă pŭdōrĕ rŭbĕt. *Sant.* Quĭd tĭbĭ nūnc prōdēst mōllēs cōlŭīssĕ căpīllōs, Saepĕquĕ mūtātās dīspŏsŭīssĕ cŏmās? Quĭd sūccō splēndēntĕ gĕnās ōrnāssĕ? Quĭd ūnguēs Ārtĭfĭcīs dŏctā sūbsĕcŭīssĕ mănū? *O.* — *Trop.* Pērfūsăquĕ glōrĭă fūcō. *O.* Mērcēm sĭnĕ fūcīs Gēstāt. *H. v. fuco.*

fūcŭs, ī; *animal.* *Īmmūnīsquĕ sĕdēns ălĭēna ăd pābŭlă fūcŭs.* V. SY. vēspă. EP. īgnāvŭs, īmmūnĭs, ĭnērs, sēgnĭs, stĕrĭlĭs. PH. Sēgnĭs ăpĭs, spīcŭlī ēxpērs, īgnāvūm pĕcŭs. Descr. *V.* G. 4, 168. 244.

Fūfĭŭs. — *quām Fūfĭŭs ēbrĭŭs ōlĭm.* *H.*

fŭgă. *Nī fŭgă sūbsĭdĭō sŭbĕăt: fŭgĭt ōcĭŏr Eŭrō.* V. SY. ēffŭgĭūm. EP fūrtīvă, trĕpĭdāns, praecēps, cĕlĕrĭs, pērnīx, ēffūsă,

cĭtă, păvĭdă, văgă, tūrpĭs, tĭmĭdă, trĭstĭs, tūtă, probrōsă, vēlōx, rĕpēntīnă, prŏpĕră, lēvĭs, nōctūrnă, ŏccūltă, fēstīnă, prōvĭdă, hŏnēstă, sōllĭcĭtă, foedă, fēmĭnĕă, trĕpĭdă, mōllĭs, dēsĕs, ĭnĕrs, vŏlucrĭs, ēffūsă, praecĭpĭtāns. PH. Fŭgae cūrsūs. Cūrsūs fŭgāx, fŭgĭēns. Fŭgae lăbŏr. Praecĕps dĭscēssŭs, ēxĭtŭs, ēxcēssŭs. Hīnc fŭgă rētrō Vōlvĭt ăgēns. *V.* Tūrpī Vērtĭtŭs ōră fŭgā. *Pt.* Cōncĭtă mēmbră fŭgae māndăt. *O.* Quō fŭgăm praecēps ăgăm? *Se.* Fŭgā cĕlĕrī sūb sīdĕră lāpsă. *V.* Vīxquĕ fŭgā quaesītă sălūs. *O.* Tūrpĭă fēmĭnĕae tĕrgă dĕdērĕ fŭgae. Fŭgam ĭntēndūnt ăd moenĭă. *L.* Deēst jām tērră fŭgae. *V.* Nēc spēs ūllă fŭgae. *V.* Nūdātăquĕ foedā Tērgă fŭgā. *L.* Dīmīttĕ fŭgām. *V.* Fŭgā sīlvās sāltūsquĕ pĕrāgrăt. *V.* Trĕpĭdae dūxquĕ cŏmēsquĕ fŭgae. *O.* Tēxūntquĕ fŭgās ēt proelĭă lūdō. *V.* Inclūsīs ăpĕrīrĕ fŭgām. *Cl.* Vōs ăgĭtātĕ fŭgām. *V.* Ardēt ăbīrĕ fŭgā. *V.* Tērgă dĕdīssĕ fŭgae. *P.* Vērum ŭbĭ nūllă fŭgām rĕpĕrīt făllācĭă. *V.* Acrī Cārpĕrĕ prātă fŭgā. *V.* Mĕdĭōsquĕ fŭgām tĕnŭērĕ pĕr hōstēs. *V.* Vŏlŭcrīquĕ fŭgā praevērtĭtŭr Hēbrŭm. *V.* Tērgă fŭgae praebērĕ. *O.* Frūstrāquĕ mălōrūm Vēllĕ fŭgām. *V.* Nĕque ĕnĭm fŭgă jām sŭpĕr ūllă pĕrīclī. *V.* Pūlvĕrŭlēntă fŭgā Rŭtŭlī dānt tērgă pĕr ăgrōs. *V.* Amēns dīvērsă fŭgā pĕtĭt aequŏră Tūrnŭs. *V.* Līmĭnă līnquĕ fŭgā. *P.* Dūră fŭgae mălă. *H.* — *Trop.* Annōrūm sĕrĭēs ēt fŭgă tēmpŏrŭm. *H.* Quae sōlă fŭgām mŏdĕrāntŭr ŏlympī. *L.* In vĭtĭūm dūcĭt cūlpae fŭgă. *H.* — *I. q. abitus.* Exspēctăt făcĭlēmquĕ fŭgām vēntōsquĕ fĕrēntēs. *V.* — *Servorum. v. fugitivus.* — *I. q. exsilium.* Fŭgere ēt pătrĭīs ēxcēdĕrĕ tērrīs. *V.* Vērsīs dărĕ tērgă cărīnīs Jūssĭt, ēt ēxtērnō quaerĕre ĭn ōrbĕ fŭgăm. *O.* Nōbīs pătrĭă quae sēdĕ fŭgātīs. *O. v. exsul, fugio.*

fŭgāx. — *pĕdĭbūsquĕ fŭgācĭbŭs ĭstīs.* V. — *vŏlŭcrīquĕ fŭgācĭŏr aurā.* O. SY. tĭmĭdŭs, īgnāvŭs, mōllĭs, ĭnērs ăd fŭgăm, pĕdĕ fērvĭdŭs; fŭgĭtīvŭs; cĕlĕr, vēlōx, pērnīx; cădūcŭs, frăgĭlĭs, flūxŭs, brĕvĭs. PH. Sī fōrtĕ fŭgācĕm Cōnspēxĭt căprĕăm. *V.* Quĭd frūstrā sĭmŭlācră fŭgācĭă cāptās? *O.* Eheu, fŭgācēs, Pōstŭmĕ, Pōstŭmĕ, Lābūntŭr ānnī. *H.* Oblīquō lăbōrăt Lўmphă fŭgāx trĕpĭdārĕ rīvō. *H.* Sōllĭcĭtaeque fŭgāx āmbĭtĭōnĭs ĕrăm. *O. v. fugio, fugitivus.*

fŭgĭo. ' *Sĕd fŭgĭt ĭntĕrĕă, fŭgĭt īrrĕpărābĭlĕ tēmpŭs.* V. (*Fuge quaerere* H. *Fuge suspicari* H. *Fuge te credere* T. *Me fugis socium adjungere* V. *Fugio facere,* h. e. pudet *O.*) Compar. *fugiens* c. *dama O.* F. 3, 645. c. *cerva St.* Th. 5, 165. c. *columba* et *agna O.* A. A. 1, 117. *O.* M. 1, 505. SY. ēffŭgĕrĕ, aūfŭgĕrĕ, dīffŭgĕrĕ; ōdīssĕ, vītārĕ, ēvītārĕ, căvērĕ; ēvānēscĕrĕ. PH. Fŭgām căpĕrĕ, mātūrārĕ, fēstīnārĕ, cĕlĕrārĕ, mōlīrī, ărrĭpĕrĕ, cōrrĭpĕrĕ, tēntārĕ, ăgĭtārĕ. Fŭgā ăbīrĕ. Sē prōrĭpĕrĕ fŭgā; ĭn fŭgām tērgă dărĕ, vērtĕrĕ, praebērĕ. Cāmpōs fŭgā pĕtĕrĕ, cōrrĭpĕrĕ. Fŭgā, pĕdĭbūs sălūtēm quaerĕrĕ, pĕrīcŭlă vītārĕ. Dīffŭgĭūnt, quōcūnque ăgĭt ērrŏr. *V.* Fŭgĭt īlĭcĕt ōcyŭs Eūrō. *V.* Dīvērsă mētū pĕr lītŏră pāssīm Dīffŭgĭūnt. *V.* Răpĭdō tĕmĕrārĭă cūrsū Tūrbă fŭgĭt. Pĕdĭbūs tĭmŏr āddĭdĭt ālās. *V.* Cūrsū fēstīnŭs ănhēlō Aūfŭgĭt. Mōrs ēt fŭgācēm pērsĕquĭtŭr vĭrūm. *H.* Cōnvērsīsquĕ fŭgāx aūfērtŭr hăbēnīs. *V.* Nāvēs ēt lītŏră cūrsū Fīdă pĕtūnt. *V.* Rĕflēctĕ grēssūm, dūm lĭcēt, tēque ērĭpĕ. *Se.* Ac dē cōnspēctū fŭgĕrĕ vēlōci īmpĕtū. *Ph.* Nāvălĭă paūcī praecĭpĭtī tĕnŭērĕ fŭgā. *V.* Omnĭs cāmpīs dīffŭgĭt ărātŏr. *V.* Dătō vēstīgĭă tērgō Vērtĕrĕ. *V.* Dūm tērgă dăbānt pālāntĭă Teūcrī. *V.* Māllĕ fŭgĭt rĕfŭgĭtquĕ vĭās. *V.* Quūm tē fŭgĕrēt pĕr praelĭă praecēps. *V.* Quō nūnc sē prōrĭpĭt īllĕ? *V.* Tūtă pĕtūnt ēt ĕquīs ăvērsi ăd moenĭă tēndūnt. *V.* Dīffŭgĭūnt vērsī trĕpĭdă fōrmīdĭnĕ Trōēs. *V.* Alĭpĕdūmquĕ fŭgām cūrsū tēntāvĭt ĕquōrūm. *V.* Alĭă dē pārtĕ pătēntēs Trānsmīttūnt cūrsū cāmpōs, ātque āgmĭnă cērvī Pūlvĕrŭlēntă fŭgā glŏmĕrānt mōntēsquĕ rĕlīnquūnt. *V.* Dīffŭgĭūnt hōstēs, ĭnhŏnēstăque vūlnĕră tērgō Accĭpĭūnt. Cūm tū tērgă dărēs ĭnhŏnēstăquĕ vēlă părārēs. Tūrbātae ăcĭēs vērsīquĕ Lătīnī Rēspĭcĭūnt pārmās ēt ĕquōs ăd moenĭă vērtūnt. *V.* Ad mūrōs trĕpĭdō cōnvērtūnt āgmĭnă cūrsū. *S.* — *I. q. abeo.* Dīxĕrăt, ēt tĕnŭēs fŭgĭt, ceū fūmŭs, ĭn aūrās. *V.* Illă vŏlăt, sĭmŭl ărvă fŭgā, sĭmŭl aequŏră vērrēns. *V.* Vītăquĕ cūm gĕmĭtū fŭgĭt īndĭgnātă sŭb ūmbrās. *V.* Nūllūm sĭnĕ vūlnĕrĕ fŭgĭt Mīssĭlĕ. *St.* Fŭgĭēns pēr grāmĭnă rīvŭs. *V.* Ităliae fŭgĭēntĭs prēndĭmŭs ōrās. *V.* Fŭgĭēntĭbŭs ūtĕrĕ dōnĭs. *St.* Anĭmă fŭgĭēntĕ. *V.* — *Transit.* Dătă pōcŭlă fŭgĭt. *O.* Nēc quēmquām fŭgĭō. *V.* Ah, mē quūm fŭgĕrēs. *O.* Fŭgĭtŭr quūm pōrtŭs ŭbīquĕ. *St.* Paūpērtās fŭgĭtŭr. *Lr.* Urbĕ rĕlīctā In bēllūm fŭgĭtŭr. *L.* Quō fŭgĭtŭr pēr plānă grădū? *St.* Pāstŏr Arĭstaeŭs, fŭgĭēns Pēnēĭă Tēmpē. *V.* Paūpĕrĭēm fŭgĭēns. *V.* Ac nōn fŭgĭēndă pĕtēndĭs Immīscērĕ. *H.*

fŭgĭtīvŭs. *Vīvĕ vĕlŭt răptō, fŭgĭtīvăquĕ gaūdĭă cārpĕ.* M. PH. Tўndărĭs īnfēstĭs fŭgĭtīvă rĕpōscĭtŭr ārmĭs. *O.* — *De servis.* Dŏmĭnī fŭgĭtīvŭs Achīllās. *M.* Pērmīxtūm naūtīs ēt fūrĭbŭs ăc fŭgĭtīvīs. *I.* Dētrīmēntă, fŭgās Sērvōrum, īncēndĭă rīdĕt. *H.* Frōntī dătă sīgnă fŭgārŭm. *Co.* Nōn fūrtūm fēcī, nōn fŭgī. *H. v. fugax.*

fŭgĭto. *Splēndĭdă pōrro ŏcŭlī fŭgĭtānt vītāntquĕ tŭērī.* Lr. PH. Frūstrā nĕcēm Fŭgĭtānt ĭnērtēs. *Ph.*

fŭgo. *Trāns pōntūm fŭgăt, ēt tērrīs īmmīttĭt ăprīcīs.* V. SY. pēllĕrĕ, rĕpēllĕrĕ, ēxpēllĕrĕ, prōpūlsārĕ, ăbĭgĕrĕ. PH. In fŭgām dărĕ, vērtĕrĕ, cōnjĭcĕrĕ. Fŭgam īmmīttĕrĕ. Flāmmās ā clāssĕ fŭgāvī. *O.* Mārtĭă cuī sōmnōs clāssĭcă pūlsă fŭgēnt. *T.* Saepĕ fŭgā vērsōs dūx ēgĕrăt hōstēs. *V.* Aūt hōs vērsă fŭgā vīctŏr dărĕ tērgă cŏēgĭt. *V.* Bīs cōnvērsă fŭgā pĕr mūrōs āgmĭnă vērtĭt. *V. v. pello.*

fŭlcĭmĕn *vel* fŭlcīmēntŭm. *Tērră pĭlae sĭmĭlĭs, nūllō fŭlcĭmĭnĕ nīxă.* O. *v. fulcrum.*

fulcio. *Et fulcire cibis, atque omnia sustentare.* Lr. SY. suffulcire, sustinere, sustentare, ferre, munire. PH. Robustis fulta columnis Tecta. *P.* Ferratis incumbunt tecta columnis. In te omnis domus inclinata recumbit. *V.* Axem humero torquet. *V.* Humeris stellatum fulcit olympum Magnus Atlas. Nullo fulcimine niti. Sustinere onus. Inhaerere humeris alicujus. Attollere humeris. De humeris suspendere. Cervicem subjicere alicui. Capiti committere pondus. Fulcitur testa fagina mensa mihi. *M.* Atlantis duri, coelum qui vertice fulcit. *V.* Herculi supposito sidera fulsit Atlas. *O.* Tu, Ptolemaee, potes Magni fulcire ruinam. *L.* Et serie fulcite genus. *P.* Pravis fultum male talis. *H.* — *Trop.* Pectus mihi robore fultum. *O.* *v. fero, sustineo.*

fulcrum. SY. fulcimen, fulcimentum, fulmentum, columen, adminiculum, subsidium. EP. suppositum, forte, validum, tutum, aureum, eburnum, acernum. PH. Fulcro nituntur acerno. *V.* Iners senectus adjuvat baculo gradum. *Se.* Lucent gen alibus alte Aurea fulcra toris. *V.* Fulcro sternatur lectus eburno. *P.* Cynthia namque meo visa est incumbere fulcro. *P.* *v. lectus.*

fulgeo; ulsi *et* fulgo, is. *Nox erat, et coelo fulgebat Luna sereno.* H. SY. effulgere, refulgere, fulgurare, splendere, lucere, nitere, coruscare, radiare, rutilare, micare, emicare. PH. Nec domus argento fulget, auroque renidet. Sed nos quoque fulgeremus. *C.* Patribus quos fulgere cernis in armis. *V.* Et tamen ipsa suo si fulgit luna nitore. *Lr.* Video fulgentibus armis Conspicuos postes. *O.* Fulgentes aere catervas. *V.* Inque coronatis fulgeat altus equis. *O.* Cristis a vertice flamma Funditur, et varios umbo vomit aureus ignes. *V.* Caerula nubes Solis inardescit radiis longeque refulget. *V.* Aera renident, Sole lacessita, et lucem sub nubila jactant. *V.* Maculosus et auro Squamam incendebat fulgor. *V.* Positaeque ex ordine gemmae Clara repercusso reddebant lumina Phoebo. *O.* Simili coma fulgurat astro. *St.* Picta nec inducto fulgebat parma pyropo. *P.* Jacit igneus hastae Dirum lumen apex, ac late fulgurat umbo. *V.* Rosae fulgent inter sua lilia. *O.* Fulget gemma toris. *L.* Et gratum nautis sidus fulget. — *Trop.* Quondam nobili fulsi patre. *Se.* Virtus intaminatis fulget honoribus. *H.* Instar veris enim vultus ubi tuus Affulsit populo. *H.* Nitenti Affulsit vultu ridens Venus. *S.* *v. ardeo, luceo, splendeo.*

fulgetrum. *v. fulgur.*

fulgidus. — *Acies ornatu fulgida Martis.* Cl. PH. Fulgida praesertim quum cernere saepe nequimus. *Lr.* *v. splendidus.*

fulgor. — *elucent aliae et fulgore coruscant.* V. SY. splendor, lux, nitor. EP. nitidus, coruscus, tremulus, aureus, igneus, roseus, radians, vivus, splendidus, nivalis, gemmeus, flammans, colorificus, calidus, ignifer, flammeus. PH. Cui nec fulgor adhuc, necdum sua forma recessit. *V.* Purpura fulgorem pictis accommodat uvis. *O.* Aspicies oculos tremulo fulgore micantes, In pedibusque micant ignes. Micat igneus ore Fulgor. — *De fulmine.* Ille notam fulgore dedit tonitruque secundo. *O.* Namque improviso vibratus ab aethere fulgor Cum venit. *V.* Quum tonitru micat igniferis fulgoribus aether. — *Trop.* Famae fulgore trahebar. *H.* Cum stupet insanis acies fulgoribus. *H.*

fulgur. — *fulguris ictum.* I. SY. fulmen, fulguratio, fulgetrum. EP. rapidum, micans, clarum, rutilum, subitum, ignitum, formidabile, vanescens, radians, coruscum, triste, igniferum, ignigerum, ardens, flagrans, jaculabile, secans, tranans, penetrans aera. PH. Solis pervulgant fulgura coelum. *Lr.* Ad coelumque ferat flammai fulgura sursum. *Lr.* Clypeoque micantia fulgura mittunt. *V.* Galeae nunc triste timentem Fulgur. *Cl.* *v. fulgor.* — *De fulmine.* Et rapidum Aetnaeo fulgur ab igne jaci. *O.* Imbresque nivesque Fulguraque et tonitrus. *Va.* Crebris micat ignibus aether. *V.* Vibratus ab aethere fulgor. *V.* Tonitru quum rupta corusco Ignea rima micans percurrit lumine nimbos. *V.* Ingeminant abruptis nubibus ignes. *V.* Exsiliuntque cavis elisi nubibus ignes. *O.* Spargit rutilas per nubila flammas Jupiter. *O.* Ruptoque polo micat igneus aether. *S.* Abrupta tremiscunt Fulgura, et attritis Subita face rumpitur aer. *St.* Nunc hinc, nunc illinc abrupti nubibus ignes Concursant. *Lr.* Non alias coelo ceciderunt plura sereno Fulgura. *V.* Feriuntque summos Fulgura montes. *H.* Fulgura, coelum Pervolitant. *Lr.* Hinc tonat, hinc missis abrumpitur ignibus aether. *O.* Fulminis ignes. Rupti, dehiscentis caeli crebra lux. Cum sonitu tremulum vibrantia lumen Fulgura. Terrifico mugitu ardens secat aera fulgur. Rumpens obscuras nubes, et terque quaterque tremulum jubar ingeminans. Crebrum dehiscentis poli jubar. Ignis hiante caelo veniens. Ignis per inane micans. Fulgur caelo cadit. Coruscat fulminis ignea vis. Cum sonitu venit, ruptoque polo micat igneus aether. Caeli in nubibus ignes Terrificant animos. Dissiliunt rutilo vibrantia fulgura tractu. Rumpunt aerias fulgura crebra plagas. Ruptisque micant e nubibus ignes. Flammiferaeque volant magnum per inane sagittae. Jaculati e nubibus ignes. Repetito fulgure terret Ignipotens. Flammis caelum, aethera miscere. Fulmina torquet Astripotens. Caelum coruscat trisulcis ignibus. Ignes ab aethere fulgent. Aereos campos secans lux flammea transit.

fulguro. — *oculis qui fulgurat ignis.* S. PH. Haec igne rogali Fulgurat. *St.* Domus jam fulgurat auro. *St.* *v. fulgeo, fulgur.*

fulica, ae *et* fulix, icis. *Nunc celebres mergis fulicisque palustribus undae.* O. EP. marina, palustris, parva, vaga. PH. Rava fulix itidem fugiens e gurgite ponti Nuntiat, horribiles clamans instare procellas.

Cic. Quūmquĕ mărīnae Īn siccō lūdūnt fūlĭcaē, tĭbĭ tēmpŏră sīgnānt Īnfēsta, ēt plŭvĭīs ēt tēmpēstātĕ sŏnōră. *V.* Plŭvĭăm, īmbrēs sīgnāns, nūntĭāns.

fūlīgĭnōsŭs. SY. ātĕr, nĭgĕr, pĭcĕŭs. PH. Fūlīgĭnōsī tūrĕ plācāntūr Lărēs. *Pr.*

fūlīgo. *Sēmpĕr ĕt āssĭdŭā pōstēs fūlīgĭnĕ nīgrī.* V. EP. pĭcĕă, ātră, nīgră, tētră, ōbscūră, mădĭdă, pūllă. PH. Ātră, cōncrētă fūmō īllŭvĭēs. Aēstŭăt, āc nīgrā sēmpĕr fūlīgĭnĕ squālĕt Tōtă dŏmŭs.

fūllo. *Nōn tām saēpĕ tĕrēt lĭntĕă fūllŏ tĭbī.* M.—*Adj.* Sī nōn dĭdĭcĭstī fūllōnĭcăm. *Pl.*

fūlmĕn. Descr. *L.* 1, 151 sqq. *V.* G. 1, 329 sqq. *V.* A. 8, 427. *S.* 17, 474 sqq. SY. tēlă Tўphōĕă. *V.* EP. hōrrēndŭm, īgnĭfĕrŭm, īnfēstŭm, tōrtŭm, īnēvītābĭlĕ, Aētnaēŭm, cŏrūscŭm, hōrrĭdŭm, ātrŭm, răpĭdŭm, hōrrĭfĭcŭm, rŭtĭlŭm, vĭŏlēntŭm, īntōrtŭm, ōblīquŭm, fŭgāx, saēvŭm, vălĭdŭm, mīssĭlĕ, aēthĕrĕŭm, hōrrĭsŏnŭm, cŏrūscāns, caēlēstĕ, sūlphŭrĕŭm, īgnĭvŏmŭm, trĕmēndŭm, mĕtŭēndŭm, flāmmāns, rĕpēntīnŭm, fŭrēns, tērrĭbĭlĕ, vĭbrātŭm, pĕnētrābĭlĕ, trĭfĭdŭm, praēsāgŭm, cădūcŭm, trĭsūlcŭm, īrācūndŭm, īnĭmīcŭm, pērtērrĭcrĕpŭm, mĭcāns, fīctĭlĕ, tĕmĕrārĭŭm, tōrtŭm, rĕdŏlēns, hĭūlcŭm, rŭtĭlāns, călĭdŭm, īmprŏbŭm, dīrŭm, tērrĭsŏnŭm, āĕrĭŭm, crūdēlĕ, ārdēns, mĭnāx, flăgrāns, flāmmĭfĕrŭm, rūbrŭm, tĕtrĭcŭm, tētrŭm, hōrrēns, PH. Fūlmĭnĭs īctŭs, vīs, īră, ālaē. Fūlmĭnĕŭs, trĭsūlcŭs īgnĭs. Ēlīsī nūbĭbŭs īgnēs. *O.* Īgnĕă tēlă Dĕī. Trĭsūlcŭm, flăgrāns tēlŭm. Īgnĭs hĭāntĕ caēlō vĕnĭēns, mĕdĭō īn āĕrĕ saēvĭēns, rŭēns pĕr īnānĭă. Cădēntēs ābrūptīs nūbĭbŭs īgnēs. Caēlŭm cŏrūscăt trĭsūlcīs īgnĭbŭs. Flāmmĕŭs īmbĕr. *Cl.* Haūd īmĭtābĭlĕ fūlmĕn. *V.* Praēbēntquĕ mĭcāntĭă lūmĕn Fūlmĭnă. *O.* Nēc fūlmĭnĕ tāntī Dīssūltānt crĕpĭtŭs. *V.* Oblīquī vĭă fūlmĭnĭs. *S.* Fūlmĭnĕ laēdī. Sēntīrĕ fūlmĭnĭs īctŭm. Tāngī, fĕrīrī dē caēlō. Nām fūlgŭrĭtaē sūnt hīc āltērnae ārbŏrēs. *Pl.* Dē coēlō fāctās mĕmĭnī praēdīcĕrĕ quērcŭs. *V.* Saēvō Fūlmĭnĕ tāctă Jŏvĭs. *O.* Pērcūssă Jŏvī. *S.* Fūlmĭnĕ dējēctī. *V.* Quūm tŏnăt, ōcĭŭs īlēx Sūlfŭrĕ dīscŭtĭtŭr săcrō. *Pe.* Caēlī īgnĭbŭs pērcŭtī. Fūlmĭnĭs īgnĕ pĕtī. Spārgĭt rŭtĭlās pēr nūbĭlă flāmmās Jūpĭtĕr. Fūlmĭnă mīssă pŏlō, sūmmōs fĕrĭēntĭă mōntēs. Prōcērās quătĭūnt tūrrēs ēt fūlmĭnĭs īctū Dīsjĭcĭūnt. Īmpĕrĭō īrātī fūlmĭnă mīssă Jŏvĭs. *O.* Tōtō vīndēx jām plūrĭmă coēlō Dējĭcĭt īn tērrās dīvûm rēx fūlmĭnă. Quătĭt īmmānī mĕtŭēndŭm pōndĕrĕ fūlmĕn. Fĕră tērrĭbĭlī jăcŭlātŭr fūlmĭnă dēxtrā. Trĕmēndō Jūpĭtĕr īpsĕ rŭēns tŭmūltū. *H.* Pătĕr rŭbēntĕ Dēxtĕrā săcrās jăcŭlātŭs ārcēs. *H.* Nĕquĕ Pĕr nōstrŭm pătĭmŭr scĕlŭs Īrācūndă Jŏvēm pōnĕrĕ fūlmĭnă. *H.* Tĕr pătĕr ēxstrūctōs dīsjēcĭt fūlmĭnĕ mōntēs. *V.* Īntŏnăt, ēt dēxtrā lībrātŭm fūlmĕn ăb aūrĕ Mīsĭt īn aūrīgăm. *O.* Jūpĭtĕr īn mūltōs tĕmĕrārĭă fūlmĭnă tōrquĕt. *O.* Fūlmĭnĕ Phoēbĭgĕnām Stўgĭās dētrūsĭt ăd ūndās. Trĭfĭdōs jăcŭlātŭr Jūppĭtĕr īgnēs. Tŏnĭtrū mĕtŭēndă cŏrūscō Fūlmĭnă praēcĭpĭtānt. Fūlmĭnă vĭbrăt Īgnĭpŏtēns. Īgnĕă vīs fūlmĭnĭs cŏrūscăt. Mĭcānt rūptīs ē nūbĭbŭs īgnēs. Fūlgŭră cădūnt caēlō īgnĕă. *v. fulgur, fulmino.*

fūlmĭnĕŭs. *Fūlmĭnĕō cĕlĕrēs dīssĭpăt ōrĕ cănēs.* O. PH. Et pērrūmpĕre ămăt sāxă pŏtēntĭŭs Īctū fūlmĭnĕō. *H.* — *Trop.* Ac rŏtăt ēnsĕm Fūlmĭnĕŭm. *V.*

fūlmĭno. SY. fūlmĭnă mīttĕrĕ, vĭbrārĕ, jăcŭlārī, lībrārĕ, tōrquērĕ, īntōrquērĕ, mŏlīrī, jāctārĕ, spārgĕrĕ. PH. Mīssō pērfrēgĭt Ōlўmpŭm Fūlmĭnĕ. *O.* Quătĭt īmmānī mĕtŭēndŭm pōndĕrĕ fūlmĕn. Fĕră tērrĭbĭlī jăcŭlārī fūlmĭnă dēxtrā. Fūlmĕn ābrūptō mīttĕrĕ caēlō. Āt pătĕr ōmnĭpŏtēns dēnsa īntĕr nūbĭlă tēlŭm Cōntōrsĭt. *V.* Quătĕr īndĕ cŏrūscŭm Cōntōrsĭt dēxtrā fūlmĕn, quā tōtă rĕlūxĭt Maeŏnĭdŭm tēllūs. *S.* Fūlmĭnĕ tērrĕt. *V.* Annōsās fūlmĭnăt ōrnōs. *Cic.* Inquĕ Jŏvĭs dēxtrā mīssĭlĕ fūlmĕn ĕrăt. *O.* Nī Jūpĭtĕr aēthĕrĕ sūmmō Păcĭfĭcās rūbrī tōrsīssĕt fūlmĭnĭs ālās. *Cl.* Jāmque ĕrăt īn tōtīs spārsūrŭs fūlmĭnă tērrās Jūpĭtĕr. *O.* Tēlă rĕpōnūntŭr mănĭbŭs făbrĭcātă Cўclōpŭm. *V.* Dūm gĕnĭtōr rŭtĭlās pĕr nūbĭlă flāmmās spārgĭt. *V.* Cōllāpsŭs īn īgnēs Plūrĭmŭs ăd tērrām pĕr fūlmĭnă dēcĭdăt aēthĕr. *L.* Ut quūm fūlmĭnĭbŭs pērmīxtă tŏnĭtrŭă mūndŭm Tērrĭfĭcānt. *S.* Et nūbĕ dīrŭm fūlmĕn ēlīsā mĭcăt. *Se.* Mēntēsquĕ nōstrās īgnĭbŭs tērrēt săcrīs Sătŏr dĕōrŭm, cūjŭs ēxcūssŭm mănū Utraēquĕ Phoēbī sēntĭūnt fūlmĕn dŏmūs. *Se.* Pōst ōrtūs ōbĭtūsquĕ fūlmĭnātōs. *St.* Coēlō tŏnāntĕm Crēdĭdĭmŭs Jŏvĕm. *H. v. tono.* — Cădĭt īn tĕrās vīs flāmmĕă. *Lr.* Īnde ŭbĭ pērcălŭĭt vīs vēntī, vĕl grăvĭs īgnĭs Īmpĕtŭs īgnēscĭt, mātūrŭm tūm quăsī fūlmĕn Pērscīndĭt sūbĭtō nūbĕm, fērtūrquĕ cŏrūscīs Ōmnĭă lūmĭnĭbŭs lūstrāns lŏcă pērcĭtŭs ārdŏr. *Lr.* Pĕr se āccēndūnt quŏquĕ tēctă dŏmōrŭm, Ēt cĕlĕrī flāmmā dŏmĭnāntŭr īn aēdĭbŭs īpsīs. *Lr. v. fulgur, fulguro.* — *Trop.* Fūlmĭnăt Aēnēās ārmīs. *O.* Caēsăr dūm māgnŭs ăd āltŭm Fūlmĭnăt Eūphrātēm. *V.* Quōd fūlmĕn dŭcĭs īntĕr ārmă dīvī. *St.* Dŭō fūlmĭnă bēllī Scīpĭădās. *V.* Fūlmĭnĕ īcĕrĕ, fĕrīrĕ, ūrĕrĕ, ēxūrĕrĕ, cōncŭtĕrĕ, rŭĕrĕ, dīrŭĕrĕ, dīsjĭcĕrĕ, quătĕrĕ, pŏpŭlārĕ, āfflārĕ, pērcēllĕrĕ. Fūlmĭnĭs īctū Dīsjĭcĕrĕ. Īgnĕ crĕmārĕ. Sī scĕlŭs ēst īn mē, fĕrĭānt mē fūlmĭnă sūmmō Īgnĕă mīssă pŏlō. Pătĕr ōmnĭpŏtēns ădĭgăt mē fūlmĭne ăd ūmbrās. Īnfēstō fūlmĭnĕ mōrtī, Sī mĕrĕŏr, dēmīttĕ, tŭăque hāc ōbrŭĕ dēxtrā. *V.* Ex quō mē dīvûm pătĕr ătque hŏmĭnŭm rēx Fūlmĭnĭs āfflāvĭt vēntīs ēt cōntĭgĭt īgnī. *O.* Sīc prĕcŏr aēthĕrĕī vīndĭcĭs īgnĕ cădās! *O.* Aūt rŭtĭlī mīssō fūlmĭnĭs īgnĕ crĕmĕr. *O.* Nēc fūlmĭnāntĭs saēvă Jŏvĭs mănŭs. *H.*

fūlvŭs. SY. flāvŭs, rŭtĭlŭs, crŏcĕŭs. PH. Fūlvaē mātrĭs ăb ūbĕrĕ. *H.* Fūlvŭm spēctātŭr īn īgnĭbŭs aūrŭm. *O.* Fūlvāquĕ căpŭt nēctēntŭr ŏlīvā. *V.* Fūlvā pūgnās dē nūbĕ tŭēntĕm. *V.* Fūlvaē nīmbŭs ărēnae. *V.* Stēllātŭs ĭăspĭdĕ fūlvā Ensĭs ĕrăt. *V.*

fūmĕŭs. *Fūmĕă Māssĭlĭaē pōnĕrĕ vīnă pŏtēs.* M

fūmĭdŭs. *Fūmĭdŭs ătque ăltē spūmīs ēxūbĕrăt āmnĭs.* V. SY. fūmōsŭs, fūmĕŭs, fūmāns, fūmō plēnŭs, ŏpācŭs, ūndāns. PH. Foedă nigrō sĭmŭlācră fūmō. *H.* Fūmāntēs pŭlvĕrĕ cāmpōs. *V.* Tĕnŭēs ăgĭtāntĭă fūmōs. *O.* Fūmāntēs sūdōrĕ quătĭt. Pĭcĕŭm fert fūmĭdă lūmĕn Taedă. *V.*

fūmĭfĕr. *Fūmĭfĕrām nōctēm cōmmīstīs īgnĕ tĕnēbrīs.* V. PH. Pīnum ĕt fūmĭfĕrōs īnfert Mĕzēntĭŭs īgnēs. *V.*

fūmĭfĭcŭs. *Fūmĭfĭcīsquĕ lŏcūm mūgītĭbŭs implēvērĕ.* O.

fūmo. *Ĕt jām sūmmă prŏcŭl vīllārūm cūlmĭnă fūmānt.* V. PH. fūmūm dărĕ, mĭttĕrĕ, vŏmĕrĕ, ēvŏmĕrĕ, ēxhālārĕ, spārgĕrĕ, vŏlvĕrĕ, ēdĕrĕ, ēmĭttĕrĕ, glŏmĕrārĕ. Călĭdō dē sūlfŭrĕ fūmăt. *O.* Quā plūrĭmŭs ūndām Fūmŭs ăgĭt, nĕbŭlāque īngēns spĕcŭs aēstŭăt ātrā. *V.* Caelūm sūbtēxĕrĕ fūmō. *V.* Crāssă vŏlvĭt călīgĭnĕ fūmŭm. *V.* Īnclūsūm glŏmĕrāns aestu ēxspīrāntĕ văpŏrĕm. *Au.* Ēxĭgĭt ātrō Nīgrāntēm fūmō rŏgŭs ălta ăd sīdĕră nūbĕm. *V.* Ātrām prōrūmpĭt ăd aēthĕră nūbĕm, Tūrbĭnĕ fūmāntēm pĭcĕo ĕt cāndēntĕ făvīllā. *V.* Sūlphŭrĕŭm vŏmĭt ēxēsō dē vērtĭcĕ fūmŭm. *V.* Ātrĭă fūmānt. Fūmāntĭă săxă Aētnaē. Faucĭbŭs īngēntēm fūmum ēvŏmĭt. *V.* Fūmānt sūdōrĭbŭs ārtŭs. *O.* Tūră dăbānt tĕpĭdūsquĕ crŭōr fūmābăt ăd ārās. *V.* Fūmōque īmplēvĭt ămārō. *V.* Ūdō sūb rŏbŏrĕ vīvĭt Stūpă vŏmēns tārdūm fūmŭm. *V.* Pĭcĕŭm fērt fūmĭdă lūmĕn Taedă. *V.* Ĕt rŭĭt ātrăm Ăd coelūm pĭcĕă crāssūs călīgĭnĕ nūbĕm. *V.* Ēxūndăt fūmāns pĭcĕŭs călīgĭnĕ vērtĕx.

fūmōsŭs. — *fūmōsīs dērĭpĕ tēctīs.* V. PH. Fūmōsōs ĕquĭtūm cūm dĭctātōrĕ măgīstrōs. *I.* Fūmōsō cōndĭtă vīnă cădō. *O. v. fumidus.*

fūmŭs. — *vĭcĭnās ĭt fūmŭs ăd aūrēs.* V. SY. fūlīgo, călīgo. EP. ātĕr, nīgĕr, sōrdĭdŭs, tētĕr, vŏlŭcĕr, sĕquāx, sūblīmĭs, tĕnŭĭs, vŏlāns, ādscēndēns, călĭdŭs, pīnguĭs, pĭcĕŭs, grăvĭs, īntŏlĕrābĭlĭs, ārēns, tĕnĕbrōsŭs, ūndāns, īnānĭs, lĕvĭs, văpōrōsŭs, āĕrĭŭs, vānēscēns, tŭrbĭdŭs, ămārŭs, sūlphŭrĕŭs, īgnītŭs, grăvĕŏlēns, lăcrȳmōsŭs, lētālĭs, nūbĭvăgŭs, vĭrĭdĭs, īgnĭvăgŭs, trīstĭs, flūctŭāns, trĕmĕbūndŭs, pērvŏlĭtāns, ŏpācŭs, mŏlēstŭs, tĕpĭdŭs. PH. Fūmĕŭs văpŏr, hălĭtŭs fūmī, nūbēs, ūmbră. Fūmĭfĕr aēstŭs. Spătĭōsă vŏlūmĭnă fūmī. *Lr.* Nĕbŭlaē, quās ēxĭgĭt īgnĭs. Implēntŭr fūmo ĕt nĕbŭlā călīgĭnĭs ātrā. *S.* Călĭdōque īnvŏlvĭtŭr ūndĭquĕ fūmō. *O.* Vŏlvēns ĭn āltūm tŭrbĭdōs aēstū glŏbōs. *Au.* Ară dăbăt fūmōs. *O.* Nĕbŭlaē fūmīquĕ vŏlāntēs. *Lr.* Faucĭbŭs īngēntēm fūmūm (mīrābĭlĕ dĭctū) Ēvŏmĭt, īnvŏlvĭtquĕ dŏmūm călīgĭnĕ caēcā. *V.* Vŏlăt văpŏr ātĕr ăd aūrās. Vŏlvĭtŭr ātĕr ŏdŏr. Īntērrŭpti īgnēs ūtērque ăd sīdĕră fūmŭs Ērĭgĭtŭr. *V.* Īnĭmīcŭs ŏcēllīs. Pĭcĕă călīgo. Fūmī vŏlŭcrīs văpŏr. Tēctă sŭbĕūnt nīgrō dēfōrmĭă fūmō. Āssĭdŭā pōstēs fūlīgĭnĕ nīgrī. Ăd aēthĕră tēndēns. Crāssā călīgĭnĕ fūmŭs Coēlūm praētēxĭt. *V.* Āltārĭă fūmō Pērvŏlĭtānte ŏlĕānt. Tūrbĭnĕ coecō Vŏlvĭtŭr, īmmēnsōquĕ cĭĕt pēr nūbĭlă trāctūs. Vīllă rĕcēpīssĕt, lăcrȳmōsō nōn sĭnĕ fūmō. *H.* — *Trop.* Māssĭlĭaē fūmōs mīscērĕ nĭvālĭbŭs ūndīs. *M.* Vēndĕrĕ nēc vānōs cīrcūm Pāllātĭă fūmōs. *M.* Nōn fūmum ēx fūlgōrĕ, sĕd ēx fūmō dărĕ lūcĕm Cōgĭtăt. *H.* Vērtĕrăt īn fūmum ĕt cĭnĕrēm. *H.*

fūnālĕ. *Incēnsī, ēt nōctēm flāmmīs fūnālĭă vīncūnt.* V. PH. Dēnsūm fūnālĕ cŏrūscīs Lāmpădĭbŭs. *O.* Ēt vĭbrānt trĕmŭlās fūnālĭă pēndŭlă flāmmās. *I.* Fūnālĭbŭs ōrdĭnĕ dūctīs Plūrĭmă vēntūrae sūspēndĭtĕ lūmĭnă nōctī. *Cl. v. fax.*

fūnālĭs, *sc.* equus. *Fūnālēmquĕ Thŏēn* etc. St.

fūnāmbŭlŭs. *Ĭtă pŏpŭlūs, stŭdĭō stŭpĭdŭs, īn fūnāmbŭlō.* (iamb.) Te. EP. sōlērs, lĕvĭs, ăgĭlĭs, vŏlŭcĕr. PH. Īrĕ pĕr ēxtēntūm fūnēm. *H.* Pēndŭlă lĭbrātō fīgĭt vēstīgĭă săltū. *Cl.* Tĕnŭēs aūsūs sĭnĕ līmĭtĕ grēssūs, Cērtă pĕr ēxtēntōs pōnĭt vēstīgĭă fūnēs, Ēt coelī mĕdĭtātŭr ĭtĕr. *Mn.* Mōre ăvĭŭm sēsē jăcŭlātŭr ĭn aūrās. *Cl.* Hīc tămĕn āncĭpĭtī fīgēns vēstīgĭă plāntā, Vīctum īllā mērcēdĕ părăt, brūmāmquĕ fămēmquĕ Īllā rēstĕ căvĕt. *I.* Quĭd sī pĕr grăcĭlēs vĭās pĕtaūrī Invītūm jŭbĕās sŭbīrĕ Lădăm? *M.* Descr. *Anth.* 1. p. 623. *Mn.* 5, 651 sqq.

fūndă. Descr. *V.* A. 9, 586 sqq. EP. Bălĕārĭs, Bălĕārĭcă, strīdēns, cĭtă, tōrtă, vŏlūtă, vŏlūbĭlĭs, āĕrĭă, lĕvĭs, flēxă, tĕrēs, vălĭdă, pŭĕrīlĭs, vērsātĭlĭs, ēxcūssă, īntōrtă, sŏnāns. PH. Fūndaē vērbĕr, Bălĕārĭs hăbēnă. Hăbēnă tĕrēs. Stūpĕă tōrquēntem Bălĕārĭs vērbĕră fūndaē. *V.* Fūndă prŏcŭl pĕr ĭnānĕ vŏlūtă. Strīdēntēm fūndām Īpsĕ tĕr āddūctā cīrcūm căpŭt ēgĭt hăbēnā. *V.* Fūndām lĭbrārĕ, tōrquērĕ pĕrĭtŭs. Glāns plūmbĕă fūndā mīssă. Strīdēntĭă fūndā Săxă plŭūnt, vŏlŭcrēs īmĭtāntŭr fūlgŭră glāndēs. *S.* Glāndĕ mĭnāx. Tōrtō Bălĕārĭs vērbĕrĕ fūndaē Ōcĭŏr. Bīs tērquĕ pĕr aūrās, Mōrĕ rŏtăt fūndaē. *O.* Sīgnātă cĭtā lŏcă tāngĕrĕ fūndā. *L.* Glāndēs Bălĕārī spārgĕrĕ fūndā. *Cl.* Āĕrĭās plūmbūm jăcŭlātŭr ĭn aūrās Āctă mănū. Tĕrĕtēs pārs vērtĕrĕ fūndās Āssuētī. *S.* Quūm Bălĕārĭcă plūmbŭm Fūndă jăcĭt. *V.* Ut lātā plūmbĕă fūndā Mīssă sŏlēt mĕdĭō glāns īntābēscĕrĕ coelō. *V.* Lȳgdămŭs ēxcūssā, Bălĕārĭs tōrtŏr hăbēnaē, Glāndĕ pĕtēns. *L.* Săxă vŏlānt, spătĭōquĕ sŏlūtaē Āĕrĭs ĕt călĭdō līquĕfāctaē pōndĕrĕ glāndēs. *L.* Tōrtaē pōndĕră fūndaē Plūmbĕă. *Va.* Flēxaē Bălĕārĭcŭs āctŏr hăbēnaē. *St.* Nōn fūndīs Bălĕārĭbŭs rŏtātă, Unquām sīc līquĭdōs pŏlī mĕātŭs Rūmpĭt plūmbĕă glāndĭŭm prŏcēllă. *Sid.* Plūmbĕă quūm tōrtaē spārgūntŭr pōndĕră fūndaē. *Pr. v. glans.*

fūndāmĕn, fūndāmēntŭm. — *āmbībăt Sĭcĭlaē fūndāmĭnă tērraē.* O. *Fūndāmēntă quătĭt tōtāmque ā sēdĭbŭs ūrbēm Ērŭĭt.* V. SY. sŏlŭm, stăbĭlīmĕn, stăbĭlīmēntŭm. EP. āltŭm, stăbĭlĕ, fīrmŭm, sŏlĭdŭm, mānsūrŭm, tūtŭm, sŭppŏsĭtŭm. PH. Fūndāmēntă, fūndā-

mina locare, ponere, jacere, struere, substruere, moliri, destruere, evertere. Prima favis ponunt fundamina. *V.* Fundamine magno Res Romana valet. *O.* Tu nunc Carthaginis altae Fundamenta locas. *V. v. fundo.*

Fundanus. *Maxima Fundani gloria, Rufe, soli.* O.

fundator. *Nec Praenestinae fundator defuit arcis.* V. SY. conditor, auctor.

funditō. PH. In fundas indebant grandiculos globos, Eo illos volantes jussi funditarier. *Pl. v. funda.*

funditus. *Funditus avellunt postes* etc. V. SY. stirpitus, radicitus, eradicitus, *Pl.* penitus, prorsus, omnino, a sedibus, radicibus imis, a fundamento. PH. Perirent funditus. *H.* Funditus atque imis exarsit tota medullis. *C.* Totam luctu concussit funditus urbem. *V.* Totos raperent mihi funditus Argos. *St.* Quod si fit, pereo funditus. *Te. v. prorsus.*

fundo, as. SY. fundamenta, fundamina ponere, jacere, moliri. PH. Moenia prima locare. Ab imo muros deducere. Muros jacere, figere. Fundatur Veneri Idaliae templisque sacerdos. *V.* Illis immergere curae Fundamenta solo. *St.* Fundantem arces ac tecta locantem. *V.* Hic alta theatris Fundamenta locant alii. *V.* Primus qui legibus urbem Fundavit. *V. v. aedifico.* — Ancora fundabat naves. *V.* Puppis valida fundata carina. *O.* — *Trop.* Nitidis fundata pecunia villis. *H.* Bene fundatis opibus crescentis Iuli. *V.*

fundo, is; fudi. *Fundere* i. q. *procreare* V. G. 1, 13. *Fundere vitam* pro *exspirare* V. *A.* 2, 532. SY. effundere, diffundere, spargere, dispergere, projicere, emittere; dissipare, profligere, prosternere; loqui. PH. Et pessima fudit Vina cadis. Vina liquentia fundam. *V.* Et nobis prona funde Falerna manu. *T. v. effundo.* — Nec prius abstitit, quam septem ingentia victor Corpora fundat humi. *V.* Cominus ingenti resupinum corpore fudi. *O. v. sterno.* — Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores. *V.* Fundit humo facilem victum justissima tellus. *V. v. gigno.* — Talia fundebat lacrymans. *V.* Fuditque has voce loquelas. *V.* Fuditque preces rex pectore ab imo. *V. v. loquor, precor.* — Multo vitam cum sanguine fudit. *V.* Animam moribundo corpore fudit. *Lr. v. morior.* — Molli juvenes funduntur in alga. *Va. v. recubo.* — *Trop.* Cristis a vertice flamma Funditur. *O.* Fundit opacis montibus umbras. *Se.* Non ego paucis Offendar maculis, quas aut incuria fudit. *H.* Fundet opes. *H.*

fundus. PH. Fundo vix tandem redditus imo est. *V.* Imo Nereus ciet aequora fundo. *V.* Fluxas Phrygiae res vertere fundo. *V. v. imus.* — Arat Falerni mille fundi jugera *H.* Latis otia fundis. *V.* Fundusque mendax. *H. v. ager.*

funebris. (v. c. laudatio, oratio, concio, ludi, tibiae, epulum, vestimentum.) *Ira truces inimicitias et funebre bellum.* H. — *difficiles, funebria ligna, tabellae.* O.

funereus. *Funereas inferre faces* etc. V. PH. Funereamque toris quassat uterque facem. *M.* Fronde coronat Funerea. *V. v. funebris.*

funero. — *prope funeratus Arboris ictu.* (Sapph.) H. PH. Mater supremis funerabat fletibus. *Pr. v. funus.*

funesto. *Tali mente, deae, funestet seque suosque.* C.

funestus. *Est via declivis, funesta nubila taxo.* O. SY. funebris, funereus; vastus, moestus; letalis, luctuosus, lugubris, feralis, flebilis. PH. Funesto saucia morsu. *O.* Lumina funesti conscia facta mali. *O.* — Funestos reddidit agros. *Lr.* Nocturna volucris funesta querela. *P.*

fungor. SY. defungi, perfungi, praestare, efficere, gubernare, administrare, exercere, exsequi, obire. PH. Fungar vice cotis. *H.* Amici munere fungi. *H.* Funguntur lacrimis. *O.* Nec non vernaliter ipsis Fungitur officiis. *H.* Fungar inani Munere. *V.* Functus erat dapibus. *O.* Functus morte, *O.* Virtute functos. *H.* Functus parte laboris. *O.* Ter aevo functus. *H.* Fato Functa suo. *O.* Omnia functa Aut moritura vides. *St.* Corpora functa sepulcris. *O.* — At facere et fungi sine corpora nulla potest res. *Lr.* — Ut munus fungaris tuum. *Pl.* Attente illorum officia fungere. *Te.*

fungus. SY. boletus. EP. pratensis, albus, frigidus, humidus, humens, udus, foedus, sordidus, pluvialis, suillus, anceps, i. e. periculosus. PH. Irritamenta gulae fungi. Pratensibus optima fungis Natura est. *H.* Vilibus ancipites fungi ponentur amicis. *I.*

funis. *Neu tibi Tyrrhena solvatur funis arena.* P. SY. restis, lorum, rudens, retinacula, stupea vincula, catena. EP. tortus, intortus, volutus, durus, nodosus, rigidus, tensus, extensus, contensus, oblongus, nauticus, marinus, ductarius, saltatorius, stupeus, cannabinus, lineus, luteus, sparteus. PH. Vincula lini. *O.* Tortosque incidere funes. *V.* Nodos et vincula linea rupit. *V.* Volucrem trajecto in fune columbam. *V.* Adductaque funibus arbor Corruit. *O.* —*Navium.* Ab littore rumpite funem. *V.* Religatus ab aggere funis Rumpitur. *O.* A terra convellere funem. *O. v. rudens.* — *Trop.* Qui jam contento, jam laxo fune laborat. *H. v. catena.*

funus. *Exstinctum Nymphae crudeli funere Daphnin | Flebant.* V. SY. exsequiae, inferiae, justa. EP. crudele, triste, miserabile, moestum, lamentabile, flebile, extremum, amarum, justum, pium, gemebundum, iniquum, lugubre, acerbum, miserandum, lacrymosum, cruentum, supremum, solemne, felix, praeclarum, honestum, illustre, conspicuum, saevum, lacrymabile, atrum, crudum, dirum, sanguinolentum, tetrum. PH. Funebris pompa, luctus. Supremus honos. Munera suprema. Sepulcri honores. Funebria sacra, funera ducere. Dona rogo, tristes-

quā rĕpĕndūnt Ēxsĕquĭās. Tūm cŏrpŏră lūcĕ cărēntūm Ēxpŏrtānt tēctīs ēt trīstĭă fūnĕră dūcūnt. *V.* Fūnĕră dūcēbāt mĕdĭăm lăcrȳmōsă pĕr ūrbĕm. Cāntābāt moēstīs tībĭă fūnĕrĭbŭs. Pōmpă flēbĭlĭs. Ābsīnt ĭnānī fūnĕrĕ naēnĭaē. *H.* Vānō moēstī cōmĭtāmŭr hŏnōrĕ. *V.* Ergo īnstaūrāmŭs Pŏlȳdōrō fūnŭs. *V.* Tībĭă fūnĕrĭbŭs cōnvĕnĭt īstă mĕīs. *O.* Fūnŭs ēgrĕgĭē fāctūm laūdēt vīcīnĭă. *H.* Nōn ălĭō dīgnĕr tē fūnĕrĕ. *V.* Rītĕ sŏlūtīs Exsĕquĭīs. *V.* Nēmō mē lăcrĭmīs dĕcŏrēt, neū fūnĕră flētū Fāxĭt. *Enn.* Omnĭă Dēĭphŏbō sōlvīsti ēt fūnĕrĭs ūmbrīs. *V.* Descr. *V.* A. 6, 232 sqq. 3, 40 sqq. *v. exsequiae, sepelio.* — *I. q. mors.* Mīstă sĕnūm āc jŭvĕnūm dēnsāntŭr fūnĕră. *H.* Abstŭlĭt ātră dĭēs ēt fūnĕrĕ mērsĭt ăcērbō. *V.* Frātērnī fūnĕrĭs ūltŏr. *O.* Crūdă nĕpōtĭs Fūnĕră. *St.* — *I. q. nex.* Sāt fūnĕră fūsī Vĭdĭmŭs. *V.* Tōt fērrō saēvă dĕdīssĕt Fūnĕră. *V.* Quāntă mŏvēs fūnĕră Dārdănaē Gēntī! *H. v. caedes.* — *I. q. cadaver.* Et fūnŭs lăcĕrūm tēllūs hăbĕt. *V.*

fūr, ūrĭs. *Cāllĭdŭs ēffrāctā nūmōs fūr aūfĕrĕt ārcā.* M. *Fūrĭs ĕt īmplăcĭdās dīrŭĭt īră fŏrēs.* P. Compar. c. *Caco* et *Autolyco.* SY. latro, praedo, praēdātŏr, pŏpŭlātŏr, rāptŏr, ērēptŏr, ăbāctŏr, pĕcūlātŏr, trĭfūr (*Pl.*), fūrcĭfĕr, trĭfūrcĭfĕr, hŏmō trĭūm lĭtĕrārŭm, māntĭcŭlārĭŭs. EP. răpāx, nŏctūrnŭs, văgāns, tăcĭtŭs, ōccūltŭs, pērvĭgĭl, ăvārŭs, crūdēlĭs, īngĕnĭōsŭs, cāllĭdŭs, caūtŭs, āstūtŭs, sōllērs, vērsūtŭs, īnsĭdĭōsŭs, scĕlĕrātŭs, īmprŏbŭs, nĕfārĭŭs, ērrāns, īnsōmnĭs, ăbdĭtŭs, rĕcōndĭtŭs, āncĕps, trĕpĭdŭs, ārmātŭs, mĭnāx, nōctĭvăgŭs, sōllĭcĭtŭs, aūrītŭs, fămēlĭcŭs, īnsĭdĭāns, văgŭs. PH. Nūmōrŭm spŏlĭātŏr. Fūrtōrŭm dōctŭs. Fūrtum īngĕnĭōsŭs ăd ōmnĕ. *O.* Ūncīs mănĭbŭs răpāx. Vīvēns ēx rāptō. Āssuētŭs vīvĕrĕ rāptō. *V.* Fūrēs, ăvĭdūm gĕnŭs. Fūrūm mălĕ fīdă cŏhōrs. Fūrēs gēns āssuētă răpīnīs; ălĭēnīs īnsĭdĭāns ŏpĭbŭs. Mērcŭrĭī prōlēs, nĕpōs. Tēlō, fērrō āccīnctŭs, fŭrēns, īn sĭlvīs sŭbsīdēns. Ūt jŭgŭlēnt hŏmĭnēs, sūrgūnt dē nōctĕ lătrōnēs. *H.* Căptāns ălĭēnă. Nōctĕ sĭlēntĕ ălĭēnās ŏpēs sūrrĭpĭēns. Quĭd dŏmĭnī făcĭēnt, aūdēnt quūm tālĭă fūrēs? *V. v. aris, furor.*

fūrāx. *Fūrācēs, mŏnĕō, mănŭs rĕpēllās.* (phal.) M. *v. fur.*

fūrcă. SY. fūrcīllă, fūrcŭlă, pătĭbŭlūm, crūx. EP. bĭcōrnĭs, fērrĕă, līgnĕă, fīrmă, bĭfĭdă, bĭcūspĭs, trĭcōrnĭs, răpāx; trĭcūspĭs. PH. Bĭcūspĭs cōntŭs, sŭdēs; līgnūm bĭfūrcūm. Exăcŭūnt ălĭī vāllōs fūrcāsquĕ bĭcōrnēs. *V.* Rāmūm prĭŏr īllĕ bĭfūrcūm Gēssĕrăt. *O.* — Nātūrām furca ēxpēllās, tămĕn ūsquĕ rĕcūrrĕt. *H.* Mūsaē fūrcīllīs praēcĭpĭtem ējĭcĭēnt. *C.* — Ibĭs sūb fūrcām. *H.* Fūrcām fĕrās. *Pl. v. patibulum.*

fūrcĭfĕr. PH. Nōn dīcēs hŏdĭē, quōrsum haēc tām pūtĭdă tēndūnt, Fūrcĭfĕr? Ād te, īnquām. *H. v. patibulum.*

fūrfŭrēs, ŭm. — *ēxcŭlcābŏ fūrfŭrēs.* Pl. PH. Fūrfŭrĭbŭs sĭbĭ quŏd cōnspērsūm pānēm dărēm. *Ph.*

Fŭrĭaē. *Dānt ălĭōs Fŭrĭaē tōrvō spēctācŭlă Mārti.* H. Ālēctō, Mĕgaēră, Tīsĭphŏnē. Descr. *O.* M. 4, 481 sqq. *V.* A. 12, 843. 6, 268 sqq. 7, 323 sqq. *Se.* H. O. 1002. *Se.* M. 13 sqq. SY. dīraē, Eūmĕnĭdēs, Ĕrīnnȳēs. EP. ūltrīcēs, īnfērnaē, crīnītaē, īmmānēs, tārtărĕaē, hōrrēndaē, Stȳgĭaē, Ăchĕrōntĭdēs, ārdēntēs, dēfōrmēs, squālĭdaē, crūdēlēs, ātraē, nōctĭgĕnaē, sĕvēraē, fĕraē, saēvaē, dīraē, īmmītēs, fĕrōcēs, fŭrēntēs, īgnĭfĕraē, flāmmĭgĕraē, tōrvaē, scĕlĕrātaē, īmplācābĭlēs, vĕnēnōsaē, fŭrĭōsaē, mĭnācēs, dīscōrdēs, Ăvērnālēs, mĕtŭēndaē, āngŭĭcŏmaē, crŭēntaē, lūctĭfĭcaē, cŏlŭbrĭfĕraē, vīpĕrĕaē, crīnītaē āngŭĭbŭs, trīstēs, sŏnōraē, Gĭgāntēaē, hōrrĭdaē, nĕfāndaē, nŏxĭaē, ăcērbaē, Ăchĕrōntĭgĕnaē, praēcĭpĭtēs, Ālemaēŏnĭaē. PH. Gĕnĭtaē dē nōctĕ sŏrōrēs. Nōctĕ sătaē. Nōctĭs ălūmnaē. Ultrīcēs scĕlĕrūm dĕaē. *Se.* Crūdēlēs Ĕrĕbī Dītīsquĕ mĭnīstraē. Tūrbă sĕvēră. Eūmĕnĭdūm sŏrōrēs. Grăve ĕt īmplācābĭlĕ nūmĕn. *O.* Trĕmēndī hōrrĭdaē fămŭlaē tȳrānnī. Āgmĕn īnfērnūm. Īnfērnaē pēstēs. Dīră Fŭrĭārūm cŏhōrs. Fămŭlaē Jūnōnĭs Ăvērnaē. Īmpēxaē crīnĭbŭs āngŭēs. *O.* Īmōs ăgĭtāntēs vērbĕrĕ Mānēs. Stȳgĭām crŭēntā praēfĕrēns dēxtrā făcem Ātrōx Ĕrīnnȳs. *Se.* Făctă vĭrūm mūlctāntēs vīndĭcĕ poēnā. *Cic.* Quaē trīstēs sūmūnt dē crīmĭnĕ poēnās. Queīs scĕlĕra ūlcīscī dătum ēst, queīs saēvaē făcĭēs, quĭbŭs ātră cŏlŭbrīs Ōră. Quĭbŭs Trīstĭă bēlla īraēque ēt crīmĭnă nŏxĭă cōrdī. Īmpĭă tūrbă, Quaē sēdĕt īnfērnī cārcĕrĭs āntĕ dŏmōs. *O.* Ūltrīcēsquĕ sĕdēnt īn līmĭnĕ Dīraē Eūmĕnĭdēs, quĭbŭs āngŭĭnĕō rĕdĭmītă căpīllō Frōns hōrrĕt. Vīpĕrĕaē Stȳgĭā dē vāllĕ sŏrōrēs. Cōcȳtĭă vīrgŏ. Ārmātām Fŭrĭīs mātrem ēt sērpēntĭbŭs ātrīs. Tōrvōsquĕ sĭnīstrā Ōstēntāns āngŭēs, vŏcăt āgmĭnă saēvă sŏrōrūm. *V.* Fŭrĭārūm māxĭmă jūxtā Āccŭbăt. Ēxsūrgĭtquĕ făcem āttōllēns ātque īntŏnăt ōrĕ. *V.* Illa aūtem āttōllĭt strīdēntēs āngŭĭbŭs ālās. *O.* Vīpĕrĕāsquĕ cĭĕt Stȳgĭā dē vāllĕ sŏrōrēs. *O.* Vūltĭbŭs Eūmĕnĭdūm mātrīsque ăgĭtābĭtŭr ūmbrīs. Fērrĕī Eūmĕnĭdūm thălămī. Pēndēntēm scŏpŭlō, Fŭrĭārūmque ōră trĕmēntēm. *V. v. Alecto, Eumenides, Erinnys, Megaera, Tisiphone.* — *Trop.* Ergo ŭbĭ cōncēpĭt Fŭrĭās, ēvīctă dŏlōrĕ. *V.* Scĕlĕrūm Fŭrĭīs ăgĭtātŭs Ŏrēstēs. *V.* Fŭrĭīs āccēnsŭs ĕt īrā Tērrĭbĭlĭs. *V. v. furiosus, furor, ira.*

fŭrĭālĭs. *Sērpēntĭs fŭrĭālĕ mălūm* etc. V. *Quōd prĕtĭūm spērēt prō tām fŭrĭālĭbŭs aūsīs?* O. PH. Cērbĕrŭs, quāmvīs fŭrĭālĕ cēntūm Mūnĭānt āngŭēs căpŭt. *H.* Fŭrĭālĕ mĭnātŭr. *St.* Fŭrĭālĭtĕr ōdĭt. *O.*

fŭrĭo, as. PH. Ārmātās fŭrĭārĭnt ōrgĭă mātrēs. *St.* Fŭrĭātā mēntĕ. *V.* Fŭrĭātōs cōncĭpĭt īgnēs. *O.* Stĭmŭlōs īn pēctŏrĕ caēcōs Cōndĭdĭt. *O.* Quaē tē, gērmānă, fŭrēntēm Mēns ăgĭt īn făcĭnŭs? *V.* Frēnă fŭrēntī Cōncŭtĭt ēt stĭmŭlōs āltō sŭb pēctŏrĕ vērtĭt. *V. v. concito, stimulo.*

fŭrĭōsŭs. *Nēmpĕ tŭō, fŭrĭōsĕ* etc. H. SY. fŭrēns, fŭrĭātŭs, fŭrĭbūndŭs, āmēns,

lymphātŭs, dēmēns, īnsānŭs, dēlīrŭs. PH. Fŭrĭōsăquĕ vōtă rĕtrăctăt. *O.* Fŭrōrĕ, Fŭrĭīs āccēnsŭs, īnflāmmātŭs, īncēnsŭs, stĭmŭlātŭs, īmpūlsŭs, caecŭs, pērcĭtŭs, ăbrēptŭs. Fŭrōrĭs ōrĕ sīgnăt lymphātō gĕrēns. *Se.* Stĭmŭlātŭs ŭbĭ fŭrēntĭ răbĭē, văgŭs ănĭmī. *C.* Immŏdĭcōs gēstāns īn cōrdĕ fŭrōrēs. *C.* Vūltūs fŭrĭōsŭs ĕt ăcĕr. *Lr.* Eccĕ, fŭrēns ănĭmīs ădĕrăt. *V.* Fŭrĭīs mēns ēffĕră. *V.* Actă fŭrōrĕ grăvī. *O.* Amēntī caecă fŭrōrĕ. *C. v. furo.*

fŭro. ***Quĭd fŭrĭs? aŭt quōnăm nōstrī tĭbĭ cūră rĕcēssĭt?*** V. (***Furere regni rapti***, i. e. ob regnum raptum, *Se.* Th. 41. ***Furit te reperire H. O.*** 1, 15, 27. pro: flagrat.) SY īnsānīrĕ, bācchārī, īrāscī. PH. Fŭrōrĕ āccēndī, ārdērĕ, ăgī, cīrcŭmăgī, ăgĭtārī, īmpēllī, răpī, ăbrĭpī, aēstŭārĕ. Mēntĕ fŭrōrēs Cōncĭpĭō. *V.* Fŭrĭīs ăgī. Fŭrĭās cōncĭpĕrĕ. Caecō īnsānīrĕ fŭrōrĕ. Frĕmĭt hōrrĭdŭs ōrĕ crŭēntō. *V.* Lymphātā mēntĕ fŭrēbăt. *O.* Ardēntēs ŏcŭlōrum ōrbēs ăd moenĭă tōrsĭt Tūrbĭdŭs. *V.* Dēntĭbŭs īnfrēndēns tēr tōtūm fērvĭdŭs īrā Lūstrăt Avēntīnī mōntēm. *V.* Hīs ăgĭtŭr fŭrĭīs, tōtōque ārdēntĭs ăb ōrĕ Scīntīllae ăbsīstūnt; ŏcŭlīs mĭcăt ācrĭbŭs īgnĭs. *V.* Nōn vūltŭs, nōn cŏlŏr ūnŭs, Nōn cōmtae mānsērĕ cŏmae, sēd pēctŭs ănhēlŭm, Et răbĭē fĕră cōrdă tŭmēnt. *V.* Mīlĕs īn ăbsēntēm vūltū dēxtrăquĕ fŭrēbăt. *L.* Cōntrā tēlă fŭrĭt. *V.* Fērtŭr īn ărvă fŭrēns. *V.* Pāssīs fŭrĭbūndă căpīllīs Evŏlăt. *O.* Jūnōnēm tăcĭtām fŭrĭbūndă sĭlēntĭă tōrquēnt. *St.* Saevĭt ĭnŏps ănĭmī, tōtămque īncēnsă pēr ūrbēm Bācchātŭr. *V.* Aēstŭăt īngēns Imo īn cōrdĕ pŭdōr, mīstōque īnsānĭă lūctū, Et fŭrĭīs ăgĭtātŭs ămōr. *V.* Fŭrēns spūmās ăgĭt ōrĕ crŭēntās. Os răbĭdūm, fĕră cōrdă gĕrĭt. *V.* Insānĭă mēntem Occŭpăt. Caecō rāptŭs ămōrĕ fŭrĭt. Quae mēntem īnsānĭă mūtăt? Fŭrĭātā mēntĕ fērrī. Anĭmūs tōtō pērcēpĭt pēctŏrĕ flāmmās. Dēlīrăt līnguăquĕ mēnsquĕ. *Lr.* Immēnsām sĭnĕ mōrĕ fŭrĭt lymphātă pĕr ūrbēm. *V.* Cōncĭtă mātēr Exŭlŭlăt, pāssīsquĕ fŭgĭt mălĕ sānă căpīllīs. *O.* Oestrō fērrī. *v. furiosus, furor, irascor.* — ***Trop.*** Nūm fŭrĭs aūt prūdēns lūdĭs mē? *H.* Hūnc tū sī sānūm Crēdĭs, Avĭtĕ, fŭrĭs. *M.* Rĕcēptō Dūlcĕ mĭhī fŭrĕrĕ ēst ămīcō. *H.* — ***De rebus inanimatis.*** Fŭrĭt aēstŭs. *V.* Fŭrĭt ārdŏr ĕdēndī. *O. v. bacchor.*

fŭrŏr, ōrĭs. ***Jāmquĕ făcēs ĕt săxă vŏlānt, fŭrŏr ārmă mĭnīstrăt.*** V. Furore correptus ***compar.*** c. ***Oreste, Athamante, Ino, Agave,*** c. sacerdotibus ***Cybeles, Bacchi, Phoebi H. O.*** 1, 16, 5. *O.* H. 10, 47. c. ***irato tauro, leone, tigride, serpente.*** SY. īnsānĭă, āmēntĭă, dēmēntĭă, vēsānĭă, fŭrĭae, răbĭēs, īră. EP. īmpĭŭs, caecŭs, ămēns, ārdēns, īgnĕŭs, dīrŭs, praecēps, ēffrēnŭs, răbĭdŭs, pērtĭnāx, vēsānŭs, īmmītĭs, īmmānĭs, ēxĭtĭōsŭs, crŭēntŭs, bārbărŭs, văgŭs, fērrĕŭs, īnsānŭs, īmpătĭēns, flăgrāns, īndŏmĭtŭs, īnflāmmātŭs, āccēnsŭs, vēcōrs, mălĕsānŭs, īmplācābĭlĭs, crūdēlĭs, scĕlĕrātŭs, nĕfāndŭs, fōrmīdābĭlĭs, sŭbĭtŭs, vĭŏlēntŭs, nŏxĭŭs, hōstīlĭs, dīscōrs, bēllĭcŭs, Māvōrtĭŭs, īmpŏtēns, vīndēx, ătrōx, saevŭs, sānguĭnĕŭs, ārmātŭs, moestŭs, mĭsĕr, ăvĭdŭs, ārmĭfĕr, ĕxūndāns, īmprŏbŭs, prōtērvŭs, răpĭdŭs, lymphātŭs, ĕxĭtĭālĭs, pērnĭcĭōsŭs, Stygĭŭs, Tārtărĕŭs, trīstĭs, bācchāns, Bĕrĕcynthĭŭs, Bācchĭcŭs, hōstĭcŭs, nĕfārĭŭs, ēffrēnātŭs, Hērcŭlĕŭs, īgnītŭs. PH. Fŭrōrĭs stĭmŭlī, mălă mēns, fŭrŏr vēcōrs, mēns fŭrĭātă. Lymphātae vĭŏlēntĭă mēntĭs. Anĭmī ēffĕră vīs, īmpĕtŭs, ārdŏr. Nēscĭŭs rĕgī fŭrŏr. Prōnŭs īn ārmă. Pērdĕrĕ cūnctă părāns; ārmă mĭnīstrāns; āccēnsĭs lāmbēns praecōrdĭă flāmmīs; īn praecēps ŏmnĭă vērtēns; ănĭmōs caecā cālīgĭnĕ vērsāns. Heū, fŭrĭīs īncēnsă fĕrŏr. *V.* Ardēt fŭrōrĕ pēctŭs. *Se.* Mēntēm caecŭs īnstīgăt fŭrŏr. *Se.* In clādēs saevăquĕ bēllă trăhēns. O jŭvĕnēs, sērvāte ănĭmōs, ăvĭdūmquĕ fŭrōrēm Mīttĭtĕ. Nīgrō răbĭēs ārmātă vĕnēnō, Foedă ūnguēs, īmpēxă cŏmās ĕt dēntĕ crŭēntō. Praecēps īnsānĭă. Fŭrŏr īrăquĕ mēntēm Praecĭpĭtānt. *V.* Văgō fŭrōrĕ āctŭs. Lāxīsquĕ fŭrŏr bācchātŭr hăbēnīs. Sēd cărĕt ēvēntū nĭmĭŭs fŭrŏr. *Cl.* Quĭs fŭrŏr, ō cīvēs, quae tāntă lĭcēntĭă fērrī? *L.* Intĭmă Tārtărĕūm spīrābānt cōrdă fŭrōrēm. Cūm sŭbĭta īnfrēnŭs sūrgĭt īn ārmă fŭrŏr. Ut prīmūm cēssĭt fŭrŏr, ĕt răbĭda ōră quĭērūnt. *V.* Dūm fŭrŏr īn cūrsu ēst, cūrrēntī cēdĕ fŭrōrī. *O.* Quĭs fŭrŏr īstĕ nŏvŭs? quō nūnc, quō tēndĭtĭs, īnquĭt. *V.* Sīstĕ fŭrĭbūndum īmpĕtūm. *Se.* Mŏdĕrāre, ălūmnă, mēntĭs ēffrēnae īmpĕtūs. *Se.* Expērs cōnsĭlĭī. *St.* Sīc ănĭmīs jŭvĕnūm fŭrŏr āddĭtŭs. *V. v. Furiae, furor, ira, rabies.* — ***Furor poëticus.*** SY. oēstrŭm, ēnthĕŭs ārdŏr, īgnĭs, vĭgŏr Apōllĭnĕŭs, Pĭĕrĭŭs călŏr, āfflātŭs dīvīnŭs. PH. Impĕtŭs īllĕ săcĕr, quī vātūm pēctŏră nūtrĭt. Laūrĭgĕrō fōrtĭŏr, cōncĭtŭs oēstrō. Caelēstĭs īntŭs ēxcĭtăt vātēs vĭgŏr. Nūmĕn ĭnēst īllīs, Pĭĕrĭdēsquĕ făvēnt. Est Dĕŭs īn nōbīs, ăgĭtāntĕ călēscĭmŭs īllō. *O. v. inspiro, poëta.* — ***Furor propheticus.*** Vātĭcĭnōs cōncēpĭt mēntĕ fŭrōrēs. *O.* Descr. *St.* Th. 3, 648. *v. inspiro, vates.* — ***Trop.*** Impĭŭs lūcrī fŭrŏr. *Se.* Fŭrŏr ēst, īn sānguĭnĕ mērgī. *St.* ***De rebus.*** Jām coelī fŭrŏr aequĭnŏctĭālĭs. *C.* — ***Descr. furentis*** est *V.* A. 12, 100 sqq. ***Furoris V.*** A. 1, 293 sqq. *St.* Th. 3, 424. 4, 660 *S.* 74. 7, 52. *S.* 4, 327. *Pt.* Sat. 124.

fūrŏr, ārĭs. — ***ŏcŭlōs fūrārĕ lăbōrī.*** V. SY. răpĕrĕ, ăbrĭpĕrĕ, dīrĭpĕrĕ, ērĭpĕrĕ, sūrrĭpĕrĕ, pōpŭlārī, māntĭcŭlārī, cōmpīlārĕ, praedārī, lātrōcĭnārī, sūbtrăhĕrĕ, ăvērtĕrĕ, sūbdūcĕrĕ, aūfērrĕ, tōllĕrĕ. PH. Admīttĕrĕ fūrtŭm. Cōnvēctārĕ praedās fūrtō, vī, clăm sūbdūcĕrĕ, ăbrĭpĕrĕ. Trīstī spŏlĭāntŭr tēmplă răpīnā. Nōn ĕgŏ tē vīdī Dāmōnĭs, pēssĭmĕ, căprūm Excĭpĕre īnsĭdĭīs, mūltūm lātrāntĕ Lycīscā? *V.* Quătŭŏr ā stăbŭlīs praestāntēs cōrpŏrĕ taūrōs Avērtĭt, tŏtĭdēm fōrmā praestāntĕ jŭvēncās. Păvĭdō sūbdūcĕrĕ fūrtō. *L.* Jŏcōsō cōndĕrĕ fūrtō. *H.* Sī quĭs răpĭăt stăbŭlīs ārmēntă rĕclūsīs. *O.* Aūfĕrăt hīc aūrūm, pĕrĕgrīnōs īllĕ lăpīllōs, Et quaecūnquĕ pŏtēst tōllĕrĕ, tōllăt ŏpēs. *M.* Amōtae

pĕr dŏlŭm bŏvēs. *H.* Abstractaēquĕ bŏvēs. *V.* Pōst ĭgnem aethĕrĕă dŏmō Abstrāctŭm. *H. v. fur, praedor, rapio.*

fūrtĭm. O. SY. clăm, clāncŭlŭm. PH. Fūrtĭm dēfŏssā tĭmĭdŭm dēpōnĕrĕ tērrā. *H.* Infēlīx Prĭămŭs fūrtĭm māndārăt ălēndŭm. *O.* Dătă fūrtīvē mūnĕră.

fūrtīvŭs. *Nēc jām fūrtīvăm Dīdō mĕdĭtātŭr ămōrĕm.* V. SY. ŏccūltŭs; rāptŭs, ērēptŭs, ăblātŭs. PH. Mŏvĕăt cōrnīcŭlă rīsŭm Fūrtīvīs nūdātă cŏlōrĭbŭs. *H.*

fūrtŭm. SY. praedă, răpīnă, rāptŭm, lātrōcĭnĭŭm. EP. păvĭdŭm, nŏctūrnŭm, tăcĭtŭm, tūrpĕ, ĭnīquŭm, nĕfāndŭm, lătebrōsŭm, sacrĭlĕgŭm, īnfāmĕ, īnfāndŭm, lăcrўmābĭlĕ, căllĭdŭm, sŭbdŏlŭm, sōrdĭdŭm, frĭvŏlŭm, mănĭfēstŭm, foedŭm, ĭnĕrs. V. PH. Fūrtī crīmĕn, foedŭm lūcrŭm. Laētātŭr fūrtīs quŏndăm dŏlĭtūrŭs ĭnīquīs. Nōn hăbĕt ēvēntūs sōrdĭdă praedă bŏnōs. *P.* Praedăque ĕt hōstīlēs lūxŭm suāsērĕ răpīnae. Sī tē praedă jŭvăt foedīque īnfāmĭă lūcrī. *M.* Vīvĭtŭr ēx rāptō. *O. v. praeda, rapio.* — *Furta belli.* Fūrtă părō bēllī cōnvēxo īn trāmĭtĕ sĭlvaē. *V.* Haūd fūrtō mĕlĭŏr, sĕd fōrtĭbŭs ārmīs. *V.* Fūrtum ārmōrŭm tūtāntĭbŭs ūmbrīs. *S.*

fūrvŭs. SY. fūscŭs, ōbscūrŭs, nĭgĕr, ātĕr. PH. Fūrvaē rēgnă Prōsērpĭnaē. *H. v. niger.*

fūscātŏr. — *coēlī fūscātŏr ĕōī.* L.

fūscĭnă. *Fūscĭnă dēntĕ mĭnāx* etc. M. SY. trĭdēns, Nēptūnĭ scēptrŭm. EP. saēvă, mĭnāx, ădūncă, Nēptūnĭă. *v. tridens.*

Fūscīnŭs, ī. *Plūrĭmă sūnt, Fūscīnĕ* etc. *I.*

fūsco. SY. īnfūscārĕ, ōbscūrārĕ, fūscō cŏlōrĕ tīngĕrĕ, īnfĭcĕrĕ. PH. Nē fūscĕt ĭnērtĭă dēntēs. *O.* Vīx ūllā fūscāntĕ tămĕn lānūgĭnĕ mālās. *L.* Fūscābātquĕ dĭēm. *O.*

fūscŭs. *Ālbă dĕcēnt fūscās* etc. O. PH. Nōx rŭĭt ĕt tērrām fūscīs āmplēctĭtŭr ālīs. *V.* Fūscă rĕpūrgātō fŭgĭēbānt nūbĭlă coēlō. *O.* Fūscă vŏcētŭr Nĭgrĭŏr. *O.* Sīnt īllī cŏmĭtēs fūscī, quōs Indĭă tōrrĕt. *T. v. niger.*

fūsĭlĭs. *Fūsĭlĕ pĕr rīctūs aūrŭm flŭĭtārĕ vĭdērēs.* O. SY. dūctĭlĭs, fūsŭs. PH. Fūsĭlĭs eūrīpūs prōptĕr cădĭt. *Sid.* Lĭquōrĕ crīspō māssă fīnxĭt fūsĭlĭs. *Pr.*

fūstĭs. SY. băcŭlŭs, băcŭlŭm, stīpĕs, sŭdēs, cōntŭs. PH. Lāscīvī pŭĕrī, quōs tū nĭsī fūstĕ cŏērcēs. *H.* Fūste ăpĕrīrĕ căpŭt. *I.* Nōn ŏpŭs ēst vērbīs, sĕd fūstĭbŭs. *Cic.* Naūtaēquĕ căpūt lūmbōsquĕ sălĭgnō Fūstĕ dŏlăt. *H.* Prōpūlsī vērō fūstĭbŭs vādūnt fŏrās. *Ph. v. baculus.*

fūsŭs. — *grăvĭdōs pēnsō dēvōlvĕrĕ fūsōs.* V. EP. grăvĭdŭs, vērsātŭs, praēgnāns, lĕvĭs, tōrtŭs, tĕrēs, pŭēllārĭs, vērsātĭlĭs, vŏlūbĭlĭs, sōllērs, sūccīnctŭs, lānĭfĭcŭs, lībrātŭs. PH. Tĕrēs, vērsātĭlĕ līgnŭm. Laēvī tĕrĕtĕm vērsābăt pōllĭcĕ fūsŭm. *O.* Dūm fūsīs mōllĭă pēnsă Dēvōlvūnt. *V.* Lībrātŭm tĕrĕtī vērsābăt tūrbĭnĕ fūsŭm. *O. v. neo.*

fūtĭlĭs. — *Cōnsĭlĭīs hăbĭtūs nōn fūtĭlĭs aūctŏr.* SY. gārrŭlŭs, lŏquāx; lĕvĭs, vānŭs, ĭnānĭs, īrrĭtŭs, frīvŏlŭs. PH. Mūcrō, glăcĭēs ceū fūtĭlĭs, ĭctū Dīssĭlŭĭt. *V.* Nūnc cōndĕ fērrum ĕt līngnām părĭtĕr fūtĭlĕm. *Ph.* Prōvēnīstī fūtĭlĕ. *Pl.*

fŭtūrŭm, ī, *et* fŭtūră, ōrŭm. — *Nōn īncaūtă fŭtūrī.* H. SY. fŭtūră aētās, fŭtūrŭm aēvŭm, tēmpŭs. Vēntūrī tēmpŏrĭs aētās. Pōstĕră, sēră saēcŭlă, saēclă. Vēntūră fātă, fŭtūrī cāsūs. PH. Quaē sīnt, quaē fŭĕrīnt, quaē mōx vēntūră trăhāntŭr. *V.* Dīcĕrĕ nōn nōrūnt, quĭd fĕrăt hōră sĕquēns. *T.* Quaē sīnt, quaē fŭĕrīnt vĕnĭāntquĕ. *B.* Sīn dūrām mĕtŭēs hĭĕmĕm, pārcēsquĕ fŭtūrō. *V.* Aēvī ēvēntūră fŭtūrī. *T.* Quĭd crāstĭnă vŏlvĕrĕt aētās, Scīrĕ nĕfās hŏmĭnī. *St.* Nōstrōs fōrtūnă lăbōrēs Vērsăt ădhūc, cāsūsquĕ jŭbĕt nēscīrĕ fŭtūrōs. *S.* Caūtā spēcŭlārī mēntĕ fŭtūră. Nēscĭă mēns hŏmĭnŭm fātī sōrtĭsquĕ fŭtūraē. *V.* Caēcōs ēvēntūs vŏlūtāre ănĭmō. Quĭd sĭt fŭtūrŭm crās, fŭgĕ quaērĕrĕ. *H.* Descr. *H.* O. 1, 9. 3, 29. *v. exitus, posteritas, successus.*

G.

Găbĭī. *Hī tĭbĭ Nōmēntum, ĕt Găbĭōs, ūrbēmquĕ Fĭdēnăm.* V. — *Adj.* ēx ūrbĕ Găbīnā. *O.* Tūrbă mĭnōr rĭtū sĕquĭtŭr sūccīnctă Găbīnō. *L.*

Gabrĭēl. *Găbrĭēl pătrĭs ēx sŏlĭō, sēdēmquĕ rĕpēntĕ.* Pr. *Emīttĕ Găbrĭēl tŭŭm.* Pr. *Hānc Găbrĭēl vŏcĭtăt bĕnĕ dĭctām laūdĕ pŭēllăm.* Fort. EP. caēlēstĭs, vĕnūstŭs, fēlīx. PH. Āngĕlŭs hūmānaē sĕquēstĕr sălūtĭs. Sălūtĭs hūmānaē nūntĭŭs. Nūntĭŭs vīrgĭnĕī pārtūs. Părănўmphŭs ālĭgĕr. Fīdŭs sŭprēmī cōnsĭlĭī mĭnīstĕr. Quī cāstaē māndātă tŭlĭt dīvīnă pŭēllaē. *v. angelus.*

Gādēs. *Ōmnĭbŭs īn tērrīs, quaē sūnt ă Gādĭbŭs ūsquĕ.* J. EP. Tўrĭaē, Hērcŭlĕaē, ŏccĭdŭaē, Hēspĕrĭaē, rĕmōtaē, ēxtrēmaē, Ērўthraēaē. PH. Gādītānaē īnsŭlaē, ōraē. Tērrārŭm fīnĭs. Cāntĭcă quī Nīlī, quī Gādĭtānă sŭsūrrăt. *M.* Gādītānŭm, Hērcŭlĕŭm frĕtŭm. Ūnde Eūrōpă fŭgĭt Lĭbўēn, ĕt lītŏră flēxă Ōcĕănō fēcērĕ lŏcŭm. *L.* Sēptĭmī, Gādēs ădĭtūrĕ mēcŭm. *H.* Sōlīsvĕ cŭbīlĭă Gādēs. *St.* Tārtēssī lītŏrĕ Gādēs. *Co. v. Tartessus.*

gaēsă, ōrŭm. PH. Alpīnă cŏrūscānt Gaēsă mănū. *V.* Cўdōnēās āntĕībūnt gaēsă săgīttās. *St.*

Gaētūlĭă. *Quĭdquĭd mōnstrĭfĕrīs gīgnĭt Gaētūlĭă cāmpīs.* Cl. PH. Hīnc Gaētūlaē ūrbēs, gĕnŭs īnsŭpĕrābĭlĕ bēllō. *V.* Sēmpĕrquĕ părātŭs Incūltō Gaētūlŭs ĕquō. *L.* Quŭm Gaētūlă dŭcēm pōrtārĕt bēllŭă lūscŭm. *I.* Vēstēs Gaētūlō mūrĭcĕ tīnctaē. *H.* — Dīscĕ, mīlēs, mīlĭtārĕ; Gălba ēst, nōn Gaētūlĭcŭs. *vers. mil.* ap. *Suet.*

Gălānthĭs. *Nūmĭnĕ dēceptō rīsīssĕ Gălānthĭdă fāma ēst.* O. M. 9, 316.

Gălătae. — *vīvānt Gălătaeque Syrĭque.* L.

Gălătēă. *Hūc ădĕs, ō Gălătēă, quĭs ēst nām lūdŭs ĭn ūndā?* V. SY. Nēreĭs, Nērīnē. EP. vĭrĭdĭs, cāndĭdă, fōrmōsă, prŏcāx. PH. Mālō mē Gălătēă pĕtĭt, lāscīvă pŭellă. *V.* Cuī pătĕr ēst Nēreūs, quām caerŭlă Dōrĭs Enīxa ēst. *O.* cf. *V.* E. 9, 39. *O.* M. 13, 789 sqq.

Gālbă, aē. cf. *Au.* mort. Caes. 7.

gālbănŭm. — *pĕrĕgrīnăque gālbănă sūdānt.* L.

gālbĭnŭm, ī. — *ēt gālbĭnă rāsă.* I. — PH. Jăcĕt ŏccŭpātō gālbĭnātŭs īn lēctō. *M.* Fūscōs cŏlōrēs, gālbĭnōs hăbēt mōrēs. *M.*

gălĕă. *Ēt cōnum īnsīgnĭs gălĕae, crīstāsque cŏmāntēs.* V. SY. căssĭs, căssĭdă, cūdo. *Partes:* ăpĕx, cōnŭs, crīstă, jŭbae, pēnnae. EP. cŏmāns, crīnītă, tērrĭbĭlĭs, dĕcŏră, nĭtēns, aērĕă, fŭlgēns, rădĭāns, cŏrūscă, hōrrĭdă, fērrĕă, mĭnāx, ăhēnă, rĭgēns, aērātă, mĭnĭtāns, crīstātă, ārdēns, lūcēns, pēnnĭcŏmă, Mārtĭă, hōrrēns, hōrrĭfĭcă, Māvōrtĭă, mĭcāns, căvă, ĭnānĭs, sŏnāns, laēvĭs, trŭx, tĕrēs, vĭctrīx, rĕnīdēns, cōnĭfĕră, īnsīgnĭs, lētālĭs, dūră, aūrĭcŏmă, crīstātă pēnnĭs. PH. Fērrātŭs ăpĕx, aēs căvŭm. Căpĭtĭs ārmă, tūtă tēgmĭnă, mūnīmēntă, tūtāmĕn aērĕ rĭgēns. Hīrsūtă jŭgĭs, crīstĭs dĕcŏră. Crīstĭs sŭbnīxă cŏrūscĭs. Tērrĭbĭlēm crīstĭs gălĕām flāmmāsque vŏmēntēm. *V.* Ardĕt ăpĕx căpĭtī, crīstīsque ā vērtĭcĕ flāmmă Fūndĭtŭr. *V.* Aērĕ căpūt fŭlgēns crīstāque hīrsūtŭs ĕquīnā. *V.* Pūrpŭrĕī crīstĭs jŭvĕnēs aūrōque cŏrūscī. *V.* Gălĕā căpŭt īllĕ prĕmētŭr. *O.* Căvō prŏtĕgĭt aērĕ căpŭt. *O.* Tēr nĭvĕā scāndēntĕ jŭbā. *St.* Gălĕaeque mĭnācĭs Flāvă crŭēntārŭm praētēndĭtŭr ūmbră jŭbārŭm. *Cl.* Dīscūssaeque jŭbaē căpĭtī. *V.* Nĭtōr gălĕaē clārō rădĭāntĭs ăb aūrō. *O.* Gălĕa hōrrĭdă flīctū Advērsae ārdēscĭt gălĕaē. *V.* Gălĕāmque mĭnāntēm Quāssăt. *Va.* Vīnclă trăhĭt gălĕaē. *O.* Indŭĕrĕ gălĕām. Tēgmĭnă mŏx căpĭtŭm pĭctō nūtāntĭă cōnō. *O.* Ēt gălĕām prēssā sūstĭnŭīssĕ cŏmā. *O.* Cānĭtĭēm gălĕaē sŭbjĭcĭōque mĕaē. Scūtă căvaēque Dānt sŏnĭtūm flīctū gălĕaē. *V.* Strĕpĭt āssĭdŭō căvă tēmpŏră cīrcŭm Tīnnītū gălĕă. *V.* Ŭt tēgmĭnă prīmŭm Fŭlgēntĭs gălĕaē cōnspēxĭt. *V.* Tūm gălĕām Mēssāpi hăbĭlēm crīstīsque dĕcōrŭm Indŭĭt. *V.* Cuī trĭplĭcī crīnītă jŭbā gălĕa āltă Chĭmaērăm Sūstĭnĕt, Aētnaēōs ēfflāntēm faūcĭbŭs īgnēs. *V.* Gălĕāmque cŏrūscīs Sŭbnīxām crīstĭs, vĭbrānt cuī vērtĭcĕ cōnī Albēntēs. nĭvĕaē trĕmŭlō nūtāmĭnĕ pēnnaē. *S.* Sērpēntūm gēstānt pătŭlōs prō căssĭdĕ rĭctūs. *Cl.* — Gălĕīs ābscōndūnt ōră, mălūsque, Nē sĭt spēs hōstī, vēlātŭr căssĭdĕ păllŏr. *S.* Gălĕīs jŭvăt ōscŭlă claūsĭs Insĕrĕrĕ. *St.* Nēc gălĕā făcĭem ābscōndĭt. *I. v. cassis.*

Gālēnŭs. *Ŭlcĕrĭbŭs, Gālēnĕ, vălēs tāntūmmŏdŏ nōstrĭs.* Owen. PH. Dāt Gālēnŭs ŏpēs, dāt Jūstĭnĭānŭs hŏnōrēs.

gălĕo, ās. PH. Mĭsĕrās aūdĕt gălĕārĕ pŭēllās. *Helv. Cinn.* Quēm praēstārĕ pŏtēst mŭlĭĕr gălĕātă pŭdōrĕm? *I. v. galea.*

gălērŭs *et* gălērŭm. *Bīnă mănū, fūlvōsque lŭpī dē pēllĕ gălērōs.* V. PH. Arcădĭī mōrēm tĕnĕt īllĕ gălērī. St. Tōrrĭdă cūr sōlō dēfēndĭmŭs ōră gălērō? *Clp.* Hūc pŏtĕrīs mădĭdās cōndĕrĕ pēllĕ cŏmās. *M. v. pileus.* — *I. q. capilli falsi.* Et nĭgrūm flāvō crīnem ābscōndēntĕ gălērō. *I.* Frōntem īntōnsam ūmbrāntĕ căpīllō Sēptŭs, ĕt hōrrēntēs ēffīngēns crīnĕ gălērōs. *S.* Nām mōx dējēctō nĭtŭĭt frōns nūdă gălērō, Dīscŏlŏr āppŏsĭtā quaē fŭĭt āntĕ cŏmā. *Av.* Fālsōs īn tēmpŏră cānōs Addĭt. *O.* Extērnōs mănĭbŭs cōmpōnĕrĕ crīnēs. *P.* Căpŭt āppŏsĭtīs mūtārĕ căpīllĭs. *Mn.* Dēntĭbŭs ātque cŏmĭs, nēc tē pŭdĕt, ūtĕrĭs ēmptĭs. *M. v. capilli.*

Gălēsŭs. *Quā nĭgĕr hŭmēctăt flāvēntĭă cūltă Gălēsŭs.* V. EP. Thĕrapnaēŭs, Lăcĕdaēmŏnĭŭs, ūmbrōsŭs, pĭgĕr, lēntŭs, Oebălĭŭs, lĭquĭdŭs, ālbŭs, nĭgĕr, Spārtānŭs. PH. Quaēque nĭtĕt pĭgrō tēllūs mădĕfāctă Gălēsō. Blāndă Thĕrāpnaēī plăcĕānt vīnētă Gălēsī. Ūmbrōsī sŭbtĕr pīnētă Gălēsī. Dūlcĕ pēllĭtĭs ŏvĭbŭs Gălēsī Flūmĕn. *H.*

Gălĭlaeă. *Fōrtĕ Gălĭlaeīs deērānt jām vīnă mĭnīstrĭs.* Pr. *Exīn pēr tērrās Gălĭlaeaē sānctă sĕrēbăt.* Juv. EP. fēlīx, īllūstrĭs, nōbĭlĭs. PH. Gălĭlaeaē tēllūs, ōră, rĕgĭo; Gălĭlaeī fīnēs, agrī; Gălĭlaeīs ōră, tērră.

Gāllī *et* Gāllae. — *sacerdotes.* SY. Cŏrўbāntēs, Eūnūchī, Bĕrĕcўnthĭī. EP. Phrўgēs, sānguĭnĕī, rĕsŭpīnātī, săcrĭfĭcī, sēctī, sēmĭvĭrī, Cĕlaenĕī. *M.* PH. Cūr ĭgĭtŭr Gāllōs, quī se ēxcīdĕrĕ, vŏcāmŭs? *O.* Răpĭdaē dŭcēm sĕquūntŭr Gāllae pĕdĕ prŏpĕrō. *C.* Sānguĭnĕīs ŭlŭlāntĭă Dīndўmă Gāllĭs. *Cl.*

Gāllī, ōrūm; *populus. Met.* Sēquănaē, Ărărĭs, Gărūmnaē, Rhŏdănī pōtātōrēs, pōtōrēs. SY. Frāncī, Frāncĭgĕnaē, Cēltae. EP. gĕnĕrōsī, bēllĭcōsī, fōrtēs, māgnănĭmī, īndŏmĭtī, fŭrĭōsī, bēllĭgĕrī, aūdācēs, īntrĕpĭdī, fĕrōcēs, ēffĕrī, ārdēntēs, cūltī, hūmānī, mānsuētī, bĕnīgnī, dōctī, făcūndī, īngĕnĭōsī, ācrēs, cŏmēs, sōllērtēs, săgācēs, fōrmōsī, trŭcēs, Rōmānīs īnfēstī, ārmōrum ăvĭdī, rĕbēllēs, tŭmĭdī, lĕvēs, ălăcrēs, saēvī, ătrōcēs. PH. Fĕrōcēs Gāllōrŭm pŏpŭlī, Gāllōrum īnvīctă gēns. Stērnĕt Poēnōs Gāllūmque rĕbēllĕm. *V.* Cīnctă prĕmēbāntŭr trŭcĭbŭs Căpĭtōlĭă Gāllĭs. *O.* In gўrūm flēxĭs gēns ŏptĭmă frēnĭs. *S.* Descr. *V.* A. 8, 656 sqq. *Cl.* — *Adj.* Gāllĭcŭs. Quūm tāntō Phrўgĭā Gāllĭcă dīstĕt hŭmūs. *O.* Gāllĭcă rūră vĭdĕt, dēvēxāsque ēxcĭpĭt Alpēs. *L.* — Gāllĭcānŭs. Rīdēntēm cătŭlī ōrĕ Gāllĭcānō. *C.* Pūgnām tērtĭŭs īllĕ Gāllĭcānăm. *Sid. v. Celtae.*

Gāllĭă, aē. SY. Frāncĭă. EP. ănĭmōsă, fĕrōx, dīvĕs, ārmĭpŏtēns, Cŏmātă, Tŏgātă, fērtĭlĭs, pīnguĭs, foecūndă, fĕrāx, ŏpīmă, clāră, nōbĭlĭs, īnsīgnĭs, īnclўtă, sŭpērbă, pŏtēns, īntrĕpĭdă, īmpăvĭdă, Mārtĭă, bēllĭcă,

Māvŏrtĭă, indŏmĭtă, audāx, măgnĭfĭcă, gĕnĕrōsă, fŭrĭōsă, saevă, fŏrtĭs, fācūndă, flāvă, ingĕnĭōsă. PH. Gāllĭcă, Francĭcă tēllūs, rĕgĭo. Lĭlĭgĕrūm rēgnūm. Foecūndă vĭrōrūm Gāllĭă. Frūgūm vīnīquĕ fĕrāx. Linguae cūltūm Gāllĭă fōrtĭs hăbĕt. Flāvă rĕpēxō Gāllĭă crīnĕ fĕrōx, ēvinctăquĕ tōrquĕ dĕcōrō, Bīnăquĕ gaesă tĕnēns. *Cl.* Dīvĕs ŏpūm, stŭdĭīsque āspĕrrĭmă bēllī. Illūstrī inclўtă fāmā. Tē nōn păvēntĭs fūnĕră Gāllĭae. *H.*

gāllīnă. ***Pāscĭtŭr ēt dūlcī făcĭlis gāllīnă fărīnā.*** M. EP. crīstātă, strēnŭă, sēdŭlă, sōllĕrs, sōllĭcĭtă, vĭgĭl, tĕnĕră, Afrĭcānă, Nŭmĭdĭcă, glōcĭēns, glōcĭtāns, Āfră, grācĭllāns. PH. Pūllōrūm fīdīssĭmă cūstōs. Quae foetūs stŭdĭōsă fŏvĕt. Crīstātī fēmĭnă gāllī. Cōnjūx crīstātī foetă mărītī. Tĕgēns ālārūm tēgmĭnĕ pūllōs. Gāllīnă nūtrĭt ămōrĕ sŭōs foetūs lāscīvă tĕnēllōs. Quae sī lābēntēm vĭdĕăt pērnīcĭbŭs ālĭs Accĭpĭtrem, ā tēctō sūblātā vōcĕ grăcĭllāns Arrēctĭs sūrsūm pēnnīs, cērvīcĕ rĕcūrvā Expāndīt tŭmĭdās pūllĭs glōcĭtāntĭbŭs ālās. Sēdŭlo ōbsērvāns pūllōs, quō tēmpŏrĕ mīlvŭs Instrŭĭt insĭdĭās. Ceū crīstātă sŭōs, dīspērsa exāmĭnă, foetūs Sīngūltū vŏlŭcrĭs vŏcăt ēt plaudēntĭbŭs ālĭs. *Vid.* Descr. ap. *Vanier.* 1. 12. *Polign.* Anti-Lucret. I. 6. p. 77.

gāllīnācĕŭs. ***In stērcŭlīnō pūllŭs gāllīnācĕŭs.*** (iamb.) *Ph.* PH. Cōnclūsi ĭtĭdem ŭtĭ pūllī gāllīnācĕī. *Pl.*

gāllŭs. SY. gāllīnācĕŭs. EP. crīstātŭs, Tītānĭŭs, vĭgĭl, sŭpērbŭs, mātūtīnŭs, insōmnĭs, pērvĭgĭl, cănōrŭs, Mārtĭŭs, bēllĭgĕr, sălāx. PH. Ālĕs ēxcūbĭtŏr, ēxcūbĭās ăgēns. Aūrōrae praeco, vĭgĭl. Crīstātŭs caedĭtŭr ālĕs, Quōd tĕpĭdūm vĭgĭlī prōvŏcăt ōrĕ dĭēm. *O.* Gāllūm, nōctem ēxplōdēntĭbŭs ālĭs, Aūrōrām clāră cōnsuētūm vōcĕ vŏcārĕ. *Lr.* Crīstātaĕquĕ sŏnānt ūndĭquĕ lūcĭs ăvēs. *M.* Sūb gāllī cāntūm. *H.* Quōd tămĕn ăd cāntūm gāllī făcĭt īllĕ sĕcūndī. *I.* Sōmnūmque ēxcūssĭt nūntĭă lūcĭs ăvĭs. Jām cĕcĭnĭt mĕdĭām vŏlŭcrĭs Tītānĭă nōctĕm. Sōlem ōrĕ cănōrō prōvŏcāns. Mŏrāntem aūrōram īncrĕpāns. Nōndūm crīstātī rūpērĕ sĭlēntĭă gāllī. Ēxcūbĭtōrquĕ dĭēm cāntū praedīxĕrăt ālĕs. *V.* Sōmnōs ābrūmpēns, impĕdĭēns. Crīstā spēctābĭlĭs āltā. Jām dĕdĕrăt cāntūm lūcĭs praenūntĭŭs ālĕs. *O.* Instāntĭs quōd sīgnă cănēns dăt gāllŭs Eōī, Et rĕvŏcăt fămŭlās ăd nŏvă pēnsă mănūs. Nōn vĭgĭl ālĕs ĭbī crīstātī cāntĭbŭs ōrĭs Ēvŏcăt Aūrōrām, nĕc vōcĕ sĭlēntĭă rūmpĭt. *O.* Per jocum *rex stērquĭlīnĭī*, ex proverbio: *Gallus in sterquilinio suo plurimum potest* ap. *Sen.* Mort. Claud. — Descr. *Vanier.* 1. 12. — Gallus Indicus descr. ab *eod.* l. l.

Gāllūs, ī, *poeta.* PH. Sōllĭcĭtōs Gāllī dīcāmŭs ămōrēs. *V.* cf. *P.* 2, 25, 91. *M.* 8, 73, 6.

gānĕă, ae *et* gānĕūm, ī. ***Immērsĭt ălĭquō sēsē, crēdo in gānĕūm.*** (iamb.) Pl.

gānĕō. ***Sēd laūdēm sĭlĭquās ŏccūltŭs gānĕō, pūltēs.*** J. SY. lūrcō, pŏpīnō, ăsōtŭs, hēlŭō, scōrtātŏr. EP. gŭlōsŭs, tūrpĭs.

Gāngēs, ĭs *vel* ētĭs. ***Gāngētĭsquĕ rĕplēt pŏpŭlōs ătque Indĭcă rēgnă.*** V. ***Nēc pūlchĕr Gāngēs ătque aūrō tūrbĭdŭs Hērmus.*** V. ***Sīc jăcĕt ăd Gāngēn, Indĭs ŭlŭlāntĭbŭs, Evān.*** St. Male: ***Et quōs Gāngĭs ălĭt*** etc. Pr. EP. cōrnĭgĕr, Indĭcŭs, răpĭdŭs, ūndāns, dīvĕs, aūrĭfĕr, ărēnōsŭs, tōrrēns, māgnŭs, gēmmĭfĕr, flāvŭs, Indŭs, Eōŭs, pūlchĕr, spătĭāns, tĕpĭdŭs, immēnsŭs, caerŭlĕŭs. PH. Gāngētĭdĕs ūndae. Gāngētĭs flūmĭnă. Lītŏră Gāngĭs. Quēm bĭbĭt Indĭă, Gāngēs. Quā cŏlĭtŭr Gāngēs, tōtō quī sōlŭs ĭn ōrbĕ Ōstĭă nāscēntī cōntrārĭă sōlvĕrĕ Phoebō Aūdĕt, ĕt ădvērsūm flūctūs impēllĭt ĭn Eūrūm. Dĕcŏlŏr ēxtrēmō quā tīngĭtŭr Indĭă Gāngĕ. *O.* Dūm tĕpĭdūs Gāngēs, frīgĭdŭs Istĕr ĕrĭt. *O.* — *Adj.* Dŏmĭtā Gāngētĭdĕ tērrā. *O.* Et quās sēntĭt Arābs, ēt quās Gāngētĭcă tēllūs Exhālăt nĕbŭlās. *L.*

gānnĭō. ***Stăt cōntrā Rătĭo ĕt sēcrētām gānnĭt ĭn aūrēm.*** Pe. PH. Quōd nūnc gānnĭt ĕt ōblŏquĭtŭr. *O.* Quĭd īllĕ gānnĭt? *Te.*

gānnītŭs. ***Lōnge ălĭō pāctō gānnītū vōcĭs ădūlānt.*** Lr. PH. Allātrēs lĭcĕt ūsquĕ nŏs ĕt ūsquĕ, Et gānnītĭbŭs imprŏbĭs lăcēssās. *M.*

Gănўmēdēs. — ***răptī Gănўmēdĭs hŏnōrēs.*** V. SY. Ilĭădēs. EP. Trōjānŭs, Phrўgĭŭs, Dārdănĭŭs, pūlchĕr, ūrnĭgĕr, vĕnūstŭs, fōrmōsŭs, cāndĭdŭs, lāctĕŭs, rŏsĕŭs, nĭvĕŭs, dĕcōrŭs, blāndŭs, flāvŭs, rēgĭŭs, nōbĭlĭs, pōcīllātŏr, Idaeŭs, Ilĭăcŭs, grăcĭlĭs. PH. Trōs Phrўgĭŭs. Phrўx pŭĕr, jŭvĕnĭs. Pīncērnă Jŏvĭs, pŭĕr rēgĭŭs Idae. Mīscērĕ dĕcĕt hōc ā Gănўmēdĕ mĕrūm. *M.* Dīscūmbĕre ĭn āstrĭs Cūm Jŏvĕ, ĕt Ilĭăcā pōrrēctūm sūmĕrĕ dēxtrā Immōrtālĕ mĕrūm. *St.* Pŭĕr, sŭpĕrĭs quī praebārĕ vĕrēndūm Nēctăr. *St.* Nēc pŭĕr Ilĭăcūs, fōrmōsă nĕc Hērcŭlĭs ūxŏr Ad cўăthōs. *I.* Stăt Jŏvĭs ăd cўăthūm, gĕnĕrăt quēm Dārdănĭūs Trōs. *Au.* Aūt Jŏvĭs Elўsĭī tū cătămītŭs ĕrĭs. *Au.* Aūt trădăt cătămītŭs ipsĕ nēctăr. *Anth.* Quī pōcŭlă tēmpĕrăt Tŏnāntī. Dārdănĭŭs Phrўgĭă răptŭs ăb ārcĕ pŭĕr. Cūjūs ămōre ārsĭt rēx sŭpĕrūm. Jŏvī quī nēctăr mĭnīstrăt. Dīlēctŭsquĕ Jŏvī pŭĕr. *V.* Pŭĕr, quēm praepĕs ăb Idā Sūblīmēm pĕdĭbŭs răpŭĭt Jŏvĭs ārmĭgĕr ūncĭs. *V.* Pōcŭlă Dārdănĭō nōndūm mīscēntĕ mĭnīstrō. *M.* Descr. *O.* M. 10, 159 sqq. *M.* 6, 56. *H.* O. 4, 4. — *Adj.* Et ***Gănўmēdēă*** pōcŭlă mīxtă mănū. *M.* Et Gănўmēdēō lūcĕăt ūndă chŏrō. *M.*

Gărămās, āntĭs. — ***sŭpĕr ēt Gărămāntăs ĕt Indōs.*** V. EP. nūdŭs, ūstŭs, pĕrūstŭs, ēxtrēmŭs, incūltŭs, saevŭs, vēlōx, ĭnŏps, nĭgĕr, văgŭs, ărēnĭvăgŭs, infēlīx, ātĕr, fĕrōx, trūx, ădūstŭs, săgīttĭfĕrŭs, tēlĭgĕrŭs, phărĕtrātŭs. PH. Gēns Gărămāntĭcă. Quāsquĕ cŏlūnt nīgrī stĕrĭlēs Gărămāntĕs ărēnās. In ēxtrēmās gēns dīssĭtă tērrās. Jăcĕt ēxtrā sīdĕră tēllūs. Quā nūdī Gărămāntĕs ărānt. *L.* Quīdquīd spārsūs Gărămās tĕnĕt. *Se.* Mīxtī Gărămāntĕ pĕrūstō Mārmărĭdae vŏlŭcrēs. *L.* *v.* *Afer.* — Adj. Gărămāntĭdăs āttĭgĭt ūn-

dās. *L.* Răptā *Gărămāntĭdĕ* nymphā. *V.* Tū quŏquĕ fātĭdĭcīs *Gărămāntĭcŭs* āccŏlă lūcīs. *S.*

Gārgānŭs. *Victŏr Gārgānī cōndēbăt Iāpўgĭs ăgrīs.* V. SY. mōns Āppŭlŭs, Iāpyx. EP. ārdŭŭs, trŭx, sŭblīmĭs, săcĕr. PH. Gārgānī cūlmĭnă, jŭgă, Āppŭlă jŭgă. Āppŭlŭs Adrĭăcās ēxīt Gārgānŭs ĭn ŭndās. *L.* Āquĭlōnĭbŭs Quērcētă Gārgānī lăbōrānt. *H.* — *Adj.* Quŭm spārgĕrĕ prīmīs Incĭpĭēt rădĭīs Gārgānă căcūmĭnă Phoēbŭs. *S.*

Gārgăphĭē. *Nōmĭnĕ Gārgăphĭē* etc. O. cf. *St.* Th. 7, 274.

Gārgărŭs *et* Gārgără, ōrŭm. *Gārgără quŏt sĕgĕtēs* etc. O. *Gārgărōn aūt Idē* etc. Germ. EP. ārdŭŭs, Pāngaeŭs, flāvēscēns, cūltŭs, foecūndŭs, Prĭămēĭŭs. PH. Fērtĭlĭbŭs Prĭămēĭă Gārgără cāmpīs. Ārdŭă lŭxŭrĭānt flāvīs ŭbĭ Gārgără cūlmīs. Jām flāvēscēntĭă cēntŭm Mēssĭbŭs aēstīvaē dētōndēnt Gārgără fālcēs. Īpsă sŭās mīrāntŭr Gārgără mēssēs. *V.* Grātă Cĕrĕrī Gārgără. *Se.* — *Adj.* Dīndўmă Gārgărĭcō rēspōndēnt cāntĭcă lūcō. *Au.*

Gārgēttŭs. PH. Māllēt dēsērtō sĕnĭŏr Gārgēttĭŭs hōrtō. *St. v. Epicurus.*

Gārgĭlĭānŭs; Gārgĭlĭŭs. *Dīc mĭhĭ, quĭd Rōmaē, Gārgĭlĭānĕ, făcĭs?* M. *Gārgĭlĭŭs quĭ māne plăgās, vēnābŭlă, sērvōs.* M.

gārrĭo. PH. Gārrītum ēdĕrĕ; nūgārī, blătĕrārĕ. Nūgās lŏquī, sĕrĕrĕ. Dărĕ ĭnānĭă vērbă. Īnēptă lŏquī. Mēlĭŭsquĕ rānaē gārrĭānt Răvēnnātēs. *M.* Gārrīs ĭn aūrēm sēmpĕr ōmnĭbŭs. *M.* Quŭm quĭdlĭbēt īllĕ Gārrīrĕt. *H.* Gārrĭt ănīlēs Ēx rē făbēllās. *H.* Aūrēm dŭm tĭbĭ praēstō gārrĭēntī. *M. v. garrulus.*

gārrŭlĭtās. *Aūctōrĭs pĕrĕūnt gārrŭlĭtātĕ sŭī.* M. SY. vērbōsĭtās, lŏquācĭtās. EP. ŏdĭōsă, īnsānă, ācrĭs, īntĕmpēstīvă, īmprŏbă, īmpōrtūnă, mēndāx, mŏlēstă, fēmĭnĕă, prŏcāx, raūcă, lōngă, nĭmĭă, lītĭgĭōsă. PH. Lŏquācĭs mūrmŭră līnguaē. Nūnc quŏque ĭn ālĭtĭbŭs făcūndĭă prīscă rĕmānsĭt, Raūcăquĕ gārrŭlĭtās, stŭdĭŭmque īmmānĕ lŏquēndī. *O.* M. 5, 678. Īmprŏbă gārrŭlĭtās vērbīsquĕ prŏcācĭbŭs ārdēns. Gārrŭlĭtās ŏdĭōsă mĭhī līnguaēquĕ vĕnēnŭm. Haēc tŭă gārrŭlĭtās īntĕmpēstīvă făcēssăt. Gārrŭlĭtāte ācrī nūnc hōs nūnc mōrdĭcŭs īllōs Vēxăt. Sēd măgĭs īnsānā gārrŭlĭtātĕ prĕmĕr.

gārrŭlŭs. Compar. c. *tintinnabulis, pelvibus, pulsatis in defectu lunae* J. 6, 440. SY. lŏquāx, nūgāx, dĭcāx, vānĭlŏquŭs. PH. Gārrŭlĭtātĭs ămāns. Vānīs sērmōnĭbŭs aūrēs īmplēns; fāllēns. Īnānēs ĭtĕrāns vōcēs. Gārrŭlŭs īn prīmō līmĭnĕ rīvŭs ĕrăt. *O.* Gārrŭlă quăm tīgnīs nīdīs sŭspēndăt hĭrūndō. *V.* Haēc quătĭăt tĕnĕrā gārrŭlă sīstră mānŭ. *M.* Pērcūnctātōrēm fŭgĭtō; nām gārrŭlŭs īdem ēst. *H. v. garrulitas, loquax.*

gărŭm. *Āccĭpĕ fēcōsŭm, mūnĕră cāră, gărŭm.* M. SY. mŭrĭă.

Gărūmnă. *Quōsquĕ rĭgāt rĕtrō pērnĭcĭōr ūndă Gărūmnaē.* Cl. EP. aēquŏrĕŭs, vălĭdŭs, vēlĭvŏlŭs, răpĭdŭs, cĕlĕr, māgnŭs, ămoēnŭs, grātŭs, praēcēps, sĭnŭōsŭs. PH. Tēstĭs ĕrăt Rhŏdănŭsquĕ cĕlēr, māgnŭsquĕ Gărūmnă. *T.* Sīc mĕă flāvēntēm pīngūnt vīnētă Gărūmnăm. *Au.*

gaŭdĕo. *Vīdĕrăt, ēt frūstrā fŭĕrăt găvīsŭs Achīllēs.* O. SY. laētārī, ŏvārĕ, ēxsŭltārĕ, gēstīrĕ. PH. Gaŭdĭă cōncĭpĕrĕ, căpĕrĕ, ăgĭtārĕ. Laētĭtĭā pērfūndī, ēxsĭlīrĕ, trĭŭmphārĕ, frĕmĕrĕ, gēstīrĕ. Ănĭmīs ēxsŭltārĕ. Laētŭs, hĭlărĭs, gaŭdēns gēstĭo. Laētōs vūltŭs sūmĕrĕ, īndŭĕrĕ. Gaŭdĭă blāndō vūltū, laētīs vōcĭbŭs, gĕmĭnātīs plaūsĭbŭs ēdĕrĕ, tēstārī, prōdĕrĕ, dēclārārĕ. Fēstŭm cĕlĕbrārĕ dĭem. Ēxsŭltātque, ēt vīx ănĭmō sŭă gaŭdĭă dĭffĕrt. *O.* Sēnsītque ălăcrēs ĭn pēctŏrĕ mōtŭs. Ēxcĭpĭūnt plaūsū sŏcĭōs gaŭdēntquĕ tŭēntēs. *V.* Vīncēmŭs ăĭt, gaŭdētĕ, Pĕlāsgī. *O.* Mīxtōque īngēns ēxōrtă tŭmūltŭ Laētĭtĭă. *V.* Īpsī laētĭtĭā vōcēs ăd sīdĕră jāctānt. *V.* Plēnăquĕ laētĭtĭā cūnctă trĭŭmphŭs hăbĕt. *O.* Gaŭdĕt hĭāns īmmānĕ. *V.* Hūnc scĭō mĕă sŏlĭdē sōlŭm găvīsūrŭm gaŭdĭă. *Te.* Vūltŭm pūlsō moērōrĕ sĕrēnăt. Laētĭtĭaē dărĕ sīgna, ēt tōllĕrĕ plaūsŭs. Laētă cārpĕrĕ mēntĕ gaŭdĭă. Laētōs dĭffūndĕrĕ vūltŭs. Īndŭĭt ēt făcĭlēs gaŭdēntī pēctŏrĕ vūltŭs. Sēpŏsĭtīs ăgĭtārĕ gaŭdĭă cūrīs. Laētĭtĭā pērfūndĕrĕ mēntēm. Laētĭtĭăquĕ frĕmūnt, ănĭmōsque ăd sīdĕră tōllūnt. *V.* Jām nūbĕ rĕpūlsā Trīstĭtĭaē, laētōs hĭlărābānt gaŭdĭă vūltŭs. Dēmĕ sŭpērcĭlĭō nūbem. Praēcōrdĭă dūlcī gaŭdĭō pērfūsă gēstĭūnt. Īnflēctĕrĕ blāndā dūlcēdĭnĕ sēnsŭs. Mūlcēre ănĭmŭm. Cĭēre ălăcrēs ĭn pēctŏrĕ mōtŭs. Dūlcĭă tūrbātae īnfūndĕrĕ gaŭdĭă mēntī. Pēctŏră ēxsŭltānt dūlcī mōtū. Laētō tēstārī gaŭdĭă plaūsū. Īn plaūsŭs ăbīrĕ. Dēclārānt gaŭdĭă vūltū. *C.* Gaŭde ēt bĕnĕ rēm gĕrĕ. *H.* Dŭbĭē gaŭdēt făllĭquĕ vĕrētŭr. *H.* Edĕrĕ nōn fīctōs hĭlărī dē pēctŏrĕ plaūsŭs. Cērtātim īngēntī cĕlĕbrānt nŏvă gaŭdĭă plaūsū. *V.* Īn tăcĭtō cōhĭbē gaŭdĭă claūsă sĭnū. *P.* — *C. ablat.* Rērŭmque īgnārŭs ĭmāgĭnĕ gaŭdĕt. *V.* Ācrī gaŭdēt ĕquō. *V.* Sānguĭnĕ gaŭdĕt. *O.* Jŏvĕ Dārdănă pūbēs Gaŭdĕt ăvō. *V.* Gaŭdēt cōgnōmĭnĕ tērră. *V.* Nŭmĕrō dĕŭs īmpărĕ gaŭdĕt. *V.* Astrŭm, quō sĕgĕtēs gaŭdērĕnt frūgĭbŭs. *V.* Nēc tāntŭm Phoēbō gaŭdēt Pārnāssĭă rūpēs. *V.* Et scīssā gaŭdēns vādĭt Dīscōrdĭă pāllā. *V.* Nōn ĭtă Dārdănĭo ēst găvīsŭs Atrīdă trĭŭmphō. *P.* Cārmĭnĕ tū gaŭdēs, hīc dēlēctātŭr ĭāmbīs. *H.* Nĭmĭŭm gaŭdēns pŏpŭlārĭbŭs aūrīs. *V.* — *Cum infin.* Fūnĕmquĕ mănū cōntīngĕrĕ gaŭdēnt. *V.* Mănĭbŭsquĕ dătās cōntīngĕre hăbēnās Gaŭdĕt. *O.* Vīr bŏnŭs ēt prūdēns dĭcī dēlēctŏr. *H.* — *Cum particip.* Quō nūnc Tūrnŭs ŏvăt spŏlĭō, gaŭdētquĕ pŏtītŭs. *V.* Gaŭdētquĕ cŏmāntēs Excŭtĭēns cērvīcĕ tŏrōs. *V. v. delector, juvat, oblector.* — *Compar.* c. Achille, Ulysse, Electra, Ariadne. *P.* 2, 12. et c. animalibus leonis discessu laetis. *Va.* 3, 633.

gaŭdĭŭm. Descr. *V.* A. 6, 684 sqq. *Se.* H. F 617. SY. laētĭtĭă, vŏlŭptās, ōblēctă-

mēntŭm, ōblēctātĭo, jŏcŭs, plausŭs. EP. laētŭm, dūlcĕ, fēstīvŭm, sēcūrŭm, blāndŭm, spērātŭm, vērŭm, rĕpēntīnŭm, brĕvĕ, fŭgāx, fāllāx, fŭgĭtīvŭm, īnstăbĭlĕ, ēffūsŭm, nĭmĭŭm, ōptātŭm, trĭŭmphālĕ, īnsŏlĭtŭm, pĭŭm, nŏvŭm, sōlēmnĕ, prŏfānŭm, mōllĕ, cāndĭdŭm, ĭnānĕ, dāmnōsŭm, plăcĭdŭm, vērŭm, fālsŭm, grātŭm, jūcūndŭm, ŏpīnātŭm, pŭĕrīlĕ, vĭrīlĕ, prŏcāx, praerēptŭm. PH. Laetĭtĭae sīgnă, vōcēs, plausūs. Vūltūs hĭlărēs, ēxhĭlărāns ănĭmōs. Lātōnae tăcĭtŭm pērtēntānt gaudĭă pēctŭs. *V.* Fālsa īntēr gaudĭă nōctēm Ēgĕrĭmŭs. *V.* Gaudĭă pērcēpīt nātō sēcūră rĕcēptō. *V.* Gaudĭă nōn rĕmĕānt, sēd fŭgĭtīvă vŏlānt. *M.* Praerēptă lĕvēs ăbĭērĕ pēr aurās Gaudĭă. Spērātăquĕ gaudĭă fāllūnt Īncautōs. Nēc fērrĕ vĭdēt sŭă gaudĭă vēntōs. *V.* Mūltīs dāmnōsă fŭērĕ Gaudĭă. *Cl.* Scīlĭcĕt īntērdūm mīscēntŭr trīstĭă laetīs. *O.* Ōmnĭă tēcum ūnā pĕrĭērūnt gaudĭă nōstră, Quae tŭŭs īn vītā dūlcĭs ălēbāt ămŏr. *C.* Hōrrĕt ădhūc ănĭmŭs mănĭfēstăquĕ gaudĭă dĭffĕrt. *Cl.* Heū mĭhĭ, dĭffĭcĭle ēst, ĭmĭtārī gaudĭă fālsă; Dĭffĭcĭle ēst, trīstī fīngĕrĕ mēntĕ jŏcŭm. *T.* Gaudĭă vēntūrī sūnt nūntĭă saepĕ dŏlōrĭs, Ēt rīsūs lăcrymās nōn prŏcŭl ēssĕ dŏcĕt. *Sant.* Dūrōque ădmīsīt gaudĭă vūltū. *L.* Gaudĭă nēc rĕtĭnēt Rhoetŭs. *O.* Gaudĭa ēt īn vūltū cūrārum īgnără vŏlūptās. *St.* Obstŭpŭīt vīsū, sūspēnsăquĕ gaudĭă vōcĕm Oppressām tĕnŭērĕ. *Cl.* Nōn vītae gaudĭă quaerō. *V.* Dūcī fālsō gaudĭō. *Te. v. gaudea, laetitia, voluptas.*

Gaurŭs. PH. Vīnētă mădēntĭă Gaurī. *V.* — *Adj.* Coenēt lĭcĕt ōstrĕă cēntŭm Gaurānă. *I.*

Gausăpă *et* gausăpĕ, ĭs. *Gausăpă sī sūmpsĭt* etc. O. — *Ăcērnăm Gausăpĕ pŭrpŭrĕō mēnsām pērtērsĭt.* H. *Mēnsĕ vĕl Augŭstō sūmĕrĕ gausăpĭnās.* M. — *jām lūtĕă gausăpă căptīs.* Pe.

gāză. *Nōbĭlĭbŭs gāzīs ŏpĭbŭsquĕ cŭbīlĭă sūrgūnt.* Cl. SY. dīvĭtĭae, thēsaurī, ŏpēs, pĕcūnĭă, ŏpŭlēntă sŭpēllēx, Lydae pōndĕră gazae, ŏpŭm cŭmŭlŭs, ăcērvŭs, cōngĕrĭēs. EP. dīvēs, nōbĭlĭs, prĕtĭōsă, pĕrēgrīnă, Ēōă, Pērsĭcă, Ăsĭātĭcă, Lydă, Aegyptĭă, Ptŏlĕmaīs, cădūcă, Āttălĭcă, flūxă, rĕcōndĭtă, rĕpŏsĭtă. PH. Cōngĕrĕrĕ, coăcērvārĕ, cŭmŭlārĕ, ăccŭmŭlārĕ, cōrrādĕrĕ gāzās. Sī Băbylōnĭs ŏpēs, Lydae sī pōndĕră gazae. *St.* Ēt Trōĭă gāză pēr ūndās. *V.* Icci, bĕātīs nūnc Arăbum īnvĭdēs gāzīs. *H.* Rĕfērtă vīx dŏmŭs gāzās căpĭt. *Se.* Dīgnĕ Mĭdae Croesīquĕ bŏnīs ēt Pērsĭdĕ gāzā. *St. v. divitiae.*

Gāză, aē; *urbs. Gāzăque ēt ărbūstō pālmārŭm dīvēs Idūmē.* L.

Gebēnnă. *Gēns hăbĭtāt cānā pēndēntĕs rūpĕ Gĕbēnnās.* L. — *Aquĭtānĭcă rūră Gĕbēnnae.* Au. — *pīnĕă Gĕbēnnārŭm.* Au.

Gĕdĕōn, ōnĭs. *Quōd Gĕdĕōn, Sămsōn* etc. Fort. Sed. — *māgnī Gĕdĕōnĭs īmbrēs.* Mn.

Gedrōsī, ōrŭm. *Gĕdrōsī pōst hōs* etc. Prisc.

gĕhēnnă. *Mŭndānī īnvŏlvāt pŏpŭlī, dāmnētquĕ gĕhēnnae.* Pr. EP. ōbscūră, hōrrĭdă, tētră, mĕtŭēndă, căvă. PH. Quōd sī fōrtĕ căvae mĕtŭīs tōrmēntă gĕhēnnae. Avĭdaē nēc flāmmă gĕhēnnae. *Pr. v. inferna.*

Gĕlă *et* Gĕlās, aē. *Īmmānīsquĕ Gĕlā flŭvĭī cōgnōmĭnĕ dīctă.* V. A. 3, 702. *Vēnĭt ăb āmnĕ trăhēns nōmēn Gĕlă.* S. 14, 218. PH. Et tē, vōrtĭcĭbŭs nōn ădĕūndĕ, Gĕlā. *O.* — *Adj.* Cāmpīquĕ Gĕlōī. *V.*

gĕlăsīnŭs. *Nēc grāta ēst făcĭēs, cuī gĕlăsīnŭs ăbēst.* M.

gĕlātŭs, ă, ŭm. — *mănŭs Aquĭlōnĕ gĕlātae.* M. SY. gĕlĭdŭs, frīgĭdŭs, ālgĭdŭs, frīgēns. PH. Frīgŏrĕ, gĕlū cōncrētŭs, rĭgēns. Glăcĭē rĭgēt hōrrĭdă bārbă. *V.* Et nĭtēt īndūctō cāndĭdă bārbă gĕlū. *O.* Mōrī cōntrāctām quŭm tē cōgūnt frīgŏră. *Ph.* Cōncrētō rĭgŭīt vīnctă rĕpēntĕ gĕlū. *M.* — *Terrae gelatae.* Pĭgēat gĕlātīs īngrĕdī Pīndī jŭgīs. *Se.* Tērră rĭgēt glăcĭālĭbŭs ūstă prŭīnīs. *V.* Sēd jăcĕt āggĕrĭbŭs nĭvĕīs īnfōrmĭs ĕt āltō Tērră gĕlū lātē, sēptēmque āssūrgĭt īn ūlnās. *V.* Glēbăquĕ cānēntī sēmpĕr ŏbūstă gĕlū. *O.* Jām nēc prātă rĭgēnt. *H.* Glăcĭēs ēt cānă vīnctă prŭīnā. *Pt.* Descr. *S.* 3, 518 sqq. — *Flumina et maria gelata.* Descr. *V.* G. 3, 360 sqq. *O.* T. 3, 10, 9 sqq. Glăcĭē cūrsūs frēnātŭr ăquārŭm. *V.* Ēt tōtae sŏlĭdam īn glăcĭēm vērtērĕ lăcūnae. *V.* Et vīs māgnă gĕlī, māgnŭm dūrāmĕn ăquārŭm, Et mōră, quae flŭvĭōs pāssīm rēfrēnăt ĕūntēs. *Lr.* Caerŭlĕōs vēntīs lătĭcēs dūrāntĭbŭs Īstĕr Cōngĕlăt, ēt tēctīs īn mărĕ sērpĭt ăquīs. *O.* Cŏĭt dūrātŭs frīgŏrĕ pōntŭs. *O.* Et mărĭs ādstrīctō quā cŏĭt ūndă gĕlū. *O.* Cūnctī cōncrēscūnt frīgŏrĕ rīvī. *O.* Hībērnō flūmĭnă vīnctă gĕlū. *O.* Gĕlūquĕ Flūmĭnă cōnstĭtĕrīnt ăcūtō. *H.* Nĭvālī cōmpĕdĕ vīnctŭs (Hebrus). *H.* Quūm pātĕr āltās Āfrĭcŭs īn glăcĭēm frīgŏrĕ nēctĭt ăquās. *P.* Sŏlĭdīs haerēnt flūmĭnă lymphīs. *Cl.* Quūm, glăcĭē rĕtĭnēntĕ, frĕtŭm nōn īmpŭlĭt Īstĕr. *Cl.* Dĕcĭdĭt hībērnō praegrăvĭs ūndă gĕlū. *M.* Cōncrētās nīgrō frīgŏrĕ rīdĕt ăquās. *M.* Vīnctăquĕ mŏx stābūnt flūmĭnă. *Pl.* Flūctūs stŭpŭērĕ prŭīnā. *Pt.* Vīnctă sŭīs haerēntĭă flūmĭnă rīpīs. *Pt.* Quō rătĭs ēgĭt ĭtēr, jūnctō bŏvĕ plaustră trăhūntŭr, Pōstquām trīstĭs hĭēms frīgŏrĕ jūnxĭt ăquās. *Anth.* Rūră gĕlū tūm claudĭt hĭēms. *V.* Stānt flūmĭnă dūrō Īncrūstātă gĕlū. *M.* Vĭdĭmŭs īn glăcĭē pīscēs haerērĕ lĭgātōs. *O.* Vĭdĭmŭs īngēntēm glăcĭē cōnsīstĕrĕ pōntŭm, Lūbrĭcăque īmmōtās tēstă prĕmēbăt ăquās. *O.* Tēr frīgŏrĕ cōnstĭtĭt Īstĕr; Făcta ēst Eūxīnī dūră tĕr ūndă mărĭs. *O.* Quĭd lŏquăr, ŭt cūnctī cōncrēscānt frīgŏrĕ rīvī, Dēquĕ lăcū frăgĭlēs ēffŏdĭāntŭr ăquae? *O.* Brūmă rĭgēns āc nēscĭă vērĕ rĕmīttī Adstrīngīt Scythĭcŭm glăcĭālī frīgŏrĕ pōntŭm. *O.* Mārmŏrĕō tēllūs pāllĕt ădūstă gĕlū. *O. v. gelo, gelu.*

gĕlĭdŭs. *Vērĕ nŏvō gĕlĭdŭs cānīs dē mōntĭbŭs hŭmŏr.* V. PH. Gĕlĭdae rēx ōrae. *H.* Fōrĭbŭsquĕ rĕpūlsŭm Pērfūndĭt gĕlĭdă sc. aqua. *H.* Sēd gĕlĭdŭm bŏrĕān ĕgĕlĭdŭmquĕ nŏtŭm. *O.* — *De umbra.* Hīc gĕlĭdī fōntēs, hīc mōllĭă prātă. *V.* Gĕlĭdīs īn vāllĭbŭs Haemī. *O.* — *Trop.* Gĕlĭdŭs tărdāntĭ

sĕnectā Sānguĭs hĕbĕt. *V.* Gĕlĭdūsquĕ pĕr īmă cŭcūrrĭt Ossă trĕmŏr. *V.* Rēs ōmnēs tĭmĭdē gĕlĭdēquĕ mĭnīstrăt. *H. v. frigidus.*

gĕlo. *Cēntūm mē tĕtĭgērĕ mănūs ăquĭlōnĕ gĕlātaē.* M. SY. cōngĕlārĕ, cōnglăcĭārĕ, īndūrārĕ; dūrēscĕrĕ, gĕlēscĕrĕ. PH Gĕlū āstrīngĕrĕ, īndūrārĕ, cōnstrīngĕrĕ, īncrūstārĕ, prĕmĕrĕ. Gĕlū cōncrēscĕrĕ, īndūrārī, īndūrēscĕrĕ, āstrīngī, rĭgērĕ, prĕmī, hōrrērĕ. Dūrātŭr cōncrētō frīgŏrĕ cōllĭs. Āstrīctō cŏĭt ūndă gĕlū. Hĭēms dūm saēvă rĭgēntī Strīngĕrĕt ārvă gĕlū. Glăcĭēquĕ nĭvālī Hīspĭdŭs ēt mūltā cōncrētūs grāndĭnĕ crīnĭs. Cūm glăcĭē brūmă rĭgēntĕ vĕnĭt. Glăcĭēm quūm flūmĭnă trūdūnt. Gĕlăt ōră păvŏr, grēssūsquĕ trĕmīscūnt. *St.* Quī fērrūm gĕlăt. *M.* Rārăquĕ lōngaēvīs nĭvĭbūs crystāllă gĕlārī. *St.* Jām nūlla īncēptō pērlābĭtŭr ūndă lĭquōrĕ, Sēd dūrātă rĭgēt dēnsam īn glăcĭēmquĕ nĭvēmquĕ. *v. frigus, gelatus, glacies, hiems.*

Gĕlōnī. *Mēmbrăquĕ quī fērrō gaūdēt pīnxīssĕ Gĕlōnŭs.* Cl. EP. ăcrēs, săgīttĭfĕrī, vŏlucrēs, īmpĕrĭōsī, pīctī, fĕrōcēs, īmmītēs, fōrtēs, lăcērtōsī, phărētrātī, saēvī, flāvī, ĕquĭmūlgī. Descr. *V.* G. 2, 115. 3, 461.

Gĕlōŭs. *v. Gela.*

gĕlū. *Rūră gĕlū tūm claūdĭt hĭēms, nēc sēmĭnĕ jāctō.* V. PH. Ārctō frīgĭdă brūmă gĕlū. Cōncrētō rĭgŭērĕ gĕlū. Jăcēt tērră āltō gĕlū. Tērrās tōrpōrĕ lĭgāns. Flūmĭnă glăcĭālī cōmpĕdĕ vīncĭēns, frēnāns, lĭgāns, tĕnēns, ādstrīngēns, cōnstrīngēns. Prīmō brūmă gĕlū sīccīsque Aquĭlōnĭbŭs hōrrēns. *V.* — *Trop.* Sēd mĭhĭ tārdă gĕlū saēclīsque ēffoētă sĕnēctūs. *V.* — Gĕlūm, ī *et* gĕlūs, ūs. *Dōnĭquĕ saēpĕ gĕlī mūltūs frīgŏr.* Lr. *v. frigus, gelatus, hiems.*

gĕmēllŭs, ă, ūm. — *mŏdŏ nāmquĕ gĕmēllōs.* V. SY. gĕmĭnī. PH. Gĕmĭnī sŭb ĕōdēm ūbĕrĕ nātī. Gĕmĭnūs pārtūs, foētūs, prōlēs gĕmĭnă, gĕmĭnī frātrēs, foēcūndaē glōrĭă mātrĭs. Duplēx pārtūs. Foētūs gĕmēllūs. Prōlēs gĕmēllă. Quōs ūno eōdēmquĕ tŭlīt pārtū. *V.* Prōlēm gĕmĭnām pārtū dĕdĭt. *V.* Pārtūs ēnīxă gĕmēllōs. *O.* Prōlēmquĕ gĕmēllăm, Pīgnŏră Lūcīnā bīnă făvēntĕ dĕdī. *O.* Gĕmēllĕ Cāstŏr. *C.* — *Trop.* Nēquĭtĭa ēt nūgīs, prāvōrum ĕt ămōrĕ gĕmēllūm. *H.* Ad caētĕră paēnĕ gĕmēllī. *H.* Fōrmōsōs, nĭvĕōs, pārēs, gĕmēllōs. *M.* Hās tĭbĭ gĕmēllās, bārbārī dĕcūs lūcī, Cōmmēndō pīnūs. *M. v. aequalis, gemini, par.*

gĕmēllĭpără. *Cūrvă gĕmēllĭpăraē spīcūlă fērrĕ dĕae.* O. *v. gemelli.*

gĕmĭno. *Jāmquĕ dĕcēm vītaē frātēr gĕmĭnāvĕrăt ānnōs.* O. SY. īngĕmĭnārĕ, cōngĕmĭnārĕ, duplĭcārĕ, cōndŭplĭcārĕ, cōmbīnārĕ; rĕpĕtĕrĕ, ĭtĕrārĕ. PH. Lăbōr gĕmĭnāvĕrăt aēstūm. *O.* Mōrtĭs saēvō gĕmĭnēnt ūt vūlnĕrĕ caūsās. *O.* Ebrĭĕtās gĕmĭnātă cŭpīdĭnĕ rēgnăt. *O.* — *Trop.* Gĕmĭnăt cōncōrdĭă taēdā. *St.* Sēd nōn ūt plăcĭdīs cŏēānt īmmītĭă, nōn ūt. Sērpēntēs ăvĭbūs gĕmĭnēntūr, tīgrĭbūs āgnī. *H.*

gĕmĭnŭs. *Prōcŭbŭīssĕ lŭpām, gĕmĭnōs huīc ūbĕră cīrcūm.* V. SY. gĕmĭnātūs, dŭplēx; bīnī, dŭō; ŭtērquĕ, āmbo; gĕmēllūs. PH. Gemĭnūmquĕ tĕnēns Dīscōrdĭă fērrūm. *St.* Gĕmĭnōsque īn līmĭne Atrīdās, Et trĭpŏdās gĕmĭnōs. *V.* Hūc gĕmĭnās, hūc flēcte ăcĭēs. *V.* Sūnt gĕmĭnaē Sōmnī pōrtaē. *V.* Gĕmĭnīquĕ mīrāntŭr In coelūm scŏpŭlī. *V.* Ex ūnīs gĕmĭnās mĭhĭ cōnfĭcĭēs nūptĭās. *Te.* Tēmpŏrĭbūs gĕmĭnīs cănēbāt spārsă sĕnēctūs. *V.* Quīquĕ mărīs gĕmĭnī dīstĭnĕt īsthmŭs ăquās. *O.* Gĕmĭnūm gērmānūm sŭūm. *Pl.* — *I. q. par.* Pār fōrtĭtūdŏ, gĕmĭnă cōnfīdēntĭă. *Pac.* Ambōbūs vēlōx vīrtūs, gĕmĭnūsquĕ cŭpīdō Laūdĭs. *S.* — *Trup.* Gĕmĭnā tĕgūntŭr Lūmĭnă nōctĕ. *C.* Gĕmĭnīquĕ tŭlīt Chīrōnĭs ĭn āntrūm. *O. v. gemellus.* Dŭōbūs foētĭbūs aūgērī. *v. gemelli.* — Gĕmĭnī. SY. frātrēs cūm Cāstŏrĕ Pōllūx gērmānī pārēs. Sīdĕră dēxtră mărĭs. Sīdŭs gĕmĭnūm. Lāmpās Tўndărĭdūm. Oēbălĭdaē gĕmĭnī. Clāră gĕmĭnī sīgnă Tўndărĭdaē, Naūtīs sīdūs ămīcūm. Arĭdăque aēstātīs Gĕmĭnī prīmōrdĭă pāndūnt. *Au. v. Castor.*

gĕmīsco. — *fērūlĕ gĕmīscūnt.* Cl.

gĕmĭtūs. *Vītaēquĕ cūm gĕmĭtū fūgĭt īndīgnātă sŭb ūmbrās.* V. SY. lūctūs, sūspīrĭă, plānctūs, plāngŏr, lāmēntūm, lāmēntātĭo, flētūs, quĕrēlă, quēstūs, clāmŏr, ŭlŭlātūs. EP. trīstĭs, moēstūs, ăcērbūs, frĕmēns, saēvūs, dūrūs, ămārūs, grăvĭs, moērēns, lăcrўmābĭlĭs, aēgĕr, mĭsĕrāndūs, atrōx, lōngūs, tūrbĭdūs, quĕrŭlūs, fēmĭnĕūs, rĕsŏnāns, crēbĕr, ĭtĕrātūs, pērpĕtŭūs, fīctūs, ēxtōrtūs, īnsānūs, strīdēns, tĭmĭdūs, lāmēntābĭlĭs, flēbĭlĭs, ēxtrēmūs, āltūs, prŏfūndūs. PH. Āttrāctūs ăb āltō Spīrĭtūs, īntērdūm gĕmĭtū grăvĭs. *V.* Gĕmĭtūs lăcrўmābĭlĭs īmō Aūdītŭr tŭmŭlō. *V.* Lāmēntīs gĕmĭtūque ēt fēmĭnĕō ŭlŭlātū Tēctă frĕmūnt. *V.* Aēdēs gĕmĭtu ēt clāmōrĕ rĕsūltānt. *V.* Īntĭmă vīscĕră quāssāns, cōncŭtĭēns. Lūctāntĭă vērbă rĕprĭmēns. Mācĕrāns cōrdă. Hīnc ĕxaūdīrī gĕmĭtūs. *V.* Gĕmĭtūque haēc āddĭdĭt āltō. *V.* Extrēmōsquĕ cĭēt gĕmĭtūs: īt trīstĭs ărātŏr. *V.* Agnōvĭt lōngē gĕmĭtūm praēsāgă mălī mēns. *V.* Māgnūmquĕ sŭb īmō Cōrdĕ prĕmĭt gĕmĭtūm. *V.* Attŏnĭtō gĕmĭtūs ā cōrdĕ pĕtītōs. *V.* — *Trop.* Dāt tēllūs gĕmĭtūm. *V.* Et gĕmĭtūm īngēntēm pĕlăgī pūlsātăquĕ săxă Aūdīmūs. *V.* Lĭquĕfāctăquĕ săxă sŭb aūrās Cūm gĕmĭtū glŏmĕrānt. *V.* Vălĭdīque īncūdĭbūs īctūs Aūdītī rĕfĕrūnt gĕmĭtūm. *V.* Cūm gĕmĭtū rĕbŏānt sīlvaēque ēt māgnūs Ŏlўmpūs. *V. v. gemo.*

gēmmă. SY. lăpīllūs, cōnchă, băccă. *Gemmarum species:* Ăchātēs, Ădămās, Amĕthўstūs, Bērўllūs, Chrўsŏlīthūs, Cўănūs, Hўăcīnthūs, Īaspĭs, mārgărītă, ūnĭo, Ŏnўx, Sārdŏnўx, Sapphīrūs, Smărāgdūs, Tŏpāzūs, Pўrōpūs. EP. cŏlōrātă, tŭmēns, nōbĭlĭs, nĕxĭlĭs, lūcĭdă, nĭtĭdă, rŭtĭlă, mĭcāns, rădĭāns, scīntīllāns, Īndĭcă, dīvēs, īgnĕă, Gărāmāntĭs, pērspĭcŭă, fūlgēns, ārdēns, Hўdāspaēă, prĕtĭōsă, fūlgĭdă, clāră, Scўthĭcă, stēllāns, dūră, flāmmātă, Eōă, nĭtēns, cŏrūscă, Īndă, sīdĕrĕă, pēllūcĭdă, vĭrĭdĭs, pĕrĕgrīnă, Ĕrўthraēă, Gāngētĭcă, tĕrēs, flōrĭdă, lāctĕă, aūrĕă, rădĭōsă,

multicolor, fulgida, candens, relucens, pura, splendida, nivea, vivida. PH. Tenues conchas pictosque lapillos Pontus habet. Spolia rubri maris. Lapis rubris advectus ab undis. Rubri munera ponti. *St.* Indi dona maris. *St.* Pelagi dona rubentis. *Se.* Lapilli littoris Indici. *St.* Clari lapides. *H.* Aut dignas digitis gemmas. *St.* Majoris pondera gemmae. *I.* Puraque magis pellucida gemma. *O.* Caris aures onerare lapillis. *O.* Eois pectus variare lapillis. *P.* Nec sit marita, quae rotundioribus Onusta baccis ambulet. *H.* Ambirent ardentes tempora gemmae. *Cl.* Eois splendent donaria gemmis. *L.* Insignem gemmis auroque coronam. *V.* Gravem gemmis pateram. *V.* Inter niveos viridesque lapillos. *H.* Aut Indus, calido propinquus orbi, Candidis miscens virides lapillos. *B.* Cedet Erythraeis eruta gemma vadis. *M.* Vivis gaudebat digitos incendere gemmis. *V.* Qualis gemma micat, fulvum quae dividit aurum. *V.* Gemmeus fulgor, nitor, lux, ignis. Gemmarum pretium. Lapis Eoa lectus ab unda. *Se.* Tereti subnectit fibula gemma. *V.* Cum virides gemmas collo circumdedit. *I.* Nobilis Eoo splendescit gemma monili. Quae legitur rubris gemma sub aequoribus. *P.* Per juga chrysolithi, positaeque ex ordine gemmae, Clara repercusso reddebant lumina Phoebo. *O.* Dat digitis gemmas, dat longa monilia collo. *O.* Substringitque comam gemmis, et colla monili Circuit, et baccis onerat candentibus aures. *Cl.* Ardebat gemma Garamantide caerula vestis, Ut cum sparsa micant stellarum lumina coelo. Nec tibi gemmarum quidquid felicibus undis Nascitur, Eoi qua maris unda rubet. *T.* Qui miro candoris honore Lucet in aure lapis rubris advectus ab undis. *S.* Nec premit articulos lucida gemma meos. *O.* Poculaque Eoa luxum irritantia gemma. *M.* Non puduit, fortes auro cohibere lacertos, Et solidis gemmas apposuisse toris. *O.* Cingula baccis Aspera, gemmatasque togas, viridesque smaragdos. *Cl.* Conspicuas gemmis vultis habere manus. *O.* Plena maris rubri spoliis, colloque comisque Divitias Cleopatra gerit, cultuque laborat Ipsa suo. *L.* Quis junxit lapides ostro? quis miscuit ignes Sidonii Rubrique maris? *Cl.* Asperat Indus Velamenta lapis, pretiosaque fila smaragdis Ducta virent; Amethystus inest, et fulgor Iberus Temperat arcanis Hyacinthi caerula flammis. *Cl.* Nitido fulgore coruscans Gemma. Lucet Sardonychata manus. Ensis stellatus. Non gemmae, sed mores, feminam exornant. Minus Indici lapilli, minus aureumque spinther decent, quam ingenuus pudor. Auribus magnos committere elenchos. Eois lapillis semet ornare. Gemmis ornatus, radians, coruscus, oneratus, onustus, stellatus, gravis, distinctus, micans. Gemmarum nitore, luce radians. Gemmarum vario fulgore coruscans. — *De poculo ornato.* Ut gemma bibat. *V.* Nec bibit e gemma divite nostra sitis. *P.* — *De annulo.* Sis licet oblitus pariter gemmaeque manusque. *O.* — *Trop.* Et gemmis caudam stellantibus implet. *O.* Multas in digitis, plures in carmine gemmas Invenies. *M.* Laeto turgent in palmite gemmae. *V.* Vitis agit gemmas. *O. v. annulus, bacca, monile, orno.*

gemmeus. *Gemmea purpureis quum juga demet equis.* O. PH. Argutus anser gemmeique pavones. *M.* Pictisque plumis gemmeam caudam explicas. *Ph.* — *Trop.* Quos rumor alba gemmeus vehit penna. *M.* Pingit gemmea prata silvularum. *Sid. v. gemmo.*

gemmifer. *Et freta gemmiferi findere classe maris.* P. *v. gemmo.*

gemmo. PH. Leniter affundit gemmantia littora pontus. *O.* Si me gemmantia dextra Sceptra tenere decet. *O.* Pendebant tereti gemmata monilia collo. *O.* Gemmato temore sedet. *St.* Gemmantes rore per herbas. *Lr.* Gemmantes explicat alas. *M.* — *Trop.* Purpureis gemmavit pampinus uvis. *Enn.* Paestique rosaria gemment. *Co.*

gemo. *Nec gemere aeria cessavit turtur ab ulmo.* V. SY. ingemere, ingemiscere, lugere, suspirare, queri, plangere. PH. Alto de corde, pectore ab imo gemitum dare, edere, ducere, emittere, trahere, haurire, fundere, ciere, tollere. Gemitu loca implere. Questu pectora rumpere. Perdius et pernox alto de corde petitos Edebat gemitus. *O.* Graviter gemitus imo de pectore ducens Illacrymat. *V.* Ducere suspiria. Suspirare ab imis pectoribus. Ingentem gemitum dat pectore ab imo. *V.* Moestusque per omnes It gemitus. *V.* Consurgunt gemitu. *V.* Fit gemitus. *V.* Dat gemitus fictos. *O.* Gemitu quum talia reddit. *V.* Acerba gemens. *O.* Ingentem gemitum tunsis ad sidera tollunt Pectoribus, moestoque immugit regia luctu. *V.* Successitque gemens stabulis. *V.* Qualiter implevit gemitu quum taurus acerbo Avia. *Va.* Rumpere alta suspiria de pectore; tristi jactare pectore gemitus. Ut ridentibus arrident, ita flentibus adflent. *H.* Adgemit et nostris ipsa carina malis. *O.* Flent moesti comites retro, et uterque loquenti Adgemit. *St.* Adgemit immensis pars stupefacta malis. *M.* Moestas expromere voces. — *Act.* Multa gemens ignominiam plagasque superbi Victoris. *V.* Nunc laudata gemo. *O.* Aequa gemant mihi funera matres. *St.* — *Trop.* Gemit impositis incudibus Aetna. *V.* Gemit icta pulsu Terra pedum. *V.* Plaustris vectare gementibus ornos. *V.* Gemuit sub pondere cymba. *V.* Tunsis gemit area frugibus. *V. v. fleo, gemitus, lacrima, lamentor, sonitus, strepo, queror.*

Genabum *et* — us, i. *Inclyta Caesareis Genabus dissolvitur alis.* L. *v. Aurelia.*

genae, arum. *Tum mihi prima genas vestibat flore juventus.* V. SY. mala, genula. EP. pulchrae, molles, purpureae, tenerae, ambrosiae, nitidae, eburnae, niveae, roseae, decorae, candentes, coloratae, albentes, nivosae, rubentes, juveniles, verecundae, venustae, rubescentes, tenellae, albescentes,

blandae, tŭmĭdae, sĕnīlēs, rūgōsae, hīrsūtae, ĕrŭsae, sĕvērae, pūbēscēntēs, lāctĕŏlae, rŭtĭlae, īngĕnŭae, laevēs, dūlcēs; tābēntēs, moestae, pāllēntēs, hūmēntēs, mădĭdae, ūdae. PH. Gĕnārūm pūrpŭră, cāndŏr, grātĭă, dĕcŭs, blāndĭtĭēs, vĕnūstās. Cōnspĭcŭae cūm flōrĕ gĕnae. *Cl.* Nē prīmā gĕnās lānūgŏ nĭtēntēs Cārpĕrĕt. *St.* Nēc lăcrĭmīs cărŭĕrĕ gĕnae. *V.* Pēndēntēsquĕ gĕnās ēt tālēs ădspĭcĕ rūgās. *I.* Queīs blānda ēst grātĭă. Ŏccŭpāt tĕnĕrās pūrpŭră grātă gĕnās. Lăcrȳmīs mōllēs īmmădŭērĕ gĕnae. *O.* Cāndēntēs vīncūnt līlĭă cānă gĕnae. Quĭd tĕgĭs īngĕnŭās, Chlōrĭ dĕcōră, gĕnās? Āntĕ gĕnās dūlcēs quām flōs jŭvĕnīlĭs ădūmbrĕt. *Cl.* Sīccīs īpsĕ gĕnīs flēntēs hōrtātŭr ămīcōs. *M.* Pūlchrīs Ămŏr īn gĕnīs Ēxcŭbăt. *H.* — Pāndĭtĕ, sūltĭ', gĕnās, ēt cōrdĕ rĕlīnquĭtĕ sōmnŭm. *Enn.* Exūstaēquĕ tŭae mōx, Pŏlȳphēmĕ, gĕnae. *O.* Hīc glaūcīs Hĕrŭlūs gĕnīs văgātŭr. *Sid.* — *Sing.* Adspĭcĭēns flōrēmquĕ gĕnae. *St.* Imprīmĭtquĕ gĕnae gĕnăm. *Enn.* *v. mala, oculus.*

Gĕnaūnī. *Drūsūs Gĕnaūnōs, īmplăcĭdūm gĕnūs.* H.

gĕnĕālŏgĭă. SY. gĕnĕrĭs dēscrīptă sĕrĭēs. Sĕrĭēs ăvōrūm. Stēmmătĭs ōrdo, dēscrīptĭo.

gĕnĕālŏgŭs. *Ēssĕ Dĕūm, vĕlŭt īllăd ăĭt gĕnĕālŏgŭs īdĕm.* Pr.

gĕnĕr, ĕrī. *Saēpĕ pătĕr dīxĭt: Gĕnĕrūm mĭhĭ, fīlĭă, dĕbēs.* O. PH. Quīn nātam ēgrĕgĭō gĕnĕrō dīgnīsque hȳmĕnaēīs Dēs, pătĕr. *V.* Gĕnĕrōs ēxtērnīs āffŏre ăb ōrīs. *V.* Dŭbĭūs tōtō quaērēbăt ăb āxĕ Dīgnūm cōnjŭgĭō gĕnĕrūm thălămīsque Sĕrēnae. *Cl.* Quīs gĕnĕr hīc plăcŭīt cēnsū mīnŏr ātquĕ pŭĕllaē sārcĭnŭlīs īmpār? *I.* Tēquĕ sĭbī gĕnĕrūm Tēthȳs ĕmăt ōmnĭbŭs ūndīs. *V.* Prīncĭpĕ tū fēlīx gĕnĕrō, fēlīcĭŏr īllĕ Tē sŏcĕrō. *Cl.* Spērnēbăt gĕnĕrōs īnŏpēs vīcīnĭă dīvĕs. *O. v. socer.*

gĕnĕrālĭs. *Ōstēntānt măcŭlās gĕnĕrālēs cōrpŏrĭ īnēssĕ.* Lr.

gĕnĕrātĭm. — *prŏprĭōs gĕnĕrātĭm dīscĭtĕ cūltūs.* V. SY. gĕnĕrālĭtĕr, ūnĭvērsĕ. PH. Ēffĭcĭs, ūt cŭpĭdĕ gĕnĕrātĭm saēclă prŏpāgēnt. *Lr.* Nēc sŭă rĕddēntŭr gĕnĕrātĭm tēmpŏră sīgnīs. *Mn.*

gĕnĕrātĭo. SY. prŏdūctĭo; prŏgĕnĭēs, prŏpāgo, gĕnŭs. PH. *Eccl.* Gĕnĕrātĭō sīmplēx. *Pr.* Praēsēns gĕnĕrātĭō saēclī. *Iuv.*

gĕnĕrātŏr, ōrĭs. — *măgnănĭmūm quōndām gĕnĕrātŏr ĕquōrūm.* V.

gĕnĕro. *Sēmĭnă līmŭs hăbēt vĭrĭdēs gĕnĕrāntĭă rānās.* O. SY. prōgĕnĕrārĕ, gīgnĕrĕ, prōgīgnĕrĕ, crĕārĕ, prōcrĕārĕ, prōdūcĕrĕ, părĕrĕ. PH. Prōlēm sūscĭpĕrĕ. Pūlchrā fĭĕrī prōlĕ părēntĕm. *V.* Ēdūcĕrĕ foētūs. Ēdĕrĕ pārtūm īn blāndī lūmĭnĭs ōrās. Ēnītī ūtĕrō pārtūm. Fērrĕ pārtūm īn lūcĕm. Rĕddĕrĕ vēntrĭs ŏnŭs. Pōnĕre ūtĕrī pōndŭs. Pārtūm sūb lūmĭnĭs ēdĕrĕ aūrās. Aūgĕrĕ ălĭquēm sŭbŏlĕ. Tāntŭs ămŏr flōrum ēt gĕnĕrāndī glōrĭă mēllĭs. *V.* Quālĕ pōrtēntūm Nēc Jūbae tēllūs gĕnĕrăt. *H.* Trōjā gĕnĕrātŭs Acēstēs. *V.* Argīvās gĕnĕrātŭs īntĕr ūrbēs. *M.* Quō sānguĭnĕ dīvūm. *V.* Fīgŭlō sūm gĕnĭtōrĕ sătŭs. *Au.* Deser. *H.* O. 4, 4, 29 sqq. *v. gigno, nascor, pario, pater.*

gĕnĕrōsĭtās. SY. nōbĭlĭtās; fōrtĭtūdo, vīrtūs, ănĭmī rōbŭr, vīs. PH. Māscŭlă vīs ănĭmī. Gĕnĕrōsūm pēctŭs. Mēns gĕnĕrōsă. Mārtĭūs ārdŏr, nōbĭlĭs, vīrīlĭs, cōnstāns ănĭmŭs. Fōrtĕ pēctŭs. Īnvīctaē vīrēs. Māscŭlă vīrtūs. Mēns ād sūmmă părātă. Sī sŏlĭdae quĭdquām vīrtūtĭs ădēssĕt, Ēgrĕgĭīque ănĭmī. *V.* Tālēs ănĭmōs, tām cērtă tŭlīstĭs Pēctŏră. *V.* Sī qua ănĭmō vīrtūs. *V.* Sī tāntūm pēctŏrĕ rōbŭr Cōncĭpĭs. *V.* Nōbĭlĭtās gĕnĕrōsăquĕ nōmĭnă. *O. v. fortitudo, nobilitas, virtus.*

gĕnĕrōsŭs. *Nōn, quĭă, Maēcēnās nēmō gĕnĕrōsĭŏr ēst tē.* H. SY. nōbĭlĭs, fōrtĭs, aūdāx, māgnănĭmŭs, īntrĕpĭdŭs, ănĭmōsŭs, strēnŭŭs, īmpăvĭdŭs, īntērrĭtŭs. PH. Praēstāns, tĭtŭlīs gĕnĕrōsŭs ăvītīs. *St.* Ănĭmī vīrtūtĕ pŏtēns. Flōrēns ănĭmī. Cuī gĕnĕrōsŭs ēbūllīt sānguĭs. Clārō sānguĭnĕ crētŭs. Praeclārā stīrpĕ crĕātŭs. Nātŭs ŏrīgĭnĕ clārā. Māgnā dē stīrpĕ nĕpōtum ēssĕ. Īncēndītque ănĭmūm fāmae mĕlĭōrĭs ămōrĕ. Nōmĭnĭbūs quūm sīs gĕnĕrōsŭs ăvītīs. *O.* Egrĕdĭtŭr cāstrīs mīlēs gĕnĕrōsŭs ăb īsdĕm. *O.* Gĕnĕrōsŭs ăvōrŭm Nōmĭnĭbŭs. *O.* Jŭvĕnīs gĕnĕrōsī sānguĭnĭs. *I.* Ōrtū mātērnō gĕnĕrōsŭs. *O.* Tēlōque ănĭmīs praēstāntĭŏr ōmnī. *O.* Anĭmī plēnīssĭmă māgnī Pēctŏră. *O.* Anĭmūsquĕ fĕrōx pătĭēnsquĕ pĕrīclī. *V.* Rŭēndī Īn fērrūm mēns prōnă vĭrīs, ănĭmaēquĕ căpācēs Mōrtĭs. *Cl.* — *Trop.* Apēr quūm vēllĕt făcĕrĕ gĕnĕrōsum īmpĕtūm. *Ph.* Ēmĕrŭī gĕnĕrōsōs vēstĭs hŏnōrēs. *P.* Vīnūm gĕnĕrōsum ēt lēnĕ rĕquīrō. *H. v. animosus, fortis.*

gĕnĕsĭs, ĭs. *Nōtă măthēmătĭcīs gĕnĕsĭs tŭă* etc. I. PH. Inspēctā gĕnĕsī. *I.*

gĕnĭālĭs. *Īmmĭnĕt ăc sĭmĭlēs lūcēnt gĕnĭālĭbŭs āltĕ.* V. SY. gĕnĭō săcĕr, fēstŭs; laētŭs, fēstīvŭs, dēlĭcĭōsŭs, ămoēnŭs, dăpsĭlĭs, laūtŭs. PH. Gĕnĭālĭs ăgātŭr Īstĕ dĭēs. *I.* Īnvītăt gĕnĭālĭs hĭēms. *V.* Nūnc ĕlĕgī mōllēs, gĕnĭālĭs Mūsă, vălētĕ. *O.* Lūcēnt gĕnĭālĭbŭs āltīs Aūrĕă fūlcră tŏrīs. *V.* Hōspĭtĭs ădvēntū fēstūm gĕnĭālĭtĕr ēgĭt. *O.*

gĕnīstă. — *Mōllĕ sĭlĕr lēntaēquĕ gĕnīstae.* V. SY. spārtŭm, frŭtēx. EP. hŭmĭlĭs, vĭrĭdĭs, lēntă, flēxĭlĭs. PH. Spārtī vīmĕn. Spārtĕă vīmĭnă. Sălĭcēs hŭmĭlēsquĕ gĕnīstae. *V.*

gĕnĭtābĭlĭs. *Et rĕsĕrātă vĭgēt gĕnĭtābĭlĭs aūră Făvōnī.* Lr.

gĕnĭtālĭs. *Vērĕ tŭmēnt tērrae ēt gĕnĭtālĭă sēmĭnă pōscūnt.* V. PH. Quātŭŏr aētērnūs gĕnĭtālĭă cōrpŏră mūndŭs Cōntĭnĕt. *O.* Sī nūllă fŭīt gĕnĭtālĭs ŏrīgō Tērrāī ēt coēlī. *Lr.* Gĕnĭtālĭs hōră. *O.* Gĕnĭtālĕ sŏlūm. *O.* — *Dies.* Haēc tĭbī, pārvă quĭdēm, gĕnĭtālī lūcĕ părāmŭs Mūnĕră! *St.* Lĭbăquĕ dēm prō mē gĕnĭtālĕ nŏtāntĭă tēmpŭs. *O. v. natalis.* — *Terra.* Gĕnĭtālī īn sēdĕ săcrārī. *Pr. v.*

patria. — *De conjugio.* Gĕnĭtālĭă foedĕră Cadmī. *St. v. conjugialis.*

gĕnĭtīvŭs. *Fōrmă prĭŏr rĕdĭĭt, gĕnĭtīvăquĕ rūrsŭs ĭmāgō.* O. PH. Adjĕctīquĕ prŏbānt gĕnĭtīva ăd nōmĭnă Cōttae. *O.*

gĕnĭtŏr. — *Pēnēī gĕnĭtōrĭs ăd ŭndăm.* V. SY. gĕnĕrātŏr, sătŏr, pārēns. PH. Dŭbĭō gĕnĭtōrĕ creātŭs. *O.* Pān īllī gĕnĭtŏr. *St.* — *Dii majores.* Aēquŏră pōstquām Prōspĭcĭēns gĕnĭtŏr. *V.* Omnĭpŏtēns gĕnĭtŏr. *V.* Phoebī gĕnĭtōrĭs ăd ārās. *Va.* — *Trop.* Quā răpĭtŭr praecēps Rhŏdănŭs gĕnĭtōrĕ Lĕmānō. *Au.* Nŏvă quae gĕnĭtŏr prōdūxĕrĭt ūsŭs. *H.*

gĕnĭtrīx. *Jāmquĕ dŏmūm mīrāns gĕnĭtrīcĭs ĕt hūmĭdă tēctă.* V. SY. pārēns, mātĕr. PH. Aenĕădūm gĕnĭtrīx, hŏmĭnūm dīvûmquĕ pŏtēstās. *Lr.* Gĕnĭtrīcī cōrpŭs ĭnēmtūm Rēddĭtĕ. *O.* Fērrō dēmēns gĕnĭtrīcem ōccīdĭt Orēstēs. *H.* — *Trop.* Nōx sōmnī gĕnĭtrīx. *S.* Gĕnĭtrīx prīmae rōscĭdă lūcĭs. *Se. v. mater.* — *Dea.* Ītĕ, dĕae pĕlăgī, gĕnĭtrīx jŭbĕt. *V. v. mater.*

gĕnĭŭs. *Māgnĕ Gĕnī, căpĕ tūră lĭbēns, vōtīsquĕ făvētō.* T. Viri *Genio suo*, mulieres *Junoni*, sacrificabant natali suo. *T.* 4, 6, 1. SY. tūtēlārĭs Dĕŭs; vŏlūptātĭs Dĕŭs. EP. dēxtĕr, bŏnŭs, faūstŭs, sĕcūndŭs, fēlīx, faūtŏr, ămīcŭs, fīdŭs, cŏmĕs, dūx, nātālĭs, hĭlărĭs, laetŭs, jūcūndŭs, fēstīvŭs, tūtēlārĭs. PH. Scīt Gĕnĭŭs, nātālĕ cŏmēs quī tēmpĕrăt āstrŭm. *H.* Dīīs īrātīs gĕnĭōquĕ sĭnīstrō. *H.* Fūndĕ mĕrūm Gĕnĭō. *P.* Īllĕ pătrĭs Gĕnĭō sōlēmnĭă dōnă fĕrēbăt. *O.* Māgnĕ Gĕnī, căpĕ tūră lĭbēns vōtīsquĕ făvētō. *T.* Indūlgē gĕnĭō; cārpāmŭs dūlcĭă. *Pe.* Vīnōquĕ dĭūrnō Plācārī gĕnĭŭs fēstīs īmpūnĕ dĭēbŭs. *H.* Nīl fraūdāns Gĕnĭī sĭbī. *Sid.* Sŭŭm dēfraūdāns gĕnĭŭm. *Te.* — *Loci.* Incērtŭs, Gĕnĭŭmnĕ lŏcī fămŭlŭmnĕ părēntĭs Essĕ pŭtēt. *V.* Pēr Gĕnĭŭmquĕ lŏcī. *V.* Sālve, ūrbĭs Gĕnĭŭs, mĕdĭcō pōtābĭlĭs haūstū. *Au.* — *I. q. ingenium.* Nēmŏ măthēmătĭcŭs gĕnĭum īndēmnātŭs hăbēbĭt. *I.* Vīctūrŭs gĕnĭŭm dēbēt hăbērĕ lĭbĕr. *M.* Quā Crīspŭs brĕvĭtātĕ plăcēt, quō pōndĕrĕ Vārrō, Quō gĕnĭō Plaūtŭs, quō flūmĭnĕ Quīntĭlĭānŭs. *Sid.*

gĕno, ĭs; ŭī, ĭtŭm, ĕrĕ. — *dūrārĕ gĕnīquĕ.* Lr. PH. Haec rērŭm gĕnĭtŭr nūnc sŭmmă. *Lr.* Sātūrnŭm, quēm Coelŭ' gĕnĭt. *Enn. v. gigno.*

Gĕnŏvēfă. *Admōtăm Gĕnŏvēfă frĕquēns* etc. Sant.

gēns. SY. sŭbŏlēs, prōgĕnĭēs, prōlēs, gĕnŭs, stīrps, sānguĭs, prŏpāgo; pŏpŭlŭs, nātĭo. EP. fōrtĭs, ănĭmōsă, fĕrōx, ārmĭpŏtēns, bēllĭgĕră, bēllĭcōsă, dīvĕs, nōbĭlĭs, īnsīgnĭs, gĕnĕrōsă, splēndĭdă, tĕnŭĭs, hŭmĭlĭs, ĭnŏps, sŭpērstĭtĭōsă, caecă, mōbĭlĭs, mūtābĭlĭs, bărbără, crūdēlĭs, īmmānĭs, vărĭă, īncūltă, īncrēdŭlă, īmpĭă, ēffūsă, fŭrĭbūndă. PH. Ut prīscă gēns mōrtālĭŭm. *H.* Gēns hūmānă ruĭt pēr vĕtĭtŭm nĕfās. *H.* Gēns hūmĭdă pōntī. *V. v. genus.* — *I. q. familia.* Tēr cēntŭm dŏmĭnābĭtŭr ānnōs Gēntĕ sŭb Hēctŏrĕā. *V.* Unŭs dĕ Făbĭā gēntĕ rĕlīctŭs ĕrăt. *O.* Sĭnĕ gēntĕ. *H.* Infĭmă dē gēntĕ. *H.* Rhaētī dē gēntĕ vĕtūstā. *V.* — *I. q. natio.* Gēns ēffrēnă vĭrûm Rīpaeō tūndĭtŭr Eūrō. *V.* Unā cūm gēntĕ tōt ānnōs Bēllă gĕrō. *V.* Gēntēmquĕ fĕrōcēm Assuētām bēllō. *O.* Gēns dūra ătque āspĕră cūltū. *V.* Gēntēs sŭb ŭtrōquĕ mūndī Axĕ jăcēntēs. Incēdūnt lōngo ōrdĭnĕ gēntēs, Quām vărĭae līnguīs, hăbĭtū tām vēstĭs ĕt ārmĭs. *V. v. populus.* — *Gentium.* Ubĭ gēntĭŭm. *Pl.* Undĕ gēntĭŭm? *Pl.* Nūsquām gēntĭŭm. *Pl.* — *Eccl. v. gentilis.*

gēntīlĭs. — *gēntīlĭă tȳmpănă sēcŭm.* I. PH. Infēstāns ŏdĭīs gēntīlĭbŭs Hānnō. *S.* Trāns gēntīlĕ frĕtŭm. *St. v. patrius.* — *Eccl.* Gēntīlĕ vūlgŭs. *Pr.* Bārbărĭcīs gēntīlĭă nūmĭnă pāgīs. *Pr.* O mērsă līmō caecĭtās gēntīlĭŭm! *Pr.* Fĕrĭtātĕ căptă gēntĭŭm. *Pr.* Hīnc gēntīlĭs ăgĭt dūrōs sĭnĕ mōrĕ fŭrōrēs. *Alc. v. gentilitas.*

gēntīlĭtās. *Gēntīlĭtātĭs sōrdĭdă jūbĭlă.* (Alc.) Pr. PH. Jāmnĕ crēdĭs, brūtă quōndām Vāscōnŭm gēntīlĭtās? *Pr.* Hās fērrĕ poenās cōgĭtŭr gēntīlĭtās. *Pr. v. gentilis.*

gĕnū. *Dīxĕrăt ĕt gĕnŭa āmplēxŭs* etc. V. Plur. *gĕnŭă* et *gĕnvă.* *Gĕnvă lăbānt* etc. V. SY. pŏplēs. EP. prōcĭdŭŭm, sŭccĭdŭŭm, hŭmĭlĕ, cūrvātŭm, flēxŭm, sŭbmīssŭm, īncūrvŭm, sūpplēx, lăbāns, trĕmēns, fīrmŭm, cērtŭm, tĭtŭbāns, rĭgĭdŭm, dūrŭm. PH. Quā crūs ēsse īncĭpĭt, ĕt quā Mōllĭă nērvōsŭs făcĭt īntērnōdĭă pōplĕs. *O.* Rĭgĭdō nīxŭs gĕnū. Trĕmŭlō mĕdĭōs ābrūmpĭt pōplĭtĕ gȳrōs. Nūdă gĕnū. *V.* Imprēssōquĕ gĕnū nītēns. *V.* Oppŏsĭtōquĕ gĕnū cūrvāvĭt flēxĭlĕ cōrnū. *O.* Tārdātă săgīttā Intērdŭm gĕnŭa īmpĕdĭūnt. *V.* Gĕnŭŭmquĕ tŭmēbăt Orbĭs. *O.* Et gĕnŭŭm jūnctūră rĭgĕt. *O.* Pĭgrĭs mēmbră gĕnĭbŭs lăbānt. *St.* — *Genua flecto.* SY. gĕnŭă flēctĕrĕ, sŭbmīttĕrĕ, īnclīnārĕ, cūrvārĕ, pōnĕrĕ, īnflēctĕrĕ, īncūrvārĕ, sĭnŭārĕ, pŏsĭtō gĕnū prōcūmbĕrĕ, cădĕrĕ. Ipsĕ, gĕnū pŏsĭtō, flāmmās ēxsūscĭtăt aūrā. *O.* Fūlvĭs gĕnŭa īnclīnārăt ărēnĭs. *O.* Pŏsĭtĭs ĭn mārgĭnĕ rīpae Prōcŭbŭīt gĕnĭbŭs. *O.* Gĕnĭbŭsque ădvērsae ōblūctŏr ărēnae. *V.* Gĕnĭbŭs vīcīnŭs ărēnae. *St.* Pōplĭtĕ nūnc flēxī sīdūnt. *St.* Hŭmīquĕ Prēssŭs ŭtrōquĕ gĕnū. *St.* Tērrăm gĕnĭbŭs sŭbmīssă pĕtēbăt. *O.* Gĕnĭbŭs mĭnŏr. *H.* Pŏsĭtōquĕ gĕnū Tītānĭă tērrăm Prēssĭt. *O.* — *Aegris genibus procumbere.* Tārdă trĕmēntī Gĕnŭă lăbānt. *V.* Gĕnŭa aegră trăhēntēm Dūcūnt. *V.* Gĕnŭa īntrĕmŭērĕ tĭmōrĕ. *O.* Incĭdĭt ăd tērrām dūplĭcātō pōplĭtĕ. *V.* Tĕnĕbrĭs ēxsānguĭs ŏbōrtĭs Sūccĭdŭō dīcŏr prōcŭbŭīssĕ gĕnū. *O.* Tūm dēnĭquĕ tēllŭs Prēssă gĕnū nōstro ēst, ĕt ărēnās ōrĕ mŏmōrdī. *O.* Nēc trĕmŭlīs pōssūnt īnsīstĕrĕ plāntīs. *I.* Cădĭt īnflēxō lāpsă pŭēllă gĕnū. *P. v. pedes.* — *Procumbere in genua venerandi causa.* Dīxĕrăt ĕt gĕnŭa āmplēxŭs, gĕnĭbŭsquĕ vŏlūtāns. *V.* Cōmplēxă pĕdēs īn līmĭnĕ cōnjŭx Haērēbăt. *V.* Māgnī gĕnĭbŭs prōcūmbĕrĕ nōn ēst Dēdīgnātă Jŏvĭs. *O.* Cōmplēctŏr, rēgīnă, pĕdēs. *L.* Quŭm gĕnŭa āttĭgī. *Se.* Quēm gĕnū nīxae trĕmŭērĕ gēntēs. *Se.* Inflēxō gĕnū Rēgnā-

tem ŏdōrēs. *Se.* Pēr tŭă tē gĕnŭa ōbsĕcrō. *Pl.* Aram āmplēxāntēs hānc tŭām lăcrĭmāntēs, gĕnĭbŭ' nīxaē. *Pl.* Gĕnĭbŭs sūpplēx ādvōlvŏr. *Cl.* Vĕnĕrārī pōplĭtĕ cūrvō. Sĭnŭātō, prōcĭdŭō dīc bŏnă vērbă gĕnū. Tēntō pōplĭtĕ prōnŭs. Nēc mŏrŏr āntĕ pĕdēs prōcŭbŭīssĕ tŭōs. *O.* Āntĕ pĕdēs jăcŭīt sūpplēx. Sūpplēx vōlvĭtŭr āntĕ pĕdēs. *O.* Sūpplĭcĭtēr pŏsĭtō prōcŭbŭērĕ gĕnū. *O.* Prōnūm sē sōlō stērnĕrĕ. Prōjĭcĭēns sūbmīssō pōplĭtĕ cōrpŭs. *C.* Tērrām gĕnĭbŭs sūbmīssīs pĕtĕrĕ. Gĕnĭbŭsquĕ sălūtānt Sūbmīssi aūgŭrĭūm. Et gĕnŭa āmplēctēns ēffātŭr, tālĭă sūpplēx. Nūnc, ō Bācchĕ, tŭīs hŭmĭlēs ādvōlvĭmŭr ārīs. *P.* Itĕrūm, sŭpērbĕ, gĕnŭbŭs ădvōlvŏr tŭīs. *Se.* Admŏvĕt īllă mănūm gĕnĭbŭs. Nātĕ, quĭd gĕnĭbŭs mĕīs Flēs ădvōlūtă? Quĭd prĕce īndŏmĭtūm dŏmās? *Se.* Ēt gĕnĭbŭs prōnŭs, sūpplēx sĭmĭlīsquĕ rŏgāntī. *O. v. supplex.*

Gĕnŭă. *Īndŏmĭtōs vĭdĕās Lĭgŭrēs Gĕnŭāmquĕ pŏtēntēm.* A. *v. Ligures.*

gĕnŭālĕ. — *Pīctō gĕnŭālĭă līmbō.* O.

gĕnŭīnŭs. — *gĕnŭīnă lūēs.* Pr. SY. nātīvŭs, mĕrŭs, vērŭs. — *Dens.* — *ēt gĕnŭīnūm frēgĭt ĭn īllīs.* Pe. *v. dens.*

gĕnŭs. *Unde hŏmĭnūm gĕnŭs ēt pĕcŭdēs.* V. SY. gēns, gēntīlĭtās, ōrtŭs, ōrĭgo, stīrps, sānguĭs, dŏmŭs; prōpāgo, prōgĕnĭēs, stēmmă. EP. nōbĭlĕ, āntīquūm, clārūm, īllūstrĕ, rēgĭūm, vĕtŭs, praēclārūm, nōtūm, rēgālĕ, īgnōbĭlĕ, ābjēctūm, vīlĕ, hŭmĭlĕ, sōrdĭdūm, īgnōtūm, splēndĭdūm, īnsīgnĕ, cōnspĭcŭūm, ōbscūrūm, īncōgnĭtūm, pārūm nōtūm. PH. — *I. q. ortus hominum.* Crēssă gĕnūs Phōlŏē. *V.* Quī gĕnŭs? ūndĕ dŏmō? *V.* Tāntănĕ vōs gĕnĕrĭs tĕnŭīt fīdūcĭă vēstrī? *V.* Sī gĕnŭs hūmānum ēt mōrtālĭă tēmnĭtĭs ārmă. *V.* Gēntĭs hŏnōs. *V.* Gĕnĕrĭs prīmōrdĭă, grădŭs. Sānguĭnĭs īnclўtŭs ōrdo. Ōrtŭs nōbĭlĕ prīncĭpĭūm. Māgnā dē stīrpĕ nĕpōtum ēssĕ. Clārō sānguĭnĕ crētŭs. Praēclārā stīrpĕ crĕātŭs. Gĕnŭs āltō ā sānguĭnĕ dīvūm dūcĕrĕ. *V.* Hŭmĭlī, ōbscūrō gĕnĕrĕ, īncōgnĭtīs ēx pārēntĭbŭs nātŭs, sătŭs. Gĕnŭs quī dūcĭs Ōlўmpō. *V.* Āb Jŏvĕ prīncĭpĭūm gĕnĕrĭs. *V.* Āt gĕnŭs īmmōrtālĕ mănēt, mūltōsquĕ pēr ānnōs Stāt fōrtūnă dŏmūs, ēt ăvī nŭmĕrāntŭr ăvōrūm. *V.* Sīc gĕnŭs āmbōrūm scīndīt sē sānguĭne ăb ūnō. *V.* Gĕnŭs huīc mātērnă sŭpērbūm Nōbĭlĭtās dăbăt, īncērtūm dē pătrĕ fĕrēbăt. *v. gens, stirps.* — *I. q. nobilitas.* Nām gĕnŭs ēt prōăvōs, ēt quaē nōn Fēcĭmŭs īpsī, Vīx eă nōstră vŏcō. *O.* Et gĕnŭs ēt vīrtūs, nĭsĭ cūm rē, vīlĭŏr ālga ēst. *H.* Ēt gĕnŭs ēt fōrmām rēgīnă pĕcūnĭă dōnăt. *H. v. ignobilis, nobilis.* — *Trop.* Gĕnŭs īrrītābĭlĕ vātēs. *H.* Gĕnŭs ōmne ănĭmāntŭm. *Lr.* Alĭtŭūm gĕnŭs ātquĕ fĕrārūm. *Lr.* Aequŏrĕūm gĕnŭs. *V.* gĕnŭs īmmĭtĕ vīrōrūm. *O.* — *I. q. natio.* Gĕnŭs īnsŭpĕrābĭlĕ bēllō. *V.* g. īntrāctābĭlĕ bēllō. *V.* g. pārcūm pătĭēnsquĕ lăbōrūm. *O. v. populus.*

gĕōmĕtră, gĕōmĕtrēs, geōmĕtrēs, *trisyll.* *Grāmmătĭcŭs, Rhētŏr, Gĕōmĕtrēs, Pīctŏr, Ālīptēs.* J. PH. Trāctātŏr, gĕōmĕtră mūsĭcūsquĕ. *Sid.* Tē mărĭs ēt tērraē nŭmĕrōquĕ cărēntĭs ărēnaē Mēnsōrēm. *H.* — *Adj.* Jūnctūrās gĕōmētrĭcă fōrmă făvōrūm. *Au.* Quūm gĕōmĕtrĭcās ăd ārtēs. *Sid.*

Gĕōrgĭŭs. *Mārtўrĭs ēgrĕgĭī pōllēns mĭcăt aūlă Gĕōrgī.* Fort.

Gērgĕsēī, ōrūm. — *tūm mīllĭă Gērgĕsĕōrūm.* Pr.

Gērgŏvĭă, aē. *Gērgŏvĭaē mīlēs etc.* *Sid.*

Gērmānī. SY. Ălĕmānnī, Teūtŏnes, Sĭcāmbrī, Sŭēvī. EP. Mārtĭī, dīvĭtēs, īmmĭtēs, saēvī, bēllĭgĕrī, īndŏmĭtī, sŭpērbī, īnvīctī, pŏtēntēs, fĕrōcēs, bēllācēs, aūdācēs, fōrtēs, ătrōcēs, trŭcēs, caērŭlĕī, bārbărī, ēffĕrī, hōrrĭdī, fĕrī, dīrī, bēllātōrēs, bēllĭcōsī, pūgnācēs, pērfĭdī, flāvī, rĕbēllēs. PH. Gērmānă gēns, nātĭo. Gērmānŭs pŏpŭlŭs. Flāvī gēns āccŏlă Rhēnī. Vĕtĕrī gēns nātă Thŭīstōnĕ. Caērŭlĕă pūbēs. *H.* Quī prōfūndūm (Rhēnūm), Dānŭbĭūm, (Ālbĭm) bĭbūnt. *H.* Rhēnī, Dānŭbĭī Ālbĭsquĕ pŏtōrēs. Ōraē Teūtŏnĭcaē cīvēs. Lūstră, Lĕōntŏdămē, Gērmānōrūmquĕ pălūdēs Erŭīs. *Cl.* — *Adj.* Jŭvĕnēm Gērmānĭcă sīgnă fĕrēntēm. *O.* Et mŏdŏ Gērmānŭs Rōmānīs cōgnĭtŭs ōrbĭs. *O.* Fēmĭnă cānĭtĭēm Gērmānīs īnfĭcĭt hērbīs. *O.* Īnsīgnēm clādēm Gērmānaē pūbĭs. *Pe.* SY. Teūtŏnĭcŭs, Alĕmānnĭcŭs.

Gērmānĭă. *Nēc fĕră caērŭlĕā dŏmŭīt Gērmānĭă prōlĕ.* H. SY. Ălĕmānnĭă, Teūtŏnĭă. EP. sīlvĭfĕră, frīgĭdă, nĕbŭlōsă. *v. in Germani.* PH. Gērmānĭcă, gērmānă tēllūs, plăgă, rĕgĭo. Gērmānaē ōraē. Sāltĭbŭs Hērcўnĭīs Gērmānĭă sūbjăcĕt ătrōx. Nĕbŭlōsă căvĭs fūmăt Gērmānĭă cāmpīs. Pērfĭdă dāmnātās Gērmānĭă prōjĭcĭt hāstās. *O.* Āntĕ tŭbām nōbīs aūdāx Gērmānĭă sērvĭt. *L.* Gērmānĭă quōndām Īllă fĕrōx pŏpŭlīs. *Cl.* Aūt Ărărĭn Pārthŭs bĭbĕt, aūt Gērmānĭă Tĭgrĭm. *V.*

Gērmānĭcŭs. PH. Nēc tĭbĭ dē Părĭō stătŭō, Gērmānĭcĕ, tēmplūm Mārmŏrĕ. *O.* Pārce, hōspēs, tŭmŭlō; Caēsār Gērmānĭcŭs hīc sūm. *Anth.*

gērmānŭs, ă, ūm; — *gērmānō nōmĭnĕ.* Pl. PH. Ex gērmānā Graēcĭā. *Pl. v. genuinus.* — *I. q. frater, soror.* PH. Rēgnă Tўrī gērmānŭs hăbēbăt. *V.* Invĕnī, gērmānă, vĭām; grātārĕ sŏrōrī.

gērmĕn. SY. sēmĕn, stīrps, ōrĭgŏ. EP. mōllĕ, tūrgēns, ŏdōrūm, flōrĭfĕrūm, āmbrŏsĭūm, foecūndūm, gĕnĭtālĕ, pūbēns. PH. Alĭēna ēx ārbŏrĕ gērmĕn Inclūdūnt. *V.* Hēlĭădūm rāmōs lăcrўmōsăquĕ gērmĭnă. *St.* — *Trop.* Aūtūmnī mātūrĕt gērmĭnă. *Cl.* Gērmĭnă cāră mărĭs. *Cl. v. germino, principium.*

gērmĭno. *Gērmĭnăt ēt nūnquām fāllēntĭs tērmĕs ŏlīvaē.* H. SY. prōgērmĭnārĕ, pūllŭlārĕ, gēmmārĕ, prōvĕnīrĕ, crēscĕrĕ. PH. Gērmĕn ēdĕrĕ, părĕrĕ, mīttĕrĕ, ēmīttĕrĕ, fūndĕrĕ, trūdĕrĕ. Gērmĭnĕ pūllŭlārĕ, frōndērĕ, flōrēscĕrĕ. Dīvĭtĕ gēmmā Vēstĭt pāmpĭnĕās vītĭs ŏpācă cŏmās. Gērmĭnĕ pūbĕt ŏdōrō. Ēffūndĭt gēmmās, tūrgēnti ēt gērmĭnĕ frōndĕt. Sēd trūdĭt gēmmās ēt frōndēs ēxplĭcăt ōmnēs. *V.* Sēcūrŭs gērmĭnăt

hōrtŭs. *M.* Quōd rămīs pĭă gērmĭnăt Dămāscŭs. *St. v. frutico.*

gĕro. *Bellă mănū lētūmquĕ gĕrō* etc. V. SY. făcĕrĕ; pōrtārĕ, gēstārĕ, fērrĕ. PH. Gĕrĭtĭs tēla īrrĭtă dēxtrīs. *V.* Cēntūm frōnte ŏcŭlōs, cēntūm cērvīcĕ gĕrēbăt. *O.* Umbrātă gĕrūnt cīvīlī tēmpŏră quērcū. *V.* Vĭŏlām nūllō tērră sĕrēntĕ gĕrĭt. *O.* Arbŏrĭbūs caēsīs, quās ārdŭă gēssĕrăt Oētē. *O.* Ante ānnōs ănĭmūmquĕ gĕrēns cūrāmquĕ vĭrīlĕm. *V.* Aspĕră sī gĕrĭtĭs cōrdă. *M.* Mōrēs, quōs āntĕ gĕrēbānt, Nūnc quŏque hăbēnt. *O.* Nōs ălĭquōd nōmēnquĕ dĕcūsquĕ Gēssĭmŭs. *V.* Nēc tēcūm tālĭă gēssī. *O.* Tū cīvēm pătrēmquĕ gĕrās. *Cl.* Bellum īngēns gĕrĕt Ităliā. *V.* Quām prō mē cūrām gĕrĭs. *V. v. gesto.*

gērrae, ārŭm. PH. Tŭaē blāndĭtĭaē mĭhī sūnt, quōd dīcī sŏlĕt, Gērrae gērmānaē. *Pl.* Gērraē! *Pl. v. nugae.*

gĕrŭlŭs. *Fēstīnăt călĭdūs mūlīs gĕrŭlīsquĕ rĕdēmtŏr.* H. SY. bājŭlŭs. PH. Aērĕ sīnūs gĕrŭlŭs plēnōs grăvīs ūrbĕ rĕpōrtĕt. *Co.*

Gērvăsĭŭs. *Gērvăsĭum, Ambrŏsĭūm* etc. Fort.

Gēryŏn *et* Gēryŏnēs, aē. *Tērgĕmĭnī nĕcĕ Gēryŏnĭs spŏlĭīsquĕ sŭpērbŭs.* V. *Prōdĭgĭūmquĕ trĭplēx, ārmēntī dīvĕs Ibērī, Gēryŏnēs.* O. *Gēryŏnă quōndām nūncŭpātum ăccēpĭmŭs.* (iamb.) Av. *Quĭdvĕ trĭpēctŏră tērgĕmĭnī vīs Gēryŏnăī?* Lr. Male: *Nūllă tămĕn fūsō prĭŏr ēst Gēryŏnĕ pūgnă.* Sid. EP. trĭcōrpŏr, tērgĕmĭnŭs, trĭfōrmĭs, trĭpēctŏrŭs, trĭplēx, vāstŭs, fĕrōx, fĕrŭs, īmmānĭs, mĭnāx, fōrtĭs, tĕr āmplŭs, aūdāx, crūdēlĭs, hōrrēndŭs. PH. pāstŏr Ibērŭs. Rēx trĭfōrmĭs. Prōdĭgĭūm trĭplēx. Qui īn trĭbŭs ūnŭs ĕrăt. Fōrmă trĭcōrpŏrĭs ūmbraē. *V.* Pāstōrĭs Ibērī Fōrmă trĭplēx. *O.* Descr. *V.* A. 7, 661. 8, 201 sqq. *S.* 13, 200 sqq. *O.* H. 9, 91.

gēstă, ōrŭm. SY. rēs gēstaē, ăctă, făctă. PH. Quĭs Pūnĭcă gēstă Nōssĕt? *Cl.* Quī sĭbĭ rēs gēstās Aŭgŭstī scrībĕrĕ sūmĭt. *H.* Pāssūrŭs gēstīs aēquāndă pĕrīcŭlă rĕbŭs. *I.* Dēnsĭŏr īnstăt Gēstōrŭm sĕrĭēs. *Cl.* Laētī bĕnĕ gēstīs cōrpŏră rĕbŭs Prōcūrātĕ. *V. v. acta, facinus, successus.*

gēstāmĕn. — *clўpĕūm, māgnī gēstāmĕn Abāntĭs.* V. PH. Hōc Prĭāmī gēstāmĕn ĕrăt. *V.* Nŏtās, rēgūm gēstāmĭnă, vēstēs. *St.* Cŏgnōvī clўpĕūm, laēvaē gēstāmĭnă nōstraē. *O.*

gēstĭo. SY. ēxsūltārĕ, laētārī, gaūdērĕ. PH. Gĕnū ēxsūltārĕ. Laētĭtĭā ēxsĭlīrĕ, sūbsĭlīrĕ, ŏvārĕ, trĭūmphārĕ. PH. Haūrīre ănĭmŭs Mūsārum ē fōntĭbŭ' gēstĭt. *Lu.* Gēstĭūnt pūgnī mĭhī. *Pl. v. cupio.* — *Gaudio gestire.* Tūm gēstĭt ăpĕr, quūm sēsē Mārtĭă tĭgrĭs Abstŭlĭt. *Va.* Stŭdĭō gēstīrĕ lăvāndī. *V.* Quĭd gēstĭam, aūt quĭd laētŭs sĭm? *Te.* Cūm părĭbūs gēstīt cōllūdĕrĕ. *H. v. gaudeo.*

gēsto. SY. gĕrĕrĕ, pōrtārĕ, fērrĕ. PH. Tўrĭīs mōs ēst, gēstārĕ phărētrăm. *V.* Pŭĕrum īn mănĭbūs gēstāvī mĕīs. *Te.* Păvĭdōsquĕ mānēs squālĭdŭs pōrtāt sĕnēx. *Se.* Lōngōs gēstārĕ sŭrūrrōs. *Anth.* Omnēs pēndĕānt Gēstōrēs līnguīs, aūdĭtōrēs aūrĭbŭs. *Pl.* Nōn ŏbtūsa ădĕō gēstāmŭs pēctŏră Poēnī. *V.* Gēstāndŭs īn sĭnū. *Te. v. gero.* — *De lectica.* Gēstātŭr tēcūm sēllā păriterquĕ lăvātŭr. *M.* Gēstātŭs bĭjŭgīs Rēgŭlŭs ēssĕt ĕquīs. *M.* Pōrtĭcŭs, īn quā Gēstētŭr dŏmĭnŭs, quŏtĭēs plŭĭt. *I.* Sēd gēstātĭŏ, fābŭlaē, lĭbēllī. *M.*

gēstŭs. SY. ăctĭo, mōtŭs. EP. lŏquēns, pĕtŭlāns, grātŭs, mōllĭs, vĕnūstŭs, sŏlūtŭs, dĕcōrŭs, hŏnēstŭs, scēnĭcŭs. PH. Mōllī dēdūcĭt cāndĭdă gēstū Brāchĭă. *P.* Exĭgŭō sīgnēt gēstū quōdcūnquĕ lŏquētŭr. *O.* Nŭmĕrīs brācchĭă mōtă sŭīs. *O.* Illă plăcēt gēstū. *O.* Mōtŭs hōmĭnūm gēstūsquĕ sĕquēntēm. *Lr.* Rīsūm mŏvĕt Atēllānaē Gēstĭbŭs Aūtŏnŏēs. *I.*

Gĕtă *et* Gĕtēs, aē. *Quūm fŭgĭt īn Rhŏdŏpēn ătque īn dēsērtă Gĕtārŭm.* V. SY. Chūnnŭs, Hūnnŭs, Dācŭs, Alānŭs, Scўthă. EP. hībērnŭs, āstūtŭs, rĭgĭdŭs, īnfēstŭs, squālĭdŭs, dūrŭs, īnhūmānŭs, hīrsūtŭs, trŭx, fĕrŭs, fĕrōx, īndŏmĭtŭs, īntōnsŭs, bārbărĭcŭs, phărētrātŭs, Thrācĭŭs, Thrēĭcĭŭs, crūdŭs, mārtĭcŏlă, stŏlĭdŭs, dīrŭs, saēvŭs, pēllĭtŭs, ārmĭfĕr, flāvŭs, fōrtĭs, văgŭs, gĕlĭdŭs, bēllĭgĕr, īnfrēnĭs, trŭcŭlēntŭs. PH. Gĕtĭcă gēns. Nūllă Gĕtīs tōtō gēns ēst trŭcŭlēntĭŏr ōrbĕ. *O.* Nōn vĕnĭt īn dūrōs Mūsă vŏcātă Gĕtās. *O.* Hinc Dācŭs prĕmăt, īndĕ Gĕtēs: ōccūrrăt Ibērīs. *Lr.* Trŭxquĕ Gĕtēs ārmīs, grāndĭnĕ pūlsĕt hĭēms. *O.* Dūră phărētrātō bēllă mŏvēntĕ Gĕtā. *O.* Văgŭs cāmpīs Gĕtă. *Se.* Descr. *O.* T. 5, 7, 12 sqq. *Cl.* B. Ge. 84. — *Adj.* Hōc tĭbĭ dē Gĕtĭcō līttŏrĕ mīttĭt ŏpŭs. *O.* Bīstŏnĭăs ēt Gĕtĭcās pŏpŭlātŭr caēdĭbŭs ūrbēs. *St.* Dēfēcīssĕ pŭtānt Gĕtēn Hēbrūm Bīstŏnēs ūltĭmī. *Se.* Jām dĭdĭcī Gĕtĭcē Sārmătĭcēquĕ lŏquī. *O.*

Gēthsēmănē. — *sūnt Gēthsēmănēĭdă rūră.* Ivc.

gībbĕr, ĕrĭs, n. *et* gībbŭs, ī. PH. Gībbōquĕ tŭmēntēm. *I.*

gĭgās, āntĭs; gĭgāntes, ŭm. *Prōmĭnĕt ārcĕ gĭgās, ātque ūnī mīssĭlĭs īllī.* St. *Undĕ fĭt, ŭt mālīm frātērcŭlŭs ēssĕ Gĭgāntŭm.* J. Nomina: Coeŭs, Encĕlădŭs, Brĭăreŭs, Aēgaeōn, Iăpĕtŭs, Tўphoeŭs, Mīmās, Pōrphўrĭōn, Rhoētŭs, Gўgēs. Descr. *O.* M. 1, 151 sqq. *O.* F. 5, 35 sqq. *V.* G. 1, 278 sqq. *H.* 3, O. 4, 42 sqq. Permutantur cum *Titanibus*, quamquam hi cum *Saturno*, illi cum *Jove* pugnarunt. SY. Tītānēs, tērrĭgĕnaē. Gĭgāntūm cŏhōrs, mănŭs, ăcĭēs. Tītānĭă prōlēs, pūbēs. *V.* Gĕnŭs āntīquūm Tērraē. *V.* Hōstēs Phlĕgraeī. *St.* Aūsī rūmpĕrĕ īmpĕrĭūm Jŏvĭs. *St.* Tērrĭgĕnaē frātrēs. Tēllūrĭs jŭvĕnēs, ălūmnī. Impĭă tūrbă Gĭgāntūm. Immānĭă mōnstră Gĭgāntēs. Fĕrī tērraē pārtŭs, Vāstā sē mōlĕ mŏvēntēs. *V.* Caēlō căpĭta āltă fĕrēntēs. *V.* Mōlĭs mōnstră stŭpēndaē. Prŏpāgo cōntēmtrīx Sŭpĕrum. *O.* Cōnjūrātī caēlūm rēscīndĕrĕ frātrēs. *V.* EP. īmmānēs, hōrrēndī, aūdācēs, vāstī, ārdŭī, tŭmĭdī, fĕrī, fŭrēntēs, īmpăvĭdī, crūdēlēs, bārbărī, pŏtēntēs, saēvī, īndŏmĭtī, hōrrĭbĭlēs, fŭrĭōsī, dīrī,

terrifici, interriti, minaces, truculenti, metuendi, tetri, acerbi, nefandi, immites, scelerati, impii, anguipedes, centimani, Aetnaei, Phlegraei, serpentiferi, conjurati, rabidi, serpentigeri, Pallenaei. PH. Cecini plectro graviore gigantas. *O.* Solidoque intorta adamante gigantum Vincula. *St.* Quos Tellus in coelum furibunda tulit. *Mn.* Domiti Herculea manu. *H.* Domitos Jovis igne gigantas. *O.* Tentavere, nefas, olim detrudere mundo Sidera, captivique Jovis transferre gigantes Imperium, et victo leges imponere coelo. *Corn. Sev.* Tentavere humeris monti superaddere montem, Pervius ut fieret congestis molibus aether. Deos ausa lacessere bello Saeva cohors. Quos vibrato fulmine, vindice flamma, Jupiter obruit, protrivit, vastis involvit ruinis. Phlegra Giganteis famosa ruinis. Ausi caelum affectare Gigantes. Caeloque irata juventus. Quos partu terra nefando Edidit. Fidens juventus horrida brachiis. *H.* Qui manibus magnum rescindere coelum Aggressi, superisque Jovem detrudere regnis. *V.* — *Adj.* Quumque gigantei memorantur proelia belli. *O.* Aetna giganteos nunquam tacitura furores. *O.*

gigno; genui. — *Qui tanti talem genuere parentes?* PH. Pulchra faciat te prole parentem. *V.* Quae tibi vitalem quum primum traderet auram. *O.* Dis genite et geniture deos. *V.* Dis quanquam geniti. *V.* Quid enim fuit utile gigni? *O.* — *Trop.* Purpureum viridi genuit de cespite florem. *O.* Ludus enim genuit trepidum certamen et iram. *H. v. genero, pario, parturio.*

gingiva, ae. *Frangendus misero gingiva panis inermi.* I.

glaber, glabra, um. — *Crure glaber.* M.

glacialis. ***Et glacialis hiems, canos hirsuta capillos.*** O. SY gelidus, pruinosus, algidus, frigidus. PH. Et glacialis hiems Aquilonibus asperat undas. *V. v. frigidus.*

glacies. ***Ah, tibi ne teneras glacies secet asperа plantas.*** V. EP. aspera, nivalis, adstricta, concreta, solida, rigens, indurata, iners, Alpina, Rhiphaea, dura, lucida, fragilis, caerulea, frigida, Scythica, Hyperborea, Arctoa, gelida, pendula, acris, lubrica, Caucasea, torpens, hiemalis, arctica, hispida, hirsuta, trux, Maeotica. PH. Unda gelu concreta, compacta, adstricta. Quae frigore constitit unda. *O.* Glacies ne frigida laedat Molle pecus. *V.* Caerulea glacie concretae. *V.* Hebrusque nivali Compede vinctus. *H.* — *Trop.* Glacies aeris flamma devicta liquescit. *Lr.* Gelu concretus latex. Crusta lubrica. Stiria pendens. Terram hirsuta premit glacies, et bruma perennis. Nives induratae. Aqua frigore nexa In glaciem. Flumina indurata frigore caeli. Aqua consistens glacie. Cito ferri ferratis soleis per glacialia, levia, levigata marmora lapsu. Caerulea glacie concretus. *V.* Stat glacies iners. *H.* Glacieque nivali Hispidus. *Cl.* Ventis glacies adstricta pependit. *O.* Pendula tectis Diriguit glacies. *Pol. v. gelatus, gelu.*

glacio. *Corda metu glaciante* etc. *St.* PH. Positas ut glaciet nivas Puro numine Jupiter. *H.* Bruma gelu glacians. *Au. v. gelo.*

gladiator. ***Lustravitque fuga mediam gladiator arenam.*** J. SY. pugil, luctator, lanista, athleta, mirmillo, retiarius, secutor, bestiarius. EP. fortis, robustus, nudus, tunicatus. PH. Quum notus caderes tristi gladiator arena. *St.* Armatae peritus palaestrae. Media pugnat gladiator arena. — Das gladiatores. *M.* Fatalis arenae Munera. *L. v. athleta, munus.*

gladius. ***Nescierint primi gladios extundere fabri.*** J. SY. ensis, ferrum, pugio, sica, mucro, cuspis, acies, acinaces. EP. fulgens, minax, ferreus, anceps, minans, furens, frigidus, immanis, tristis, impius, hosticus, immitis, mortifer, strictus, trux, crudelis, ardens, gemmans, acutus, fatalis, vibrans. PH. Ense, gladio latus cingere. Gladium lateri accommodare, aptare, subligare. Gladium stringere, nudare, educere, destringere, vagina liberare, eripere, recludere. Pars gladios stringunt manibus. *V.* Me quoque conantem gladio finire dolorem. *O.* Frigidus inde stat gladius. *L.* Gladiosque tegat vagina minaces. *Cl.* Ire per ignes Et gladios. *O.* — *Trop.* Ausonias gladiis voluit miscere secures. *L. v. ensis.*

glandifer. ***Glandiferas inter curabant corpora quercus.*** Lr.

glans, *f.* SY. quercus ilignа, escules, nux, frux, bacca quercus, ilicis, esculi foetus, fructus. Quernum, iliceum pomum. Glandaria nux. Chaoniae fruges. EP. dura, silvestris, excussa, virens, agrestis, sonora, hiberna, vetus, caduca, Dodonia, querna, iligna, escula, Chaonia, vetusta, fagea, tenera, stricta. PH. Contentus nemorum pomis, et glande sonora Vivit. Quernaque glans victa est utiliore cibo. *O.* Curvataque glandibus ilex. *O.* Et quae deciderant patula Jovis arbore glandes. *V.* Tollat et immodicam glans mihi stricta famem. Silvestria pabula glandes. Ante ministrabant glandes alimenta. Liber et alma Ceres, vestro si munere tellus Chaoniam pingui glandem mutavit arista. *V.* Prima Ceres homini ad meliora alimenta vocato Mutavit glandes utiliore cibo. *V.* Unde datae populis fruges et, glande relicta, Cesserit inventis Dodonia quercus aristis. *Cl.* — *globus tormentarius.* EP. plumbea, ferrea, missa, volans, volucris, missilis, ignea, vulnifica, ignita, plumbata, mortifera, dira, ignifera. PH. Globus aereus. Pila ferrea. Plumbea massa. Missile plumbum. Volatile ferrum Vibrat. Evomit ignitas hostilis machina glandes. Ferrea laevam Glans ignita manum ferit. Pars maxima glandes Liventis plumbi spargit. *V.* Volucres imitantur fulgura glandes. *St.* Rumpit plumbea glandium procella. *Sid. v. funda.*

glārĕā. *Nām jējūnă quĭdĕm clīvōsī glārĕă rūrĭs.* V. SY. ārēnă. EP. flāvă, jējūnă, dūră, stĕrĭlĭs, splēndēns. PH. Vīx hūmĭlēs āpĭbūs căsĭās, rōrēmquĕ mĭnīstrăt. Crēbĕr lītŏrĭs āspĕrăt ōrām călcŭlŭs, sĭlēx, scrūpŭlŭs, lăpĭllŭs. Hīc glārĕā dūră Stērnĭtŭr. *T.* Aūt īmpūlsă lĕvī tūrbātŭr glārĕă vēnā. *L.*

glaūcīnŭs. — *glaūcĭnă, Cōsmĕ, tĭbĭ.* M.

glaūcōmă, ătĭs. *Est glaūcōma, ăcĭēm quōd tēgmĭnĕ vēlăt ăquōsō.* Pr.

glaūcŭs. — *Vēlātŭs ărūndĭnĕ glaūcă.* V. SY. caērŭlŭs, caērŭlĕŭs, vĭrĭdĭs, caēsĭŭs, prăsĭnŭs. PH. Căpŭt glaūcō cōntēxīt ămīctū. Lūmĭnĕ glaūcō. *V.* Jōnĭūm glaūcīs ādspērgĭt vīrŭs ăb ūndīs. *Lr.* Glaūcă tŭēntēs Nāĭdăs. *Au.*

Glaūcŭs, ī. 1) *Deus.* Descr. *O.* M. 13, 906 sqq. *St.* S. 3, 2, 37. *Au.* M. 275. *P.* 2, 20, 13. 2) *Hippolochi fil.* Descr. *V.* A. 6, 483. *M.* 9, 95. *Hom.* Il. 6, 223. 3) *Potniades.* Descr. *V.* G. 3, 267 sqq. *Cl.* R. P. 3, 12.

glēbă. *Lĭquĭtŭr, ēt zĕphўrō pūtrĭs sē glēbă rĕsōlvĭt.* V. SY. cēspĕs. EP. jăcēns, ĭnērs, sŭpīnātă, pĭnguĭs, sīccă, foēcūndă, mădĭdă, fērtĭlĭs, dīvēs, hūmēns, ūbĕr, cāmpēstrĭs, vērsātă, ēffōssă, fĕrāx, pĭcĕă, pūtrĭs, frĭātă, dĭs, ūvĭfĕră, frūgĭfĕră, rĕdŏlēns, ōbjăcēns, ūlīgĭnĕă, crāssă, vĭrēns, frŭtĭcāns. PH. Glēbaē dīvĭtĭs ūbĕr. Glēbās cūnctāntēs crāssāquĕ tērgă. *V.* Pŏtēns tērrĭs ătque ūbĕrĕ glēbaē. *H.* Glēbās vērsārĕ lĭgōnĭbūs. *H.* Dĭtēs sĭnĕ vōmĕrĕ glēbaē. Ūlīgĭnĕīs tēllūs ūbērrĭmă glēbīs. Ūbĕrĕ glēbă Tērră fĕrāx. Sătŭrābăt glēbŭlă tālĭs Pātrem īpsūm tūrbāmquĕ căsaē. *I.* Rāstrīs glēbās frāngĕre ĭnērtēs. *V.* Vōmĕrĕ vērtĕrĕ glēbās. *V.* — *Trop.* Sīccārĕ lĭquōrēm Lāctĭs ĕt īn nĭvĕās ādstrīctūm cōgĕrĕ glēbās. *Nem.* v. *arare.*

glīs. *Sōmnĭcŭlōsōs īllĕ pōrrĭgĭt glīrēs.* (Scaz.) M. SY. mūs ălpīnŭs. EP. ĭnērs, pĭgĕr, hībērnŭs, sōpōrātŭs, dōrmītŏr, brĕvĭs, ălpīnŭs, sōmnĭcŭlōsŭs. PH. Tōtă mĭhī dōrmītŭr hĭēms, ĕt pĭnguĭŏr īllō Tēmpŏrĕ sūm, quō mē nīl nĭsĭ sōmnŭs ălĭt. *M.* Dōrmĭūnt glīrēs hĭĕmēm pĕrēnnĕm, Sĕd cĭbō pārcūnt. *Au.*

glīsco. SY. crēscĕrĕ, āccrēscĕrĕ, aūgēscĕrĕ, īnvălēscĕrĕ. PH. Āccēnsō glīscĭt vĭŏlēntĭă Tūrnō. *V.* Sūffūsă vĕnēnō Tēndĭtŭr, āc sănĭē glīscĭt cŭtĭs. *St.* Inquĕ dĭēs glīscĭt fŭrŏr. *Lr.* Spēctăt ătrōx hōstīlĕ căpŭt, glīscĭtquĕ tĕpēntĭs Lūmĭnă tōrvă vĭdēns. *St.* v. *ardeo.*

glŏbōsŭs. *Scīlĭcĕt ēssĕ glŏbōsă* etc. Lr. SY. rŏtūndŭs, ōrbĭcŭlātŭs. PH. Īn glŏbī fōrmam ēffēctŭs, fĭgūrātŭs, īn glŏbūm fōrmātŭs. Glŏbī dĕdĭt īllĕ fĭgūrăm, Tōrnō cĭrcūmdūcēns. Dēcīrcĭnăt ōrbĕm Īn tūmĭdūm. *Mn.* Tĕrētēs făcĭt ēssĕ fĭgūrās. *Mn.*

glŏbŭs. *Quĭs glŏbŭs, ō cīvēs, cālīgĭnĕ vōlvĭtŭr ātră?* V. SY. sphaēră, ōrbĭs. EP. rŏtūndŭs, lĕvĭs, dēnsŭs, tōrnātĭlĭs. PH. Lūcēntēmquĕ glŏbūm lūnaē. *V.* Flāmmārūmquĕ glŏbōs. *V.* Pūlvĕrĕō stānt āstră glŏbō. *St.* Sīc sŭbĭtīs Thēbāna Ārgīvăquĕ pūbēs Cōncūrrĕrĕ glŏbīs. *St.* Sānguĭnĭs glŏbōs vōmĭt. *O.* v. *turba.* — *Globus lusorius.* SY. rŏtātĭlĕ būxŭm, vŏlūbĭlĕ lĭgnūm, rŏtūndă būxŭs, vŏlūbĭlĭs ălnŭs. v. *turbo.* — *Globus tormentarius.* v. *glans.*

glŏmĕrāmĕn. *Dīssĭmĭlēs ĭgĭtŭr fōrmaē glŏmĕrāmĕn ĭn ūnŭm.* Lr. v. *globus, glomus.*

glŏmĕro. *Sīvĕ rŭdēm prīmōs lānām glŏmĕrābăt ĭn ōrbēs.* O. SY. āgglŏmĕrārĕ, āggĕrĕrĕ, cōnvĕhĕrĕ, āccŭmŭlārĕ, cōnvōlvĕrĕ, cōmplĭcārĕ, cōngrĕgārĕ, cōnjūngĕrĕ, cōgĕrĕ. PH. Māgnūm mīstaē glŏmĕrāntŭr ĭn ōrbĕm. *V.* Grēssūs glŏmĕrārĕ sŭpērbōs. *V.* Vōlvūntŭr ĭn ōrbĕm. Īmmēnsōs sĭnŭātŭr ĭn ārcūs. Sĭnŭātque īmmēnsă vŏlūmĭnĕ tērgă. Sē cōnvērtĕre ĭn ōrbēm. Nīgrō glŏmĕrārī pūlvĕrĕ nūbĕm. *V.* Hīnc ătque hīnc glŏmĕrāntŭr Ŏrēădēs. *V.* Et foēdām glŏmĕrānt tēmpēstātem īgnĭbŭs ātrīs. *V.* Quām mūltaē glŏmĕrāntŭr ăvēs! *V.* Bēllō glŏmĕrārĕ mănūm. *V.* Lĭquēfāctăquĕ săxă sŭb aūrās Cūm gĕmĭtū glŏmĕrăt. *V.* Glŏmĕrātquĕ fĕrēns īncēndĭă vēntŭs. *V.* Glŏmĕrāntŭr saēcŭlă. *Cl.* v. *accumulo.*

glŏmŭs. *Ūt vĭnōsă glŏmōs fūrtīvaē Pyrrhĭă lānaē.* H. *Lr.* 1, 360. *ĭn lānaē glŏmĕrĕ.* Dubius locus.

glōrĭă. *O dĕcŭs ātque aēvī glōrĭă rāră tŭī!* O. SY. laūs, hŏnŏr, dĕcŭs, nōmĕn, fāmă, splēndŏr, glōrĭātĭo, laūdātĭo, praēcōnĭŭm, praēdĭcātĭo, ēlōgĭŭm. EP. īnclўtă, ārdŭă, īnānĭs, vēntōsă, frăgĭlĭs, nōbĭlĭs, fŭgĭtīvă, brĕvĭs, mūtābĭlĭs, ōptātă, dēbĭtă, mĕrĭtă, īnsīgnĭs, māgnă, pĕrēnnĭs, sūmmă, trĭūmphālĭs, īnvĭdĭōsă, cĕlĕbrĭs, clāră, ŏpĕrōsă, īmmōrtālĭs, vīvāx, āmbĭtĭōsă, fēlīx, dūlcĭs, ănĭmōsă, lūcēns, aētērnă, nōn trānsĭtūră, sŭpērstĕs. PH. Nūllo ūnquām dēlēbĭlĭs aēvō. Pērpĕtŭūm mānsūră pĕr aēvŭm. Āccēndĭt tāntārūm glōrĭă rērŭm. *V.* Fūlgēntĕ trăhĭt cōnstrīctōs Glōrĭă cūrrū. *H.* Hōrtātrīx ănĭmōsī glōrĭă lētī. *St.* Īnclĭtă fāmă. *V.* Fāx mēntĭs hŏnēstaē. *S.* Gaūdētquĕ sĕnēctă Glōrĭă, quūm lōngō tĭtŭlīs cĕlĕbrāntŭr ĭn aēvō. *S.* Ēxcĭtăt aūdītŏr stŭdĭŭm, laūdātăquĕ vīrtūs Crēscĭt, ĕt īmmēnsūm glōrĭă călcăr hăbĕt. *O.* Nēc vōs pārvă sĕquētŭr Glōrĭă. *V.* Prēssa ēst īnsīgnĭs glōrĭă fāctī. Mīlĭtāvī nōn sĭnĕ glōrĭā. *H.* Et tōllēns văcŭūm plūs nĭmĭō glōrĭă vērtĭcĕm. *H.* Clārăque ĕrĭt scrīptīs glōrĭă vēstră mĕīs. *O.* Nēscĭă mōrtĭs glōrĭă. Ēxpērs sĕpŭlcrī. Pōst fātă sŭpērstĕs Nōmĕn ăb aētērnā pōstĕrĭtātĕ fĕrēs. Pērfūsăquĕ glōrĭă fūcō. *H.* Fūcō mēndācī rēsplēndēns. *H.* Ŏbēst quŏquĕ glōrĭă mūltīs. *O.* Fāctă dūcĭs vīvēnt, ŏpĕrōsăquĕ glōrĭă rērŭm; Haēc mănĕt, haēc ăvĭdōs ēffūgĭt ūnă rŏgōs. *O.* Ārdŭă pĕr praēcĕps glōrĭă vādĭt ĭtĕr. *O.* Dēnĭquĕ nōn pārvīs ănĭmō dăt glōrĭă vīrēs, Et făcūndă făcĭt pēctŏră laūdĭs ămŏr. *O.* Ārtĭbŭs īngĕnŭīs quaēsīta ēst glōrĭă mūltīs. *O.* Cūm mūltō glōrĭă vēnĭt Sānguĭnĕ. *V.* Sūblīmī fĕrĭām sīdĕră vērtĭcĕ. *H.* Descr. *Va.* 1, 75 sqq. — *l. q. gloriatio.* Tāntăquĕ Paēstānī glōrĭă rūrĭs ĕrās. *O.* Jām nōscēs,

vēntōsă fĕrăt cuī glōrĭă laŭdĕm. *V.* Vīs cūrsū pĕdĭbūsquĕ glōrĭārī? Tīgrēm vīncĕ lĕvēmquĕ Pāssĕrĭnŭm. Nūlla ēst glōrĭă, Praētĕrīre ăsĕllōs. *M.* Fŭīssēt vāna ĭnērtĭs glōrĭātĭō. *Ph. v. celeber, fama, glorior, illustris, immortalitas, nobilitas, nomen.*

glōrĭŏr. *Jūpĭtĕr ăltĕr ăvūs; sŏcĕrō quŏquĕ glōrĭŏr īllō.* O. SY. ōstēntārĕ, jāctārĕ, jāctĭtārĕ. PH. Dōtēs ōstēntārĕ sŭās. Vērbīs īmmŏdĭcīs, sŭpērbīs ēxtōllĕrĕ. Fērrĕ ĭn āstră. Fērrĕ pŏlō. Māgnă lŏquī. Māgnĭfĭcē lŏquī. Nēc glōrĭāntĭs sūstĭnēt frātrĭs jŏcōs. *Ph.* Frātrĕ măgĭs, dŭbĭtō, glōrĭēr ānnĕ vĭrō. *O.* Nē glōrĭārī lĭbĕăt ălĭēnĭs bŏnĭs. *Ph.* Glōrĭă pēccātī nūllă pĕtēndă tŭī ēst. *M. v. superbio.*

glōrĭōsŭs. *Est glōrĭōsūs sānē cōnvīctūs dĕûm.* Ph. *v. illustris.* — Mūltĭlŏquūm, glōrĭōsum, īnsūlsum, ĭnūtĭlēm. *Pl.*

glōs, ōrĭs. *Aēăcĭdae ăd tŭmŭlūm mactāta ēst Andrŏmăchē glōs.* Au.

glūtĕn. *Glūtĭnĕ mātĕrĭēs taŭrīnō jūngĭtŭr ūnā.* L. SY. glūtĭnŭm, vīscŭm. EP. tĕnŭĕ, fōrtĕ, vălĭdŭm, strīngēns, lēntŭm, vīscōsŭm.

glūtĭnĕŭs. *Quaē pĕdĕ glūtĭnĕō quŏd tĕtĭgērĕ, trăhūnt.* Ru. SY. glūtĭnōsŭs, tĕnāx.

glūtĭno. *Sērmōnĕ cārnēm glūtĭnāns.* Pr. SY. cōnglūtĭnārĕ, āgglūtĭnārĕ, fērrūmĭnārĕ. PH. Glūtĭnĕ jūngĕrĕ, strīngĕrĕ, cōmpīngĕrĕ, nēctĕrĕ, cōnnēctĕrĕ.

glūtĭo. — *īpsŭm glūtīssĕ pŭtēmŭs.* J.

Glўcĕră. *Nēc Glўcĕrē, vērē Thāĭs ămīcă fŭĭt.* M. PH. Ūrĭt mē Glўcĕrae nĭtŏr. *H.*

Glўcōn. — *īnvīctī mēmbră Glўcōnĭs.* H.

Glўcōnĭŭs. *Dūm mētrō quătĭtŭr chōrdă Glўcōnĭō.* Sid.

gnārŭs. *Aūsŏnĭōs, gnārōs bēllī, vĕtĕrēsquĕ lăbōrŭm.* S. SY. pĕrĭtŭs, sōllērs, ēxpērtŭs, scĭēns, dŏctŭs, nāvŭs, prūdēns.

gnātŭs. *Gnātĕ, mĭhī lōngā jūcūndĭŏr ūnĭcĕ vītā.* C. SY. nātŭs, fīlĭŭs.

gnāvŭs. *Gnāvūs mānĕ fŏrum, ēt vēspērtīnūs pĕtĕ tēctŭm.* H. SY. sōllērs, strēnŭŭs, fōrtĭs, aūdāx, gĕnĕrōsŭs, īmpĭgĕr. PH. Ōdērūnt ăgĭlēm gnāvūmquĕ rĕmīssī. *H.* In tēmpŏre īpsō gnāvŭs ŏccūrrĭt Lĭchās. *Se. v. assiduus.*

Gnĭdŭs. *v. Cnidus.*

Gnōssŭs *s.* Cnōssŭs *s.* Cnōsŭs. *Adj.* Gnōssĭăcŭs, Gnōssĭŭs, Gnōssŭs, Gnōssĭs, Gnōssĭăs. *Et Phoēbūs Dăphnēn ēt Gnōssĭdă Bācchūs ămāvĭt.* O. *Bācchī Gnōssĭăs ūxŏr ĕrĭs.* O. *Hīnc lūcĭdă Gnōssĭs.* St. *Gnōssĭădēsquĕ.* O. *Gnōssĭă Cēcrŏpĭaē tĕtĭgīssēnt līttŏră pūppēs.* C. *Prŏxĭmă Gnōssĭăcō nām quōndām Phaēstĭă rēgnă.* O.

gnōmōn. *Tērtĭă, sōlquĕ mĭcāns ăd sēxtōs gnōmŏnăs ĭbăt.* Cl. SY. nōrmă, rĕgŭlă; īndĕx, stўlŭs, ăcŭs. PH. Stўlŭs hōrārĭŭs. Hōrārum īndĕx, ăcŭs hōrās ūmbrā nŏtāns.

gōbĭo *et* gōbĭŭs, ī. *Prīncĭpĭūm coēnaē gōbĭŭs ēssĕ sŏlēt.* M. EP. căpĭtātŭs, pīnguĭs, ŏpīmŭs, flŭvĭālĭs, āmnĭcŏlă. PH. Tū quŏquĕ, flūmĭnĕās īntĕr mĕmŏrāndĕ cŏhōrtēs, Gōbĭō. *Au.*

Gōlgŏthă. *At pōstquām vēntum ēst, ŭbĭ rūrĭs Gōlgŏthă nōmĕn.* Ivc. Contra *Gōlgŏthă lŏcŭs ēst* etc. Tert.

Gŏlĭās. *Vīdĭmŭs hōrrēndūm mēmbrīs armīsquĕ Gŏlĭăm.* Pr. SY. Gŏlĭăth, Gŏlĭăthŭs. EP. sŭpērbŭs, mĭnāx, gĭgās, prōcērŭs, Phĭlīstaēŭs. PH. Īngēns ēxĭgŭō laēsŭs ăb hōstĕ Gĭgās. Pārvō cădĭt īctŭs ăb hōstĕ.

Gŏmōrrhă, aē. — *Dŏmĭnŭs plŭĭt īgne, ō trīstĕ, Gŏmōrrhaē.* Ivc. *Quīquĕ Gŏmōrrhaēās nōn ădspēxērĕ rŭīnās.* Pr.

Gōrgŏnes, ŭm. *Nōn hīc Cēntaūrōs, nōn Gōrgŏnăs Hārpўĭāsquĕ.* M. Descr. O. M. 4, 615 sqq. *V.* A. 6, 289. SY. Phōrcĭs, Phōrcўnĭs. EP. saēvă, ānguĭcŏmă, āspĕră, rĭgĭdă, tērrĭfĭcă, dūră, crŭēntă, Maūră, hōrrēndă, fĕră, mĕtŭēndă, fōrmīdābĭlĭs, bārbără, săxĭfĭcă, ātrōx, ānguĭfĕră, sērpēntĭgĕră, cŏlubrĭfĕră. PH. Sērpēntĭgĕrŭm, vīpĕrĕŭm mōnstrŭm. Gōrgŏnĭs ānguĭcŏmae caēlātōs aēgĭdĕ vūltūs Pāllăs hăbĕt. Săxĭfĭcaē sŏrōrēs. Ānguĭfĕraē Phōrcī nātaē. Sērpēntĭgĕrī crūdēlĭă lūmĭnă mōnstrī. Haē sūnt Phōrcўnĭdēs ōrĕ Mōnstrĭfĭco, ēxtrēmĭs Lĭbўaē quaē fīnĭbŭs ōlim Āspēctū mūtāre hŏmĭnēs īn săxă sŏlēbānt. *O.* Crīnītă cŏlŭbrĭs. Ipsaēquĕ sŏrōrēs Gōrgŏnĕs. *L.* Phōrcī tērnă prŏpāgŏ. — Gōrgo, ŏnĭs. *Gōrgŏnĕ bīs cēntūm rĭgŭērŭnt cōrpŏră vīsā.* O. PH. Gōrgŏnĭs ānguĭfĕraē pēctŭs ŏpērtă cŏmĭs. *P.* Altĕră sī Gōrgō vĕnĭăt. *Mn.* Nīmbo ēffūlgēns ēt Gōrgŏnĕ saēvā. *V. v. Medusa.* — *Adj.* Exīn Gōrgŏnĕĭs Ălēctō īnfēctă vĕnēnĭs. *V.* Gōrgŏnĕō pērcūssŭs ĕquō. *St.*

Gōrtўn *s.* Gōrtўnă. *Pārvă Gōrtўnē stĕrĭlīsquĕ Trīccē.* (sapph.) Se. PH. Eōĭs quāmvĭs cērtēt Gōrtўnă săgīttĭs. *S. Adj.* Gōrtўnĭŭs, Gōrtўnĭăcŭs, Gōrtўnĭs. *Nēc Gōrtўnĭăcō călămŭs lĕvĭs ēxĭt ăb ārcū.* O. Arbĭtĕr hōs dūrā vērsăt Gōrtўnĭŭs ūrnā. *St.* Gōrtўnĭs ărūndō. *L. v. Creta.*

Gŏthī *et* Gōtthī, ōrŭm. *Hīc pōssēm vīctōs, īndĕ rĕfērrĕ Gŏthōs.* Au. — *Glădĭō bācchāntĕ Gŏthōrŭm.* Anth. *Quī pŏtŭĭt rĭgĭdās Gōtthōrūm sūbdĕrĕ mēntēs.* Goth. EP. saēvī, īmmānēs, dūrī, crūdēlēs, īnfrēnēs, fĕrī, crŭēntī, ātrōcēs, ēffĕrī, fŭrĭōsī, scĕlĕrātī, Mārtĭī, Māvōrtĭī, ārmĭpŏtēntēs.

grăbātŭs. *Sēd sī nēc fŏcŭs ēst, mūndī nēc spōndă grăbātī.* M. PH. Tĕnŭī tūm sōlă grăbātō Dēcŭbŭīt. Mēmbră lĕvāt sēnsīm vĭlī dēmīssă grăbātō. *v. lectus.*

Grācchŭs. *Quīs tŭlĕrit Grācchōs dē sēdĭtĭōnĕ quĕrēntēs?* J. PH. Lĕgĭbŭs īmmŏdĭcōs, aūsōsque īngēntĭă Grācchōs. *L.* Descr. *Mn.* 5, 122.

grăcĭlĭs. *Et grăcĭlīs strūctōs ēffūgĭt ūmbră rŏgōs.* O. SY. grăcĭlēntŭs, ēxĭlĭs, măcĕr, măcĭlēntŭs, tĕnŭĭs, pārvŭs, ēxĭgŭŭs. PH. Omnĭs ĭn hōc grăcĭlī xĕnĭōrūm tūrbă lĭbēllō. *M.* Mātĕrĭaē grăcĭlī sūffĭcĭt īngĕnĭŭm. *O. v. macer.*

grācŭlŭs, ī. *Mīlvĭŭs ēt plŭvĭaē grăcĭlŭs aūctŏr ăquaē.* *O.*

grădātim. *Scāndĭt grădātĭm dēnŭō.* Pr.

SY. sensim, paulatim, pedetentim. PH. Perque gradus. O. v. sensim.

gradior. — *Ipse uno graditur comitatus Achate.* V. SY. incedere, ire, vadere, ambulare. PH. Ferre gradum. Gressum flectere, tendere, dirigere, ferre, torquere, moliri. Praecipitare gradum. Gradu discedere verso. O. Compositosque gradus agit ille. Va. Atque leves circum fertque refertque gradus. M. Inque tuo celerem litore siste gradum. O. Acuuntque gradus. St. Continuitque gradum. V. Gradibusque sonare Compositis. V. Juvat usque morari Et conferre gradum. V. v. incedo.

Gradivus. *Gradivumque patrem Geticis qui praesidet armis.* V. *Et genus a magno ducentem forte Gradivo.* O. *Inclyta Amazonidum magnoque exorta Gradivo.* Va. v. Mars.

gradus. *Sed revocare gradum superasque evadere ad auras.* V. SY. gressus, passus, incessus. EP. celer, praeceps, citatus, velox, praepes, vagus, properus, tardus, lentus, segnis, iners, dubius, certus, firmus, titubans, tremulus, rapidus fugax, subitus, incertus, anhelus, succiduus, labans, fessus, aeger, compositus, suspensus, sublimis, superbus, pensilis, Pegaseus, levis. v. gradior. — *Gradus scalarum.* EP. altus, surgens, scansilis, assurgens. PH. Scansile lignum, saxum. Gradus evaserat altos. V. Templa vides contra gradibus sublimia longis. O. Perque quater denos itur in illa gradus. O. Aerea cui gradibus surgebant limina. V. In gradibus sedit populus de cespite factis. O. — Gradu post me sedet uno. H. Notitiam primosque gradus vicinia fecit. O. Gradus aetatis adultae Scandere. Lr. Totidemque gradus distamus ab illo. O. Quem mortis timuit gradum? H. — *Aequatoris.* Quattuor et gradibus sua fila reducit ab aestu. Mn.

Graeci. SY. Graji, Grajugenae, Argivi, Pelasgi, Achivi, Achaei, Achaici, Argolici, Danai, Inachii, Chii, Dores, Dorii, Grajum populi, gens, natio. Gens Danaum, gens, pubes Graja, Argiva, Pelasga, Attica, Argolica, stirps Achillea. EP. facundi, loquaces, mendaces, fallaces, docti, ingeniosi, diserti, veteres, armigeri, potentes, pugnaces, bellaces, audaces, sollertes, sagaces, vani. PH. Graecis intacti carminis auctor. H. Antiquae Grajorum urbes, gens optima morum Formatrix, clara ingeniis et fortibus ausis. Sann. Et quidquid Graecia mendax Audet in historia. I. Graecorum longe doctissimus. H. Dolis instructus et arte Pelasga. V. Graeco fonte cadunt (verba). H. Fas mihi, Grajorum sacrata resolvere jura. V. Grajum murus, Achilles. O. Grajis ingenium, Grajis dedit ore rotundo Musa loqui, praeter laudem, nullius avaris. H. Spiritum Grajae tenuem Camenae Parca non mendax dedit. H. Gens instructa dolis. Fraudibus insidiosa malignis. Graeci facundum, sed male forte genus. Parentes mendaciorum. Graji meminere poetae. V. Dorica castra. V. Achaious ignis. Agamemnoniaeque phalanges. St. Vos exemplaria Graeca Nocturna versate manu, versate diurna. H. v. Argivus.

Graecia. SY. Hellas, Achaia, Graja tellus, plaga, ora, regio. Argivae jugera terrae. Argolici campi. Argivi agri. Tellus Achiva, Dorica, Pelasga. Urbes Pelasgae, Argivae. v. Graeci.

Graecor, aris. PH. Vel si Romana fatigat Militia assuetum Graecari. H. Nunc ruri pergraecatur. Tit. Ut cum solo pergraecetur milite. Pl.

Graeculus, i. *Graeculus esuriens* etc. I.

Graecus, a, um. *Nominis est nostri littera Graeca sono.* O. PH. Helicen Graja carina notet. O. Huic Graece nomen est Thesauro fabulae. Pl. v. Graeci.

Grajugenae. *Grajugenumque domos suspectaque linquimus arva.* V.

Grajus. *Primum Grajus homo* etc. Lr. v. Graeci.

gramen. *Libavit quadrupes, neque graminis attigit herbam.* V. SY. herba, cespes, graminis herba. Herbae gramineae, gramineus cespes, torus. Terrae germina. Coma viridis, pabulum molle. EP. laetum, viride, tenerum, tenax, molle, montanum, fertile, odorum, vernans, frondens, tenellum, pictum, micans, foecundum, virens, florens, florigerum, herbosum, halans, humidum, irriguum, redivivum, ridens, amoenum, madidum, riguum, jucundum, lubricum, floreum, roscidum, apricum, rorulentum, odoratum, agreste, odoriferum, fruticans, discolor, debile. PH. Tenuis fugiens per gramina rivus. V. Gramine vestitis accubuere toris. O. Roscida mobilibus lambebant gramina rivis Errantes lymphae. Cl. Inque novos audent se gramina soles Credere. V. Nulla neque amnem Libavit quadrupes, nec graminis attigit herbam. V. Gramina pubescunt campis. Laeta virescunt, florent, halant, rident, vernant gramina. Variis gramina picta modis. Herboso vestit (virides) vernantes gramine campos. Viridi se gramine tellus Vestit. V. Messoris falce resectum. E viridi cespite sectum, curvo Saturni dente recumbens. Quod mane virens, et sole cadente resectum expirat et aret medio agro. Carpunt gramen equi. V. Redeunt jam gramina campis. H. Tondebant tenero viridantia gramina morsu. V. v. herba.

gramineus. *Aut in graminea ponere corpus humo.* O. SY. herbosus, herbidus. PH. Pars in gramineis exercent membra palaestris. V. Gramineo ripae religavit ab aggere classem. V. v. gramen.

grammatica, ae et grammatice, es. *Introtulere tamen grammaticae studium.* Au. SY. ars Palaemonis. I. EP. docta, perita, nobilis, magistra, apta, ingeniosa, Palaemonia. PH. Odi hanc ego, quae repetit, volvitque Palaemonis artem. Ille Palaemonia non

Inscitiis ărtĕ rĕvŏlvit Īmplĭcĭtă. — *Adj.* Quĭdquĭd rhētŏrĭcae īnstĭtūtĭōnis, Quĭdquĭd grāmmătĭcālis, aŭt pălaēstrae ēst. *Sid.* Grāmmătĭcās āmbīrĕ trĭbūs. *H.* Grāmmătĭcae ŭt ārtĭs sē pĕrĭtum ŏstēndĕrĕt. *Au.* — *Subst.* Grāmmătĭcī cērtānt, ĕt ădhūc sūb jūdĭcĕ līs ēst. *H.*

grānārĭūm. *Cūr tŭă plūs laūdēs cŭmĕrĭs grānārĭă nōstrĭs.* H. SY. hōrrĕūm. EP. căpāx, āmplūm, dīvĕs, trĭtĭcĕūm, Cĕrĕālĕ, rĕfērtūm. PH. Jām nūnc grānārĭă lāxēs. *Pe.* *v. horreum.*

grāndaēvŭs. *Grāndaēvīquĕ fĕrūnt pătrēs* etc. O. *v. senex.*

grāndēsco. — *Spōntĕ sĕgēs grāndēscĕrĕt ārvīs.* Cl. PH. Quaē nūnc vīx nōstrō grāndēscūnt aūctă lăbōrĕ. *Lr.* Pābŭlă grāndēscūnt. *Lr.*

grāndĭlŏquŭs. *v. magniloquus.*

grāndĭo. *Nēc grāndīrī frūgūm fētūm* etc. (troch.) Pac. PH. Grāndībō grădūm. *Pl.*

grāndĭs. SY. īngēns, īmmēnsŭs, īmmānis, sŭpĕrēmĭnēns ōmnēs. PH Grāndĭŏr aētās. Grāndĭă mēmbră. *O.* Grāndĕ sŏnānt trăgĭcī. *O.* Ēxēmplīs grāndĭbŭs ūtī. *O.* Grāndĭŏr aēvī. *O.* Grāndĭs nātū. *V.* Iphĭtŭs aēvō Jām grāvĭŏr. *V.* Nātū grāndĭŏr. *Te.* Lĭlĭă grāndĭă quăssāns. *V.* Pārs grāndĭă trūdūnt Obnīxaē frūmēnta hŭmĕrīs. *V.* — Pōstmŏdŏ dē stĭpŭlā grāndīs ăcērvŭs ĕrĭt. *O.* Grāndĭăque ēffōssīs mīrābĭtŭr ōssă sĕpŭlcrīs. *V.*

grāndo. — *Īnsĕquĭtŭr cōmmīstā grāndĭnĕ nīmbŭs.* V. SY. călămĭtās. EP. săxĕă, dīră, hōrrĭdă, hībērnă, hĭĕmālis, pērnĭcĭōsă, ēxĭtĭōsă, saēvă, īnĭmīcă, brūmālis, bŏrĕālis, sānă, mĭnāx, ārctōă, Hўpērbŏrĕă, dēnsă, grăvĭs, cōncrētă, spīssă, crĕpĭtāns, ēffūsă, sălĭēns, glăcĭālis, nĭvālis, īnvīsă, īmmītis, oōnōră, nĭvōsă, lăpĭdōsă, gĕlātă, sŏnāns, tērrĭbĭlis, rĕsŏnāns, īnfēlix, hōrrĭsŏnă. PH. Grāndĭnis īmbĕr, prŏcēllă, tēmpēstās, hōrrŏr, īră, īmpĕtŭs, vērbĕr. Gĕlātae grāndĭnĭs īctŭs, īraē. Nīx īndūrātă, cōncrētă. Gĕlĭdīs cōncrētī vēntīs nīmbī. Dūrīs grāndo īnvīsă cŏlōnīs. Prōstērnēns, vāstāns sĕgĕtēs. Tēctīs crĕpĭtāns sălĭt hōrrĭdă grāndō. *V.* Sŏnĭtū strīdēntĕ rŭēns. Lăpĭdōsaē grāndĭnĭs īmbĕr. Quătĭēns sĭlvās. Mūgĭtū īngēntī rĕsŏnāns āĕrĕ. Vērbĕrăt hŭmūm. Grāndo plŭĭt, rŭĭt, praēcĭpĭtăt. Āc vĕlūt ēffūsā sī quāndō grāndĭnĕ nīmbī Praēcĭpĭtānt, ōmnīs cāmpīs dīffūgĭt ărātŏr. *V.* Quām mūltā fīĕt grāndĭnĕ cānŭs Āthŏs. *O.* Heū mălĕ tūm mītēs dēfēndĭt pāmpĭnŭs ūvās. Strīdēntī rĕsŏnāns crĕpĭtū rŭĭt āĕrĕ grāndo. Rŭĭt crĕpĭtāns lăpĭdōsaē grāndĭnĭs īmbĕr. *O.* Nĭgrāntēm cōmmīxtā grāndĭnĕ nīmbūm Īnfūndām. *V.* Quām mūltī grāndĭnĕ nīmbī Cŭlmĭnĭbŭs crĕpĭtānt. *V.* Haūd quĭă grāndŏ Cōntŭdĕrĭt vītēs. *H.* Vērbĕrātaē grāndĭnĕ vīnĕaē. *H.* Frēmĕrēt saēvā quūm grāndĭnĕ vērnŭs Jūpĭtĕr. *I.* Gĕlĭdā nōn crēbrĭŏr ēxsĭlĭt ārctō Grāndo. *St.* Nūbēm pĭcĕām cūm grāndĭnĕ mūltā Intōrquēns. *S.* Grāndĭnĕ pūgnăt hĭēms. *O.* Heū, mălĕ tūm mītēs dēfēndĭt pāmpĭnŭs ūvās. *V.* Sīc ŭbī tōrrēntēm crĕpĭtāntī grāndĭnĕ nīmbūm Īllīdĭt tērrīs. *S.* Grāndĭnĕ laēsă sĕgēs. *O.* Descr. *O.* M. 9, 220 sqq. Vītēs, sĕgĕtēs, tērrām, tēctă grāndo vērbĕrăt, laēdĭt, pērcŭtĭt, īcĭt, pūlsăt, quătĭt. Cŭlmĭnă grāndĭnĕ crēbrā īctă sŏnānt. Crēbră sŏnāns vŏlĭtābăt ăb āĕrĕ grāndo. Grāndĭnĭs ēt crēbraē tēllūs crĕpĭtāntĕ prŏcēllā Pūlsă sŏnăt, rūptīsquĕ mĭcānt ē nūbĭbŭs īgnēs. *O.* Cūm sălĭēntĕ grăvēs cĕcĭdērūnt grāndĭnĕ nīmbī. *O.* Hōrrĭdă grāndo Cōntrīvĭt sĕgĕtēm. Jām sătĭs tērrīs nĭvĭs ātquĕ dīraē Grāndĭnĭs mīsĭt pătĕr. *H.*

Grānīcŭs, ī. *Fērtŭr Ălēxĭrhŏē Grānīcō nātă bĭcōrnī.* O.

grānĭfĕr. *Grānĭfĕrūmque āgmĕn* etc. O.

grānūm. *Pūnĭcă sūb lēntō cōrtĭcĕ grānă rŭbēnt.* O. EP. pūrūm, lāctēns, flāvēscēns, cĕrĕālĕ, tŭmēns, dūlcĕ, căllōsūm.

grăphĭārĭūm. *Haēc tĭbĭ ĕrūnt ārmātă sŭō grăphĭārĭă fērrō.* M.

grăphĭcŭs, ă, ūm. PH. Sērvūm grăphĭcūm ēt quāntīvīs prĕtī. *Pl.* Ēxōrnētŭr grăphĭcē. *Pl.*

grăphĭūm. *Quĭd dĭgĭtōs ŏpŭs ēst grăphĭō lāssārĕ tĕnēndō?* O. *v. stilus.*

grāssātŏr. *Grāssātōrquĕ vĕnĭt mĕdĭām mĕtŭēndŭs ĭn ūrbēm.* Mn. PH. Sūbĭtŭs grāssātŏr ăgĭt rēm. *I. v. fur.*

grāssŏr. SY. fūrārī; pŏpŭlārī; īnvādĕrĕ, dīffūndī, spārgī. PH. Nēc fērrō grāssātŭr saēpĭŭs ūllūm Hūmānaē mēntĭs vĭtĭūm, quām saēvă cŭpīdō Indŏmĭtī cēnsūs. *I.* — Sūnt quī mēndācī spĕcĭē grāssēntŭr ămōrīs. *O.* Ōbsĕquĭō grāssārĕ. *H.* — Mĕdĭā grāssēntŭr ĭn ūrbĕ. *Mn.*

grātēs. *plur.* — *quās dīcĕrĕ grātēs?* V. PH. Pērsōlvānt grātēs dīgnās ēt dēbĭtă sōlvānt Praēmĭă. *V.* Grātēs pērsōlvĕrĕ dīgnās, Nōn ŏpĭs ēst nōstraē. *V.* Grātēsquĕ sūprēmās. *S.* Invītō grātēs ăgĭt īndĕ părēntī. *O.* *v. gratias ago.*

grātĭă. — *tāntīque ăbŏlēscĕt grātĭă făctī.* V. SY. lĕpŏr, vĕnūstās, pūlchrĭtūdo; ămŏr, stŭdĭūm, pĭĕtās, făvŏr, dōnūm, mūnŭs, ōffĭcĭūm; grātŭs ănĭmŭs, grātă mĕmŏrĭă, grātă vŏlūntās. EP. bĕnīgnă, grātă, jūcūndă, ămīcă, sīncērā, ăccēptă, blāndă, sĭmŭlātă, dīssĭmŭlātă, dĕcēns, dūlcĭs, suāvĭs, flēxănĭmŭs, făcĭlĭs. PH. Nōn ĕă nōbĭlĭtās ănĭmo ēst, ĕă grātĭă fōrmaē. *O.* Sēd tămĕn ēt părvaē nōnnūlla ēst grātĭă Mūsaē. *M.* Grātĭă sērmōnĭs. *H.* — Frātrūm grātĭă quŏquĕ rără ēst. *O.* Grātĭă frātrūm Dīssĭlŭĭt. *H.* Sŏlĭda ēst mĭhĭ grātĭă tēcŭm. *O.* Mălĕ sārtă Grātĭă nēquīcquām cŏĭt ēt rēscīndĭtŭr. *H.* Sērmōnūm stĕt hŏnōs ēt grātĭă vīvāx. *H.* Sī quă pĭīs ănĭmīs mānĕt īnfēlĭcĭs Ămātaē Grātĭă. *V.* Grātĭă rēgūm Pĭĕrĭīs tēntātă mŏdīs. *H.* Grātĭă lēvĭŏr plūmā. *Pl.* — *Animus memor beneficiorum.* Dēbētŭr mĕrĭtīs grātĭă nūllă mĕīs. *O.* Plēnă tŏt ēt tāntīs rĕfĕrētŭr grātĭă făctīs. *O.* Rēddĭtŭr āgrĭcŏlīs grātĭă caēlĭtĭbŭs. *T.* Grātĭă dēbētŭr mĕrĭtō prō rēbŭs īnēmtīs. *O.* Grātĭă, quaē tārda ēst, īngrāta ēst grātĭă; nāmquĕ Cūm fĭĕrī prŏpĕrăt grātĭă, grātă măgĭs. Sī

bĕnĕ quid făcĭēs, făcĭās cĭtō, nām cĭtō factŭm Grātum ĕrĭt, ingrātŭm grātĭă tardă făcĭt. *Au.* — *Eccl. Gratia Dei.* EP. rōbŭstă, vălĭdă, victrix, ēffĭcāx, fortĭs, pŏtēns, ŏmnĭpŏtēns, immĕrĭtă, suāvĭs, blandă, dīvīnă, aūrĕă, dīă. PH. Dīvīnă īnspīrātĭo. Dīvīnŭs āfflātŭs, īnstinctŭs. Sacrŭm chărīsmă. Dīvīnă lūx. Săcĕr ārdŏr. Caelēstĕ dōnŭm. Suāvĕ pŏtēnsquĕ Dĕī dōnŭm. Ignĭs, quī săcrō mōrtālĭă cordă călōrĕ Accendĭt. Undĕ sălūs hŏmĭnī mānăt. Grātĭă, quā Chrīstī pŏpŭlūs sūmŭs. Sŭpĕrīquĕ plēnōs Lūmĭnĭs haūstūs. *Sann.* Pĭă nūmĭnĭs aūră. *Sant.* Lūcĭs dūlcĕ jŭbăr. *Buch.* Vŏlūntātŭm gĕnĭtrīx ŏpĕrŭmquĕ crĕātrīx. Agĭt vīs aethĕrĭs īntŭs. *Vid.* Dĕŭs plēnō sē lūmĭnĕ fūdĭt. *Vid.* Praēsēntī nūmĭnĕ fōvĭt. *Vid.* Anĭmō lūx īntĭmă pūrō Fūlsĕrăt. *Sant.* Dīvīnōquĕ tŭăm pērfūndēt lūmĭnĕ mēntĕm. *Vid.* Sōpītōs sūscĭtăt īgnēs, Aethĕrĕōs īgnēs ĕt săcraē sēmĭnă flāmmaē. *Sant.* Grātĭă nōs rĕpărēt, grātĭă jūstĭfĭcĕt. *Prosp.* — *Gratias ago, habeo.* SY. grātēs hăbērĕ, ăgĕrĕ, sōlvĕrĕ, rĕddĕrĕ, pēndĕrĕ, cănĕrĕ, rĕpēndĕrĕ, ēxsŏlvĕrĕ, pērsŏlvĕrĕ, rĕfērrĕ, dīcĕrĕ, cōncĭnĕrĕ. Mĕrĭtās, dīgnās mĕmŏrī dē pĕctŏrĕ grātēs Prōmĕrĕ. Pŭdīcĕ prīncĕps, grātĭās ăgūnt ūrbēs. *M.* Grātĭam hăbĕō māxĭmăm. *Te.* Fătĕŏr hăbērĕ grātĭăm. *Pl.* Neū grātĭă factō Nūllă rĕpēndātŭr. *O.* Nēc vērbă lŏcūtī Ullă prĭŏră sūmŭs, quām nōs tēstāntĭă grātōs. *O.* Rēddĕrĕ vĭcēm mĕrĭtīs. Praēmĭă dēbĭtă rēddĕrĕ. Jūstă rĕpēndĕrĕ dōnă. Quās dīcĕrĕ grātēs, Quāsvĕ rĕfērrĕ quĕăm? *V.* Nōmĭnĭs āntĕ mĕī vĕnĭēnt ōblīvĭă nōbīs, Pēctŏrĕ quām pĭĕtās sīt tŭă pūlsă mĕō. *O.* Fōrtūna ēst īmpār ănĭmō. *O.* Dūm lūmĕn vītālĕ vĭdēbō, Spīrĭtŭs ōffĭcĭō sērvĭĕt īstĕ tŭō. Vērbă sĕd ōffĭcĭīs cūnctă mĭnōră tŭīs. Aētērnī pīgnŏră, mŏnŭmēnta ōbsĕquīī dărĕ. Mĕrĭtīsne haēc grātĭă tāntīs Rēddĭtŭr? *O.* Vēstrī nōn īmmĕmŏr ūnquăm, Quī mălă sōllĭcĭtē nōstră lĕvātĭs, ĕrō. *O.* Dīī tĭbĭ, sī quă pĭōs rēspĕctānt nūmĭnă, sī quĭd Usquăm jūstĭtĭae ēst ēt mēns sĭbĭ cōnscĭă rēctī, Praēmĭă dīgnă fĕrānt. *V.* Nēc laūdārĕ sătĭs, dīgnāsquĕ rĕpēndĕrĕ grātēs Sūffĭcĭăm; rĕfĕrēnt Sŭpĕrī, O rĕfĕrānt grātēs, quŏnĭăm nōn pŏssŭmŭs īpsī, Dīī tĭbĭ, quī rĕfĕrēnt, sī pĭă factă vĭdēnt. *O.* Dīī, sī qua ēst caelō pĭĕtās, quaē tālĭă cūrĕt, Pērsōlvānt grātēs dīgnās, ēt praēmĭă rēddānt Dēbĭtă. *V.* Prō quĭbŭs ūt mĕrĭtīs rĕfĕrātŭr grātĭă, jūrăt, Sē fŏrĕ māncĭpĭŭm tēmpŭs ĭn ŏmnĕ tŭŭm. *O.* Nām prĭŭs ūmbrōsă cărĭtūrōs ārbŏrĕ mōntēs, Et frĕtă vēlĭvŏlās nōn hăbĭtūră rătēs, Flūmĭnăque īn fōntēs cūrsū rĕdĭtūră sŭpīnō; Grātĭă quām mĕrĭtī pŏssīt ăbīrĕ tŭī. *O.* Haēc mĭhĭ sēmpĕr ĕrūnt īmĭs īnfīxă mĕdūllīs, Pērpĕtŭūsque ănĭmaē dēbĭtŏr hūjŭs ĕrō. *O.* Sēmpĕr ĭnōblītā rĕpĕtăm tŭă mūnĕră mēntĕ, Et mĕă mē tēllūs aūdĭĕt ēssĕ tŭŭm. *O.* Plēnīssĭmă cōncĭpĭt hērōs Vērbă, quĭbŭs Vĕnĕrī grātēs ăgĭt. *O.* Huīc ĭgĭtŭr mĕrĭtās grātēs, quāscūnquĕ lĭcēbĭt, Prō tām mānsuētō pēctŏrĕ sēmpĕr ăgăm. *O.* Grātĭă Dīs, dŏmŭīquĕ tŭaē! Rĕlĭgātă cătēnīs Jām prīdĕm vēstrō sūb pĕdĕ bēllă jăcēnt. *O.* Sĕd quī, quām pŏtŭīt, dăt māxĭmă, grātŭs ăbūnde ēst. Haūd praēcēptōrĭbŭs ūnquām grātēs ēxsŏlvĕrĕ dīgnās pŏssŭmŭs. Nōn ēst ūt mēntĭs cūltōrĭbŭs, seū părēntĭbŭs ănĭmōrŭm părēs rĕfĕrāmŭs? Quĭs cōmpēnsārĕ lăbōrēs Tōt vălĕăt? Sīt vŏlŭīssĕ sătĭs tōt rēspōndērĕ lăbōrĭbŭs. *v. remunero.*

Grātĭaē. *Nēxă sūb ingēntī rĕquĭēscĭt Grātĭă quĕrcū.* Cl. SY. Chărĭtēs, blāndaē sŏrōrēs. Trĭjŭgēs sŏrōrēs Acĭdălĭaē. Jŏvĭs suāvēs fīlĭaē Dūlcĕ mĕlōs fīngēntēs. Trēs sŏrōrēs bŏnĭtātĕ părēs. Dĕaē cōncŏrdēs. Tērgĕmĭnaē sŏrōrēs. Vĕnĕrĭs cŏmĭtēs. EP. mītēs, dūlcēs, cōmtaē, blāndaē, cŏmēs, pūlchraē, fōrmōsaē, vĕnūstaē, vĕrēcūndaē, dĕcōraē, cūltaē, laētaē, jŭvĕnēs, rīdēntēs, suāvēs, hĭlărēs, dĕcēntēs, trĭfōrmēs, blāndĭēntēs, ēlĕgāntēs, grātaē, zōnīs sŏlūtīs. *H.* O. 1, 30, 5. PH. Sēgnēs nōdūm sōlvĕrĕ Grātĭaē. Mēns quĭbŭs ēst ĕădĕm sēmpĕr ĕt ūnă fĭdēs. Hīc trīplēx ūnō cŏmĭtātŭr Grātĭă nēxū. *Sid.* Jūnctaēquĕ Nymphīs Grātĭaē dĕcēntēs. *H.* In mĕdĭō rĕsŏlūtă cŏmās, nūdātă păpīllās Lūdĭt, ĕt āltērnō tērrăm pĕdĕ Grātĭă pūlsăt. *Pol.* Grātĭă cūm Nymphīs gĕmĭnīsquĕ sŏrōrĭbŭs aūdĕt Dūcĕrĕ nūdă chŏrōs. *H. v. Charites.*

grātĭfĭcŏr. — *grātĭfĭcātă flŭēntĭs. Au.* SY. făvērĕ, mūnĕrĕ, dōnīs ōbstrīngĕrĕ, ōffĭcĭīs dēvīncīrĕ.

grātīs, *adv.* *Dāt grātīs, ūltrō dăt mĭhĭ Gāllă; nĕgō.* M. PH. Nēc făcĭs hōc grātīs: ăccĭpĭs, ŭt făcĭās. *M.* Grātīs ănhēlāns, ŏccŭpāta ĭn ōtĭō. *Ph.* Nūllā mērcēdĕ. *Ph.* Praēmĭă sī tōllās. *I.* Ipsĕ dĕcōr rēctī, fāctī sī praēmĭă dēsūnt, Nōn plăcĕt, ēt grātīs poēnĭtĕt ēssĕ prŏbŭm. *O.*

grātŏr. *Invēnī, gērmānă, vĭām; grātārĕ sŏrōrī.* V. *v. gratulor.*

grātŭītŭs. *Lārgĭs grātŭītŭm cŭpĭt răpīnīs.* (phal.) St. SY. grātīs, ūltrō dătŭs, ōblātŭs. PH. Grātŭīta ēst. *Pl. v. fortuitus.*

grātŭlātĭo. EP. laetă, fēstă, ămīcă, sŏlēmnĭs, jūcūndă.

grātŭlātŏr. *Jām părcĕ lāssō, Rōmă, grātŭlātōrī.* (scaz.) M.

grātŭlŏr. *Grātŭlŏr, īngĕnĭŭm nōn lătŭīssĕ tŭŭm.* O. SY. cōngrātŭlārī, grātārī. PH. Gaūdĭă tēstārī, prōdĕrĕ. Laetĭtĭaē dărĕ sīgnă sŭaē. Fēlīcī, sĕcūndō laetārī ămīcī sūccēssū. Cērtātĭm sŏlēmnĭă gaūdĭă jūngĭt, cĕlĕbrăt. Tōtōquĕ lĭbēns mĭhĭ pēctŏrĕ grātŏr. *O.* Grātātŭr rĕdŭcēs, ēt găză laetŭs ăgrēstī Exūltăt. *V.* Grātŭlŏr huīc tērraē, quŏd ăbēst rĕgĭōnĭbŭs īstīs. *O.* Prīscă jŭvēnt ălĭōs; ĕgŏ, mē nūnc dēnĭquĕ nātŭm, Grātŭlŏr. *O.* Tĭbĭ grātŭlāndum ēst, mĭsĕră, quŏd nātō cărēs. *Se.* Quūm grātŭlāntēs pērsălūtāssēt dĕōs. *Ph.* Gaūdĭă tēstāntŭr sŏcĭī clāmōrĕ sĕcūndō. *O.* Fēlīcēsquĕ vŏcāt părĭtēr stŭdĭōquĕ lŏcōquĕ Maeŏnĭdās. *O. v. gaudeo, plaudo.*

grātŭs. *Grātă sŭpērvĕnĭĕt, quae nōn spērābĭtŭr, hōră.* H. SY. jūcundŭs, ăccēptŭs, dŭlcĭs, suāvĭs, ămātŭs; mĕmŏr ŏffĭcĭī, nōn ĭngrātŭs, nōn ĭmmĕmŏr. PH. Aēstīvā grātĭŏr ŭmbrā. *O.* Tŭrnō grātĭssĭmŭs aŭgŭr. *V.* Dīva ănĭmō grātĭssĭmă nōstrō. *O.* *v. amoenus, jucundus.* — *Gratum est.* Sīc grātŭm Jŏvī. *H.* *v. placet.* — *I. q. memor.* Sēd, quī, quām pŏtŭĭt, dăt măxĭmă, grātŭs ăbūnde ēst. *O.* Haēc pătrĭām grātī rĕfĕrēmŭs ăd ŭrbĕm. *V.* Cuī grātă vŏlūntās, mĕmŏrĭă, grātŭs ănĭmŭs. Bĕne ăpŭd mĕmŏrĕm vĕtĕrĭs stāt grātĭă făctī. *V.* *gratias ago, ingratus, memor.*

grăvātē. PH. Grăvātē jam ăccĭpĭt. *Pl.*

grăvātĭm. *Quī nĭmĭă lĕvĭtātĕ cădūnt plērŭmquĕ grăvātĭm.* Lr.

grăvēdo. *Hic mē grăvēdo frīgĭda ĕt frĕquēns tŭssĭs | Quăssāvĭt.* C.

grăveŏlēns. — *faucēs grăveŏlēntĭs Ăvērnī.* V. *v. foetidus.*

grăvēsco. — *nĕmŭs ōmnĕ grăvēscĭt.* V. PH. Inquĕ dĭēs glīscĭt fŭrŏr ātque aērŭmnă grăvēscĭt. *Lr.* Nōn ād grăvēscēns vŭlnŭs īllīdāt mănŭs. *Cic.* *v. ingravesco.*

grăvĭdŭs. *Mīlĭtĭbŭs grăvĭdŭm laētă rĕcēpĭt ĕquŭm.* O. SY. grăvĭs, ŏnūstŭs, ŏnĕrātŭs, plēnŭs, rĕfērtŭs, fētŭs. PH. Agĕr grăvĭdĭs cānēbăt ărĭstĭs. *O.* Pāmpĭnĕō grăvĭdŭs aŭtŭmnō Flŏrĕt ăgĕr. *V.* — *I. q. praegnans.* Nūnc grăvĭdŭm pĕcŭs ēst. *O.* Grăvēm fĕrēns ŭtĕrŭm. Hăbēns īntrā vīscĕră foetŭm. Ŭtĕrō lăbōrāns pŭēllă. Fĕrēns grăvēm mātūrō pōndĕrĕ vēntrĕm. Mārtĕ grăvĭs gĕmĭnām pārtŭs dăbĭt Īlĭă prōlĕm. *O.* Ālvŭs pōndĕrĕ sŭrgĭt, tŭrgĕt. Ŭrgēnt mātūrī pōndĕră vēntrĭs. Tŭmĭdŭs ēst grātō pōndĕrĕ vēntĕr. Grăvĭdāmquĕ dŏlĕt dē sēmĭnĕ măgnī Ēssĕ Jŏvĭs. *O.* Jāmquĕ tŭmēscēbānt vĭtĭātī pōndĕră vēntrĭs, Aēgrăquĕ fūrtīvŭm mēmbră grăvābăt ŏnŭs. *O.* — *Trop.* Grăvĭdam īmpĕrĭīs bēllōquĕ frĕmēntĕm Ītălĭăm. *V.* Grăvĭdŭmque Amăthūntă mĕtāllī. *O.* Et cūrĭs grăvĭdŭm. *Va.* Grăvĭda ārcānĭs ăvŭs. *S.* Grăvĭdĭs ŏnĕrātōs mēssĭbŭs ăgrōs. *O.* Grăvĭdăm bēllĭs ŭrbĕm. *V.*

grăvĭs, ĕ. *Nām grăvĭs ĭmbēllēs āttĕrĭt hāstă mănūs.* O. SY. pōndĕrōsŭs, ŏnĕrōsŭs, grăvĭdŭs; mŏlēstŭs, ăcērbŭs, dĭffĭcĭlĭs, aŭstērŭs, sĕvērŭs; nōn lĕvĭs, nōn tĕmĕrārĭŭs; călămĭtōsŭs. PH. Măgnī pōndĕrĭs. Vūltu ēt vēstĕ sĕvērŭs. Sŭpĕrāns grăvĭtātĕ Cătōnĕm. Aŭt grăvĭbŭs rāstrĭs gălĕās pūlsābĭt ĭnānēs. *V.* Nōn lĕvĭs. *H.* Hăbēns pōndŭs. *O.* Vōmĕrĕ tērrās Invērtĭssĕ grăvēs. *V.* Infēstō vŏlvēbānt pōndĕrĕ săxă. *V.* Quēm vīx jŭgă bīnă mŏvērent. *O.* Nōn ūnquām grăvĭs aērĕ dŏmŭm mĭhĭ dēxtră rĕdībăt. *V.* — *I. q. praegnans.* — *I. q. incommodus.* Grăvĕ cŏrpŭs. *H.* Aŭt mŏrbō grăvĭs aŭt jām sĕquĭŏr ānnĭs. *V.* Grăvĭs ānnĭs Mīlĕs ăĭt. *H.* Grăvĭŏr dē vŭlnĕrĕ. *Va.* Aŭt ăbĭt īn sŏmnŭm grăvĭs. *Lr.* Grăvī tŏrpĕrĕ vĕtĕrnō. *V.* Grăvĭs aēstŭs. *H.* Aŭt grăvĭs īncŭmbēns scŏpŭlĭs ārēntĭbŭs aēstās. *V.* Jūnĭpĕrī Sŏlĕt ēssĕ grăvĭs căntāntĭbŭs ŭmbră. *V.* Dēcĭdŭnt căsū grăvĭōrĕ tŭrrēs. *H.* Rŭīnă grăvĭs. *O.* Grăvēs ĭctŭs. *H.* Hēllĕbŏrōsquĕ grăvēs. *V.* — *I. q. magnus.* Poēnă grăvĭs. *O.* Ămōrĕ pērcŭssŭm grăvī. *H.* Tŭm sŏnŭs aŭdītŭr grăvĭŏr. *V.* Frăgŏrĕ grăvī strĕpĭtŭs lŏcă prōxĭmă tērrĕt. *V.* — *I. q. acerbus.* Grăvēs Pērsaē. *H.* Grăvĭs vīctŏr dărĕ tērgă cŏēgĭt. *V.* Grăvĭŏr nē nūntĭŭs aŭrēs Vŭlnĕrĕt. *V.* O pāssī grăvĭōră, dăbĭt Dĕŭs hĭs quŏquĕ fīnĕm. *V.* — *I. q. severus.* Indĕ grăvĭs jūdĕx, īndĕ sĕvērŭs ĕquĕs. *O.* Atque ălĭquĭs grăvĭŏr mōrŭm. *Cl.* Pŏpŭlŭmquĕ grăvēmquĕ sĕnātŭm. *O.* Vūltūque ēt vēstĕ sĕvērŭm. *I.* Incēptĭs grăvĭbŭs plērŭmque ēt măgnă prŏfēssĭs. *H.* Tŭm pĭĕtātĕ grăvem ăc mĕrĭtĭs sī fōrtĕ vĭrŭm quēm Cōnspēxērĕ. *V.* Compar. c. *Catone, Curio, Fabricio.* *v. gravitas.*

Grăvĭscaē, ārŭm. — *Intēmpēstaēquĕ Grăvĭscaē.* V.

grăvĭtās. — *Ignāvă nĕquĕūnt grăvĭtātĕ mŏvērī.* O. SY. pōndŭs, ŏnŭs, mōlēs; mājēstās, aŭstērĭtās, tētrĭcĭtās, sĕvērĭtās, vīs, pōndŭs, dīgnĭtās, aŭctōrĭtās, splēndŏr. EP. tētrĭcă, sĕrēnă, trīstĭs, sĕnīlĭs, mātūră, vĕrēndă, ĭmmōtă, dĕcēns, sĕrēnă, laētă, dĕcōră, spēctābĭlĭs, īnsīgnĭs, sĕnātōrĭă, ĕquēstrĭs, Jūnōnĭă, Sātŭrnĭă. PH. Sĕvērŭs, tētrĭcŭs, aŭstērŭs, grăvĭs vūltŭs. Sālvā grăvĭtātĕ jŏcŭm tēntāvĭt. *H.* Blāndă tĭbī vūltŭs grăvĭtās ēt mītĕ sĕrēnă Frōntĕ sŭpērcĭlĭŭm. *Clp.* Rĭgĭdīquĕ sĕvērōs Cēnsōrĭs mōrēs ĕtĭăm cōllēgă tĭmērĕt. *I.* Mŏvēt plēnŭs grăvĭtātĕ sĕrēnă Vūltŭs. *L.* In tĕnĕrō grăvĭtās ōrĕ sĕnīlĭs ĕrăt. Vūltū grăvĭtās ĭmmōtă sĕrēnō. Hăbĭtŭs grăvĭtātĕ dĕcōrŭs. Frōns mājēstātĕ nĭtēns. Trīstĕ sŭpērcĭlĭŭm, dūrīquĕ sĕvēră Cătōnĭs Frōns. *M.* Rĭgĭdī sēd plēnă pŭdōrĭs Ēlūcēt grăvĭtās, fāstū jūcūndă rĕmōto. *Cl.* Mīră sŭbēst grăvĭtās. *I.* Grăve ĕt ĭmmūtābĭlĕ sānctĭs Pōndŭs ădēst vērbĭs. Sŭpĕrāt grăvĭtātĕ Cătōnĕm. Scēptrī grăvĭtātĕ rĕlīctā. *O.* Pŏsĭtā grăvĭtātĕ fŏrēnsī. *O.* Quī lŏquĭtŭr Cŭrĭōs āssērtōrēsquĕ Cămīllōs, Cūjŭs ĕt īpsĕ tĭmēs trīstĕ sŭpērcĭlĭŭm. *M.* Laētă vĭrō grăvĭtās, ēt mēntĭs ămābĭlĕ pōndŭs Ēt sĭnĕ trīstĭtĭā vīrtŭs: nōn īllĕ rĭgōrĭs Ingrātās laŭdēs, nēc nŭbēm frōntĭs ămābăt. *S.* Tālĭs ĭnēst hăbĭtŭs, quālēm nēc dīcĕrĕ moēstŭm, Nēc flŭĭdŭm, laētā sēd tētrĭcĭtātĕ dĕcōrŭm, Pōssŭmŭs: īngĕnĭtaē săt nōbĭlĭtātĭs ĭn īllō Pŭlchĕr hŏnōs ĕt dīgnă sŭīs nātālĭbŭs ōră. *L.* — *Rerum.* Rērŭm grăvĭtāsquĕ nĭtōrquĕ. *O.* Mūltĭplĭcăt tămĕn hūnc grăvĭtās aŭctōrĭs hŏnōrĕm. *O.*

grăvĭtĕr. *Ipsĕ grăvĭs, grăvĭtērque ăd tērrăm pōndĕrĕ văstō | Cōncĭdĭt.* V. PH. Grăvĭtĕr sŏnăt ŭngŭlă. *V.* Măgnō cŭm pōndĕrĕ. Grăvĕ vōcĭfĕrāns. *Va.* Grăvĕ cōmĭnŭs aēstŭăt aēthĕr. *St.* Sēd grăvĭtĕr gĕmĭtŭs ĭmō dē pēctŏrĕ dūcēns. *V.* Quŭm tŭbă dēprēssō grăvĭtĕr sŭb mŭrmŭrĕ mūgĭt. *Lr.*

grăvo et grăvŏr. — *nēc mē lăbŏr īstĕ grăvābĭt.* V. SY. praēgrăvārĕ, ŏnĕrārĕ, prĕmĕrĕ, ŏpprĭmĕrĕ, cōmprĭmĕrĕ, ŏbrŭĕrĕ. PH. Pōmă grăvāntĭă rāmōs. *O.* Ūndă grăvăt pēnnās. *O.* Nīl mŏrŏr ŏffĭcĭŭm, quŏd mē grăvăt. *H.* Nēc pŏtĕrăt vēstrās īllĕ grăvārĕ mănūs.

P. At tu fortunam pares gravare meam. O. Facies pallore gravatur. L. Pluvia quum forte gravantur. V. Multi gravati sarcinis ibant duo. Ph. Madida quum veste gravatum. V. Oculos jam morte gravatos Pyramus erexit. O. — Trop. Nullum ferre gravaris onus. O. Seque putat solum regnorum injusta gravari. L. Quid si, quod voce gravaris, Mente dares? V. Pegasus terrenum equitem gravatus. H. Romanos odere omnes, dominosque gravantur. L. v. fero aegre, indignor.

gregalis. Quod plebs gregalis excolat. (iamb.) Pr. PH. Permutat vitreis gregale sulfur. St.

gregarius. Quae temperare vix valet gregarius. (iamb.) Sid. PH. Castrorum in plebe merebat. L.

grego. Idaliae volucres coeloque domoque gregatae. St. PH. Totidemque gregati Ferte manus. St. Nunc, oves facti, duce te gregantur Pacis in aulam. Paul. Nol. v. congrego.

gremium, i. Ut quum te gremio accipiet laetissima Dido. V. SY. sinus, pectus. EP. dulce, perdulce, gratum, jucundum. PH. Excipiet gremio protinus ille suo. Fotum gremio Dea tollit in altos Idaliae lucos. V. Gremiis abducere pactas. V. Conjugis infusus gremio. V. Quaecunque mihi fortuna fidesque, In vestris pono gremiis. V. Anchisae gremio tellus complectitur ossa. V. v. sinus.

gressus. SY. ingressus, passus, incessus. PH. Subsequitur pressoque legit vestigia gressu. V. Tenditque ad limina gressum. V. Properosque jubet conjungere gressus. Va. Ardentes tenet inter limina gressus. Va. v. gradus.

grex. Dux gregis ipse caper etc. V. SY. pecudes, pecora, pecuaria, armentum. EP. laniger, errans, immundus, hirsutus, hirtus, vagus, pinguis, vagabundus, pavidus, petulans, dumivagus, erraticus, petulcus, avidus, edax, opimus, opulentus, foecundus, corniger, villaticus, lascivus, velliger, protervus, herbivagus, lanatus, celer. PH. Pecudum grex, genus. Grex armentorum. De grege non ausim quidquam deponere tecum. V. Ut in grege taurus. H. Greges servorum. Pe. Scribe tui gregis hunc, et fortem crede bonumque. H. Nigro compulerit Mercurius gregi. H. Grex avium. H.— Greges pascere. Laeta boum passim campis armenta videmus. V. In saltus utrumque gregem atque in pascua mittes. V. Lanatique greges clauso stabulantur ovili. Pascuntur virides armenta per agros. Lanigeros agitare greges, hirtasque capillas. V. Hoedorumque gregem viridi compescere hibisco. V. Repetunt celeres pascua nota greges. Persultant pecudes, passimque vagantur per agros. Pascentes servare greges. Herbas, pabula gregibus dare, porrigere, praebere, suppeditare. Gregem stabulis educere, expellere, cogere, ducere, agere ad pascua. Et totis armenta sequi pascentia campis. Pascite, ut ante, boves, pueri. Quum pastos agerem, te comitante, greges. Armentaque pastor agebat. Et quisquis montibus illis Lanigerosque greges, armentaque bucera pavit. Ipse ego, pendentes, liceat modo, rure capellas, Ipse velim, baculo pascere nixus oves. Mille greges illi totidemque armenta per herbas Pascebant. V. Compulerantque greges Corydon et Thyrsis in unum. V. Solitus stabulis expellere vaccas, Et potum pastos ducere fluminibus. Armenta boum, vastis quae turbida silvis Spargit hyems, cantus et sibila nota magistri Certatim repetunt, vel notae pascua vallis: Inque vicem se voce regunt, gaudentque fideles Reddere mugitus. Cl. v. armentum, pasco, pastor.

grillus. PH. Et grillus grillat. O. Turba nigella. Sant. Et dum muta silet lingula, penna strepit. Sant. Tota soporiferis late vicinia grillis Tinnit. Sant.

grunnio. PH. Et cum remigibus grunnisse Elpenora porcis. I. Sordida sus pascens ruris per gramina grunnit. O.

grus et gruis, is. Tunc gruibus pedicas et retia ponere cervis. V. Tandem persuasa est jurejurando gruis. (iamb.) Ph. SY. Threicia volucris. Palamedis avis, ales. Quae Pygmaeo sanguine gaudet avis. O. EP. aeria, hiberna, querula, advena, brumalis, praesaga, vigil, Threicia, Strymonia, Bistonia, altivolans, Naupliada, rapida, profuga, saeva. PH. Ad subitas Thracum volucres nubemque sonoram. I. Quid Phasidis ales Distet ab hiberna Rhodopes grue. St. Strymona sic gelidum, bruma pellente, relinquunt, Poturae te, Nile, grues. L. Vos, quae Nilo mutare soletis Threicias hiemes, ad mollem serius austrum Istis aves. L. Nec quae Strymonio de grege ripa sonat. M. Primoque volatu Effingunt varias casu monstrante figuras. L. Grus ordine longo Cum clamore volat. Strymoniae cinxere grues longo ordine caelum. Pol. Redeuntque grues, et semina sulcis Jacta legunt. Clangunt Naupliadae volucres, et pervia pennis Nubila conscribunt. Turmatim Palamedis aves, celsaeque per altum Aera clamantes veniunt. Ingenti clamore grues aestiva relinquunt Thracia, cum tepido permutant Strymona Nilo: Ordinibus variis, per nubila texitur alis Littera, pennarumque notis inscribitur aer. Cl. Descr. V. A. 10, 264. St. Th. 5, 10. 12, 515. M. 9, 14. 13, 75. v. clangor.

Gryneus. Sed nunc Italiam magnam Gryneus Apollo. V.

gryps, ypis. (Male gryphis ab aevo medio inde scripserunt.) Jungentur jam grypes equis. — V. E. 8, 27. EP. Indici, Hyperborei, obunci, avidi, alati, rapaces, feroces, impavidi, furiosi, feri, audaces, minaces, truces, crudeles, horrendi. At si Phoebus adest, et frenis grypa jugalem. Cl. Proelia nam faciunt Arimaspi grypibus hostes. Av. Nunc ades, o Paean, lauri cui grypas obuncos Docta lupata ligant. Sid.

gubernaculum. Ipse gubernaclo rector subit, ipse magister. V. SY. clavus, navis

moderamen, regimen, habenae, gubernatio, administratio, imperium, munus, officium. EP. nauticum, fluitans, properum, fidum, pendens, flexile. PH. Regimen dextra moderante carinae flectere. Clavum regere, ducere, torquere, moderari. Rector erit puppis clavoque immobilis haerens. Mutabit pelago terras. Residens in puppe magister Arte regit ventis impulsae navis habenas. Cumque gubernaclo liquidas projecit in undas. *V.* Curvae moderamina puppis. *St. v. clavus navalis; habenae, imperium.*

gubernator. *Ipse gubernator puppi Palinurus ab alta.* V. SY. rector, moderator, navarchus. EP. providus, sollers, vigil, pervigil, sollicitus, improvidus, imprudens, incautus, improbus, durus, saevus. PH. Navis magister, dux, custos, domitor. Ipse sedens, clavumque regit velisque ministrat. Qui regit arte ratem. Vincitur ars vento, nec jam moderator habenis Utitur. Cum mare compositum est, securus navita cessat; Cum timet, auxiliis assidet ille suis. *O.* Addidici regimen dextra moderante carinae Flectere. *O.* Ratem qui temperat. *O.* Jamque huc atque illuc agilem convertere clavum, Et frenare ratem, fluctusque effindere rector. *Mn. v. rector.*

guberno. *Ipse gubernabit residens in puppe* etc. O. SY. regere, dirigere, ducere, moderari, imperare, administrare, gerere, procurare, praesidere, providere, praeesse. PH. Imperii frena tenere sui. Regere habenas. Sceptra tenere. Ditione tenere. Sub leges mittere. Uti habenis. Moderari frena. Premere imperio. Imperium gerere. Capere moderamina rerum. Virga gubernat equum. *M.* Quod si quis vera vitam ratione gubernat. *Lr.* Rara quidem virtus, quam non fortuna gubernet. *O. v. impero, rego.*

gubernum, i. *Disjectare solet magnum mare transtra, guberna.* Lr. PH. Proras despoliate et detondete guberna. *Lu. v. gubernaculum.*

gula. *Apponunt oculis plurima, pauca gulae.* M. SY. fauces, jugulum, guttur; ingluvies, edacitas, voracitas. EP. avida, foeda, impatiens, insatiabilis, vorax, turpis, inexplebilis, inexpleta, rabida, hians, implacata, nefanda, indiga, inops, vesana, immensa, luxuriosa, ardens, ingeniosa, nocens, luxurians, damnosa, heluans, lata, rabida, aperta, deses, lasciva, ventricola, immensa. PH. Improba ventris ingluvies. Ciborum insaturata fames et nunquam sobrius ardor. Prodiga rerum. Prodiga rerum Luxuries nunquam parvo contenta paratu, Et quaesitorum terra pelagoque ciborum Ambitiosa fames, et lautae gloria mensae. *L.* Ingeniosa gula est. *M.* Crescente gula. *I.* Luxuriosa gulae fastidia. Insatiabilis ardor edendi. Gulaeque credens colli longitudinem. *Ph.* Implacataeque vigebat Flamma gulae. *O.* Quanta est gula, quae sibi totos Ponit apros! *I.* Altique voragine ventris Attenuarat opes. *O. v. fames, gulosus.*

gulosus. *Non est, Tucca, satis, quod es gulosus.* (phal.) M. SY. heluo, gulo, lurco. Vorax epulo. PH. Gulae deditus, addictus, serviens, obsequens. Ventri natus, vorans omnia lurco. Nil est, Apici, te gulosius factum. *M.* Illuvies et tempestas barathrumque macelli. *H.* Plusque cupit, quo plura suam demittit in alvum. *O.* Sed magis ardebat Sabidi gula. *M.* Demisso in viscera censu. *C.* Descr. *Cl.* Eutr. 2, 227 sqq. — *Trop.* Non opus est nobis nimium lectore guloso. *M.* Escarum vorago, gurges dapibus vinoque replens. Non dans frena gulae. Dilapidans patrias heluo turpis opes. Noxius exemplo, et sibi noxius ipsi. Et quibus in solo vivendi cura palato est. *L.* Numina multivori ventris luxuriosa colens. Sectans lautae fercula mensae. Harpyiis gula digna rapacibus. *H.* Quidquid quaesierat, ventri donabat avaro. *M. v. famelicus.*

gurges. *Apparent rari nantes in gurgite vasto.* V. SY. vorago, barathrum, abyssus, hiatus, vortex. EP. praeceps, limosus, caenosus, turbidus, curvus, tortus, sinuatus, altus, profundus, spumeus, undosus, rapidus, raucus, tumidus, canus, curvatus, gelidus, violentus, arenosus, caeruleus, spumans, anhelus, lucens, gemmans, canens, animosus, purus, salsus, spumosus, fumans, spatiosus, praeruptus, piscosus, praeceps, fluctivagus, fluctuosus. PH. Spumosi gurgitis aestus, ira, unda; sinuati gurgitis orbes. Imo barathri ter gurgite vastos Sorbet in abruptum fluctus. *V.* Limosoque novae saltant in gurgite ranae. *O.* Atque omnes trahe, gurges, aquas. *L.* Mater, Cyrene, mater, quae gurgitis hujus Ima tenes. *V.* Tollimur in coelum curvato gurgite. *V.* Imoque a gurgite pontus Vertitur. *O.* Quod gurgite Bactros Includit gelido. *L.* Rapido fertur qua gurgite pontus. *Lr.* Freti spumantis hiatus. Turbidus hic coeno vastaque voragine gurges Aestuat. Intorto gurgite vortex, vorago, pestiferas aperit fauces. Curvos sinuatus in arcus. Spumeas rotans aquas. Tumultque intorto gurgite vortex. *v. charybdis, hiatus.*

gusto. SY. degustare, libare, delibare. PH. Gustu, labris attingere escas, gustare palato. Pabula gustassent Trojae Xanthumque bibissent. *V.* Vitae gustavit amorem. *Lr.* Gustare lucellum. *H.* Dulichio lotos gustata palato. *O.*

gustus. SY. sapor, gustatus. PH. Nam neque gustus iners. *Au.* — Hoc satis in gustu. *M.* Interea gustus elementa per omnia quaerunt. *I.* Per varios gustus instructa ut prandia ducat In noctem. *Pr. v. sapor.*

gutta. SY. guttula, stilla. EP. manans, frigida, turgens, decidua, procidua, fluitans, vaga, liquida, rigua, irrigua, nitida, lucida, teres, stillans, cadens, liquens, exigua, humida, spumicoma, cavans lapidem. PH. Ros exiguus, tenuis, aquae liquor, aspergo. Rupe cadebat Exiguis humor guttis. Vaga

sŭccĭdŭŭs gūttă cădēbăt, flŭēbăt ăquīs. *Gūttă căvāt lăpĭdēm; cōnsūmĭtŭr ānnŭlŭs ūsū. O.* Ātrō lĭquŭntŭr sānguĭnĕ gūttaē. *V.* Grāndēs ībūnt pēr vīmĭnă gūttaē. *V.* Lĕvĭbūs mānāntĭă gūttīs Āntră. *O.* Gūttă căvāt lăpĭdēm, nōn vī, sĕd saēpĕ cădēndō. *O.* Īrrĭgŭaēquĕ cădūnt ăb ŏŏrĕ gūttaē. Pērquĕ mĕōs ărtūs frīgĭdă gūttă flŭĭt. *O.* Īrrĭgăt ālbēntēs hūmĭdă gūttă gĕnās. *O.* Trīstĭbŭs ēx ŏcŭlīs hūmĭdă gūttă cădĭt. Gūttă pĕr āttŏnĭtās ībăt ŏbōrtă gĕnās. *O.* Gūttīs hūmēctāt grāndĭbŭs ōră. *V.* Lābĭtŭr ēx ŏcŭlīs nūnc quŏquĕ gūttă mĕīs. *O.* — Nīgrăquĕ caērŭlĕīs vărĭārī cōrpŏră gūttīs. *V.* — Lăcrĭmaē gūttātĭm cădūnt. *Enn.* Cōr gūttātĭm cōntābēscĭt. *Pl.*

gūttŭr. *Īllĕ fĭmē rŭbĭdă trĭă gūttŭră pāndēns.* V. SY. jŭgŭlŭm, faūcēs. EP. căvŭm, pătŭlŭm, pătēns, hĭāns, ăpērtŭm, raūcŭm, tĕnŭĕ, cănōrŭm, ārgūtŭm, sŏnōrŭm, blāndĭsŏnŭm, ūdŭm, cōncăvŭm, cāndĭdŭm, nĭtĭdŭm, īndŏcĭlĕ, mŏdĕrātŭm. PH. Dūm spīrĭtŭs ūdō Gūttŭrĕ, dūm quĕrŭlō dūcĭtŭr ōrĕ sŏnŭs. Fūndĕrĕ cāntūs ārgūtō Gūttŭrĕ. Cōncăvă dētrūsĭt rĭgĭdūm pĕr gūttŭră fērrŭm. Haēsĭt ĕnĭm sŭb gūttŭrĕ vūlnŭs, ĕt ūdaē Vōcĭs ĭtēr, tĕnŭēmque īnclūsĭt sānguĭnĕ vĭtām. *V.* Părĭtērquĕ lŏquēntĭs Vōcem ănĭmāmquĕ răpĭt. *O.* Părēntĭs ōlĭm sī quĭs īmpĭă mănū Sĕnīlĕ gūttŭr frēgĕrĭt. *H.* Ŏvāntēs gūttŭrĕ cōrvī. *V.* Trăhĭt āmnĕm gūttŭrĕ. *O.* Plēnīs tŭmŭērūnt gūttŭră vēnīs. *O.* Rūpĭt mĭhĭ gūttŭră pūgnō. *O.*

gūttŭs. SY. ūrcĕŭs, ūrcĕŏlŭs. EP. ămbrŏsĭŭs, fāgĭnŭs, Sămĭŭs; căvŭs, cōncăvŭs, căpāx, ĕbūrnŭs. PH. Cūm pătĕrā gūttŭs Cāmpānă sŭpēllēx. *H.*

Gўărŭs. *Aūde ălĭquĭd brĕvĭbŭs Gўărīs ĕt cārcĕrĕ dīgnŭm, Sī vīs ēsse ălĭquĭd.* J. PH. Ut Gўărī claūsŭs scŏpŭlīs pārvāquĕ Sĕrīphō. *I.*

Gўās *et* Gўēs, aē. *Quĭd grăvĭŭs, vĭctōrĕ Gўă* etc. H. PH. Dīrcaēŭmquĕ Gўān. *St.* Cēntĭmănŭs Gўās. *H.* (Nam Gўgēs falsum.) Fōrtēmquĕ Gўān. *V.*

Gўgēs. *Lўdĭă Gўgaēō tīnctă pŭēllă lăcū.* P. PH. Sūccīsō pŏplĭtĕ Gўgēn. *V.* Lūnă mărī, Cnĭdĭūsvĕ Gўgēs. *H.* Cōnstāntīs jŭvĕnēm fĭdeī Gўgēn. *H.*

gўmnăs, ădĭs, *f.* — *rĕsŏlūtŭs gўmnădĕ Pōllūx.* St. PH. Hīc tĭbĭ fēstă Gўmnăs, ĕt māsōntēs jŭvĕnūm sĭnĕ caēstĭbŭs īraē. *St. v. lucta, palaestra.*

gўmnăsĭŭm. *Gўmnăsĭīs ădĕrĭt stŭdĭōque īgnāvă pălaēstraē.* L. SY. pălaēstră, lūdŭs gўmnāstĭcŭs, pălaēstrĭcŭs; schŏlă, cōllēgĭŭm. PH. Et quŏnĭām coēpĭt Graēcōrŭm mēntĭō, trānsī Gўmnăsĭă. *I.* Hōc ĭn gўmnăsĭō Pŏlĕmī săpĭēntĭă vĭtām Excŏlŭĭt. *Sid.*

Gўmnēsĭaē, ārŭm. *Cōntĭnŭōquĕ jăcēnt Gўmnēsĭaē: hās Bălĕārēs | Rōmānī mĕmŏrānt.* Prsc. *v. Balearcs.*

gўpsātŭs. *Dēspĭcĕ gўpsātī crīmĕn ĭnānĕ pĕdīs.* O. A. 1, 864.

gўpsŭm. EP. ālbŭm, tĕnāx, crāssŭm, sĭccŭm. PH. Plēna ŏmnĭă gўpsō Chrўsĭppi īnvĕnĭēs. *I.*

gўrŭs. *Sēptem īngēns gўrōs sēptēnă vŏlūmĭnă trăxĭt.* V. SY. ōrbĭs, cĭrcŭlŭs, āmbĭtŭs, nēxŭs, ārcŭs, vŏlūmĕn, flēxŭs, sĭnŭs, spīră, rŏtātŭs, glŏmĕrāmĕn. EP. sĭnŭātŭs, vŏlūtŭs, ōblīquŭs, ārctŭs, cūrvŭs, rŏtūndŭs, lōngŭs, īmmēnsŭs, spătĭōsŭs, vāstŭs, cūrvātŭs, īngēns, căpāx, āltērnŭs, flēxŭs, īntōrtŭs, īnflēxŭs, rŏtātĭlĭs, ăncēps, lūnātŭs, vŏlūtŭs. PH. Flēxū sĭnŭōso ēlābĭtŭr ānguĭs; mūltĭplĭcēs sĭnŭātŭr ĭn ōrbēs. Gўrōs dūcĕrĕ, ăgĕrĕ, pĕrăgĕrĕ, fōrmārĕ, flēctĕrĕ, trăhĕrĕ, pĕr īmmēnsōs sĭnŭārĕ vŏlūmĭnă gўrōs. Vŏlvĭtŭr āncĭpĭtī gўrō. *St.* In gўrūm flēctĕrĕ, sĭnŭārĕ. Glŏmĕrārĕ, vōlvĕrĕ ĭn ōrbēm. — *Equorum.* In gўrōs īrĕ cŏāctŭs ĕquŭs. *O.* Trōĭlŭs haūd ălĭtēr gўrō brĕvĭōrĕ mĭnāntēs Elūdēbăt ĕquōs. *St.* Laēvōs ĕquĭtābăt ĭn ōrbēs. *L.* Et trĕmŭlō mŏdĭōs ābrūmpĭt pŏplĭtĕ gўrōs. *L.* Alĭōs ĭnĕūnt cūrsūs ălĭōsquĕ rĕcūrsūs Advērsīs spătĭīs, āltērnōsque ōrbĭbŭs ōrbēs Impĕdĭūnt. *V.* Cārpĕrĕ mōx gўrum īncĭpĭăt, grădĭbŭsquĕ sŏnārĕ Cōmpŏsĭtīs. *V.* — *Serpentum.* Māxĭmŭs hīc flēxū sĭnŭōso ēlābĭtŭr ānguĭs. *V.* Illĕ vŏlūbĭlĭbŭs squāmōsōs nēxĭbŭs ōrbēs Tōrquĕt, ĕt īmmēnsō sāltū sĭnŭātŭr ĭn ārcŭs. *T.* — *Trop. var.* Dīvērsă rŭēbăt Clāssĭs, ĕt ārctābăt lūnātō caērŭlă gўrō. *T.* Dūcēnsquĕ pĕr āĕră gўrōs Mīlvŭs. Pīscĭs ēxsūltăt frĕtō, Agĭtātquĕ gўrōs. *Se.* Brūmă nĭvālēm Intĕrĭōrĕ dĭēm gўrō trăhĭt. *H.* Āttrăhĕ vēlă Fōrtĭŭs, ĕt gўrō cūrrĕ, pŏētă, tŭō. *O.* Ingēns ŏpŭs īn mĭnōrēs Cōntrăhĕ gўrōs. *St.* Deĭn sĭmĭlī gўrō vĕnĭēnt ălĭōrŭm vĭcēs. *Ph. v. circulus, flexus, orbis.*

H.

Hăbēnă. *Insūltăt sŏnĭpēs ĕt prēssīs pūgnăt hăbēnīs.* V. SY. lōrŭm, frēnŭm, rĕtĭnăcŭlŭm, căpīstrŭm, mŏdĕrāmĕn ĕquōrŭm, frēnōrŭm hăbēnaē. EP. vălĭdă, āngūstă, strīctă, lāxă, tĕnāx, rĕtēntă, ārctă, ēffūsă, flēxĭlĭs, tĕrēs, ūndāns, făcĭlĭs, văgă, cĭtă, răpĭdă, lēntă. PH. Mănĭbŭs mōlĭtŭr, rĕgĭt, mŏdĕrātŭr hăbēnās. Lōră tĕnērĕ mănū. Hăbēnās lāxārĕ, ēffūndĕrĕ, īmmīttĕrĕ, ădmīttĕrĕ, cōncēdĕrĕ. Lāxās dărĕ hăbēnās. Prōnī dānt lōră, vŏlāt vī fērvĭdŭs ăxĭs. *V.* Hăbēnās āttrăhĕrĕ, cōntrăhĕrĕ, rĕtĭnērĕ, āddūcĕrĕ, prĕmĕrĕ, sūpprĭmĕrĕ, cōllĭgĕrĕ. Hăbēnīs cūrsūs cŏhĭbērĕ cĭtātōs. Hăbēnīs ĕquōs flēctĕrĕ. Dētōrquērĕ hăbēnās. Dŏmārĕ, cōmpēscĕrĕ, cŏērcērĕ frēnō. Dūcĕrĕ frēnă mănū. Tēndĕrĕ hăbēnās retro. Rĕpūgnārĕ hăbēnīs. Hăbēnās rĕcūsārĕ, rĕlīnquĕrĕ. Emĭcăt īn cūrrum ĕt mănĭbŭs mōlĭtŭr hăbēnās. *V.* Quūm răpĭdum ēffūsīs rĕgĕrĕt sūblīmĭs

hăbēnīs Cornĭpĕdem. *S.* Largūs hăbēnaē Ibăt ĕquēs. *L.* Hăbēnīs Lībĕr ĕquūs. *V.* Equum ăngŭstīs cōmpēscĭt hăbēnīs. *T.* Mănĭbŭsque ŏmnēs ĕffūndĭt hăbēnās. *V.* Fērtŭr ĕquīs aŭrīgă, nĕc aŭdĭt cūrrūs hăbēnās. *V.* Addūctīs sŭbsīstĭt hăbēnīs. *V.* Praecēps sŏnĭpēs, strĭctaē cōntēmtŏr hăbēnaē. *St. v. auriga, currus, freno, frenum.* — *I. q. funda.* Ipsĕ tĕr ăddūctā cīrcūm căpŭt ēgĭt hăbēnā. *V.* Băleārĭs tōrtŏr hăbēnaē. *L.* Hăbēnă Săxĭfĕră. *Va.* — *Scuticae.* Scūtĭcaē trĕmĕfāctŭs hăbēnīs. *O.* Lătŭĭt mĕtŭēns pēndēntĭs hăbēnaē. *H. v. flagellum, lorum.* — *Navium.* Nēc jām mŏdĕrātŏr hăbēnīs Utĭtŭr. *O.* Clāssīque īmmĭttĭt hăbēnās. *V.* Sēd nĕquĕ pērmīssīs jām fūndĕrĕ rēctŏr hăbēnīs Vēlă. *Va. v. velum.* — *Irae.* Irārūmque ŏmnēs ĕffūndĭt hăbēnās. *Va.* Fŭrĭt īmmīssīs Vūlcānŭs hăbēnīs. *V. v. frenum.* — *Imperii.* Et prĕmĕre ĕt lāxās scīrĕt dărĕ jūssŭs hăbēnās. *V.* Rērūmquĕ rĕlīquĭt hăbēnās. *V.* Accēpīssĕ Nūmām pŏpŭlī Lătĭālĭs hăbēnās. *O.* Cuī pătĕr aētērnās pōst saēcŭlă trădăt hăbēnās. *v. imperium.*

hăbĕo. *Nīl, tĭbĭ quŏd dēmŭs, mājŭs hăbēmŭs, ăĭt.* O. A. 7, 131. *Pl.* Trin. 1, 2. SY. pōssĭdĕrĕ, ŏbtĭnērĕ; sērvārĕ, cōnsērvārĕ, pŭtārĕ, aēstĭmārĕ. PH. Quūmque hăbĕās plūs, Paŭpĕrĭēm tĭmĕās mĭnŭs. *H.* Est mĭhĭ, nōbīs. In prōmptŭ ēst. Nōn cărĕō. Pōssĭdĕō, tĕnĕō. Nēc lăcrĭmīs cărŭērĕ gĕnaē. *V.* Crēssā nĕ cărĕăt pŭlcră dĭēs nŏtā. *H.* Sūnt mĭhĭ bĭs sēptēm praēstāntī cōrpŏrĕ Nymphaē. *V.* — Amŏr scĕlĕrātŭs hăbēndī. *O.* Amŏr nōs tāngĭt hăbēndī. *O.* Opēs ămŏr ūrgĕt hăbēndī. *V.* Amŏrĕ sĕnēscĭt hăbēndī. *H.* Cūrāmque hăbēndī pĕnĭtŭs cōrde ērădĕrĭm. *Ph. v. avaritia.* — *I. q. habito.* Quaĕ lŏcă, quĭve hăbĕānt hŏmĭnēs. *V.* Quī prīmī fīnēs hăbŭērĕ Lătīnōs. *V.* Quī Syrăcūsīs hăbĕt. *Pl.* — *I. q. potiri, scire.* Hōstĭs hăbĕt mūrōs. *V.* Anĭmālĭă sŏmnŭs hăbēbăt. *V.* Nōs Amăryllĭs hăbĕt. *V.* Incĭpĕ, sī quĭd hăbēs. *V.* Quaē nĕmŏra aŭt quī vōs sāltŭs hăbŭērĕ, pŭēllaē? *O.* — *I. q. existimare.* Cŭpĭt fōrmōsŭs hăbērī. *O.* Omnēs ūno ōrdĭne hăbētĭs Achīvās. *V.* Quōd nĭsĭ cōncēdās, hăbēāre īnsuāvĭs, ăcērbŭs. *H.* Quō nēc sīncērĭŏr āltĕr hăbētŭr. *H.* Cōnsĭlĭīs hăbĭtŭs nōn fūtĭlĭs aūctŏr. *V.*

hăbĭlĭs. *Pōstquam hăbĭlīs lătĕrī clypĕūs lōrīcăquĕ tĕrgo ēst.* V. SY. āptŭs, cōnvĕnĭēns, cōmmŏdŭs, ăccōmmŏdŭs; ălăcĕr, ăgĭlĭs, dēxtĕr, sōllērs. PH. Dē mōre hăbĭlēm sūspēndĕrăt ărcūm. *V.* Haēc hăbĭlīs lĕvĭtātĕ sŭa ēst. *O.* Hăbĭlīs mēmbrīs vĕnĭt vĭgŏr. *V. v. aptus, tractabilis.*

hăbĭtābĭlĭs. *Quārŭm, quaē mĕdĭa ēst, nōn ēst hăbĭtābĭlĭs aēstŭ.* O. PH. Quā sōl hăbĭtābĭlēs Illūstrăt ōrās. *H.* Sŭpĕrīs hăbĭtābĭlĕ săxŭm. *St.*

hăbĭtācŭlŭm. *Hūmāna ēffĭcĭūnt hăbĭtācŭlă* etc. Au. *v. domus, sedes.*

hăbĭtātŏr. — *nĕmŏrīsque hăbĭtātŏr ămoēnī.* M. PH. Flūmĭnĕīs hăbĭtātrīx Nāīs īn ōrīs. *Au. v. incola.*

hăbĭto. — *lūcīs hăbĭtāmŭs ŏpācīs.* V. SY. cŏlĕrĕ, ăccŏlĕrĕ, īncŏlĕrĕ, tĕnērĕ, frĕquēntārĕ, cōmmŏrārī. PH. Cēntum ūrbēs hăbĭtānt māgnās. *V.* Cēssērūnt nĭtĭdīs hăbĭtāndaē pīscĭbŭs ūndaē. *O.* Stāgnă cŏlĭt rīpīsque hăbĭtăt. *V.* Hāc dēmūm vŏlŭĭt cōnsīstĕrĕ tērrā. *V.* Seū tē fūlgēntĭă sīgnīs Cāstră tĕnēnt. *H.* Hŭmĭlēs hăbĭtārĕ căsās. *V.* Pāllās, quās cōndĭdĭt ărcēs, Ipsă cŏlăt. *V.* Hīs hăbĕānt sīnĕ moēnĭă. *V.* Haēc hăbĭtānt ăd lĭttŏră. *V.* Extrēmūm Tănăĭm sī bĭbĕrēs. *H.* Fĕrīsquĕ rūrsŭs ŏccŭpābĭtŭr sŏlūm. *H.* Quīquĕ tŭās ăccŏlĭt, Haēmĕ, nĭvēs. *O.* Hīc dŏmŭs, haē sēdēs, īllīc pĕnĕtrālĭă māgnī Amnĭs; īn hīs rĕsĭdĕt. *V.* Prŏăvīs hăbĭtātās līnquĕrĕ sīlvās. *I.* Rōscĭdă rīvīs Hērnĭcă săxă cŏlūnt. *V.* Quōs, dīvēs Angŭĭtĭă, pāscĭs. *V.* Quōs mălĭfĕraē dēspēctānt moēnĭa Abēllaē. *V.* Cūm frīgĭdă pārvās Praēbērēt spēlūncă dŏmōs Ignēmquĕ lărēmquĕ, Et pĕcŭs ĕt dŏmĭnōs cōmmūnī claūdĕrĕt ūmbrā. *I.* Illō mē tēmpŏrĕ dūlcĭs ălēbăt Pārthĕnŏpē. *V.* Sŏcĭă sĭmŭl ūrbĕ frŭūntŭr. *V.* Hīc dŏmŭs, haēc pătrĭa ēst. *V.* Plēbs hăbĭtăt dĭvērsă lŏcīs. *O.* Hāc prŏfŭgōs pŏsŭīstīs sēdĕ pĕnātēs. *V.* Sēd nĕque īn Arctōō sēdēm tĭbĭ lēgĕrĭs ōrbĕ. Incērtī, quō fātă fĕrānt, ŭbĭ sīstĕrĕ dētŭr. *V.* Mūtāndaē sēdēs; nōn haēc tĭbĭ lītŏră suāsĭt Dēlĭŭs, aūt Crētaē jūssĭt cōnsīdĕre Apōllō. *V.* Quōs ălĭt Adrĭăcō tēllūs cīrcūmflŭă pōntō. *L.* Quĭsquĭs ŭbīque hăbĭtăt, Māxĭmĕ, nūsquam hăbĭtăt. *M.* Flūmĭnă prōptĕr Dēgĭt, ĕt īn sīlvīs sōla ĕt sēcūră mŏrātŭr. Urbs āntīquă fŭĭt, Tyrĭī tĕnŭērĕ cŏlōnī. *V.* Rīpārūmquĕ tŏrōs ĕt prātă rĕcēntĭă rīvīs Incŏlĭmŭs. Tāntūm lĭbĕăt tĭbĭ mēcūm sōrdĭdă rūră Atque hŭmĭlēs hăbĭtārĕ căsās. *V.* Quō fŭgĭs, ō dēmēns? Hăbĭtārūnt Dī quŏquĕ sīlvās. Heū quaē nūnc tēllūs, īnquĭt, quaē me aēquŏră pōssūnt Accĭpĕrĕ? Egō vītām ăgām sūb āltīs Phrygĭaē cūlmĭnĭbŭs. Illă mĭhī sēdēs, īllīc mĭhĭ cārpĭtŭr aētās. *C. v. colo, domus, habeo, penates, sedes.* — *Trop.* Tēcum hăbĭta, ĕt nōrĭs, quām sĭt tĭbĭ cūrtă sŭpēllēx. *Pe.*

hăbĭtŭs. *Vīrgĭnĭs ōs hăbĭtūmquĕ gĕrēns* etc. V. SY. fōrmă, cūltŭs, gēstŭs, vēstītŭs, ēxpĕdĭtă făcŭltās, hăbĭtūdo. EP. dĕcēns, dĕcŏrŭs, hŏnēstŭs, mūndŭs, nĭtĭdŭs, cūltŭs, sōrdĭdŭs, tūrpĭs, foēdŭs, rēgĭŭs, sŭpērbŭs, praēstāns, īndĕcŏrŭs, īnhŏnēstŭs, īmmūndŭs. PH. Vărĭūm coēlī praēdīscĕrĕ mōrēm, Cūră sĭt, āc vărĭōs cūltūsque hăbĭtūsquĕ lŏcōrūm. *V.* Vādĕ, sĕd īncūltŭs, quālēm dĕcĕt ēxsŭlĭs ēssĕ; Infēlīx, hăbĭtūm tēmpŏrĭs hūjŭs hăbĕ. *O.* Hăbĭtūm mūtāvĕrăt ōrĭs. *O.* Stātŭs ēst vūltūsquĕ dĭsērtī. *O.* Dārdănĭōs hăbĭtūs ĕt Trōĭă vĭdĭt Armă prŏcŭl. *V.* Ardēntēsquĕ nŏtāte ŏcŭlōs, quī spīrĭtŭs īllī, Quī vūltŭs vōcīsvĕ sŏnŭs vēl grēssŭs ĕūntī. *V.*

hāc, *adv. Hāc ĭtĕr Elysĭūm nōbīs* etc. V.

hāctĕnŭs. *Hāctĕnŭs ărvōrūm cūltŭs ĕt sīdĕră coēlī.* V. *Hāc Trōjānă tĕnŭs fŭĕrĭt fōrtūnă sĕcūtă.* V. PH. Hāc saēvīssĕ tĕnŭs Sūffĭcĭăt. *St.* Hāc cēlĕbrātă tĕnŭs sānctō cērtāmĭnă pātrī. *V.* — Hāctĕnŭs, ālmă chĕ-

lȳs: tēmpŭs nūnc, pōnĕrĕ frōndēs. *St.* Hāctĕnŭs: ūt vīvō. *O.* Hāctĕnŭs hĭstŏrĭae: nūnc ăd tŭă dēvĕhŏr āstră. *P.*

Hādrĭă. *v. Adria.*

haedŭs. *v. hoedus.*

Haemōn, ŏnĭs. *Cŏrrŭĭt Ăntĭgŏnēs tŭmŭlō Boeōtĭŭs Haemōn.* P. 3, 7, 83.

Haemŏnĭă. *Pēlĭŏn Haemŏnĭaē mōns ēst ŏbvērsŭs ĭn aūstrŏs.* O. SY. Thēssălĭă. PH. Vēnātŏr ĭn cāmpīs nĭvālĭs Haemŏnĭaē. *H.*—*Adj.* Haemŏnĭs, Haemŏnĭō Lāŏdămīă vĭrō. *O.* Trāctŭs ăb Haemŏnĭō nōn ĕrăt Hēctŏr ĕquō. *O.*—Haemŏnĭdae, ārŭm. Stānt lĭtŏrĕ fīxī Haemŏnĭdaē. *Va.* Nēc prŏcŭl Haemŏnĭdēs, Phoebī Trĭvĭaēquĕ săcērdōs. *V. v. Thessalus.*

Haemŭs. Descr. *O.* M. 6, 87. EP. Thrēĭcĭŭs, gĕlĭdŭs, Oeăgrĭŭs, ūmbrōsŭs, Gĕtĭcŭs, nūbĭfĕr, nĭvālĭs, nĭvĕŭs, vĭrēns, vĭrĭdĭs, ărdŭŭs, lātŭs, squālēns, Thrēĭcĭŭs, Ŏrphēŭs, vāstŭs, spēctābĭlĭs. PH. Ărdŭŭs ăd sŭpĕrōs mōns nōmĭnĕ tōllĭtŭr Haemŭs. Pērpĕtŭīs squālēntēm nūbĭbŭs Haemŭm. Thrēĭcĭăm Rhŏdŏpēn hăbĕt ăngŭlŭs ūnŭs ĕt Haemŭm. *O.* O, quī mē gĕlĭdīs ĭn vāllĭbŭs Haemī Sĭstăt! *V.* Prŏcŭbăt hōrrēndŭm Gĕtĭcō Grădīvŭs ĭn Haemō. *Cl.* Quā pătĕt ūmbrōsŭm Rhŏdŏpē glăcĭālĭs ăd Haemŭm. *V.*

haerēdĭŏlŭm. *Sălve haerēdĭŏlŭm, mājōrŭm rēgnă mĕōrŭm.* Au. SY. ăgēllŭs, praedĭŏlŭm.

haerēdĭtās. *Haerēdĭtātĭs tĭbĭ trĕcēntă vēnīssĕ.* (scaz.) M. SY. pātrĭmōnĭŭm, pătrĭaē ŏpēs, bŏnă, praedĭă, fōrtūnaē. EP. āmplă, māgnă, lūcŭlēntă, pārvă, ăngūstă, ēxĭgŭă. PH. Mē sўcŏphāntam haerēdĭtātēs pērsĕquī. *Te.*

haerĕo; haesī. SY. ădhaerērĕ, cŏhaerērĕ, dŭbĭtārĕ, haesĭtārĕ, tĭtŭbārĕ, vācĭllārĕ. PH. Nōn īrrĭtă cūspĭs ădhaesĭt. *V.* Ŏbtūtūque haerēt dēfīxŭs ĭn ūnō. *V.* Haerēt līnguă mĕtū, *V.* Vōx faūcĭbŭs haesĭt. *V.* Ăspēctū cōntērrĭtŭs haesĭt. *V.* Haerĕt ĭn āmplēxū. *O.* Āttŏnĭtīs haesēre ănĭmīs. *V.* Haerēt pĕdĕ pēs, dēnsŭsquĕ vĭrō vĭr. *V.* Tērgō vŏlŭcrēs haesērĕ, săgĭttaē. *V.* Cuī dătŭs haerēbām cŭstōs. *V.* Haerēnt īnfīxī pēctŏrĕ vūltŭs. *V.* Haesūra īn nōstrō tēlă gĕrĭt lătĕrĕ. *T.* Haesūra ēst tēmpŭs ĭn ōmnĕ fĭdēs. *O.* Cōnstĭtĭt hīc bēllŭm, fōrtūnăquĕ Caesărĭs haesĭt. *L.* Quŏd nōn prōpŏsĭtō cōndūcăt ĕt haerĕăt āptē. *H.* Implĭcŭĭtquĕ pĕdēs ătque ūnguĭbŭs haesĭt ădūncīs. *V.* Haerēnt părĭĕtĭbŭs scālaē. *V.* Haec ŏcŭlīs, haec pēctŏrĕ tōtō Haerĕt. *V.* Haerēntēs lĭttŏrĕ nāvēs. *V.* Hēctŏrĭs Aēnēaēquĕ mănū vĭctōrĭă Grājūm Haesĭt, ĕt ĭn dĕcĭmŭm vēstīgĭă rēttŭlĭt ānnŭm. *V.* Illī sēmpĕr haerēntēm pŭĕrŭm cănēbăt. *H.* Huīc cŏmĕs haerēbăt. *M.* Dūm cŏmĕs ārctōīs haerērĕt Caesărĭs ārmīs. *M.*

haerēs. *Scrībārĕ sĕcūndŭs | Haerēs: ĕt sī quĭs cāsŭs pŭĕrum ēgĕrĭt ōrcō.* H. *Edēnt haerēdēs, ĭnquĭs, mĕă cārmĭnă quāndō.* M. SY. sūccēssŏr. EP. ăvĭdŭs, sōllĭcĭtŭs, dīvĕs. PH. Dīcĕrĕ, scrībĕrĕ haerēdēm. Rĕlĭnquĕrĕ haerēdem ēx āssĕ. Ēxpēllēt cērtē vīvācĭŏr haerēs. *H.* Sī tŭă cūstōdĭs, ăvĭdŭs jam haec aūfĕrĕt haerēs. *H.* Dīsplĭcĕt haerēdī māndātī cūră sĕpūlcrī. *O.* Spēs pătrĭs. *O.* Avītī nōmĭnĭs haerēs. *O.* Haerēs laūdĭs. *O.* Descr. *M.* 4, 56. 5, 63. 11, 68.

haerĕsĭs, ĭs *vel* ĕŏs.—*Rāptīs pĕrĭt haerĕsĭs hōrrĭdă mēmbrīs.* Pr. *Haerĕsĕōs sūmma ēxĭgŭă sŭb pārtĕ tĕgātŭr.* Prosp. *Haerĕsĕōn vēsānă fŭrēns ēxīndĕ chărўbdĭs. Alc.* Male: *Dīscōrdĭă, dīcŏr, Cōgnōmēnto hĕrĕsĭs.* Pr. SY. sēctă, schīsmă, ērrŏr, dōgmă haerĕtĭcŭm, pērvērsŭm, fālsŭm. EP. īmpĭă, scĕlĕrātă, nĕfāndă, scĕlēstă, ēxĭtĭōsă, atrōx, fērālĭs, dīră, hōrrĭdă, dētēstāndă, sŭpērbă, ēffrēnĭs, aūdāx, īnfēstă, īnsānă, prŏbrōsă, fāllāx, mēndāx, dŏlōsă, pērfĭdă. PH. Īmpĭă sēctă nŏvĭtātĭs ămāns. Nŏvōs rītŭs fīctā pĭĕtātĕ īndūcēns, fīngēns. Sacră jūră rĕsōlvēns. Fīlĭă nōctĭs, ōrcō ēdĭtă. Pĭĕtātĭs, vēraē fĭdĕī hōstĭs, ĭnĭmīcă. Antīquīs īnfēstă săcrīs. Īncaūtīs īnsĭdĭāns ārtĕ nĕfāndā. Vīrŭs fātālĕ tĕgēns. Vĭtĭōrŭm sēmĕn. Nūllā vūlt lēgĕ tĕnērī. Nĕfāndī dōgmătĭs aūctōrēm sĕquī. Rĕcāntārĕ vĕtĭtŭm dōgmă. Haerĕsĭn ējĕrārĕ. Bēlŭă mūltōrŭm căpĭtŭm, sĭbĭ dīssŏnă, pācēm Exōsă. Pāllĭdaē pēstēs Ĕrĕbōquĕ nātaē. *Sant.* Implēxă nōdīs vīpĕrĕīs căpŭt. *Sant.* Lōnge ăbĕrānt pŏsĭtīs Mēndācĭă tūrpĭă lārvīs, Et stōlĭdī Errōrēs, ĕt quĭdquĭd ădūltĕră vērī Fābŭlă cōmmēntīs īn crēdŭlă pēctŏră mīttĭt. *Sant.* Hāc dūcĕ vāstātōs lūgēt Gērmānĭă cāmpōs, Omnĭs ŭbī spārsīs ōssĭbŭs hōrrĕt ăgĕr; Hāc dūcĕ cīvīlī mădŭērūnt sānguĭnĕ rīvī, Anglĭă, sīvĕ tŭī, Gāllĭă, sīvĕ tŭī.

haerĕtĭcŭs. *Quŭm tămĕn haerĕtĭcā nĭgrēdĭnĕ plēnŭs ăvērnī.* Arat. SY. schīsmătĭcŭs, nŏvātŏr, fĭdĕī hōstĭs. Hōstĭs rēlĭgĭōnĭs ăvītaē. Dēvĭă tūrbă. Tūrbă nŏvātōrŭm. PH. Cōnjūrātă cŏhōrs scĕlĕrātĭs ēxcĭdĭt aūsīs. Haerĕsĕōs lētāli āfflātă vĕnēnō. Īllĕ nŏvōs rītŭs, nŏvă săcră pĕr ūrbēs Īnstĭtŭĭt, prīscāsque aūdĕt rēscīndĕrĕ lēgēs. *Vid.* Lēgēs ăbŏlērĕ părēntŭm Antīquās cŭpĭt, ătquĕ nŏvōs īndūcĕrĕ rītŭs. *v. haeresis.*

haesĭto. *Sŭb tērrīs ĭgĭtŭr trĕmŭlŭm jŭbăr haesĭtăt īgnĭs.* Lr. SY. frĕquēntĕr haerērĕ, saepĕ haerērĕ, tĭtŭbārĕ, văcĭllārĕ. PH. Nōn haesĭtābĭt grēssŭs. *Se.*

Hălaesă. *Vēnĭt ăb āmnĕ trăhēns nōmēn Gĕlă, vēnĭt Hălaesă.* S.—*Adj.* Hīc ĕt Hălaesīnŭs fōns ēst. *Prsc.*—*Mons.* Et quae Sĭcănĭī flōrēs lēgīstĭs Hălaesī. *Co.*

Hălcўŏnē. *v. Alcyone.*

hālēc.—*pūtrī cēpās hālēcĕ nĭtāntēs.* M. PH. Egŏ faecēm prīmŭs ĕt hālēc Invēnī. *H.* Cuī pŏrtăt gaūdēns āncĭllă părōpsĭdĕ rūbră Hālēcēm. *M.*

Hălĭăcmōn, ŏnĭs. *Et frūstrā rāpĭdŭm dāmnānt Hălĭăcmŏnă Bēssī.* Cl.

Hălĭārtŭs, ī.—*nŏvĭs Hălĭārtŏs ărīstīs.* St.

hālĭtŭs. *Āblŭam ĕt, ēxtrēmŭs sī quĭs sŭpĕr hālĭtŭs ērrăt.* V. SY. spīrĭtŭs, flātŭs, aūră, ănhēlĭtŭs, ănĭmă, văpŏr. EP. ātĕr, grăvĭs, tĕpĭdŭs, fūmāns, hūmĭdŭs, tĕnŭĭs, īgnĭfĕr, aegĕr, ărĭdŭs. PH. Tĕnŭēs ēvānēscēns

in aurās. Hălĭtūs ĕxĭt Ŏrĕ nĭgĕr stўgĭō. *O.* Tālĭs sēse hălĭtūs ātrĭs Faucĭbŭs ērŭmpēns. *V.* Faucĭbŭs ēxsŭpĕrāt gră*v*ĭs hălĭtŭs. *Pe.* Vāstōs quătĭt aēgĕr ănhēlĭtŭs ārtūs. Pătŭlĭs căptārĕ nārĭbŭs aūrās. Nēc rēspīrārĕ pŏtēstās. *v. spiritus.*

Hălĭūs. *Alcāndrūmque Hălĭŭmquĕ* etc. O.

hālo. — *crŏcĕīs hālāntēs flōrĭbŭs hōrtī.* V. SY. ŏlērĕ, spīrārĕ. PH. Hălĭtūm ēmīttĕrĕ. Tūrĕ călĕnt ārae, sērtīsquĕ rĕcēntĭbŭs hālānt. *V. v. oleo.*

Hălўs. *Crœsŭs Hălўn pĕnĕtrāns māgnām pērvērtĕt ŏpŭm vīm.* Orac. ap. *Cic.* EP. tŭrbĭdŭs, tōrtŭs, sĭnŭōsŭs, flĕxŭs, rĕflĕxŭs. PH. Croēsō fātālĭs Hălўs. *L.* Croēsī fātālĭă vōtĭs flūmĭnă. Īnflŭĭt crēbrō vērtĭcĕ tōrtŭs Hălўs. *O.*

hāmă *et* hāmŭlă. *Aūt hăbĭlēm lўmphĭs hāmŭlām, băcchōvĕ lăgēnām.* Co. PH. Dīspŏsĭtīs praedīvĕs hāmīs. *I.*

Hămadrўăs, ădĭs. *Quĭdquĭd fōrtĕ Drўăs, vĕl quĭquĭd Hămādrўăs ūnquām.* Sid. PH. Hōc ĕt Hămādrўădūm spēctāvĭt tūrbă sŏrōrŭm. *P.* Īntĕr Hămādrўădās jăcŭlātrīcēmquĕ Dĭānām. *O. v. Dryades.*

hāmātŭs. *Pōst cĕcĭdĭt hāmātĭs mĭsĕrē cōnfīxă săgīttīs.* O.

Hamilcar. *v. Amilcar.*

hāmŭs. *Insĭdĭātōrēm praērōsō fŭgĕrĭt hāmō.* H. SY. hāmŭlŭs, ūncŭs, ūncīnŭs, hărpăgo. EP. cūrvŭs, rĕcūrvŭs, ūncŭs, ădūncŭs, tōrtŭs, fērrĕŭs, cōnnĕxŭs, tĕnāx, īnsĭdĭōsŭs, sŭbdŏlŭs, lētālĭs, mērsŭs, īmmērsŭs, īnēscātŭs, īllĕx (ĭcĭs), fāllāx, lĕvĭs, praērōsŭs, ŏpērtŭs, praedāns, lătēns, pīscārĭŭs, pīscātōrĭŭs, pērnĭcĭōsŭs. PH. Pīscātōrĭŭs ūncŭs. Hāmātă līnĕă, ărūndo, hāmātŭm aēs. Pīscēm dūcĭtĭs hāmō. *O.* Hāmŭs ĕt īn mŭlsūm mīttĭtŭr ātquĕ lŭpūm. *M.* Occūltūm dēcūrrĭt pīscĭs ăd hāmŭm. *H.* Praēdāntĭbŭs hāmīs Exhaurīrĕ lăcŭs. *S.* Cēlārĕ cĭbīs ūncōs fāllācĭbŭs hāmōs. *O.* Addĕrĕ sŭprēmīs aēră rĕcūrvă cĭbīs. *O.* Aēs ădūncūm, rĕcūrvūm, dŏlōsūm. Trĕmŭlă cāptūm līnĕă trăhĭt pīscēm. Quī sĕmĕl ēst laēsūs fāllācī pīscĭs ăb hāmō, Ōmnĭbŭs ūncă cĭbīs aēră sŭbēssĕ pŭtăt. *O. v. piscari.* — *Trop.* Cūrvōs dĕdĭt ūnguĭbŭs hāmōs. *O.* Fērrūm cūrvō tĕnŭs ābdĭdĭt hāmō. *O.* Lōrīcām cōnsērtam hāmīs. *V.*

Hannibal. *v. Annibal.*

hāră. *Ĕt mĭnŏr ēx hŭmĭlī vĭctĭmă pōrcŭs hără.* O. SY. sŭīlĕ stăbŭlŭm. EP. foētĭdă, sōrdĭdă, tūrpĭs, īmmūndă, foēdă, ŏlēns, ōbscēnă. PH. Ōbscēnīs stăbŭlāntŭr hărīs. Hōstĭăque ē plēnā rūstĭcă pōrcŭs hără. *T.* Īmmūndae cūră fĭdēlĭs hărae. *O.*

hărĭŏlŭs. *Gāllīnă cĕcĭnĭt, īntērdīxĭt hărĭŏlŭs.* (iamb.) Te. SY. hărūspĕx, aūgŭr, cōnjēctōr. PH. Ad cōnsŭlēndōs cūrrĭt moērēns hărĭŏlōs. *Ph.* Mīssă sūm sŭpērstĭtĭōsīs hărĭŏlātĭōnĭbŭs. *Att.*

hārmŏnĭă. *Hārmŏnĭām Grāĭī quŭm dīcūnt* etc. Lr. SY. cōncēntŭs, mĕlŏs, cōncōrdĭă vōcŭm, cōncĭnnĭtās. EP. suāvĭs, jūcūndă, mūsĭcă, dōctă, rĕsŏnāns. PH. Cōncōrs dīscōrdĭă vōcŭm. Cōnsŏnă fēstĭvī mŏdŭlāmĭnă cāntŭs.

Hārmŏnĭă, ae. *Hārmŏnĭēs dōtālĕ dĕcŭs sŭb lūcĕ jŭgālī.* St. PH. Unde hăbĕt Aēnēān Hārmŏnĭēnquĕ sŭōs. *O.* Cērnĭtŭr hĭc tŭmŭlŭs, quī Cădmī dīcĭtŭr ēssĕ Hārmŏnĭaēquĕ sĭmŭl. *Prsp.* Descr. *O.* M. 3, 233 sqq. *O.* A. A. 3, 85. *St.* Th. 2, 290.

hārpăgo. — *hārpăgŏ, mēndāx.* Pl. Verb. *hārpăgārĕ* ap. *Pl. v. fur, furor.*

Hārpălўcē, ēs. *Hārpălўcē, vŏlŭcrēmquĕ* etc. V.

hārpē. *Brāchĭă tēndēntēm Cўllēnĭdĕ cōnfōdĭt hārpē.* O. cf. *L.* 9, 666. *O.* M. 5, 69 sqq.

Hārpocrătēs. *Isĭs ĕt Hārpŏcrătēs, dĭgĭtō quī sīgnĭfĭcāt: st!* Vet. poet. ap. Varr. EP. Āegўptĭŭs, Phărĭŭs, Mēmphĭtĭcŭs, Nīlĭăcŭs, Īsĭăcŭs. PH. Dĕŭs, quī prēmĭt vōcēm dĭgĭtōquĕ sĭlēntĭă suādĕt. Cōrnēlī, fāctūm me ēssĕ pŭta Hārpŏcrătēm. *C.* 100. cf. *Anth.* 2. p. 471.

Hārpyĭae, ārŭm. *Sphīngăque ĕt Hārpўĭās sērpēntĭpĕdēsquĕ gĭgāntās.* O. — *dĭctūquĕ nĕfās Hārpўĭă Cĕlaēnō.* V. *Cīrcūmsīstēntēs rēppŭlĭt Hārpўĭās.* Rut. SY. Stўmphălĭdĕs, Tўphōĭdes. EP. răpācēs, ăvĭdae, pălūstrēs, īnfēstae, īmmūndae, crūdēlēs, dīrae, foēdae, ōbscēnae, hōrrēndae, tūrpēs, trŭcēs, ālĭgĕrae. PH. Vīrgĭnĕae vŏlŭcrēs, Hērcŭlĕae, Phīnēĭae, dīrae. Tārtărĕae, Jŏvĭs cănēs. Foēdă ăvĭūm mōnstră. Stўmphălĭă mōnstră. Vīrgĭnĕī vŏlŭcrūm vūltūs. Foēdīssĭmă vēntrĭs Prŏlŭvĭēs, ūncaēquĕ mănŭs, ĕt pāllĭdă sēmpĕr Ōră fămē. Dīrĭpĭūntquĕ dăpēs, cōntāctūque ōmnĭă foēdānt. Immūndō: tūm vōx tētrūm dīra īntĕr ŏdōrēm. *V.* Hārpyĭīs gŭlă dīgnă răpācĭbŭs. *H.* Ūncīs tīmēndae ūnguĭbŭs. Ārcădĭae vŏlŭcrēs, Stўmphălă cŏlēntēs. Īmmūndae Phīnēī vŏlŭcrēs. Phīnēĭă mōnstră. Sīvĕ Dĕae, seū sūnt dīrae ōbscoēnaēquĕ vŏlŭcrēs. *V.* Tŭrbă sŏnāns. *V.* Pōllŭĭt ōrĕ dăpēs. *V.* Descr. *V.* A. 3, 210 sqq. 6, 289.

hărūspĕx. *v. aruspex.*

hāstă. SY. lāncĕă, spīcŭlŭm, hāstīlĕ, cūspĭs, tēlŭm, jăcŭlŭm, fērrŭm, frāxĭnŭs, ăbĭēs, pīnŭs. EP. Mārtĭă, lōngă, grăvĭs, īmmītĭs, bēllĭcă, ăcūtă, vălĭdă, saēvă, trăbālĭs, mĭnāx, ōblōngă, trĕmĕbūndă, sānguĭnĕă, crŭēntă, Māvōrtĭă, fĕrōx, fūnēstă, fātālĭs, fōrtĭs, vūlnĭfĭcă, ārmēntātă, fērrātă, frāxĭnĕă, rĭgĭdă, tĕrēs, mīssĭlĭs, trĕmēns, vĭbrāns, vĭbrātă, īntōrtă, cōntōrtă, scĕlĕrātă, īnfēstă, strīdēns, pūră, rŭsĭlĭs, răpĭdă, bēllĭgĕră, flāmmāns, ăbĭĕgnă, ānsātă. PH. Aērātae cūspĭdĭs hāstă. Tēlūm fērrō mĭcāns. Sānguĭnĕā mănŭs hōrrĕăt hāstā. Ārmātquĕ cŏrūscă Hāstă mănŭm. Hāstām jăcŭlārī, lībrārĕ, cŏrūscārĕ, quătĕrĕ, quāssārĕ, cōncĭtārĕ. Hāstāmquĕ cŏrūscăt. *V.* Dēnsīsquĕ vĭrūm sĕgĕs hōrrŭĭt hāstīs. *V.* Cērtām quătĭt īmprŏbŭs hāstăm. *V.* Vălĭdīs īngēntēm vīrĭbŭs hāstām Cōntōrsĭt *V.* Mīssă mănū sŏnĭtūm dĕdĭt hāstă pĕr aūrās. *V.* Tōrtăquĕ rŭūnt pērnĭcĭŭs hāstă. *Cl.* Dēxtrāquĕ trăbālēm Hāstam

intorsit ăgens. *St.* Nāmquĕ prŏcŭl vălĭdām dīrēxĕrăt hăstăm. *V.* Cōnjĕctīs ēmĭnŭs hăstīs. *V.* Jām jāmquĕ mănū tĕnĕt ēt prĕmĭt hāstā. *V.* Adversis cōnnīxi incūrrūnt hăstīs. *V.* Et ăcūtā dīmĭcĕt hāstā. *O.* It hāstă Tăgō pēr tēmpŭs ŭtrūmquĕ. *V.* Lătōs hĭnc hăstă pĕr ărmōs Actă trĕmĭt. *V.* Rĭgĭdā fĕrĭt ēmĭnŭs hāstā. *V.* Vŏlăt ātrī tūrbĭnĭs īnstăr, Exĭtĭūm dīrum hāstă fĕrēns. *V.* Cūnctātŭsquĕ brĕvī cōntōrtām vīrĭbŭs hāstām, Quāntās īră dăbāt, nēquīcquam īn Pērsĕă mīsĭt. *O.* Illĕ rŭdēm nōdīs ēt cōrtĭcĕ crūdō Intōrquēt sūmmīs ādnīxŭs vīrĭbŭs hāstām. *O.* Intēr bēllātōrĭs ĕquī căvă tēmpŏră cōnjĭcĭt hāstām. *V.* Hāstāsquĕ rĕdūctīs Prōtēndūnt lōngē dēxtrīs ēt spīcŭlă vībrānt. *V.* Arrēctīs, vīsū mīrābĭle, īn hāstīs Praefīgūnt căpĭtă. *V.* Addĭt ĕt Hērcŭlĕōs ărcŭs hāstāmquĕ Mĭnērvaē. *I. v. javulor.* — *Sub hasta.* Et praebērĕ căpŭt dŏmĭnā vēnālĕ sŭb hāstā. *I.* — *I. q. thyrsus.* Pāmpĭnĕāsquĕ gĕrūnt īncīnctaē pēllĭbŭs hāstās. *V.*

hāstātŭs. PH. Hāstātăquĕ pūgnaē Impŭlĕrĭt Bēllōnă tŭbās. *St.* Equēs mĕtŭēndŭs hāstā. *H.* Acĕr ĕt ărdŭŭs hāstā. *V.* Trĕmēntĕ Cūspĭdĕ pūgnāx. *H.* Fērvĭdŭs ădvŏlăt hāstā. *V.* Bēllĭgĕrā sŭpērbŭs hāstā. *M.* — Rōmŭlŭs hāstātōs īnstĭtŭĭtquĕ dĕcĕm. *O.*

hāstīlĕ. — *praefīxo hāstīlĭă fērrō.* V. EP. lōngŭm, dūrŭm, vălĭdŭm, lēntŭm, tĕrēs, rĭgĭdŭm, sānguĭnĕŭm, cōrnĕŭm, crīstātŭm, sānguĭnŏlēntŭm, pīctūrātŭm, ăhēnŭm, sŏlĭdŭm. PH. Fērrō praefīxŭm rōbŭr ăcūtō. Hāstīlīs vīrgă, stīpĕs. Hāstaē fātālĭă rōbŏră. Tēlum īngēns, ărbŏrĕŭm; ărmātă fērrō cōrnŭs. — Pīctūrātă fĕrūnt lōngīs hāstīlĭă nōstrīs. Bīnă mănū lātē crīspāns, hāstīlĭă rōstrīs. *V.* Strīdēnt hāstīlĭbŭs aūraē. *V.* Addūctō cōntōrtum hāstīlĕ lăcērtō. *V.* Advērsō tōrquēns hāstīlĕ lăcērtō. *V. v. hasta.*

haūd. In *compar.* *Haud aliter, haud secus, haud segnius* — *quam, ac, quam si O.* M. 9, 204. *V.* A. 3, 236. 12, 124. *O.* M. 11, 534.

haūdquāquam. *Haūdquāquām dictis vĭŏlēntĭă Tūrnī | Flēctĭtŭr.* V. SY. haūd, nōn, mĭnĭmē, nēquāquam.

haurĭo. *Corda pavor haurit,* i. e. *occupat s.* exhaurit, quia sanguinis meatum intercludit. *V.* A. 5, 138. *haurire auribus,* i. e. *audire,* 6, 559. *oculis,* i. e. *conspicere,* 12, 946. *animo,* i. e. *percipere,* 12, 26. SY. ēxhaurīrĕ, trăhĕrĕ, āttrăhĕrĕ, ēxtrăhĕrĕ, ēdūcĕrĕ, sōrbērĕ, ăbsōrbērĕ, vŏrārĕ, căpĕrĕ, pērcĭpĕrĕ. PH. Jŭvăt īntĕgrōs ăccēdĕrĕ fōntēs Atque haurīrĕ. *Lr.* Et pĕtĕre ē vīvīs lībāndās fōntĭbŭs ūndās. *O.* Jūgēs īrrĭgŭīs haurīre ē fōntĭbŭs ūndās. Impĭgĕr hausĭt Spūmāntēm pătĕrăm. *V.* Avĭdō călĭcēs īngūrgĭtăt haustū. Ad ūndām Prōcēssĭt, sūmmōque hausĭt dē gūrgĭtĕ lŷmphās. *O.* Tāndem haurīrĕ părāt dēmīssīs flūmĭnă pālmīs. Quae sĭmŭl ărēntī sĭtĭēntēs hausĭmŭs ōrĕ. *V.* Pālmīs haustă dŭābŭs ăquă. *O.* Haustūm crātēră rĕplērī Spōntĕ sŭă. *O.* Haurītūră căvī pŭtĕī pĕnĕtrālĭbŭs ūndās. *Ivc.* Sūpplĭcĭa hausūrūm scŏpŭlīs. *V. v, bibo, poto.* — *Auribus,* *oculis.* Haurĭăt hūnc ŏcŭlīs īgnĕm crūdēlĭs ăb āltō. *V.* Strĕpĭtūmque ēxtērrĭtŭs hausĭt. *V.* Quūm prīmūm lūcēm pĕcŭdēs hausērĕ. *V.* Aūrās Sūspĭcĭēns, hausĭt coelūm. *V.* Anĭmō spēm tūrbĭdŭs hausĭt ĭnānĕm. *V.* — *Exhaurio.* Hausīstī pătrĭās lŭxŭrĭōsŭs ŏpēs. *M.* Inĭmīcŭs ŏt hausĕrĭt īgnĭs. *V. v. absumo.* — *Trop.* Hōc, quēm cīvīlēs hausērūnt, sānguĭnĕ, dēxtraē. *L.* Vĕtĕrēmque haurīrĕ crŭōrĕm. *O.* Huīc glădĭō sătŭs haurĭt ăpērtŭm. *V.* Jŭgŭlūs mĭhī Caesărĭs haustŭs Hōc praestārĕ pŏtēst. *L.* Rōstrō fĕmŭr hausĭt ădūncō. *O. v. fodio.* Exsūltāntĭăque haurĭt Cōrdă păvŏr pūlsāns. *V.* Mĕdĭŭs sōl īgnĕŭs ōrbĕm Hausĕrăt. *V.* Pĕr nĭgră sĭlēntĭă vāstŭm Haurĭt ĭtĕr. *St. v. finio.*

haustŭs. SY. pōtŭs. EP. ăvĭdŭs, grātŭs. PH. Haustŭs ăquaē mĭhĭ nēctăr ĕrĭt. *O.* Prĭŭs haustū spārsŭs ăquārŭm Oră, fŏvē. *O.* A tē dēcūrrĭt ăd mĕōs haustŭs lĭquŏr. *Ph.* Saēpĕ, sĕd ēxĭgŭīs haustĭbŭs, īndĕ bĭbī. *O.* Bācchī tĭbī sūmĭmŭs haustŭs. *O.* — Esse ăpĭbŭs pārtēm dīvīnaē mēntĭs, ĕt haustūs Aethĕrĭōs. *V.*

hăvē. *v. ave.*

Hēaūtŏntīmōrūmĕnŏs, ī. *Hŏdĭē sum āctūrŭs Hēaūtŏntīmōrūmĕnŏn.* (iamb.) Te.

hĕbdŏmăs, ădĭs *et* hĕbdŏmădă, aē. *Sēptĭmŭs hĕbdŏmădī vēnĭt sŭpĕrāddĕrĕ sēxtaē Hūnc nŭmĕrūm Chrīstŭs.* Pr. PH. Sēptĭmă clāră sŭōs Aūrōra ŏstēndĕrăt ōrtūs. *V.* Sēptĭmŭs ē tērrā clīvōsūm scāndĭt Ŏlŷmpūm Phoebŭs. Hĕbdŏmădaē dĕcĭēs quīnquĕ dŭaēquĕ sĭmŭl. *Anth.* — Hĕbdŏmăs, hīc clārī vĭgŭĕrĕ Mĕnĕcrătĭs ărtēs. *Au.*

Hēbē. *Nēc si coēlēstēm flāgrāns ămŏr Hērcŭlĭs Hēbēn.* P. 1, 13, 23. cf. *O.* M. 9, 400. EP. nōbĭlĭs, fōrmōsă, pūlchră, vĕnūstă, rŏsĕă, caēlēstĭs, sīdĕrĕă, cāndĭdă, lāctĕă, cōmtă, cōncīnnă, Hērcŭlĕă, Jūnōnĭă, laētă, ălăcrĭs. PH. Jūnōnĭă vīrgo. Dīvă jŭvēntaē. Jŭvēntūtĭs praēsēs. Hērcŭlĭs ūxŏr. Hōc īllī dĕdĕrāt Jūnōnĭă mūnĕrĭs Hēbē. *O.*

hĕbĕnŭs. *v. ebenus.*

hĕbĕo. *Sānguĭs hĕbĕt, frīgēntque ēffētae īn cŏrpŏrĕ vīrēs.* V. PH. Sīc mĭhī sēnsŭs hĕbĕt. *O.* Hĕbēnt īraē. *St.*

hĕbĕs. *Jāmque hĕbĕs ēt crāssō nōn āspĕr sānguĭnĕ mŭcrō.* L. SY. ŏbtūsŭs, rĕtūsŭs, hĕbēns, hĕbēscēns, hĕbĕtēscēns, hĕbĕtātŭs, ăcūmĭnĭs ēxpĕrs; stŭpĭdŭs, pĭgĕr, sēgnĭs, dēbĭlĭs, stūltŭs. PH. Pōnĭtĕ jăm glădĭōs hĕbĕtēs. *O.* Hĕbĕtēs lāssō līctōrĕ sĕcūrēs. *I.* Hĕbĕtī pēctŭs tāntūmmŏdŏ cōntŭdĭt īctū. *O.* Hĕbĕtī nēc flāmmă cŏlōrĕ. *O.* — *Trop.* Id lĭcĕt hīnc, quāmvīs hĕbĕtī cōgnōscĕrĕ cōndĕ. *Lr.* Ingĕnĭō tārdŭs. Inŏps īngĕnĭī. Mĭnērvă nătŭs īnīquā.

hĕbēsco. *Cōgĭt hĕbēscĕre ĕūm crēbrīs ŏffēnsĭbŭs āĕr.* Lr. *v. hebeo.*

hĕbĕto. *Almă dĭēs hĕbĕtārăt sīdĕră* etc. O. SY. ŏbtūndĕrĕ, rĕtūndĕrĕ. PH. Jām cāmpī vāllēsquĕ mădēnt, hĕbĕtātăque tēlă. *S.* Pēctŏră lōngīs hĕbĕtātă mălīs. *Se.* Hĕbĕtāntēm pēctŏră lēthēn. *O.* Mōrtālēs hĕbĕtăt vĭ-

sūs tĭbĭ. *V.* Vīpĕrĕūmque hērbīs hĕbĕtāre ēt cārmĭnĕ dēntēm. *S.*

Hebraeī, ōrūm. *Gēns Hēbraeōrūm pĕcŏmĭnĕ cāptă frĕquēntī.* Pr. *v. Judaei.* — *Adj.* Tūră, Pălaestīnī sĭmūl Hēbraeīquĕ lĭquōrēs. *St.* Nōnne ĭntĕr mĕdĭīs Aĕgȳpti Hēbraĭcă clādēs. *Alc.* Rectius: *Hēbrāĭcūs.*

Hēbrūs. — *Vŏlŭcrēmquĕ fŭgā praĕvērtĭtŭr Hēbrūm.* V. EP. ărēnōsūs, cōrnĭgĕr, spūmĭfĕr, spūmāns, răpĭdūs, văgūs, ŭndāns, nĭtĭdūs, dīvĕs, aūrĭfĕr, Thrācĭūs, Rhŏdŏpēĭūs, Odrȳsĭūs, Oēāgrĭūs, Orphēūs, vŏlŭcĕr, gĕlĭdūs, săcĕr, mūrmŭrāns. PH. Tūrbĭdūs Hēbrūs ăquīs. Nĭtĭdūs quā prōflŭĭt Hēbrūs. Hēbrīquĕ tĕnŭĭt ĭmpĕtūs dūlcī mŏră. *Ph.* Sōrs ĕădem Ismărĭōs Hēbrūm cūm Strȳmŏnĕ sīccăt. *O.* Gūrgĭtĕ quūm mĕdĭō pōrtāns Oēāgrĭūs Hēbrūs. *O.* Mūgīrĕ rĕfrāctīs Cōrnĭgĕr Hēbrūs ăquīs. *S.* Ibăt ărēnōsō Sătȳrīs cōmĭtātūs ăb Hēbrō. *O.* cf. *O.* M. 2, 257.

Hĕcălē. *Cūr nēmo ēst, Hĕcălēn, nūllă ēst, quaē cēpĕrĭt īrūm? Nēmpĕ quŏd ăltĕr ĕgēns, ăltĕră paūpĕr ĕrăt.* O. R. A. 747.

Hĕcătē. *Ōră vĭdēs Hĕcătēs ĭn trēs vērgēntĭă pārtēs.* O. F. 1, 141. Lūnă *in caelo,* Dĭānă *in terris,* Prōsērpĭnă *apud inferos.* EP. trĭplēx, tērgĕmĭnă, trĭcēps, trĭfōrmĭs, Phoebēă, Pērsēĭs, Pērsēĭă, nŏctūrnă, aūdāx. PH. Dĕă, Dīvă trĭfōrmĭs. Dĭānă trĭplēx. Măgĭcīs cōnscĭă coēptīs. *O.* Eccĕ, prŏcūl tērnās Hĕcătē vărĭātă fĭgūrās Exŏrĭtūr. *Cl.* R. P. 1, 15. Saepĭūs hōrrēndōs Mānēs săcrīsquĕ cĭtāvī Nŏctūrnīs Hĕcătēn. *Cl.* Rut. 1, 155. Tērgĕmĭnāmque Hĕcătēn, trĭă vīrgĭnĭs ōră Dĭānaē. *V.* A. 4, 511. Caēlo Ĕrĕbŏquĕ pŏtēns. *V.* Nŏctūrnīs Hĕcătē trĭvĭīs ŭlŭlātă pĕr ūrbēs. *V.* — *Adj.* Sūccīs Hĕcătēĭdŏs hērbaē Spārsĭt. *O.* Sūccīs Hĕcătēĭă cārmĭnă mīscēt. *O. v. Diana, luna, Proserpina.*

hĕcătōmbē. — *Ēxīstūnt, quī prōmīttānt hĕcătōmbēn.* J. PH. Vōtă Jŏvī sōlvīt taūrōrūm sānguĭnĕ cēntūm. *V.* Cēntēnă cōllă sūbmīttūnt bŏūm. *Se.* Stēnt altārĭă vīctĭmaēquĕ cēntūm. *St.* Cēntēnă fērrō quūm cădūnt ănĭmālĭă. *Pr.* Male: Addāmūs īllām vīs *hĕcătōmbēn* tŭăm? *Pr.*

Hēctŏr, ŏrĭs; ap. antiquos ōrĭs. *Tēr cĭrcum Ilĭăcōs răptāvĕrăt Hēctŏră mūrōs.* V. *Răptūs ăb Haēmŏnĭīs flēbĭlĭs Hēctŏr ĕquīs.* O. *Hēctŏrĭs nātūm dē mūrō jăctārĭēr.* (iamb.) Enn. SY. Prĭămĭdēs, Prĭămēĭūs, Trōĭūs hērōs. Trōjaē dēfēnsŏr, cŏlūmēn, Dănăūm tērrŏr. Spēs fīdīssĭmă Teūcrūm. *V.* Lūx Dārdănĭaē. *V.* Phrȳgĭbūs mūrūs, praēsĭdĭūm. *St.* Āndrŏmăchēs cōnjūx. EP. Phrȳgĭūs, Trōjānūs, Trōĭūs, fĕrōx, īnclȳtūs, ĭmpĭgĕr, fōrtĭs, māgnūs, bēllĭgĕr, Māvōrtĭūs, Mārtĭūs, saevūs, bārbărūs, ăcĕr, aūdāx, ātrōx, fĕrūs, ārmĭpŏtēns, hŏmĭcīdă, splēndĭdūs, flēbĭlĭs, vēnālĭs, sētōsūs, sānguĭnĕūs, fŭrĭbūndūs, sānguĭnŏlēntūs, trāctūs ăb ĕquō. PH. Ēxănĭmūmque aūrō cōrpūs vēndēbăt Ăchīllēs. *V.* Ūnūs ĭnnūmĕrī īnstăr mīlĭtĭs. Lăcĕrăt Dănăās ĭmpĭgĕr Hēctŏr ŏpēs. *O.* Lăcĕrūm Trōjaē quūm moēnĭă cīrcūm Prĭămĭdēn caēsō sōlātĭă trāxĭt ămīcō. *St.* Tērrŭĭt ădmīssōs sānguĭnŏlēntūs ĕquōs. *O.* Graēcōs dĕcĭmūm dĭstŭlĭt Hēctŏr ĭn ānnūm. *V.* Ădēmtūs Hēctŏr Trādĭdĭt fēssīs lĕvĭōră tōllī Pērgămă Grājīs. *H.* Hēctŏră Prĭămĭdēn ănĭmōsūmque īntĕr Ăchīllēm Īră fŭĭt căpĭtālĭs. *H.* Sī Pērgămă dēxtrā Dēfēndī pŏssēnt, ĕtĭam hāc dēfēnsă fŭīssēnt. *V.* Hēctŏrĭs hīc tŭmŭlūs, cūm quō sŭă Trōjă sepūlta ēst: Cōndūntūr părĭtĕr, quī pĕrĭērĕ sĭmūl. *Au.* cf. *Anth.* 1, 102. Descr. *Se.* Tr. 124. 438. *V.* A. 1, 277. 2, 267 sqq. 3, 343. *O.* A. A. 1, 441. *H.* O. 3, 3, 26. *H.* Ep. 17, 10. — *Adj.* Cōrpūsque ēxsānguĕ sĕpūlcrō Rēddĭdĭt Hēctŏrĕūm. *V.* Hēctŏrĕōs āmnēs Xānthum ēt Sĭmŏēntă. *V.* Gēntĕ sūb Hēctŏrĕā. *V.*

Hĕcŭbă, aē *et* bē, ēs. *Hinc Hĕcŭba ēt nătaē, nēc quĭdquam ăltārĭă cīrcūm.* V. SY. Cīssēĭs, mātĕr Hēctŏrĭs, Prĭămēĭă cōnjūx, Hēctŏrĭs clāră părēns. Ūxŏr Prĭămī. EP. foecūndă, īnfēlīx, āmēns, fŭrēns, īnsānă, trīstĭs, căptīvă, ānnōsă, lōngaevă, Trōjānă. PH. Vīdi Hĕcŭbām cēntūmquĕ nŭrūs Prĭămūmquĕ pĕr ārās. *V.* In mĕdĭīs Hĕcŭbē nātōrum ĭnvēntă sĕpūlcrīs. *O.* Tōrvă cănīnō Lātrāvĭt rĭctū, quaē pōst hūnc vīxĕrăt ūxŏr. *I.* Ergo ălĭīs lătrāssĕ Dȳmāntĭdă flēbĭlĕ vīsum ēst. *O.* Descr. *O.* M. 13, 420 sqq. *Se.* Ag. 705 sqq. *V.* A. 10, 704.

Hĕcȳră, aē. *Hĕcȳram ăd vōs rĕfĕrō, quām mĭhĭ pĕr sĭlēntĭūm.* (iamb.) Te.

hĕdĕră. *Intĕr vīctrīcēs hĕdĕrām tĭbĭ sērpĕrĕ laūrōs.* T. SY. nōbĭlĭs cŏrōnă vātum, Bācchĭcă sērtă, īnsīgnĭă Bācchī, dōctārūm praēmĭă frōntĭūm. EP. ērrāns, pāllēns, lĭgāns, sērpēns, vĭrēns, lāscīvă, vĭgēns, nēxĭlĭs, īntōrtă, vĭrĭdĭs, frōndōsă, tōrtĭlĭs, flēxĭlĭs; frōndēns, cŏmāns, sĕquāx, tĕnāx, lēntă, vīvāx, Bācchĭcă, crīnālĭs, dĕcōră, vīctrīx, prōcēră, grātă, rĭgēns, frŭtĭcōsă, hĭlărĭs, bĭcŏlŏr, bāccĭfĕră, ălbĭcāns, flēxĭpēs, tĕrēs, āmbĭtĭōsă, flēbĭlĭs. Grātīssĭmă Bācchō. PH. Frōndēntēs bāccīs hĕdĕraē. Cŏrȳmbīs vĭrēscēns. Frōndĕ sĕquācī rōbŏră lĭgāns, āmplēctēns. Lāscīvīs hĕdĕrīs āmbĭtĭōsĭŏr. *H.* Hĕdĕrā prōcēra āstrīngĭtūr īlēx. *H.* Nūnc hĕdĕraē sĭne hŏnōrĕ jăcēnt, ŏpĕrātăquĕ dōctīs Cūră vĭgĭl Mūsīs nōmĕn ĭnērtĭs hăbēt. *O.* Pāstōrēs, hĕdĕrā crēscēntem ōrnātĕ pŏētăm. *V.* Vūltūs hĕdĕrārūm frōndĭbūs ăbdĭt. *O.* Mē dōctārum hĕdĕraē praēmĭă frōntĭūm Sēcērnūnt pŏpŭlō. *H.* Utquĕ sŏlēnt hĕdĕraē lōngōs īntēxĕrĕ trūncōs. *O.* Ut dīgnūs vĕnĭās hĕdĕrīs ēt ĭmāgĭnĕ. *I.* Hĕdĕră fōrmōsĭŏr ălbā. *V.* Hĕdĕrā tēmpŏră cīnctă fĕrās. *T.* Prōcēdĭt Jācchūs Crīnālī flōrēns hĕdĕrā. *Cl.* Haēc sĭnĕ tēmpŏră cīrcūm Intĕr vīctrīcēs hĕdĕrām tĭbĭ sērpĕrĕ laūrūs. *V.* Tē cănō, quī grăvĭdīs hĕdĕrātă frōntĕ cŏrȳmbīs. *Nem.* Descr. *Ruaeus.*

hĕdĕrōsūs. *Lūcūs ĕrăt fēlīx hĕdĕrōsō cōndĭtūs āntrō.* P. SY. hĕdĕrĭgĕr. *C.*

hēlcĭārĭūs. *Nēc clāmŏr vălĕt hēlcĭārĭōrūm.* (phal.) M. *v. nauta.*

Hĕlĕnă, ae s. Hĕlĕnē, ēs. *Lēdaeāmque Hĕlĕnām Trōjānās vēxit ăd ōrās.* V. SY. Tyndăris, Oebălis, Lăcaenă. EP. Lēdaeă, Argīvă, Pĕlasgă, Īliăcă, Phrygiă, Thĕrāpnaeă, Taenăriă, Oebăliă, Spartānă, fōrmōsă, dĕcōră, vĕnūstă, ădultĕră, īnfāmis, īnīquă, pĕrfĭdă, lāscīvă, īmpŭdīcă, rāptă, sŭpērbă, ĕxĭtĭōsă, grājă, fŭgĭtīvă, cāndĭdă, īnfēstă, pūlchră, aūrĭcŏmă, blāndă, cygnō gĕnĕrātă, cygnĭgĕnă, moechă, ōbscēnă, tūrpis, gĕnĕrōsă, īnsīgnis făcĭē. PH. Bĭs rāptă pēllex. Părĭdĭs ădultĕră cōnjŭx. Trōjānī caūsă ēxcĭdĭī. Jŏvĕ dīgnă vĭrō, nī Jŏvĕ nātă fŏrĕt. Gĕmĭnōrūm glōrĭă frātrūm. Praedă Părĭdĭs. Pār cŭī nūsquăm īntĕr fōrmōsās āltĕră nōmĕn hăbĕt. Sīc frātrēs Hĕlĕnae lūcĭdă sīdĕră. *H.* Cygnō Jŏvĕ nātă. Lăcaenă ădultĕră. *H.* Teūcrum ĕt Grājūm cōmmūnĭs Ĕrīnnys. *V.* Ōlim mīrābār, quŏd tānti ăd Pĕrgămă bēllī Eūrōpae ătque Ăsĭaē caūsă pŭēllă fŭĭt. *P.* Dūm lŭēm tāntām Trōïae ătque Ăchīvĭs Quaē tŭlĭt, Spārtē prŏcŭs ăbsĭt. *Se.* Descr. *V.* A. 2, 567 sqq. 6, 511 sqq. *O.* H. 16. P. 3, 12, 19. *Se.* Oct. 773 sqq. *H.* O. 1, 15, 1.

Hĕlĕnŏr, ŏrĭs. — *vix ūnŭs Hĕlĕnŏr.* V.

Hĕlĕnŭs. *Prĭămĭdēn Hĕlĕnūm Grājās rēgnārĕ pĕr ūrbēs.* V. A. 3, 259. *O.* M. 13, 99. 15, 437. EP. Trōĭŭs, Dārdănĭŭs, praēscĭŭs, prōvĭdŭs, praēnūntĭŭs, Prĭămĭdēs, vātēs, Trōjŭgĕnă, Phrygĭŭs, Trōjānŭs. PH. Intērprĕs dīvūm. *V.* Nūmĭnă Phoebī Sēnsĭt. *V.* Cōnjŭgĭī Pyrrhī scēptrīsquĕ pŏtītŭs. *V.*

Hĕlĭădes, um. *Nĕc mĭnŭs Hĕlĭădēs flĕtŭs ĕt ĭnānĭă mōrtī | Mūnĕră dānt, lăcrĭmās.* *O.* M. 2, 340 sqq. *O.* M. 10, 91. SY. Clymĕnēĭdes, Phăĕthōntĭădēs, Phăĕthōntĭdes. EP. pōpŭlĕaē, frōndōsaē, moēstaē, mĭsĕraē, gĕmĕbūndaē. PH. Pōpŭlĕaē sŏrōrēs. Clymĕnēĭă prōlēs. Hĕlĭădūm rāmōs lăcrĭmōsăquĕ gērmĭnă. *St.* *v. electrum.*

Hĕlĭānŭs. *Fācūndī mĭhĭ mūnŭs Hĕlĭānī.* M.

Hĕlĭās. *v. Elias.*

Hĕlĭcē. *Pārrhăsĭs ōblīquōs Hĕlĭcē quŭm vērtĕrĕt āxēs.* L. PH. Grājĭs sērvāndă măgīstrĭs. *Va.* Hĕlĭcēn Grājă cărīnă nŏtĕt. *O.* Tōrvă Lycāŏnĭīs Hĕlĭcē mīrētŭr ăb āstrĭs. *Cl.* *v. arctus, ursa.*

Hĕlĭcōn. *Praētĕr ăquās Hĕlĭcōn, ĕt sērtă lyrāsquĕ dĕōrūm.* M. *Dētŭlĭt ĕx Hĕlĭcōnĕ pĕrēnnī frōndĕ cŏrōnăm.* Lr. EP. săcĕr, ămoēnŭs, cănōrŭs, Āŏnĭŭs, Pīĕrĭŭs, laūrĭfĕr, vīrgĭnĕŭs, dōctŭs, cēlsŭs, dīvīnŭs, vĭrēns. Hĕlĭcōnĭŭs mōns, cōllĭs. *C.* Hĕlĭcōnĭs sīlvă. *St.* Mōns sŏrōrūm. PH. *P.* Ūt stŭdĭō mājōrĕ pĕtānt Hĕlĭcōnă vĭrēntēm. *H.* Īn mĕdĭōquĕ mĭhī dās Hĕlĭcōnĕ lŏcūm. *Sid.* Pāndĭtĕ nūnc Hĕlĭcōnă, dĕaē, cāntūsquĕ mŏvētĕ. *V.* *v. Parnassus.* — *Adj.* Trānsmīttūnt saēclīs Hĕlĭcōnĭă mēllă fŭtūrĭs. *Cl.* Cōllĭs ō Hĕlĭcōnĭī Cūltŏr. *C.* Et Pāllās dōctīquĕ cŏhōrs Hĕlĭcōnĭă Phoebī. *St.* Pārnāssīquĕ jŭgĭs sīlvāque Hĕlĭcōnĭdĕ. *St.* *v. Parnassus.*

Hĕlĭcōnĭdes, Hĕlĭcōnĭădes, um. *Quī dōctōs Hĕlĭcōnĭdūm lĭquōrēs.* (phal.) Sid. *Ădde Hĕlĭcōnĭădūm cŏmĭtēs, quōrum ūnŭs Hŏmērŭs.* Lr. *v. Musae.*

Hellānĭcŭs, ī. *Hellānĭcăsquĕ Lesbĭŭs* (iamb.) Av.

Hellās. Vix unquam ita antiqui dixerunt poetae Latini, quamvis saepius recentissimi ita: *Hellădĭs ĕt Lătĭī.* Feminae nomen est ap. *H.* S. 2, 3, 277. *v. Graecia.*

Hellē. (Male *Hellĭs* gen. *Nĕc nōn Thĕrmŏpylās ĕt Hellĭs ūndās.* Sid.) SY. Nĕphĕlēĭă vīrgo, Phryxēă sŏrŏr. Quaē nŏvă fēcĭt nōmĭnă pōntō. Vīrgo Aeŏlĭă. Ăthămāntĭs, Nĕphĕlēĭs. EP. Phryxēă, Aeŏlĭă, păvĭdă, flēbĭlĭs, trĕpĭdă, īnfēlīx, trĕpĭdāns. PH. Dē sē nōmĭnă fēcĭt ăquaē. *O.* Et pĕlăgō nōmĕn Nĕphĕlēĭās ăbstŭlĭt Hellē. *L.* Sī tē fōrtĕ jŭvānt Hellēs Ăthămāntĭdŏs ūrbēs. *P.* Quālēm pūrpŭrĕīs ăgĭtātām flūctĭbŭs Hellēn, Aūrĕă quām mōllī tērgŏrĕ vēxĭt ŏvĭs. *P.* Pōntūm quēm vīcĕrăt īpsĕ, Vīrgĭnĕ dēlāpsā quūm frātrem ăd līttŏră vēxĭt. *Mn.* Quēstŭs ĕst Hellēn cĕcĭdīssĕ Phryxŭs, Quūm grĕgĭs dūctŏr rădĭāntĕ vīllō Aūrĕō frātrēm sĭmŭl ĕt sŏrōrēm Sūstŭlĭt tērgō. *Se.* Mĕdĭō quaē fēcĭt ĭn aēquŏrĕ jăctūm. *S.*

hellĕbŏrŭs *et* hellĕbŏrūm. *Dānda ĕst hellĕbŏrī mūltō pārs māxĭma ăvārĭs.* H. EP. grăvĕ, frīgĭdūm, trīstĕ. PH. I, bĭbĕ, dīxĭssēm, pūrgāntēs pēctŏră sūccōs, Quĭdquĭd ĕt ĭn tōtā nāscĭtŭr Antĭcyrā. *O.* Expŭlĭt hellĕbŏrō mōrbūm bīlēmquĕ mĕrācō. *H.* Hellĕbŏrōsquĕ grăvēs nīgrūmquĕ bĭtūmĕn. *V.* Nēscĭo ăn Antĭcyrām rătĭo īllī dēstĭnĕt ōmnĕm. *H.* cf. *M.* 9, 95, 6. *C.* 99, 14. *v. Anticyra.*

Hellēspōntŭs. *Quaē pāssīm răpĭdō dīffūndĭtŭr Hellēspōntō.* C. EP. răpĭdŭs, fŭrēns, saēvŭs, lōngŭs, Lēāndrĭŭs. PH. Ăbydēna ăquă. *O.* Sēstĭăcī sĭnŭs. Hellēspōntĭăcă ōră. Hellēspōntĭăcūm mărĕ. *O.* Pōntŭs Hellēs. *Enn.* Hellēspōntĭăcūm prōfūndūm. *Sid.* Aēquŏr Phryxēūm. *St.* Fērvēnt cŏēūntĭă Phrīxī līttŏră. *St.* Pōntō, quā Nērēĭs īmpĕrăt Hellē. *St.* Angūstūm cītrā pōntūm Nĕphĕlēĭdŏs Hellēs. *O.* Lōngŭs ĭn ăngūstūm quā claūdĭtŭr Hellēspōntŭs. *O.* — *Adj.* Hellēspōntĭăcī sērvĕt tūtēlă Prĭāpī. *O.* Hellēspōntĭă caētĕrĭs Ostrĕōsĭŏr ōrĭs. *C.* Frētă vīcīnās īntĕr cūrrēntĭă tūrrēs. *Cl.* Pōntō quā Nērēĭs īmpĕrăt Hellē. Pĕr ăngūstās mălĕ vēctaē vīrgĭnĭs ūndās. *O.* Phryxī quā sēmĭtă jūngī Eūrōpāmque Ăsĭāmquĕ vĕtăt. *St.* Lōngăquĕ Phryxēaē stāgnă sŏrōrĭs ădĭt. *O.*

Hĕlōrŭs. EP. stāgnāns, clāmōsŭs, praēcēps, cĭtŭs, cōncĭtŭs, ămoēnŭs, grātŭs. PH. Ēxsŭpĕro praēpīnguĕ sŏlūm stāgnāntĭs Hĕlōrī. *V.* Thāpsōnque ĕt Hĕlōrĭă Tēmpē. *S.*

Hĕlŏs, ī. *Quōs Hĕlŏs ĕt Ptĕlĕōn.* St.

Helvētĭī. *Helvētĭī tĭbĭ dūra ăcŭūnt vēnābŭlă* etc. Ma. Sed gr. ap. Strab. Ἑλουήτιοι. EP. fĕrī, ārmĭpŏtēntēs, saēvī, trŭcēs, gĕnĕrōsī, māgnănĭmī, bēllĭgĕrī, bēllācēs, dūrī, īmmītēs, īmpăvĭdī, fōrtēs, rŏbūstī, lăcērtōsī.

Helvĭdĭŭs. *Quālĕ cŏrōnātī Thrăsĕa Helvĭdĭŭsquĕ bĭbēbānt.* I.

hēlŭo. *Gērro, ĭnērs | frāus, hēllŭō.* (iamb.) Te. SY. dēcōctŏr, gūrgĕs, māndo, māndū-

cūs, părăsītŭs, glūtto, vēntĕr, lūcro. *v. gulosus.*

hĕlŭōr. *Pĭtrum ēxpātrāvĭt? ăn pătrum hĕlŭātŭs ēst?* (iamb.) C. *v. decoquo.*

hēndĕcăsyllăbŭs. *Quărĕ aūt hēndĕcăsyllăbōs trĕcēntōs.* (phal.) M. PH. Ădēstĕ, hēndĕcăsyllăbī, quŏt ēstĭs. *C.* Et nūnc hēndĕcăsyllăbōs rĕmīttās. *St.* Quōs scīs hēndĕcăsyllăbōs vŏcārī. *Au.* Undēnīs pĕdĭbūsquĕ syllăbīsquĕ. *M. v. phalaecius.*

Hēnĭŏchī, ōrūm. *Hēnĭŏchōsquĕ trŭcēs.* Va.

hēnĭŏchŭs. *v. auriga, Erichthonius.*

Hĕnna. *v. Enna.*

hĕphthēmĭmĕrĭs, *f. Hānc hēphthēmĭmĕrēn nŭmĕrī dē pārtĕ vŏcārūnt.* Te. Maur.

hĕră. *Scīs, hĕră, tē, mĕă lūx, jŭvĕnī plăcŭīssĕ bĕātō.* O. PH. Nŏctĭs hĕrām Dītēmquĕ cĭēns. *Va. v. amata, domina, Fortuna, Juno.*

Heracleă. — *prīscūm mūtāvĭt Hērăclĕă nōmĕn.* O. — *Adj.* — quĭd măgĭs Hērăclĕās. *L.*

Hēraclītŭs. *Hērăclītŭs ĭnīt* etc. Lr.

Hēraclĭŭs. — *īmpĕrĭī căpŭt Hērăclĭŭs īn ărmīs.* Mant.

hērbă. SY. grāmĕn, cēspĕs. PH. grāmĭnĕă, ŏdōră, vērnāns, vīrēns, vĭrĭdĭs, vīrēscēns, mōllĭs, tĕnĕră, tĕnēllă, flōrēns, laētă, gērmĭnāns, pūbēns, prŭīnōsă, ŏdōrātă, fērtĭlĭs, ūdă, tĕnŭĭs, rōscĭdă, rōrāns, flŭvĭālĭs, bĭbŭlă, sĭlvēstrĭs, ărēnōsă, fragrāns, flōrĭdă, hălāns, suāvĭs, rĕdŏlēns, sĭtĭēns, răpĭdă, īrrĭgŭă, trĕmŭlă, ārēns, ămāră, nŏcēns, vĕnēnātă, mĕdĭcă, sălūbrĭs, Phoēbēă, Paeŏnĭă, Măchāŏnĭă, sānă, pŏtēns, măgĭcă, fūnēstă, cāntātă, lētālĭs, ŏpĕrōsă, Cīrceă, Mēdēĭs, Hĕcătēĭs, gēmmāns, ăgrēstĭs, bĕnĕŏlēns, jūcūndă, rōscĭdă, spīnōsă, vĭrĭdāns, ŏpācă, dūlcĭs, pāllēns, cĕrēālĭs, dĕcēns, frūtĭcōsă, mĭtĭs, dēcĭdŭă, vērsĭcŏlŏr, mūltĭcŏlŏr, sălūtĭfĕră, săpĭdă, stĕrĭlĭs, hōrtēnsĭs. PH. Quaēquĕ dĭū lătŭīt, nūnc, quā sē tōllăt ĭn aūrās, Fērtĭlĭs ōccūltās īnvĕnĭt hērbă vĭās. *O.* Offĭcĭānt laētĭs nē frūgĭbŭs hērbaē. *V.* Innŭmĕraē dīstīnctĭs flōrĭbŭs hērbaē. *O.* Făcĭlĭs quaērēntĭbŭs hērbă. *V.* Quĭs hŭmūm flōrēntĭbŭs hērbĭs Spārgĕrĕt. *V.* Nē sūrgēntēs āttĕrăt hērbās Būcŭlă. *V.* Aūt hērbā căptūm vĭrĭdī. *V.* Sūmmās cārpēntem īgnāvĭŭs hērbās. *V.* Vĭtĭō mŏrĭēns sĭtĭt āĕrĭs hērbă. *V.* In mōllī cōnsēdĭmŭs hērbā. *V.* Opācā fūsŭs ĭn hērbā. *V.* Udĭs ăbjēctŭs ĭn hērbĭs. *O.* Cōgnōvī prēssās nōtī mĭhĭ cēspĭtĭs hērbās: Dē nōstrō cūrvūm pōndĕrĕ grāmĕn ĕrăt. *O.* Grāmĭnĕ vēstītĭs āccŭbŭērĕ tŏrīs. *O.* Flōrēntēsquĕ sĕcānt hērbās. *V.* Nēc fētū nĕmŏrūm gaūdēnt, nēc mĭtĭbŭs hērbĭs. *M.* Exūstŭs ăgĕr mŏrĭēntĭbŭs aēstŭăt hērbĭs. *V.* Descr. *O.* M. 13, 925 sqq. *v. gramen; olus.* — Grāmĭnĭs hērbă. Tĕnĕrō cēspĭtĕ tērră vĭrĕt. Mīxtĭs rĕdŏlēntēs flōrĭbŭs hērbaē. Sūrgĭt ŏdōrātĭs fērtĭlĭs hērbă jŭgĭs. Hērbaē rūptā tēllūrĕ căcūmĭnă tōllūnt. Quūm rōs ĭn tĕnĕrā pĕcŏrī grātīssĭmŭs hērbā. Ilĭcĕ sŭb nĭgrā pāllēntēs rūmĭnăt hērbās. Vĭrĭdĭs cāmpōrūm nĭtŏr. Hērbaē gēmmāntēs rōrĕ rĕcēntī. Rōbŏrĭs ēxpērs grāmĕn. Quām mĕtĭt īncūrvă rūstĭcă fālcĕ mănŭs. Gērmĭnāns pīnguī sŏlō. Quaē lānguĕt, mārcĕt, mārcēscĭt mĕdĭō sŭb aēstū. Hērbăquĕ, quaē lătŭĭt Cĕrĕālĭbŭs ŏbrūtă sūlcīs, Exsĕrĭt ē tĕpĭdā mōllĕ căcūmĕn hŭmō. *O.* — *Herbae medicae.* Opĕrōsaē vīrĭbŭs hērbaē. *O.* Nēc pŏtŭīt cūrās sānārĕ sălūbrĭbŭs hērbĭs. *T.* Nōssĕ sălūtĭfĕrās dŭbĭīs ănĭmāntĭbŭs hērbās. *Cl.* Scīrĕ pŏtēstātēs hērbārum ūsūmquĕ mĕdēndī. *V. v. medicus.* — *Herbae magicae.* Fālcĭbŭs ēt mēssae ăd lūnām quaērūntŭr ăhēnīs Pūbēntēs hērbaē. *V.* Nĭmĭūmque hōstīlĭtĕr ūsă Vīrĭbŭs hērbārŭm. *O.* Pōntō lēctă vĕnēnă. *V.* Pōcŭlă trīstī Grāmĭnĕ tīnctă. *Cl.* Hōrrēndīs păbŭlă sūccīs. *O.* Sī nōn ēvānŭĭt ōmnĭs Hērbārŭm vīrtūs. *O. v. magicus, venenum.*

hērbĭdŭs. — *quāntō mājōrēs hērbĭdă taūrōs.* O. *v. herbosus.*

hērbĭfĕr. *Praētĕrĭt ēt rīpās, hērbĭfĕr Ăcĭ, tŭās.* O. *v. herbosus.*

hērbōsŭs. SY. hērbĭdŭs, hērbĭfĕr. PH. Hērbĭs dīvĕs, foētŭs, crēbĕr, frĕquēns, ăbūndāns, fērtĭlĭs.' Hērbārum ūbĕrĕ dīvĕs. Frĕquēns hērbīs ēt fērtĭlĭs ūbĕrĕ dīvĕs. Frĕquēns hērbĭs ēt fērtĭlĭs ūbĕrĕ cāmpŭs. Vĭrĭdīssĭmă grāmĭnĕ rīpă. *V.* Vĭrĭdī cēspĭtĕ mōllĭs hŭmŭs. *O.* Vĭrĭdī sī mārgĭnĕ claūdĕrĕt ūndās Hērbă. *Lr.* Pāscēntēm nĭvĕōs hērbōsō flūmĭnĕ cycnōs. *V.* Hērbōsă pāscŭă. *O.* Lūdĭt hērbōsō pĕcŭs ōmnĕ cāmpō. *H.* Vīvāx cēspĭtĕ grāmĕn. *V.* Rīdĕt ăgĕr mūltō fēcūndŭs grāmĭnĕ. *O.* Stāgnī tămĕn ūltĭmă vīvō Cēspĭtĕ jūngūntŭr. *O.* Tērraē grāmĕn hăbēnt. *H.*

Hērceŭs, ă, ūm. — *Hērceūs nōn rēspĭcĭs ārās.* L. PH. Cuī nĭhĭl Hērceī prōfŭĭt āră Jŏvĭs? *O.*

Hērclĕ, Hērcŭlĕ. — *nĕque ĕgo, hērcŭlĕ, fūr, ŭbĭ vāsă.* H. *Pĭtĕr, hērcŭlĕ, tŭŭs, īnquĭt, mălĕdīxĭt mĭhī.* (iamb.) Ph.

Hērcŭlēs, ĭs. — *sătŭs Hērcŭlĕ pūlchrō.* V. Labores descr. *O.* M. 9, 782 sqq. *Au.* id. 19. *O.* M. 9, 103 sqq. *V.* A. 6, 803. 8, 288. *St.* S. 3, 1. 4, 6, 32. *M.* 9, 66. *Lr.* 4, 22 sqq. *C.* 68, 110. *Au.* id. *Se.* H. f. 207. *Se.* H. O. 829. *Loca* sacra: Gades, Tibur, Thebae. *Arbor:* populus. *Arma:* clava. SY. Ălcīdēs, Tīrynthĭŭs, Ămphĭtryŏnĭădēs. Ălcmēnā gĕnĭtŭs. Tīrynthĭŭs hērōs. Ălcmēnā mātrĕ crĕātŭs. Clāvĭgĕr hērōs. Mōnstrōrūm dŏmĭtŏr. Vāstātŏr Nĕmĕaē. Cēntŭplĭcĕ vĭctŏr ăb hydrā. Stygĭī dŏmĭtŏr cănĭs. EP. Tīrynthĭŭs, Oetaēŭs, Thēbānŭs, Amphĭtryŏnĭŭs, clāvĭgĕr, caēlĭfĕr, gĕnĕrōsŭs, īnvīctŭs, īndŏmĭtŭs, vĭctŏr, trĕmēndŭs, mĕtŭēndŭs, hōrrĭdŭs, fōrmĭdābĭlĭs, īmpĕrtērrĭtŭs, strēnŭŭs, mĭnāx, ăcĕr, bēllĭpŏtēns, īnsīgnĭs, măgnŭs, clārŭs, cĕlĕbĕr, ēxĭmĭŭs, pŏtēns, ēgrĕgĭŭs, fērvĭdŭs, vĭŏlēntŭs, fĕrōx, fŭrĭōsŭs, fŭrēns, īmpĭgĕr, lăbōrĭfĕr, prŏfŭgŭs, văgŭs, măgnănĭmŭs, fālsĭpărēns, ănguĭtĕnēns, hīrtŭs, trŭx, Ălĕxĭcăcŭs, tūrbĭdŭs, aūxĭlĭārĭs, fōrtĭs. PH. Ērymāntēūm quī pērcŭlĭt ăprūm. Hēspĕrĭdum aūrĕă pōmă sūrrĭpŭĭt. Quēm nōn māllĕ fĕraē, quēm nōn Stĕnĕlēĭŭs hōstĭs, Nōn pŏtŭīt Jūnō vīncĕrĕ, vīcĭt ămŏr. *O.* Hŭmĕrĭs quī sūstŭlĭt ōrbēm. Quēm nūnquām

Jūnō sēriēsque immēnsă lăbōrum Frēgit. Lērnaeām fērrō quī cōntŭdĭt hȳdrăm. Ēmēnsŭs lōngī clāvĭgĕr ōrbĭs ĭtĕr. *O.* Tērgĕmĭnī nĕcĕ Gērȳŏnĭs spŏlĭīsquĕ sŭpērbŭs. *V.* Fīrmĭŏr Hērcŭlĕā mŭndŭs cērvīcĕ pĕpēndĭt. *Cl.* Phărĕtrā grăvĭs, spŏlĭōquĕ lĕōnĭs. Cūī fŭĭt ēxtrēmī sŭprēmă mētă lăbōrĭs Cērbĕrŭs. Jŏvĭs īnclĭtă prōlēs. Quī Ăchĕlōĭă cōrnŭă frēgĭt. Cūjŭs cōllō caelŭm sārcĭnă pārvă fŭĭt. Pārvŭs ĕrăt mănĭbŭsquĕ sŭĭs Tīrȳnthĭŭs ănguēs Prēssĭt, ĕt īn cūnīs jām Jŏvĕ dīgnŭs ĕrăt. *O.* Quī tĭmĭdae mātrī prēssōs ōstēndĕrĭt ănguēs, Īntrĕpĭdōquĕ fĕrōx rīsĕrĭt ōrĕ pŭĕr. *Cl.* Quĭs făcta Hērcŭlĕae nōn aŭdĭt fōrtĭă clāvae? Quĭd mĕmŏrem Ălcīdēn? *O.* Dă vĕnĭam, Ălcīdē. *St.* Alcīdēn nĕrĕ cŏēgĭt Ămŏr. *Au.* Īllĕ quĭdēm mājōră fĭdē quŏquĕ gēssĭt, ĕt ōrbēm Īmplēvĭt mĕrĭtĭs. *O.* Nōn cădĕre Antaeō, nōn crēscĕrĕ prōfŭĭt Hȳdrae, Nōn cērvām vŏlŭcrēs ērĭpŭĕrĕ pĕdēs. *Cl.* Hāc ărtĕ Pōllŭx ĕt văgŭs Hērcŭlēs Enīsŭs ărcēs āttĭgĭt īgnĕās. *H.* Pērrūpĭt Ăchĕrōnta Hērcŭlĕŭs lăbŏr. *H.* Sīc Jŏvĭs īntĕrēst Optātĭs ĕpŭlīs īmpĭgĕr Hērcŭlēs. *H.* Graecĭă Căstŏrĭs Et măgnī mĕmŏr Hērcŭlĭs. *H.* Dŏmĭtōs Hērcŭlĕā mănū Tēllūrĭs jŭvĕnēs. *H.* Caelō rĕcēptŭs prōptĕr vīrtūtem Hērcŭlēs. *Ph.* Nōn căpĭt tērrā Hērcŭlēm. *Se.* — *Adj.* Addĭt ĕt Hērcŭlĕōs ărcŭs hāstāmquĕ Mĭnērvae. *I.* Hērcŭlĕĭs fīdēns hōrtātĭbŭs aŭdĕ. *St.* — *Herculeae columnae.* Ut quī părātō stătŭīssĕt īn ōrbĕ cŏlŭmnās. *P.* Aŭdīstĭsne ălĭquēm, tĕrgō quī sŭstŭlĭt ōrbēm? Ille ĕgŏ sum; Alcīdēn tērră rĕcēptă vŏcăt. *O.* — *urbs* i. e. Herculaneum. *O.* M. 15, 711. *P.* 1, 11, 2. — *H.* — *astrum, v. leo.*

Hērcȳnĭă. *Sŭblīmĭs īn Arctōn Prōmĭnĕt Hērcȳnĭae cōnfīnĭs Rhaĕtĭă sĭlvae, Quaē sē Dānŭbĭī jăctăt Rhēnīquĕ părēntĕm.* Cl. PH. Dūmōsa Hērcȳnĭae pĕrăgrāns cōnfīnĭă sylvae. *Av.*

hĕrī *et* hĕrĕ, *adv.* *Hĕrī mĭnās vīgīntī pro ămbōbŭs dĕdī.* (iamb.) Te. *Est pŏsĭtūm nōbīs nīl hĕrĕ, praetĕr ăprŭm.* M. SY. hēstērnā dĭē, lūcĕ, nōctĕ. PH. Dīcĕt: ŭbi ēst hŏdĭē, quaē Lȳră fūlsĭt hĕrī? *O.* Hīc hĕrĕ Phrȳxĕae vēllĕră prēssĭt ŏvĭs. *O.* Quaē tŭlĭt hēstērnā pēssĭmă nōctĕ quĭēs. *T.* Scrībĕrĕt hēstērnā pātrī cūm lūcĕ sălūtēm. *M.*

hĕrīlĭs. *Īllĕ mănūm pătĭēns, mēnsaēque ăssuētŭs hĕrīlī.* V. PH. Vērnă mĭnīstĕrĭīs ăd nūtŭs ăptŭs hĕrīlēs. *H.* Grēssūmquĕ cănēs cŏmĭtāntŭr hĕrīlēm. *V. v. herus.*

Hērmĭnĭŭs. *Dējĭcĭt Hērmĭnĭŭm* etc. V.

Hērmĭŏnē. *Spārtānămquĕ fĕrās laudĭbŭs Hērmĭŏnēn.* Descr. *V.* A. 3, 328. *O.* H. 8. EP. Lēdaeă, Spārtānă, fōrmōsă, pŭlchră, dĕcōră, vĕnūstă. PH. Lēdaēam Hērmĭŏnēn Lăcĕdaĕmŏnĭōsque hȳmĕnaeōs. *V.*

Hērmŏcrătēs. *In sōmnīs mĕdĭcūm vīdĕrĭt Hērmŏcrătēm.* M.

Hērmŏgĕnēs. *Invĭdĕāt quŏd ĕt Hērmŏgĕnēs, ĕgŏ cāntō.* H.

Hērmŭs. PH. Aūrō tūrbĭdŭs Hērmŭs. *V.* Tūrbātō sōrdĭdŭs aūrō. *M. v. aurifer.*

Hērnĭcī, ōrŭm. — *Mārsūs dīcēbāt ĕt Hērnĭcŭs ōlīm.* I. PH. Quī rōscĭdă rīvīs Hērnĭcă săxă cŏlūnt. *V.* — *Adj.* Hērnĭcă tērră. *O.* Nūnc frōndōsă sŭpra Hērnĭcă. *St.*

Hērō, ūs. *Saēpĕ pŏtēns Hērō jŭvĕnĭs trānsnāvĕrĭt ŭndās. O.* H. 18 et 19. SY. Sēstĭās, Sēstă pŭēllă. PH. Sĕdĕt ānxĭă tūrrĕ sŭprēmā Sēstĭās īn spĕcŭlīs. *St.* Nīl nĭsī Lĕāndrī nōmēn īn ōrĕ fŭĭt. *O.* — *Adj.* Hērōās lăcrĭmōsō līttŏrĕ tūrrēs. *L. v. Leander.*

Hērōdēs, ĭs. *Hērōdĭs vĕnērĕ dĭēs.* Pe. EP. mălŭs, bārbărŭs, crūdēlĭs, Īdūmaeŭs, trūx, crŭēntŭs, fĕrōx, fĕrŭs, tūrbĭdŭs, īmpĭŭs, īnsānŭs. PH. Īdūmaeŭs rēx, tȳrānnŭs. Hēbraeae fĕrŭs ărbĭtĕr aulae. Saevŭs rēgnātŏr. Vĭŏlēntŭs rēctŏr Īdūmēs. Chrīstūm quī mĕtŭēns pŭĕrūm tōt mīllĭă lētō Cōrpŏră dēmīsĭt. Īnsōntēs pŭĕrōs fĕrro īmpĭŭs haūsĭt. Pūtrĭbŭs Hērōdēs vērmĭbŭs ēscă fŭĭt. Rēx fŭĭt *Hērōdēs* Jūdaea īn gēntĕ crŭēntŭs. Pērfŭrĭt Hērōdēs, dūm Chrīstūm quaerĭt īn īllīs. *Pr.*

Hērŏdŏtŭs. *Hīstŏrĭām cāllēns Lĭvĭī ĕt Hērŏdŏtī.* Au.

hērōĭcŭs. *Quī făcĭūnt rēgēs, hērōĭcă cārmĭnă laudānt.* O. PH. Maeŏnĭō cōnsūrgĕrĕ cārmĭnĕ. *O.* Ārmă grăvī nŭmĕrō vĭŏlēntăquĕ bēllă părābām Ēdĕrĕ, mātĕrĭā cōnvĕnĭēntĕ mŏdīs. *O.* Aūt cănĕrĕt fōrtī rēgĭă bēllă pĕdĕ. *T.* Quĭd vŏlŭī dēmēns ĕlĕgīs īmpōnĕrĕ tāntŭm Pōndĕrĭs? Hērōī rēs ĕrăt īstă pĕdĭs. *O.* Sūmĭtĕ vīrēs, Pīĕrĭdēs; măgnī nūnc ĕrĭt ōrĭs ŏpŭs. *P.* Sēnĭs făctă cănĭt pĕdĭbŭs. *O.* Nōn ĕgŏ cōntŭlĕrīm sūblīmĭă cārmĭnă nōstrīs. *O.* Quĭs lăbŏr, Aŏnĭōs sēnō pĕdĕ dūcĕrĕ cāntŭs! *P.* Cĕcĭnī plēctrō grăvĭōrĕ gĭgāntăs. *O.* Bēllă sŏnānt ălĭī tēlīs īnstrūctă crŭēntīs. *O.* Quĭd tĭbĭ cūm tălī, dēmēns, ēst flūmĭnĕ? quĭs tē Cārmĭnĭs hērōī, tāngĕrĕ jūssĭt ŏpŭs? *P.* Ennĭŭs ŭt nōstĕr cĕcĭnĭt, quī prīmŭs ămoēnō Dētŭlĭt ēx Hĕlĭcōnĕ pĕrēnnī frōndĕ cŏrōnăm. *Lr.* Lascīvŭs ĕlĕgīs, ăn sĕvērŭs hērōīs? *M.* Rēs gēstae rēgūmquĕ dŭcūmque ĕt fōrtĭă bēllă Quō scrībī pōssēnt nŭmĕrō, mōnstrāvĭt Hŏmērŭs. *H.* Scrībĕrĭs Vărĭō, Maeŏnĭī cārmĭnĭs ălĭtī. *H.* Sīvĕ chĕlȳn tōllās hērōa ăd rōbŏră. *St.* Nōn hīc Maeŏnĭae stĭlō Cămēnae Cīvīs Dūlĭchĭīquĕ Thēssălĭquĕ Vīrtūtēm săpĭēntĭāmquĕ cāntō. *Sid.* — *Versus her.* Hĕxămĕtrōn dīcūnt, sēd nōn hērōĭcōn ōmnēm. *Ter. Ma.* Hērōĭcōrūm vērsŭūm plēnum ēssēdūm. *Au. v. epicus, herous.*

hērōĭnē *et* hērōĭs. — *Īnăchĭīs ĕt blāndĭŏr hērōĭnĭs.* P. *Tū quĭă tām lōnga ĕs, vĕtĕrēs hērōĭdăs aequās.* O. PH. Prīmă lŏcūm sānctās hērōĭdăs īntĕr hăbērēs. *O.* Vĕtĕrēs Lătĭās Grājāsque hērōĭdăs aequās. *St.* Fĕcĭt hōs mōrēs īllīs hērōĭsĭn aequōs. *O. v. heroe.*

hērōs. *Hērōs Aēsŏnĭŭs pŏtĭtŭr, spŏlĭōquĕ sŭpērbŭs.* V. *Intĕrĕrĭt mūltŭm, Dāvŭsnĕ lŏquātŭr ăn hērōs.* H. *Hērōēs mănŭs* pro *heroicae* P. 2, 1, 1. *hērōēs sēnsŭs* Pe. 1, 69. Poët. *heros nobilis triumphorum* ut *notus animi paterni H.* O. 2, 1, 5. EP. măgnănĭmŭs, ănĭmōsŭs, īllūstrĭs, măgnŭs, īngēns, īnsīgnĭs, īnvīctŭs, rŏbūstŭs, pŏtēns, fōrtĭs, gĕ-

nĕrōsŭs, clārŭs, īnclўtŭs. PH. Vīr sēmĭdĕŭs. Sēmĭdĕŭmquĕ gĕnŭs. *O.* Dĕōrŭm gĕnŭs, sānguĭs, prōgĕnĭēs. Vīrtūtĕ ĕt ărmīs nōbĭlĭs. Fāmā sŭpĕr aethĕră nōtŭs. *V.* Īngĕntēs hērōum ănĭmaē. Māgnănĭmī prŏcĕrēs. Ărmīs īnvīctŭs. Vīrtūtŭm nōmĭnĕ clārŭs. Vīrĭbŭs īnvīctŭs. Sătă sānguĭnĕ Dīvûm Prōgĕnĭēs. Nōbĭlĭs ărmīs. Dīvīsquĕ vĭdēbĭt Pĕrmīstōs hērōăs, ĕt īpsĕ vĭdēbĭtŭr īllīs. *V.* Hīc gĕnŭs āntīquŭm. Teŭcrī pŭlchērrĭmă prōlēs. Flōs vĭrōrŭm. Nōbĭlĭŭm prŏcĕrŭm pārs ŏptĭmă. Dēfūnctăquĕ cŏrpŏră vītā Măgnănĭmûm hērōŭm. *V.* Māgnănĭmī hērōēs, nātī mĕlĭōrĭbŭs ānnīs. *V.* Quĕm vĭrum aŭt hērōă lўrā vĕl ăcrī Tībĭā sūmīs cĕlĕbrārĕ, Clīō? *H.* Ajāx hērōs ăb Achīllĕ sĕcūndŭs. *H.* Hōs ŭtĭnam īntĕr Hĕrōăs nātŭm tēllŭs mē prīmă tŭlīssĕt! *H.* Nĕc rōbŏră prōsŭnt Sēmĭdĕum hērōŭm. *St.* Quīn ĕt ăvīs Māvōrs hērōă pŏtĕntĭbŭs āddĕt. *V.* — *Adj.* Hērōōs sēnsŭs āffērrĕ vĭdēmŭs. *Pe. v. clarus, illustris.*

hērōŭs. *Cărmĭnĭs hērōī tāngĕrĕ jŭssĭt ŏpŭs.* P. *v. heroicus.*

Hērsĭlĭă. *Hērsĭlĭăm jŭssīs cŏmpēllĕt vōcĭbŭs Irĭs* etc. O. M. 14. extr.

hĕrŭs. *Hīc hĕrŭs Ălbānŭm Maēcēnās, sīvĕ Fălērnŭm.* H. PH. Fūndŭs Ărvō pāscăt hĕrŭm. *H.* Quaē tŭō vĕnĭūnt hĕrō, Quāntă gaŭdĭă! *C.* Nām prŏprĭaē tēllūrĭs hĕrŭm nātūră nĕc īllŭm. *H.* Hōstĭă coēlēstēs pācĭfĭcāssĕt hĕrōs. *C. v. herilis, dominus.*

Hēsĭŏdŭs. *Hēsĭŏdŭs nŭmĕrăt dīvōs dīvûmquĕ părēntēs.* Mn. SY. Ăscraēŭs sĕnĕx. Praēcēptŏr ărāndī. Vātēs Hĕlĭcōnĭŭs. Ăgrĭcŏlaē Mūsă sĕnĭs. EP. Ăscraēŭs, Boēōtĭŭs, ăgrĭcŏlă, Hĕlĭcōnĭŭs. PH. Tū cănĭs Ăscraēī vĕtĕrĭs praēcēptă pŏētaē. *P.* Vīvĕt ĕt Ăscraēŭs, dūm mūstīs ūvă tŭmēbĭt. *O.* Eccĕ, dĕās vīdī, nōn quās praēcēptŏr ărāndī Vīdĕrăt Ascraēŭs, quŭm sĕquĕrētŭr ŏvēs. *Cl.* Vātĕ Sўrācŏsĭō quī dūlcĭŏr Hēsĭŏdōquĕ. *Anth. v. Ascra.*

Hēsĭŏnē. *Hēsĭŏnēn Tĕlămōn, Brīsēĭdă cēpĭt Achīllēs.* O. M. 11, 217.

Hēspĕrĭă. *Ēst lŏcŭs, Hēspĕrĭăm Grājī cŏgnōmĭnĕ dīcŭnt.* V. *v. Italia.* — *Quī nūnc Hēspĕrĭā sōspēs ăb ūltĭmā.* (choriamb.) H. *v. Hispania.* — SY. Hēspĕrĭs. PH. Cŏrnĭgĕr Hēspĕrĭdŭm flŭvĭŭs rēgnātŏr ăquārŭm. *V.*

Hēspĕrĭdēs, ŭm. *Quālĕ fŭīssĕ nĕmŭs crēdĭtŭr Hēspĕrĭdŭm.* M. Descr. *O.* M. 4, 635. *Se.* H. f. 239. *V.* A. 4, 480 sqq. EP. vĭgĭlēs, pĕrvĭgĭlēs, īnsōmnēs, sōllĭcĭtaē, īrrĕquĭētaē, săgācēs, sōllērtēs, ānxĭaē, āttēntaē, hŏrtŭlānaē. PH. Tŭm cănĭt Hēspĕrĭdŭm mīrātăm mālă pŭēllăm. *V.* Nōn mĕă Māssўlŭs sērvăt pōmārĭă sērpēns. *M.* Pōmă dărī, Crēdĕrĕ quaē pōssīs sŭbrēptă sŏrōrĭbŭs Afrīs. *I.* Sī tĭbĭ pōmă sŭpērsŭnt Hēspĕrĭdŭm. *St.*

hēspĕrŭs. *Ītĕ dŏmŭm, sătŭraē, vĕnĭt hēspĕrŭs, ītĕ, căpēllaē.* V. Descr. *Cl.* Carm. 14, 1 sq. SY. hēspĕr, vēspĕr, nŏctĭs nūntĭŭs, īndĕx. EP. nŏctĭfĕr, ŏccĭdŭŭs, ŭmbrĭfĕr, rŭbēns, rōscĭdŭs, frīgĭdŭs, rōscĭdŭs, flōrĭfĕr, nīgĕr, lūcĭdŭs. Dīlēctŭs Vĕnĕrī. *Cl.* PH. Prīmās rĕfĕrēns tĕnĕbrās. Nūntĭŭs nŏctĭs mŏdŏ lōtŭs ŭndīs Hēspĕrŭs, pŭlsīs ĭtĕrŭm tĕnĕbrīs Lūcĭfĕr īdĕm. *St.* Ăstra īgnĕă sūrgŭnt. Vēspĕr ŭbĭ ē pāstū vĭtŭlōs dīscēdĕrĕ suādĕt. Sērās prōtŭlĭt ŭmbrās hēspĕrŭs, dēsĕrĭt Oētăm. Oētēōs ŏstēndĭt nŏctĭfĕr īgnēs. Sēră rŭbēns ăccēndĭt lūmĭnă vēspĕr. Cŭm frīgĭdŭs āĕră vēspĕr Tĕmpĕrăt, ĕt sāltŭs rĕfĭcĭt jām rōscĭdă lūnă. *V.* Hēspĕrŭs ĕt fŭscō rōscĭdŭs ībăt ĕquō. *O.* Ast ŭbĭ vīcīnaē nŏctĭs vĕnĭt Hēspĕrŭs īndĕx. *Va.* Quaēsīvērĕ chŏrī jŭvĕnēm sīc Hēspĕrŏn īllŭm. *O. v. nox, vesper.*

hēstĕrnŭs. PH. Hēstĕrnō plēnŭs Īacchō. *V.* Īnĕrānt hēstĕrnă cănīstrīs. *H.* Hēstĕrnā nŏctĕ, lūcĕ, dĭē. *v. heri.*

Hetrūrĭă. *v. Etruria.*

heū, heūheū. *Heū! ŭbĭ pāctă fĭdēs?* O. SY. Heū mĭhĭ! quālĭs ĕrăt. *V.* Heū mĭhĭ, quŏd etc. *O.* PH. Heū! ŭbĭ nūnc Fŭrĭaē? *St.* Heū! ĕtĭām mēnsās cōnsūmĭmŭs. *V.* Heū, stīrpem īnvīsām! *V.* Heū mē! Fābŭlă quāntă fŭī! *H. v. eheu.*

heŭs. SY. ăgĕ, ĕn, ĕccĕ; ējă ăgĕ. PH. Ac prĭŏr: heŭs, īnquĭt jŭvĕnēs, mōnstrātĕ. *V.* Maēnĭŭs ābsēntēm Nŏvĭŭm quŭm cārpĕrĕt; Heŭs tū, Quĭdam, ăĭt. *H.* Heŭs, īnquĭt dŏmĭnŭs; īlle ĕnĭmvēro ādsĭlĭt. *Ph.* Sўre, īnquam; heŭs, heŭs, Sўrĕ. *Te. v. eja.*

hĕxămĕtĕr *et* hĕxămĕtrŭs, ī. *Hĕxămĕtrīs ĕpīgrāmmă făcīs* etc. M. PH. Sēnōsquĕ pĕdēs aēquārĕ sŏlūtīs Vōcĭbŭs. *St.* Hĕxămĕtrōs, trādĭt gĕnĭtōs dŭŏ prīmă vĕtūstās. Hērōŭs īlle ēst, hŭnc vŏcānt īāmbĭcŭm. *Te. Maur. v. heroicus, senarius.*

Hĭarbās. *v. Iarbas.*

hĭātŭs. *Ēt nīgĕr īnvītăm trāxĭt hĭātŭs ăquăm.* P. SY. rīmă; vŏrāgo, gūrgĕs, bărăthrŭm, ăbўssŭs. EP. vāstŭs, pătŭlŭs, tĕrrĭfĭcŭs, pătēns, căvērnōsŭs, căvŭs, prŏfŭndŭs, văcŭŭs, tĕnĕbrōsŭs. PH. Tĕrră dĕhīscēns. Vāstaē faŭcēs. Īmmānēs pāndĭt, sŏlvĭt, dīdŭcĭt hĭātŭs. Văcŭō dīscēdĭt hĭātū. Sŭbĭtō tēllūs ăbsōrbĕt hĭātū; ŭndă dĕhīscēns. Tērram īntĕr flŭctŭs ăpĕrĭt. *V.* Īmmēnsō lāxātă sĭnū tēllūs pătĕt. *St.* Nē pătĕăt lātōquĕ sŏlŭm rĕtĕgātŭr hĭātū. *O.* Caēcās stāgnāntĕ vŏrāgĭnĕ faŭcēs Lāxăt, ĕt hŏrrēndōs ăpĕrĭt tēllūrĭs hĭātŭs. *V. v. barathrum, dehisco, gurges, vorago.* — *Trop.* Quīnquāgĭnta ātrīs īmmānĭs hĭātĭbŭs hўdră. *V.* Tĕrnīs ĕt hĭātĭbŭs ōră Sŏlvĭt. *O.* Pătŭlōs āllūdēns tĕntăt hĭātŭs. *M.* Văcŭō quālīs dīscēdĭt hĭātū Impătĭēns rĕmĕārĕ lĕō. *Cl.* Căpŭt, īngēns ōrĭs hĭātŭs Et mālaē tĕxērĕ lŭpī. *V.* Īmmānī faŭcēs dīdŭcĭt hĭātū. *S.* Grāndĕ Sŏphŏclēō cārmēn bācchātŭr hĭātū. *I. v. rictus.*

hībērnācŭlŭm. — *Nōn hībērnācŭlă sēgnēs | Enērvānt tŏrpōrĕ mănŭs.* Cl. *v. hibernus.*

Hibērnĭă. *Ā nĭvĭbŭs trăhĭt hībērnīs Hībērnĭă nōmĕn.* Ma. *Scŏtōrŭm tŭmŭlōs flēvĭt glăcĭālĭs Hībērnē.* Cl. *v. Ierne.*

hībērno, hībērnŭs, hĭēms. *v. hyberno, hybernus, hyems.*

hĭbīscŭs. — *grăcĭlī fīscēllăm tēxĭt hĭbīscō.* V. EP. vĭrĭdĭs, tĕnŭĭs, vĭrēns, grăcĭlĭs. PH. Grĕgĕm vĭrĭdī cŏmpēllĕre hĭbīscō. *V.*

- hĭc, haec, hoc. *Sensus hic in nōbīs; quem quūm dŏlŏr impĕdĭt essĕ.* Lr. *Hic vir hic est, tĭbĭ quem prōmittī saepĭus audīs.* V. *Hic fīnis Priămī fātōrum, hic exĭtus illum sortĕ tŭlit.* V. *Hōc ĕrĭt in vōtīs.* H. *Hōc ĕrĭt, almă părens.* V. *Tōtus hōc exercĭtus,* | *Hōc ŭtrinquĕ pŏpŭlus omnis, hōc vīdit sŏrŏr.* (iamb.) Se. Genit. *Quae nīl, nĭsi corpŏrĭs hŭjus, Jūs hăbĕt.* O. Ap. senicos *huius* monosyll. *Post argūmentum huius ēlŏquar trăgoedĭae.* (iamb.) Pl. Dat. *Laetus huic dōnō vĭdeăs dărĕ tūră nĕpōtes.* St. *Huic ūnī forsan pŏtŭī succumbĕrĕ culpae.* V. SY. ĭs, illĕ, istĕ. PH. *I. q. talis.* Nōn hīs jŭventūs ortă părentĭbŭs. *H.* — *Hic-ille.* Nempĕ quŏd hic altĕ, sŭbmissĭus illĕ vŏlābăt. *O.* Hic stŭpĕt attŏnĭtus rostrīs, hunc plausŭs hĭantĕm etc. *I.* — *I. q. ego.* Tu si hic sis, ălĭtĕr sentĭas. *Te.* Quŏd sī mīlĭtĭbŭs parcēs, ĕrĭt hic quŏquĕ mīles. *T.*

hīc, *adv.* *Est hic, est ănĭmus vītae contemptŏr.* V. SY. ĭbi, illic, istic. PH. Hic illĭus armă, hic currŭs fuĭt. *V.* — *I. q. tum.* Hic prīmum Aenēās spērārĕ sălūtĕm ausŭs. *V.*

hiccĕ, haeccĕ, hoccĕ; hiccĭnĕ, haeccĭnĕ, hoccĭnĕ. PH. Nōn hercle hice hŏmĭnēs. *Pl.* Hŭjuscĕ pătri hospĕs fuĭt. *Pl.* — Hiccĭnĕ dēflēbit vērō mĕă fātă dŏlōrĕ? *M.* Haeccĭnĕ parvă mĕum fūnus ărĕnă tĕgĕt? *P.* Hunccĭne, ăn hunc sĕquĕrĭs? *Pe.*

Hĭĕro, ōnĭs. *Hic Hĭĕrōnĭs ŏpēs* etc. *S.*

hĭĕroglyphus. PH. Saxīs tantum vŏlŭcrēsquĕ fĕraequĕ, Sculptăquĕ servābant măgĭcās ănĭmālĭă linguās. *L.*

Hĭĕrōnymus, ī. — *sī vēră fĭdēs, Hĭĕrōnymus ōlim.* Buch. *Hiĕrōnymus lābrīs valde excellentĭbus urbem.* Prosp.

Hĭĕrŏsŏlymă, ae *et* -mă, ōrum *et* Hĭĕrūsălem *et* Iĕrūsălem. *Quos Hĭĕrŏsŏlymīs aut quōs* etc. Fort. *Ornans Iĕrūsălem sanctam spĕcĭōsă vĕtustās.* Fort. *Impĭă Jĕrūsălem rĭbĭdīs exercĭtă cūrīs.* Lact. SY. Sĭōn, Sŏlymī, Sŏlymus, Sŏlymă; arx Sĭŏnis; urbs Sŏlymōrum; Jūdaeae dĕcus; urbs Dāvīdĭcă. EP. magnĭfĭcă, dīvĕs, inclytă, nōbĭlis, sanctă, cultă, vĕnĕrandă, vĕnĕrābĭlis. PH. Hic rēgum sēdēs ā priscō sanguĭnĕ Jūdae, Hic templum Sălŏmōn, pĕr terrās omnĭbŭs ărīs Ēversīs ŏpĕ barbărĭcā rex condĭdit ōlim, Templum ŏpŭlentum, ingens, ēdictam ăd sīdĕră mōlĕm. *Arat.* Coelĭcŏlum quondam rēgī grātissĭmă tellūs. An Sŏlymum cĭnĕrem palmētăquĕ captă sŭbībis? *v. Salomo.*

hĭlăris, ĕ *et* hĭlărus, ă, um. *Ōdĕrunt hĭlărem tristēs, tristemquĕ jŏcōsī.* H. SY. laetus, gaudens, ălăcĕr, ŏvans, gĕnĭālis, festīvus, jŏcōsus, făcētus. PH. Laetĭtĭă perfūsus, exsultans ănĭmīs. Gaudĭă concĭpĭens, captans. Laetĭtĭae dans signă. Pensă mănū dūcunt hĭlărēs. *P.* Frontĕ sĕrēnā gaudens. Dī quŏque, ŭt ā cunctīs hĭlărī pĭĕtātĕ cŏlantŭr. *O.* Tunc hĭlărī clangōrĕ sŏnant. *St.* Vĕnĭo, dēcumbo acceptus hĭlăre atque amplĭtĕr. *Pl.* Multo hĭlărĭŏr. *Te.* Vĕl hĭlărissĭmum convīvam hinc indĭdem exprōmam tĭbī. *Pl.* Hĭlărum ăc lŭbentĕm făc tē gnātī nūptĭīs. *Te. v. gaudeo, laetus.*

hĭlărĭtās. *Nĭmĭăquĕ nautās hĭlărĭtāte extollĕrĕ.* (iamb.) Ph. PH. Hōc hĭlărĭtātĭs dulcĕ sēmĭnārĭum. *Varr.* ap. *Non.* Ĕs, bĭbe, ănĭmo obsĕquĕrĕ mĕcum, ătque ŏnĕrā te hĭlărĭtūdĭnĕ. *Pl. v. gaudium.*

hĭlăro. — *multōque hĭlărans convīvĭă Bacchō.* V. PH. Festăquĕ pallentēs hĭlărent altārĭă lūcōs. *St.* Hōs ŭbi făcundō tŭă vōx hĭlărāvĕrăt ōrĕ. *O.* Dēmĕ sŭpercĭlĭō nūbem. *H. v. exhilaro, gaudeo.*

hīlum. — *nec dēsit pondĕrĭs hīlum.* Lr. PH. Est lībella, ălĭquā si ex partī claudĭcĕt hīlum. *Lr.* Nĕque hīlō mājōrem intĕrĕā căpĭunt dulcēdĭnĕ fructum. *Lr.* Sīsyphū' versat saxum sūdans nītendō nĕquĕ prōfĭcĭt hīlum. *Enn. v. nihilum.*

Hīmĕră. — *quā mergĭtŭr Hīmĕră pontō.* S.

hinc. PH. Tĭtyrus hinc ăbĕrăt. *V.* At nōs hinc ălĭī sĭtĭentēs ībĭmus Afrōs. *V.* — *Hinc et hinc; hinc, inde.* Rārōs collĭgĭs hinc ĕt hinc căpillōs. *M.* Et mōtō lĕvĭs hinc ĕt indĕ ventō. *Pt.* Hinc ătque hinc vastae rūpēs. *V.* Hinc ămŏr, hinc tĭmŏr est. *O.* Hinc mŏvĕt Euphrātēs, illinc Germānĭă bellum. *V.* — *I. q. ex hoc.* Hinc ille ăvĭum concentus ăd aurās. *V.* Hinc fŏrĕ ductōrēs. *V.* Hinc ăcĭēs stătŭră dĕum. *L.* Hinc cănĕre incĭpĭam. *V.* Hinc illae lăcrĭmae. *Te.* Hinc mĭhĭ prīmă mălī lābēs. *V.* Atque hinc, ŏpĕrum quae maxĭmă, poscō. *Va.* Hinc dŭcentōs annōs. *Pl.*

hinnĭo. PH. Hinnītum ēdĕrĕ, tollĕrĕ, fundĕrĕ. Hinnītĭbŭs aurās, āĕră, campōs implērĕ, pulsārĕ. Arrectīs aurĭbŭs ăcrem hinnītum fundēbăt ĕquus. *S.* Concussīs artŭbŭs hinnĭt. *Lr.* Pēlĭon hinnītū fŭgĭens implēvit ăcūtō. *V.* Implent hinnītĭbŭs aurēs. *O.*

hinnītus. SY. ĕquōrum frĕmĭtus, clāmŏr. EP. sŏnōrus, ăcūtus, ăcĕr, trĕmŭlus, horrĭfĭcus. PH. Hinnītū campus sŏnăt omnĭs ăcūtō. *M.*

hinnŭlĕus. *Hinnŭlĕī pellis* etc. P. PH. Vītas hinnŭlĕō mē sĭmĭlis. *H.*

hĭo. *Gaudĕt hĭans immānĕ lĕō* etc. V. PH. Nĕc flōs ullus hĭăt prātīs. *P.* Fissăque ăgĭt rīmās. *O.* Fissus ĕrăt tĕnŭī rīmā părĭes. *O.* Terrae vēnās adstringit hĭantēs. *V.* Hĭantĭă līlĭă. *O.* Inceptus clāmŏr frustrātŭr hĭantĕm. *V.* Corvum dēlūdĭt hĭantĕm. *H.* Emtōrem indūcăt hĭantĕm. *H.* Rīsū dīdūcĕrĕ rictum. *H.* Sŭbĭtōs ex ōrĕ cruōrēs Saucĭă tĭgrĭs hĭăt. *V.* Tăcĭtā carmĕn hĭārĕ lyrā. *P. v. hiatus, hisco.*

Hippŏcrătēs. *Cinctă mărī tellus quaenam crĕăt Hippŏcrătem? Cōs.* Au.

Hippŏcrēnē, ēs. *Pōtātō mădĭdās ăb Hippŏcrēnē.* (phal.) Sid. *Dīcĭtĕ, quae fontēs Ăgănippĭdŏs Hippŏcrēnēs.* O. SY. Ăgănippē, fons căballīnus, Lymphă Hĕlĭcōnĭdŏs. Fons Mĕdūsaeus, Ăgănippĭdŏs. Factae pĕdĭs ictĭbŭs undae. EP. Pēgăsĕă, Pallădĭă, Hĕlĭcōnĭs, Ăgănippĭs, sacră, pellūcĭdă, clāră, vĭtrĕă, Phorcynĭs. PH. Pēgăsus hŭjus ŏrīgo Fontĭs, ĕt ăd lătĭcēs perdūxit Pallădă sacrōs.

Dura Medusaei quam praepetis ungula rupit. *O.* Illisisse pedem, cornuque excita repente Lympha Camenalem fudit procul Hippocrenen. *Av.* Factae pedis ictibus undae. *O.* Si vera fama est, Hippocrene, quam pedis Pulsu citatam cornipes fudit fremens. *Au.* Tu fueris Musis Pegasis unda meis. *M.* Musarum et latices ungula fodit equi. *Ru.* Da sacri laticis loquacitatem, Quem fodit pede Pegasus volanti. *Sid.* Tu fonte in ipso procreatus Pegasi. *Au. v. Aganippe, Pegasus.*

Hippodame *et* Hippodamia. *Avecta externis Hippodamia rotis.* P. 1, 2, 20. EP. Pisaea, Lyrnessis, velox, Elea, cita, concita, praepes, volucris, Ischomacha, PH. Hippodameque humeroque Pelops insignis eburno. *V.* Tantalides, agitante Cupidine currus. Pisaeam profugis vexit eburnus equis. *O.* 2) Duxerat Hippodamen audaci Ixione natus. *O.* M. 12, 210. 3) *v. Briseis.*

hippodromus, i. *Pulvereumque fugax hippodromon ungula plaudit.* M. *v. circus.*

Hippolyte. *Felix Hippolyte nuda tulit arma papilla.* P. 4, 3, 43. EP. Magnessa, ferox, virago, felix, Threicia. PH. Vidit Hippolyte ferox. *Se.* A. 848. cf. *V.* A. 11, 661. *v. Amazon.*

Hippolytus. *Hic latet Hippolytus, loris discerptus equorum.* O. SY. Theseides. EP. Theseius, pudicus, castus, insons, verecundus, formosus, venustus, miser, infelix, Virbius, Amazonius, miserabilis, severus, rigidus. PH. Threicius heros. *O.* Vir Amazonius. Amazone natus. *O.* Discerptus equis. Phaedrae privignus. *P.* Nepos Aethnae. *O.* Neque enim Diana pudicum Liberat Hippolytum. *H.* Hippolytus obiit, quia novercae creditum est. *Ph.* Descr. *Se.* H. *O.* M. 15, 500. *O.* F. 3, 265. *v. Virbius.*

Hippomenes. *Hippomene, propera* etc. O. PH. Proles Neptunia. *O.* Megareius heros. *O.* Aonius juvenis. *O.* Vidi ego et immiti cupidum decurrere campo Hippomenen. *St.* Pallens Hippomenes ad ima metae. *Sid. v. Atalanta.*

Hipponax, actis. *Nec ferus Hipponax* etc. Pol. PH. Acer hostis Bupalo. *H. v. scazon.*

Hippotades. *Clauserat Hippotades* etc. O. *v. Aeolus.*

hircinus *et* hircosus. *At tu conclusas hircinis follibus auras.* H. PH. Heus tu, qui cum hircina barba adstas, responde, quod rogo. *Pl.* Hic aliquis de gente hircosa centurionum. *Pe.* Hircoso premit osculo colonus. *M.*

hircus. SY. hoedus, caper, vir gregis, dux pecoris, ductor, vir gregis opulenti, petulci. PH. Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum. *H.* Duxque gregis, cornu per tempora dura recurvo. *O. v. caper, hircinus.*

hirsutus. *Hirsutumque supercilium promissaque barba.* V. SY. hispidus, villosus, pilosus, setosus, hirtus. PH. Villis asper, horridus, deformis, impexus, rigens. PH. Et glacialis Hiems, canos hirsuta capillos. *O.* Canities rigidis stetit hirta capillis. *O.* Hirsuti secuerunt corpora vepres. *V.* Frondibus hirsutis et carice pastus acuta. *V.* Hirtaque dumis Saxa. *St.* Cristaque hirsutus equina. *V.* Rigidis horrent densissima setis Corpora. *O.* — *Trop.* Sumserit annales; nihil est hirsutius illis. *O.* Ingenium non incultum est et turpiter hirtum. *H.*

hirtus. *v. hirsutus.*

hirudo. *Non missura cutem, nisi plena cruoris, hirudo.* H. EP. palustris, mordax, tenax, avida. PH. Quae stagnis cessantibus haesit. *Ser. Sam.*

hirundo. *Aut arguta lacus circumvolitavit hirundo.* V. SY. Progne, Bistonis ales. Pandionis, Cecropis ales, conjux Bistonii tyranni, Rhodopeia conjux. EP. arguta, garrula, nigra, vaga, peregrina, querula, vagabunda, loquax, Cecropia, Pandionia, agrestis, domestica, riparia, lasciva, funesta, Attica, mitis, nemini nocens, Thracia, in tectis nidificans, pendulam domum fingens. PH. Veris nuntia, praenuntia. *O.* Amissum quae gemit ales Ityn. *O.* Ityn flebiliter gemens. *H.* Cecropiae domus aeternum opprobrium. *H.* Manibus pectus signata cruentis. *V.* Garrula quum tignis nidum suspendit hirundo. *V.* Luteum celsa sub trabe figit opus. *O.* Sub lucem modulos iterat, meditatur, fundit hirundo. Veris praenuntia venit hirundo. Daulias et Getici tandem secura mariti Ales adest, plausuque larem cantuque salutat. *O.* Nidosque reversa lutabat hirundo. Neque adhuc de pectore caedis Excessere notae, signataque sanguine pluma est. *St.* Impia diri furta mariti deflens. *O.* Talis in umbrosis mitis nunc denique sylvis Deflet Threicium Daulias ales Ityn. *O.* Aut arguta lacus circumvolitavit hirundo. *V.* Te, dulcis amice, reviset Cum Zephyris si concedas et hirundine prima. *H.* Quid enim contendit hirundo Cygnis? *Lr.* Descr. *O.* F. 2, 853. *O.* M. 6, 590 sqq. *V.* A. 12, 473 sqq. *St. v. Procne.*

hisco. SY. hiare; os diducere, aperire. PH. Hiscere nempe tibi terra roganda foret. *O.* Tellus, ait, hisce. *O. v. dehisco.* — *Trop.* Nec Telamoniades etiamnunc hiscere quidquam Ausit. *O.* Vix pauca furenti Subjicio, et tantis turbatus vocibus hisco. *V. v. hio.*

Hispani. *Illa vel Hispano lecta sit una jugo.* O. SY. Hesperii, Iberi, Baeticolae, Cantabri. EP. feroces, pugnaces, vani, venales, superbi, duri. PH. Hispana gens, natio, genus intractabile bello. Gens aspera bello, patiens laborum, tumido superba fastu. *v. Iberi.* — *Adj.* Hispanas Tyriasque coccinasque. *M.* Hispane, non Romane, memoretis loqui me. *Enn.* SY. Hesperius, Hispaniensis, Iberus, Ibericus.

Hispania. — *latis audax Hispania terris.* T. SY. Hesperia, Hispana tellus, ora, plaga. Tartessia tellus. Gentes Celtiberae. EP. populosa, fertilis, dives, ferax, nobilis, horrida, pugnax, audax, bellax. Dives equis. Pretiosa metallis. Facilis frugum. Horri-

da vitanda est Hispania, Gallicus axis. *I.* Duris Hispaniae bellis. *L.* Descr. *Cl. v. Hesperia*; *Iberia.*

hispidus. *Aliquando objectus hispidi pugnae suis.* (iamb.) Ph. PH. Cui laterum tenus hispida mento Frons hominem praefert. *V.* — *Trop.* Non semper imbres nubibus hispidos Manant in agros. *H. v. hirsutus.*

historia. *Crispus Romana primus in historia.* M. SY. annales, fasti. EP. vetus, prisca, antiqua, memorabilis, celebris, nobilis, arguta, nova, recens, magistra, bella, praeterita, severa. PH. Veterum scripta, monumenta. Historiae fama, series, fides. Pars erit historiae totoque legetur in orbe. *O.* Aetatis monumenta vetusta. Historicae, victurae chartae. *M.* Prisci temporis aevi facta, acta. Quae facit, ut longos durent bene gesta per annos, Et possint sera posteritate frui. Qua sine praeteritae non esset mentio vitae, Qua sine virtuti nullus adesset honos. Veterum volvens monumenta virorum. *V. v. annales.* — *I. q. fabula.* Amaras Porrecto jugulo, captivus ut, audit. *H.* Satis historiarum est. *Pl.* Tu quoque uti fieres nobilis historia. *P.* Et caput argutae praebeat historiae. *P. v. fabula.*

historicus. *Qui dabit historico* etc. J. PH. Conditor historiae. *I.* Historiarum scriptor. *O.* Oblivisi temporis vindex. Veteris non inscius aevi. *O.* Praecipites astris volventibus annos Sistit, et injectis fugientia tempora frenis. Vos magis historicis, lectores, credite de me. *Au.* — *Adj.* Obligat historica nec sua verba fide. *O. v. historia.*

histrio. SY. mimus, gesticulator, ludio, circulator, praestigiator, comoedus, scurra, scenicus. *Cic.* EP. hilaris, festivus, laetus, fallax, garrulus, verbosus, dolosus, mendax, subdolus, ridiculus, jocularis, avarus, argutus, protervus, petulans, ineptus, industrius, navus, scenicus. PH. Movens risus. Vestibus et vultu ridiculus. Mimique leves, scurraeque loquaces. Quando histrionem cogis mendicarier. *Pl.* Pallebat chorus omnis histrionum. *Sid.* Sive aliquis molli deducit candida gestu Brachia. *P.* Mobilis in saltus et scenae mollior arte. *Mn.* — *Adj.* Sedeat redemptus histrioniae addictus. *Pe.*

hiulco. *Quum gravis exustos aestus hiulcat agros.* C. *v. findo.*

hiulcus. *Hoc, ubi hiulca siti findit Canis aestifer arva.* V. SY. hians, patens, hiscens, dehiscens, apertus, rimosus, fissus, vastus, fatiscens. PH. Et patris undosi sonitus exspectat hiulca Aegyptus. *St. v. hiulco.*

hodie. *Qui non est hodie, cras minus aptus erit.* O. PH. Res hodie minor est, here quam fuit. *I.* Hoc die. *Pl.* Hodierna luce. *O.* Hodierno lumine. *Lr.*

hodiernus. *Quis scit, an adjiciant hodiernae crastina summae | Tempora di superi?* H. PH. Sic venias, hodierne; tibi dem turis honores. *T. v. hodie.*

hoedinus. *Hoedina tibi pelle contegenti.* M.

hoedus. EP. petulcus, tener, tenellulus, petulans, vagans, mollis, lactens, lascivus, alacer. PH. Lascivi suboles gregis. *H.* Haedique petulci Floribus insultant. *V.* Petulans molli hoedus in herba. *S.* Teneri tremulis cum vocibus hoedi. *O.* Cui frons primis turgida cornibus. *H.* Tenero lascivior hoedo. *O.* Luctantur cornibus hoedi. *V.* Tenellulo Delicatior hoedo. *C.* Hoedulus et toto grege mollior, inscius herbae. *I.* Vagiens hispidae matris fetus. *M.* Capellae fetus. *T.* Ut canibus catulos similes, sic matribus hoedos. *V.* Cras donaberis hoedo. *H. v. hircus.* — *Sidus.* Quantus ab occasu veniens pluvialibus Hoedis Verberat imber humum. *V.* Purus et Orion pu[illegible]s et Hoedus erit. *P.* Impetus, aut orientis Hoedi. *H.*

Holofernes. — *ferientem colla Holofernis.* Sid.

Homericus. — *Quantum Gradivus Homericus audit.* J.

Homerus. — *Quandoque bonus dormitat Homerus.* H. SY. Maeonides; Maeonii carminis ales. *H.* Maeonius vates, senex, caecus vates, paranymphus Achillis, Colophonis alumnus. Trojani belli scriptor. Rex poetarum. Princeps Heliconis. EP. Colophoniacus, Smyrnaeus, Maeonius, Salaminiacus, Achaeus, magnus, insignis, aeternus, antiquus, caecus, sapiens, divinus, doctus, sacer, gravis, grandis, sublimis, jucundus, sollers, immortalis, magniloquus, Apollineus, caecutiens, tonans, altisonans, altiloquus. PH. Conditor Iliadis. *I.* Adspice Maeoniden, a quo, ceu fonte perenni, Vatum Pieriis ora rigantur aquis. *O.* Vatum Ipse pater, quo nil Graecia majus habet. Priores Maeonius tenet Sedes. *H.* O. 4, 9, 5 sqq. Res gestae regumque ducumque et tristia bella Quo scribi possent numero, monstravit. *H.* Ipse parens vatum, princeps Heliconis Homerus. *Cl.* Magno si quidquam credis Homero. *I.* Quantus equos pugnasque virum decurrere versu Maeonides. *St.* Maeonidenque senem Romano provocat ore. *L.* Dignum, Maeoniis Phaeacida condere chartis. *M.* Nec non ille tui casus memorator Homerus Posteritate suum crescere sensit opus. *P.* Magniloquo non posthabuisset Homeri. *St.* Qui Musas cantu, qui Phoebum aequavit honore. *S.* Quantum Smyrnaei durabunt vatis honores. *L.* Cui noxia luminibus spicula condit apis. Descr. *Mn.* 2, 1 sqq. *v. heroicus.* — *Adj.* Vate Syracosio qui dulcior, Hesiodoque Major, Homereo non minor arte fluit. *Anth.* cf. *Bentl.* ad *H.* A. P. 120. Quantus Gradivus Homericus, audis. *I.*

homicida. *Si fur displiceat Verri, si homicida Miloni.* J. SY. sicarius. EP. nefarius, scelestus, sceleratus. PH. Homicidam Hectorem. *H.* Artifex leti. *Se.* Regis caede nocens. *St. v. interfector.*

homicidium. *Nulla cruentatis homicidia ludet in armis.* Pr. *v. caedes.*

homo. *Et quota pars homo sit terrai totius unus.* Lr. *Primum Grajus homo mortales tendere contra.* Lr. *Omnia sunt hominum tenui pendentia filo.* O. SY. mortalis, terrigena. EP. fragilis, caducus, vilis, miser, infelix, aerumnosus, incautus, sollers, providus, prudens, mendax, fallax, inops, bipes, nudus, sensibilis, pusillus, lubricus. PH. Gens humana, hominum. *H.* Humanum, mortale genus. Audax Japeti genus. *H.* Terrea proles. Humanae mentes. Mortalia pectora, corda. Mortales turbae. *H.* Vix sunt homines hoc nomine digni. *O.* Namque haud tibi vultus Mortalis, nec vox hominem sonat. *V.* Ni vis humana quotannis Semina quaeque manu legeret. *V.* Quod genus hoc hominum? *V.* Humanum paucis vivit genus. *L.* — *Origo.* Turpi ex luto concretus. Unde hominum pecudumque genus. *V.* Quo tempore primum Deucalion vacuum lapides jactavit in orbem, Unde homines nati. *V.* O utinam possem populos reparare paternis Artibus, atque animas formatae infundere terrae! *O.* Descr. *O.* M. 1, 77 sqq. *Lr.* 5, 803 sqq. *V.* G. 2, 341. *v. Deucalion, Prometheus.* — *Dignitas.* Igneus est homini vigor et coelestis imago. *V.* Nos quoque pars mundi, quoniam non corpora solum, Verum etiam volucres animae sumus. *O.* Divinae particula aurae. *H.* Genus dominans in caetera. Capax rationis. Tendens ad coelum per multa pericula rerum. Haud fallax divini auctoris imago; sacra divinae mentis imago. Unica gens hominum recto stat corpore, et astra Suspicit. *Boe.* Quid mentem traxisse polo, quid profuit, altum Erexisse caput, pecudum si more pererrant. *Cl.* Descr. *O.* M. 1, 84 sqq. *S.* 15, 84 sqq. — *Sors misera.* Pulvis et umbra sumus. *H.* Genus durum sumus experiensque malorum. Terrae hospes. Natus in curas. Sortis iniquae lusus, ludibrium. Variis fortunae vicibus, casibus expositus, obnoxius. Mortali semine cretus. Similis languenti graminis herbae. Tantos mortalibus esse labores! *V.* Res si qua diu mortalibus ulla est. *V.* Quem nasci una dies conspicit, una mori. Edocet, humanis quae sit fiducia rebus. *V.* Optima quaeque dies miseris mortalibus aevi Prima fugit, subeunt morbi tristisque senectus, Et labor et durae rapit inclementia coeli *V.* Irrequietus homo perque omnes anxius annos Ad mortem festinat iter. Nescia mens hominum fati sortisque futurae. *V.* Nos, vilis turba, caducis Deservire bonis semperque optare parati Spargimur in casus: celsa tu mentis ab arce Despicis errantes, humanaque gaudia rides. *St.* Descr. *O.* M. 15, 220 sqq. *Cl.* 1. cons. Stil. 1, 20 sqq. — *Qui nunc sunt homines.* Qualia nunc hominum producit corpora tellus. *V.* Terra malos homines nunc educat atque pusillos. *I. v. homulus.* — *I. q. aliquis.* Quidam notus homo quum exiret. *H.*

homulus, homullus, homullulus, *et* homuncio, homunculus. — *Brevis hic est fructus homullis.* Lr. *Homunculi quanti sint, quum recogito.* Pl. *Heu heu, nos miseros! quam totus homuncio nil est!* Pt.

honestas. *Justitia est ubi semper egens et pauper honestas.* Pr. SY. honestum, decus, decorum, virtus, fas, aequum. PH. Honesti gloria, lex, decus animi. Honestum praetulit utili. *H.* Ipse decor recti. *O.* Justitiae cultor, rigidi servator honesti. *L.* Nec tibi, quid liceat, sed quod fecisse decebit, Occurrat, mentemque domet respectus honesti. *Cl.* Si quid honesti est. *H. v. honestus, probitas, virtus.*

honeste. *Tum quoque jam moriens, ne non procumbat honeste, Respicit.* O. *v. honestus.*

honesto. — *quem vultus honestat.* Cl. SY. ornare, decorare, honorare.

honestus. *Virtus errori nomen posuisset honestum.* H. SY. aptus, decorus, decens, laudabilis, venerabilis, venerandus, laudatus, honoratus, honorandus, laudandus, colendus. PH. Honestos Fascibus et sellis nollem. *H.* Honos honestiorem semper fecit et facit. *Pl. v. honoratus.* — *I. q. pulcher.* Os terris ostendet honestum Piias. *V.* — *I. q. laudabilis.* Atque erit illa mihi mortis honesta dies. *P.* — *I. q. probus.* Participem qui te secreti fecit honesti. *I.* Clamet amica Mater, honesta soror. *H.* Quid honesta prodest vita, flagitio carens? *Sc.* Honesta oratio est. *Te. v. honestas.*

honor *s.* honos. *Sic honor et nomen divinis vatibus atque | Carminibus venit.* H. *Gentis honos: haerent infixi pectore vultus.* V. SY. gloria, laus, fama, decus, nomen, dignitas; reverentia, cultus. EP. egregius, solemnis, eximius, conspicuus, mundanus, terrenus, tumidus, gratus, popularis, vanus, meritus, aeternus, incertus, ambitiosus, quaesitus, optatus, invidiosus, prodigiosus, celebris, eximius, fragilis, mollis, mirificus, ambitus. PH. Honoris tituli, decus, aura, stimuli. Honoris apex. Nominis gloria, decus. Nomen ingens. Virtutis meritum. Cupidas stimulans mentes. Proprium decus, et partum indignatur honorem. *V.* Virtuti calcaria praebens. Ebria titillans pectora mollis honor. Haud equidem tali me dignor honore. *V.* Vomeris hinc et falcis honos. *V.* Semper honos nomenque tuum laudesque manebunt. *V.* Plurimus auro Venit honos; auro conciliatur amor. *P.* Cadentque, Quae nunc sunt in honore vocabula. *H.* Nec gens ulla tuos aeque celebrabit honores. *V.* — *Honores reipubl.* Stultus honores Saepe dat indignis populus. *H.* Aggredere o magnos, aderit jam tempus, honores. *V.* Curia pauperibus clausa est, dat census honores. *O.* Hunc si mobilium turba Quiritium Certat tergeminis tollere honoribus. *H.* Honorum caeca cupido. *Lr.* Quid favor et coetus, pleni quid honoribus anni. *C. Sev.* Latuit plebejo tectus amictu Omnis honos. *L.* Fragiles hominum semper contemsit honores. — *Deorum cultus.* Meritos aris mactavit honores. *V.* Supplex aris imponet honorem. *V.*

Arīs factās hŏnōs. *V.* Jūnōnī jūssōs ădŏlēmūs hŏnōrēs. *V.* Sēmpĕr hŏnōrĕ mĕō, sēmpĕr cĕlĕbrābĕrĕ dōnīs. *O. v. adoro.* — *Mortuorum.* Mōrtĭs hŏnōrĕ cărēntēs. *V.* Et nūnc sērvăt hŏnōs sēdēm tŭŭs, ōssăquĕ nōmĕn Hēspĕrĭā īn māgnā, sī quă ēst ĕă glōrĭă, sīgnăt. *V.* Millĕ vĭrōs, quī sŭprēmūm cōmĭtēntŭr hŏnōrēm. *V.* Sĕpūlcrī Mīttĕ sŭpērvăcŭōs hŏnōrēs. *H. v. exsequiae.* — *I. q. ornatus.* Et fōrmaē pŏpŭlātŭr hŏnōrēm. *S.* Nōtŭs īn vūltŭs hŏnŏr. *H.* Frōntĭs hŏnōrēs. *St.* Saēvĭs Ăquĭlŏ dĕcūssĭt hŏnōrēm. *V. v. ornamentum.* — *I. q. praemium.* Gēmĭnūm pūgnaē prŏpŏnĭt hŏnōrēm. *V.* Nīl vīctŏr hŏnōrĭs Ex ŏpĭbūs pōscō. *S.* Hīc pĭĕtātĭs hŏnōs? *V.* — *Deus.* Dōnĕc Hŏnōr plăcĭdōquĕ sĕdēns Rĕvĕrēntĭă vūltū. *O.* F. 5, 23. — *Honoris cupidus.* Fāmăm cāptāns ēt nŏmĭnĭs aūrās. Laūdĭs jāctātŭs ămōrĕ. Quaērēns praecōnĭă fāmaē. Quēm laūdĭs glōrĭă sōllĭcĭtăt. Quēm prēmĭt laūdĭs ănhēlă sĭtĭs. Ănĭmūs spērātaē laūdĭs ămōrĕ īgnēscĭt. Quēm răptăt ămŏr fāmaē. Sī quĭs Tāngĭt hŏnōs ănĭmūm. *V. v. fama, gloria.*

hŏnōrātŭs. *Vērbăque hŏnōrātō fērtē lĕgēndă vĭrō.* O. PH. Sēmpĕr hŏnōrātūm, sīc, dī, vōlŭēstĭs, hăbēbō. *V.* Cūjŭs hŏnōrātī, ōssă vĕhūntŭr ĕquīs. *P.* Auctŭs hŏnōrĭbŭs. *H. v. celeber, clarus.*

hŏnōrĭfĭcŭs. *Sī quĭd hŏnōrĭfĭcūm pāgĭnă blāndă sŏnăt.* *M. v. honestus.*

Hŏnōrĭŭs. — *quūm sēnsĭt Hŏnōrĭŭs ārcūm.* Cl. — Pārvŭs Hŏnōrĭădās gĕnĭbūs cēnsēdĭt ăvītĭs. *Cl.*

hŏnōro. *Cūm quō cōnsēnŭĭt, mīlĕs hŏnōrăt ĕquūm.* M. SY. cŏlĕrĕ, vĕnĕrārī. PH. Hŏnōrĕ prōsĕquī, āffĭcĕrĕ, ēxtōllĕrĕ, dĕcŏrārĕ, cōndĕcŏrārĕ, ōrnārĕ, ēxōrnārĕ, cĕlĕbrārĕ. Hŏnōrēs rēddĕrĕ, rĕfērrĕ, pērsōlvĕrĕ, īnfērrĕ, īndĭcārĕ. Dărĕ dĕcŭs. Mĕrĭtōs īndīcĕre hŏnōrēs. Laetūm cĕlĕbrāre hŏnōrēm. Mīrō quŏd hŏnōrĕ cŏlēbăt. *V.* Tāntō sī tē plūs ăliŏr hŏnōrăt Fūnĕrĕ. *St. v. adoro, honor.*

hŏnōrŭs. — *vātĭs hŏnōrō* | *Cārmĭnĕ.* Va. PH. Mājōrque ēt hŏnōră vĭdērī. *St.* Laūdĭs hŏnōră Ēffĭgĭēs. *St. v. honestus.*

hōră. *Grātă sŭpērvĕnĭēt, quaē nōn spērābĭtŭr, hōră.* H. cf. *O.* F. 1, 125. EP. brĕvĭs, fŭgāx, cĕlĕr, īrrĕvŏcābĭlĭs, prŏpĕrāns, fŭgĭēns, vēlōx, mōbĭlĭs, lĕvĭs, sŭbĭtă, răpĭdă, mūtābĭlĭs, praecēps, ăgĭlĭs, flŭēns, fŭgĭtīvă, cĭtă, cĕlĕrī pĕdĕ fŭgĭēns, trānsĭēns. PH. Hōraē spătĭūm, mŏră, tēmpŭs, mōmēntūm, īntērvāllă dĭēī. Hōră quŏta ēst? *H.* Inde ŭbĭ quārtă sĭtīm coēlī cōllēgĕrĭt hōră. *V.* Pŏsĭtaē spătĭīs aequālĭbŭs hōraē. *O.* Fŭgĭēns frēnō nōn rĕmŏrāntĕ. *O.* Prōh sŭpĕrī! quĭd nōn hŏmĭnī brĕvĭs ērĭpĭt hōră? Hōraē mōmēntō. *H.* Nātālĭs hōră. *H.* Tōta ăbĭt hōră. *H.* Dētŭr nōbĭs lŏcŭs hōră. *H.* Quĭd quĭsquĕ vītēt, nūnquam hŏmĭnī sătĭs Cautum ēst īn hōrās. *H.* Mūtātŭr īn hōrās. *H.* Et mĭhĭ fōrsăn, tĭbĭ quŏd nĕgārĭt, Pōrrĭgĕt hōră. *H.* Vĕnĭēt nārrātĭbŭs hōră Tēmpēstīvă mĕīs. *O.* Nōs flēndō dūcĭmŭs hōrās. *V.* Nūnquăm tē crāstĭnă fāllĕt Hōră. *V.* Tū quāmcūnquĕ dĕŭs tĭbĭ fōrtūnāvĕrĭt hōrām, Grātă sūmĕ mănū nĕc dūlcĭă dĭffĕr īn ānnūm. *H.* Hōrăquĕ nōn ŭllī sĭmĭlĭs pērdūcĭtŭr hōraē. *Mn.* Hōrăquĕ Sēmpĕr praetĕrĭtă dētĕrĭŏr sŭbĭt. *Se. v. tempus.* — *I. q. tempestas.* Sūb vērnī tēmpŏrĭs hōrām. *H.* — Quī mărĕ ēt tērrās vărĭīsquĕ mūndūm Tēmpĕrăt hōrĭs. *H. v. annus.* Descr. *O.* M. 15, 199 sqq. ubi compar. c. 4 aetatibus hominis. — *Deae.* Jūngĕrĕ ĕquōs Tītān vēlōcĭbŭs īmpĕrăt Hōrĭs. *O.* Praesĭdĭō coēlī fĭdĭbūs cūm nūtĭbŭs Hōrĭs. *O.* Descr. *O.* M. 2, 118. 2, 25. *O.* F. 1, 125. — *Mortis.* Et quūm sŭprēmaē fīlă vĕnērĭnt hōraē. *M.* Extrēmă mŏrĭēns tămĕn āllŏquŏr hōrā. *V.* At mĭhĭ Pērsĕphŏnē nīgrūm dēnūntĭăt hōrām. *T. v. moriens.* Almūm quaē răpĭt Hōră dĭēm. *V.* Vŏlăt āmbĭgŭīs mōbĭlĭs ālīs. *St.*

Hŏrātĭŭs. *Dētĭnŭīt nōstrās nŭmĕrōsŭs Hŏrātĭŭs aūrēs.* O. *Horatia* pila pro *Horatiana*, Prop. 3, 3, 7. SY. Flāccŭs, Rōmānaē fĭdĭcēn lȳraē. *H.* Aūsŏnĭaē lȳraē dĕcŭs, vātēs Vĕnūsīnŭs. EP. dōctŭs, ăcĕr, nŭmĕrōsŭs, lȳrĭcēn, mōrdāx, Pīndărĭcŭs. Călăbĕr, Vĕnŭsīnŭs, văfĕr, līppŭs, suāvĭs. PH. Quī ăd mĕlŏs Pīndărĭcūm flēxĭt lȳrĭcōs mŏdōs. Quī Aūsŏnĭaē prīmŭs lȳram īntŭlĭt. Quī fĕrĭt Aūsŏnĭă cārmĭnă cūltă lȳrā. *O.* Ōmnĕ văfĕr vĭtĭūm rīdēntī Flāccŭs ămīcō Tāngĭt. *Pe.* Quālĭă (Otia?) fēcĕrăt ōlĭm Maecēnās Flāccō Vīrgĭlĭōquĕ sŭō. *M.* Dēbĭtă spārgēs lăcrĭmă făvīllăm Vātĭs Hŏrātī. *H.* Călăbră lȳrā. *M.* Vĕnŭsīnă plēctră. *Sid.* Aūt quō tū Lătĭūm bĕās, Hŏrātī, Alcaeō pŏtĭŏr lȳrĭsta ēt īpsō. *Sid. v. Flaccus.*

Hŏrātĭī, ōrūm. *Hŏrātĭōrūm quă vĭrēt săcĕr cāmpŭs.* (scaz.) M. 3, 47. PH. Queīs cōmmīssă vĭrīs Rōmāna Albānăquĕ fātă. *Au.* Ep. 18, 9. — *Adj.* Et cĕcĭnīt Cūrĭōs frātrēs ēt Hŏrātĭă pīlă. *P.* 3, 2, 7. Hŏrātĭă fāctă. *Mn.* 1, 776.

hōrdĕūm. *Grāndĭă saēpĕ quĭbŭs māndāvĭmŭs hōrdĕă sūlcĭs.* V.

hŏrīzōn, ōntĭs. *Atque, ā fīnĕ trăhēns tītŭlūm, mĕmŏrātŭr hŏrīzōn.* *Mn.*

hōrnŭs. PH. Pălĕā pōrrēctŭs īn hōrnā. *H.* Illă dĭēs hōrnīs caēdēm dēnūntĭăt āgnīs. *P.*

hōrŏlŏgĭŭm. *v. clepsydra.* Descr. est ap. *Pulcharellum* et *Comm.*

hōrŏscŏpŭs. — *Gĕmĭnōs, hōrŏscŏpĕ, vārō Prōdūcĭs Gĕnĭō.* P. PH. Quēm bĕnĕ pārtītīs mĕmŏrānt hōrŏscŏpŏn āstrīs. *Mn.* Quaērĭtĭs ēt coēlō Phoēnīcum īnvēntă sĕrēnō, Quaē sĭt stēlla hŏmĭnī cōmmŏdă, quaēvĕ nŏcēns. *P.* Utrūmquĕ nōstrūm īncrēdĭbĭlī mŏdō Cōnsēntĭt āstrūm. *H.* Nāscēndī quaē cuīquĕ dĭēs, quaē vĭtă fŭīssĕt. *Mn.* Prīmĭquĕ pĕr ārtēm Sīdĕrĭbūs vĭdĕrĕ văgīs pēndēntĭă fātă. *Ma.*

hōrrĕo; ŭī. *Horrent pili, hastae, aristae, agri, segetes.* SY. hōrrēscĕrĕ, ēxhōrrēscĕrĕ, ēxhōrrērĕ, īnhōrrērĕ, īnhōrrēscĕrĕ, pērhōrrērĕ, pērhōrrēscĕrĕ, trĕmĕrĕ, rĭgērĕ, tĭmērĕ, pērtērrērī, stŭpĕfĭĕrī, stŭpēscĕrĕ, ōbstŭpēscĕrĕ, pērcēllī, cōnstērnārī. PH. Nĕc vānōs hōrrēs strĕpĭtŭs. *V.* Frīgĭdŭs hōrrŏr Mēmbră quă-

tit. *V.* Obstŭpŭī gĕlĭdūsquĕ cŏmās ērexĕrăt horrŏr. Arrectaeque hŏrrōrĕ cŏmae. *V.* Praecŏrdĭă cōntĕrĭt, ŏccŭpăt hŏrrŏr. Saevŭs cīrcūmstĕtĭt hŏrrŏr. Hŏrrĕt ădhūc ănĭmŭs. *St.* Păvĭdō mĭhĭ mēmbră tĭmōrĕ Hŏrrŭĕrānt. *O.* Nēc mŏrtem hŏrrēmŭs. *V.* Cŏr pĕpŭlĭt hŏrrŏr, cŏrdă tŏrpēscūnt mĕtū. *Se.* Cōnscĭă sērvīlĭs praecŏrdĭă cŏncŭtĭt hŏrrŏr. *Cl. v. tremo.* — *I. q. timeo.* Aūt īmpācātōs ā tĕrgo hŏrrēbĭs Ibērōs. *V.* Hŏrrĕnt ādmōtās vūlnĕră crūdă mănūs. *O.* Jŭvĕnĭs Părthĭs hŏrrēndŭs. *H.* Arbŏrĭbūs claūsām cīrcum ătque hŏrrēntĭbŭs ūmbrĭs. *V.* Hŏrrēndūm sīlvĭs ĕt rĕlĭgĭōnĕ părēntūm. *V.* Hŏrrēndaequĕ prŏcŭl sēcrētă Sĭbyllaē. *V.* Clāmōrēs sĭmŭl hŏrrēndōs ăd sīdĕră tōllĭt. *V.* Hŏrrēndum ĕt dĭctū vĭdĕō mīrābĭlĕ mōnstrūm. *V.* Rēddĭtă tăndĕm Vōx hŏrrēndă vĭrĭs. *Va.* Cōncĭlĭum hŏrrēndūm. *V.* Păllŏr ŭtrāsquĕ Fēcĕrăt hŏrrēndās vīsū. *H.* Hŏrrēndūmque īntŏnăt ărmĭs. *V.* Hŏrrēndūm strīdēns. *V.* Intŏnĕt hŏrrēndūm. *I.* Hŏrrēndă tŏt ăvĭă mēnsī. *Va.* — *Timorem injicio.* Hŏrrēntīque ātrūm nĕmŭs īmmĭnĕt ūmbrā. *V.* — *Trop. i. q. rigeo de rebus.* Rĭgĭdĭs hŏrrēntĭă sētĭs Tĕrgă. *O.* Hŏrrēntĭsquĕ lĕōnĭs Exŭvĭās. *V.* Hŏrrēntĭă pīlĭs Agmĭnă. *H.* Dūrĭs caūtĭbŭs hŏrrēns Caūcăsŭs. *V.* Clăssĭbŭs hŏrrēns frĕtūm. *Se.* Sēgnĭsque hŏrrērĕt ĭn ăgrĭs Cărdŭŭs. *V.* Trīstĭă pĕr văcŭōs hŏrrēnt ăbsīnthĭă cămpōs. *O.* Hŏrrēbānt saevĭs ōmnĭă vērbă mĭnĭs. *O.* Arrēctĭs hŏrrĕt squāmĭs. *V.* Fērrĕŭs hăstĭs Hŏrrĕt ăgĕr. *V.* — *I. q. algeo.* Hŏrrēntī tŭnĭcām nōn rēddĕrĕ sērvō. *I. v. horresco.*

hŏrrēsco. PH. Cămpīquĕ nătāntēs Lēnĭbŭs hŏrrrēscūnt flābrĭs. *V.* Hŏrrēscĕrĕ sētĭs. *O.* Sŭbĭtĭs hŏrrēscĭt tūrbĭdă nīmbĭs Tēmpēstās. *S.* Hŏrrēscō rĕfĕrēns. *V.* Fārī hŏrrĕt ănĭmŭs. *Se.* Rĕfŭgĭt lŏquī mēns aēgră, tŏt hŏrrēscĭt mălĭs. *Se.* Hŏrrēscūnt cŏrda ăgrĭcŏlĭs. *V.* Mŏrsūs hŏrrēscĕ fŭtūrŏs. *V.* Pēctŏra ĕt ēxtrēmām nīl hŏrrēscēntĭă mŏrtĕm. *St. v. horreo.*

hŏrrĕŭm. — *īmmēnsaē rŭpĕrūnt hŏrrĕă mēssēs.* V. SY. grānārĭūm. EP. cĕrĕālĕ, dīvĕs, plēnŭm, trītĭcĕŭm, căpāx, văcŭŭm, rĕfērtŭm, stīpātŭm, āltŭm, pēnsĭlĕ, tērrēnŭm, līgnĕŭm. PH. Mēssĭs ŭbī nŭmĕrōsă, cōndĭtă. Frūmēntī, frūgŭm cŏmpŏsĭtī ăcērvī, cōndĭtă mēssĭs. Dīstēntĕt spīcĭs hŏrrĕă plēnă Cĕrēs. *T.* Sī prŏprĭō cōndĭdĭt hŏrrĕō, Quĭdquĭd dĕ Lĭbycĭs vērrĭtŭr ārĕĭs. *H.* Prŏvēntūque ŏnĕrĕt sūlcōs ătque hŏrrĕă vīncăt. *V.*

hŏrrĭbĭlĭs. *Nūnc ĕtĭam hŏrrĭbĭlī vīsū pŏrtēntă sĕquūntŭr.* V. PH. Dī măgnī! hŏrrĭbĭlem ĕt săcrūm lĭbēllŭm! *C. v. horreo, horridus.*

hŏrrĭdŭs. — *frĕmĭt hŏrrĭdŭs ōrĕ crŭēntō.* V. SY. hŏrrĭbĭlĭs, hŏrrēndŭs, hŏrrĭfĭcŭs, tērrĭbĭlĭs, mĕtŭēndŭs, trĕmēndŭs, stŭpēndŭs, tērrĭfĭcŭs; hĭspĭdŭs, hīrsūtŭs, ăspĕr. PH. Glăcĭē rĭgĕt hŏrrĭdă bārbă. *V.* Hŏrrĭdă caēsărĭēs. *O.* Căpĭllŭs pāssŭs, nūdŭs pēs, īpsa hŏrrĭdă. *Te.* — Hŏrrĭdă vūltŭm Dēfŏrmăt măcĭēs. *V.* Hŏrrĭdŭs ăltĕr Dēsĭdĭă. *V.* — Sī prēmĕrĕm vēntōsās hŏrrĭdŭs Alpēs. *O.* Hŏrrĭdă vīrtūs, Armātūmquĕ fĭdē pēctŭs. *S. v. asper, horreo.* — *Horribilis dictu; auditu.* Hŏrrēndum ăc dīctū vĭdĕō mīrābĭlĕ mōnstrūm. *V.* Mājōră vĕrĭs mōnstră vīx căpĭūnt fĭdĕm. Anĭmŭs mĕmĭnīsse hŏrrĕt, lūctūquĕ rĕfūgĭt. *V.* Quĭs tālĭă fāndō Tēmpĕrĕt ā lăcrymĭs? *V.* Vōx hŏrrēndă pĕr aūrās Excĭdĭt. *V.* Păvĕt ănĭmŭs. Artŭs hŏrrĭdŭs quăssăt trĕmŏr. Pĕcŭdēsquĕ lŏcūtaē, Infāndŭm! *V.* — *Horridus visu.* Trīstĭs ĭmāgō. Tērrĭbĭlēs vīsū fŏrmaē. *V.* Mōnstrūm hŏrrēndŭm, īnfŏrmĕ, īngēns. *V.* Foēdum ăc tūrpĕ fŭrĭt mōnstrūm rīctūquĕ mĭnācī Tērrĭtăt. Hīc ălĭūd mājūs mĭsĕrĭs, mūltōquĕ trĕmēndŭm Objĭcĭtŭr măgĭs, ătque īmprŏvĭdă pēctŏră tūrbăt. *V.* Obstŭpŭīt vīsū. *V.* Dīrĭgŭīt vīsu ĭn mĕdĭō. *V.* Hŏrrēscĭt vīsū sŭbĭtō. *V.* Adspēctū cōntērrĭtŭs haēsĭt. *V.* Adspēctu ŏbmūtŭĭt āmēns. *V. v. horresco.*

hŏrrĭfĕr. *Aēgĭdăque hŏrrĭfĕrăm, tūrbātaē Pāllădĭs ărmă.* V. PH. Hŏrrĭfĕrōs ērūctānt faūcĭbŭs aēstŭs. *Lr.*

hŏrrĭfĭco. *Tērrĭbĭlī mŏnĭtu hŏrrĭfĭcānt* etc. V. PH. Flātū plācĭdūm mărĕ mātūtīnō Hŏrrĭfĭcāns Zĕphyrŭs. *C. v. terreo.*

hŏrrĭfĭcŭs. — *Hŏrrĭfĭcĭs jūxtā tŏnăt Aētnă rŭīnĭs.* V. PH. Hŏrrĭfĭcō lāpsū dē mōntĭbŭs ădsūnt. *V.* Hŏrrĭfĭcē lānguēntēs saēpĕ sŏpōrĕ Excĭĕrūnt. *Lr.*

hŏrrĭsŏnŭs. *Flātĭbŭs hŏrrĭsŏnĭs.* L. PH. Hŏrrĭsŏnō strīdēntēs cārdĭnĕ pŏrtaē. *V.*

hŏrrŏr. SY. frĕmĭtŭs, trĕmŏr; tērrŏr, fōrmīdo. EP. saevŭs, frīgĭdŭs, dīrŭs, ăcērbŭs, trĕmŭlŭs, lūrĭdŭs, gĕlĭdŭs, fĕrŭs, ēxsānguĭs, tērrĭbĭlĭs, tērrĭfĭcŭs, Mārtĭŭs, sērvīlĭs, īmplācăbĭlĭs, ēxĭtĭālĭs, ātĕr, bārbărŭs, sŏnōrŭs, nĭgĕr, trānquīllŭs, trŭcŭlēntŭs, păvĭdŭs. PH. Armōrūmque īngrŭĭt hŏrrŏr. *V.* Nīx ĕt caērŭlĕī bŏrĕaē fĕrŭs ăbstŭlĭt hŏrrŏr. *V.* — Nĭgĕr īnfĭcĭt hŏrrŏr Tĕrgă mărĭs. *L.* — Arbŏrĭbūs sŭŭs hŏrrŏr ĭnēst. *L.* Trĕmŭlō rāmōs hŏrrōrĕ mŏvērī. *O.* Hīc nūmĭnĭs īngēns Hŏrrŏr. *Va.* — Fŭrĭt īmplācābĭlĭs hŏrrŏr. Bārbărŭs īngrŭĭt hŏrrŏr. *V.* Tērrĭbĭlĭs praecŏrdĭă cōntĕrĭt, cōncŭtĭt, ŏccŭpăt hŏrrŏr. Gĕlĭdūsquĕ cŏĭt fōrmīdĭnĕ sānguĭs. *V.* Mē lūrĭdŭs ŏccŭpăt hŏrrŏr. *O.* Gĕlĭdŭs Teūcrĭs pĕr dūră Cōncūtĭt ōssă trĕmŏr. Frīgĭdŭs hŏrrŏr sŭbĭt mēntĕm. Gĕlĭdŭs trĕmŏr ōssă pĕrērrăt. Păvĭdā trĕpĭdăt fōrmīdĭnĕ pēctŭs. Gĕlĭdūm pēctŏră frīgŭs hăbĕt. Mē trĕmŏr īnvāsĭt, stābām sĭnĕ sānguĭnĕ moēstŭs. Artŭs hŏrrōrĕ rĭgēntēs. *M.* Obstŭpŭī gĕlĭdūsquĕ cŏmās ērexĕrăt hŏrrŏr. *V.* Ac mē tūm prīmūm saevŭs cīrcūmstĕtĭt hŏrrŏr. *V.* Arrēctaēque hŏrrōrĕ cŏmaē. *V.* Cămpĭs măgĭs ăc măgĭs hŏrrŏr Crēbrēscĭt. *V.* — Scīpĭădēs bēllī fūlmēn Cārthāgĭnĭs hŏrrŏr. *Lr. v. timor.*

hŏrtāmĕn, ĭnĭs *et* hŏrtāmēntŭm, ī. — *cōnsuētaē nŏrīnt hŏrtāmĭnă vōcĭs.* Nem. PH. Nōn ēst hŏrtāmĭnĕ lōngō Nūnc, ăĭt, ūtēndūm. *O.* Aspĕră quĭsquĕ Hŏrtāmēntă sĭbī rĕfĕrăt. *S. v. hortatus.*

hŏrtātŏr. *Hŏrtātŏr scĕlĕrūm Aeŏlĭdēs*

etc. V. SY. suāsŏr, mŏnĭtŏr. PH. Auctŏr ĕgo audēntī. V. Hōrtātŏr pūgnae cōnsĭlĭūmquĕ fŭĭt. O. Hōrtātrīx ănĭmōsī glōrĭă lētī. St. Nōn sī mĭhĭ Jūpĭtĕr auctŏr Spōndĕăt. V. Nĕc tĭbĭ jām prūdēns quĭsquăm pērsuādĕăt auctŏr. V. v. *auctor*, *impulsor*, *monitor*.

hōrtātŭs. SY. hōrtātĭō, īmpŭlsŭs, mŏnĭtŭs, stĭmŭlī. EP. vĕhĕmēns, grăvĭs, fōrtĭs, ācrĭs, ūrgēns, fīdĕlĭs, dĭsērtŭs, făcūndŭs. PH. Laudăt, ĕt hōrtātū cōmprŏbăt āctă sŭō. O. Affātŭr vōce ēt blāndīs āffātĭbŭs īmplĕt. S. Hīc ŭbĭ tūrbātās hōrtātĭbŭs īmpŭlĭt aurēs. S. v. *hortor*.

hōrtŏr. *Hōrtāmŭr fārī, quō sānguĭnĕ crētŭs*. V. SY. ēxhōrtārī, ădhōrtārī, ăcŭĕrĕ, sūscĭtārĕ, stĭmŭlārĕ, īncēndĕrĕ, āccēndĕrĕ, īnflāmmārĕ, īnstīgārĕ, sōllĭcĭtārĕ, īncĭtārĕ, pēllĕrĕ, īmpēllĕrĕ, mŏnērĕ, suādērĕ, ēxăcŭĕrĕ, ēxstĭmŭlārĕ, ădmŏnērĕ, cōmmŏnērĕ, cōncĭtārĕ, ēxcĭtārĕ, prŏvŏcārĕ, cōmmŏvērĕ, pērmŏvērĕ. Hōrtāndō ēxcĭtārĕ, fŏvērĕ. Hōrtātĭbŭs īnstīgārĕ, ăcŭĕrĕ. Mŏnĭtū īncrĕpārĕ. Dīctīs ănĭmōs dărĕ, āddĕrĕ, tōllĕrĕ, sūffĭcĕrĕ. Sūscĭtārĕ vērbīs ănĭmŭm. Vīrtūtĕm āccēndĕrĕ. Stĭmŭlīs vīrēs sūscĭtārĕ, ēxăcŭĕrĕ, āggĕrĕrĕ, augērĕ. PH. Jŭvĕnēm fāsta ād Māvōrtĭă flāmmăt. Jŭvĕnēs ănĭmīs audācĭbŭs īmplĕt. Stĭmŭlīs īmmānĭbŭs aemŭlă vīrtūs Ēxăcŭĭt. Trŭcēs hōrtātĭbŭs īmplĕt. St. Sŏlĭtīs hōrtātĭbŭs āgmĕn Īnstīgăt. O. Nēscĭō quĭd cŭpĭēns hōrtārī. H. Sīc ănĭmīs jŭvĕnūm fŭrŏr āddĭtŭs. V. Ipse ănĭmōs tōllĭt dīctīs ātque īncrĕpăt ūltrō. V. Acĕr ĕt ād pălmae pĕr sē cūrsūrŭs hŏnōrēs, Sī tămĕn hōrtĕrĭs, fōrtĭŏr ībĭt ĕquŭs. O. Cōrdă vĭrûm fŏvĕt hōrtāndō, rĕvŏcātquĕ vĭgōrĕm. V. Sīc īllĕ păvēntēs Īncēndĭt vīrtūte ănĭmōs. Nūnc prĕcĕ, nūnc dīctīs vīrtūtem āccēndĭt ămārīs. V. Tārchōntem īn praelĭă saevă Sūscĭtăt, ēt stĭmŭlīs haud mōllĭbŭs īncĭtăt īrās. V. Hīs ăcŭĭt stĭmŭlīs, sūbdĭtque haud mōllĭă vērbă. Cērtātīm sēsē Rŭtŭli ēxhōrtāntŭr īn ārmă. V. Ēcce, ĭtĕrūm stĭmŭlăt Dĕūs aethĕrĕ mīssŭs ăb āltō. Tālĭbŭs īncēnsŭs dīctīs sĕnĭōrĭs ămīcī. Īncēndĭtque ănĭmŭm fāmae vĕnĭēntĭs ămōrĕ. V. Dīctīs cōnfīrmăt ĭtūrōs. Cl. Ergo īntĕr caedēs cēdēntĭăque āgmĭnă Tārchōn Fērtŭr ĕquō, vărĭīsque īnstīgăt vōcĭbŭs ālās, Nōmĭnĕ quēmquĕ vŏcāns, rĕfĭcĭtque īn proelĭă pūlsōs. V. Ērĭgŏr ēt trĕpĭdōs cīvēs ēxhōrtŏr īn hōstĕm, Āmīssāmquĕ mĕă vīrtūtĕm vōcĕ rĕpōscō. O. Īmpĕrĭūm, prōmīssă, prĕcēs cōnfūndĭt īn ūnŭm. O. Quĭd pōssĭt, ăb īllō Ādmŏnĭta ēst. O. Īrĕ lăvātŭm Ādmŏnŭĭt. H.

— *Hortandi formulae*. Eŭgĕ; nūnc ăgĕ; ērgo ăgĕ; pērgĕ mŏdŏ; ējă ăgĕ. Māctĕ nŏvā vīrtūtĕ, pŭĕr. V. Quāre ăgĭte, ō sŏcĭī, nūnc vēstrās prōmĭtĕ vīrēs. V. Rĕvŏcāte ănĭmōs, moestūmquĕ tĭmōrĕm Mīttĭtĕ. V. Tū nĕ cēdĕ mălīs, sēd cōntra audēntĭŏr ītō. V. Nūnc ănĭmīs ŏpŭs, Aēnēā, nūnc pēctŏrĕ fīrmō. V. Ērgo ăgĭte, ēt, Dīvûm dūcūnt quā jūssă, sĕquāmŭr. V. Rōmānūm rĕpărātĕ dĕcŭs, mōlēmquĕ lăbāntĭs Īmpĕrĭī fūlcīte hŭmĕrīs, haec ōmnĭă cāmpŭs Vīndĭcăt. Cl. Pēr vōs ēt fōrtĭă făctă, Spēmquĕ mĕām pătrĭae, quae nūnc sŭbĭt aemŭlă laudĭs, Fīdĭtĕ nē pĕdĭbŭs, fērrō rūmpēndă pĕr hōstēs Ēst vĭă. V. Nūnc cōnjŭgĭs ēstō Quĭsquĕ sŭae tēctīquĕ mĕmŏr, nūnc māgnă rĕfērtō Făctă pătrūm. V. Adēst tŏtĭēs ōptātae cōpĭă pūgnae. Nīl ŏpŭs ēst vōtīs, jām fātum ārcēssĭtĕ fērrō: In mănĭbŭs vēstrīs, quāntŭs sĭt Caesăr, hăbētĭs. L. Mĕdĭō pŏsŭĭt dĕŭs ōmnĭă cāmpō. Causă jŭbet mĕlĭŏr sŭpĕrōs spērārĕ sĕcūndōs. L. Căpŭt īnsŭpĕrābĭlĕ rērŭm Aut rŭĕt īn vēstrīs, aut stăbĭt Rōmă lăcērtīs. Cl. Ītĕ, ăgĭtĕ. Vade, ăgĕ. Ī bŏnĕ, quō vīrtūs tŭă tē vŏcăt, ī pĕdĕ faustō. H. Ēt dŭbĭtāmŭs ădhūc, vīrtūtem ēxtēndĕrĕ făctīs? V. Ērgō nē dŭbĭtā, blāndās ădhĭbērĕ quĕrēlās. T. Ēn ăgĕ, quĭd trĕpĭdās, ĕt ădīrĕ tĭmēs? O. v. *age*, *accendo*, *exacuo*, *moneo*.

hōrtŭs. SY. vĭrĭdārĭŭm, vĭrētŭm, pōmārĭŭm, vīllă. EP. pīnguĭs, fĕrāx, mōllĭs, īrrĭgŭŭs, īrrĭgŭŭs, foecūndŭs, hĭlărĭs, cūltŭs, ēxcūltŭs, pōmōsŭs, fēlīx, pōmĭfĕr, rĕdŏlēns, frāgrāns, ŏdōrātŭs, hālāns, vĭrĭdĭs, plăcĭdŭs, ămoēnŭs, gĕnĭālĭs, jūcūndŭs, pīctŭs, sēptŭs, flōrĭcŏmŭs, grātŭs, ūmbrōsŭs, rīdēns laetŭs, frūctĭfĕr, flōrĭdŭs, flōrēns, frōndēns, fērtĭlĭs, vĭrēns, sŭbūrbānŭs, sĭtĭēns, ālgēns, īnsīgnĭs, rōscĭdŭlŭs, āprīcŭs, flōrĭdŭlŭs, flōrĭfĕr, vĭrĭdāns, aurĭcŏmŭs, ŏdōrĭfĕr, sēcrētŭs, ōccūltŭs, cōnsĭtŭs, dĕcŏrātŭs, cōndĕcŏrātŭs. PH. Āmoēnă vĭrētă. V. Frūctĭbŭs, hērbīs, flōrĭbŭs cūltŭm sŏlŭm. Hōrtōrūm sēptă. Sēcrētŭs ēt cūltŭs ăgĕr. Flōrĭbŭs, hērbīs ŏdōrātīs, ārbŏrĭbŭs cōnsĭtŭs. Dīvĕs ŏdōrātīs cūltīssĭmŭs hērbīs. O. Crŏcĕī, hālāntēs, rĕdŏlēntēs, spīrāntēs flōrĭbŭs hōrtī. Rūrĭs ămoēnī Dēlĭcĭae. Sēctŭs rīvō lēnĕ sŏnāntĭs ăquae. O. Ūbi crēbră rŏsārĭă, vĭŏlārĭă spīrānt. Vărĭīs dĕcŏrātŭs flōrĭbŭs. Mōllī frāgrāns ŏdōrĕ. Flōrŭm gēmmīs cōllūcēns, ārbŏrĕō foetū dīvĕs. Cōnspĭcŭī pōmīs nōn dēfĭcĭēntĭbŭs hōrtī. Ēlĭcĭēns sĭnū dūlcĭă gērmĭnă. Flōrēns ăd īrrĭgŭās ăquās. Trĭbŭēns cŏlēntī mūltĭfōrmĕ gaudĭŭm. Ēxspīrāns suāvēs aurās. Fūndēns īnnŭmĕrās ŏpēs. Hōrtŭs ŭbi ēt tēctō vīcīnŭs jūgĭs ăquae fōns. H. Mōbĭlĭbŭs pōmōrĭă rīvīs. O. Hōrtŭs ĕrăt jūnctŭs căsŭlae, quēm vīmĭnă paucă Ēt călămō rĕcĭdīvă lĕvī mūnībăt ărūndō, Ēxĭgŭŭs spătĭō, vărĭīs sēd fērtĭlĭs hērbīs. Nōn īllī deerăt, quŏd paupĕrĭs ēxĭgĭt ūsŭs. V. Ēst mĭhĭ fēcūndŭs dōtālĭbŭs hōrtŭs īn āgrīs; Aură fŏvĕt, līquĭdae fōntĕ rĭgātŭr ăquae. O. Cōnspĭcŭī pōmīs nōn dēfĭcĭēntĭbŭs hōrtī. Ut flōs īn sēptīs sēcrētŭs nāscĭtŭr hōrtīs. C. Āttŭlĭt ēt vărĭās, quās hăbĕt hōrtŭs, ăquās. Tūnc bĭbĕt īrrĭgŭās fērtĭlĭs hōrtŭs ăquās. O. Tāntŭs vērĭs hŏnōs ĕt ŏdōrae grātĭă Flōrae, Tāntăquĕ Paestānī glōrĭă rūrĭs ĕrăt. M. Hīc laetās dīffūndĭt ŏpēs Pōmōnă, sŭāsquĕ Dīvĭtĭās vērnō cāndĭdă Flōră sĭnū. Sŭbūrbānīsquĕ vădūm praetēxĭtŭr hōrtīs. St. Āttŭlĭt ēt vărĭās, quās hăbĕt hōrtŭs, ŏpēs. M. Īllĕ cŏlĭt nĭtĭdīs gēmmāntēm flōrĭbŭs hōrtŭm. Mn. Hōrtīs Hēspĕrĭdūm bĕātĭōrēm. M. Hōrtŭlŭs

hic pŭtĕūsquĕ brĕvis. *I.* Cĕcrŏpĭīs suāvēs ēxspīrāns hōrtŭlŭs aūrās. *V.* Descr. *V.* G. 4, 125 sqq. *V.* Mor. 61 sqq. *Voman.* in *Wernsd.* poet. lat. min. *Rapinus* in *Hortis.* *v. arbor, flos, fructus,* etc.

hōspĕs. ***Vīvĭtŭr ēx rāptō; nōn hōspĕs ăb hōspĭtĕ tūtŭs.*** O. SY. caupo, dēvērsŏr, ădvĕnă, pĕregrīnŭs, cōnvīvă, cōnvīvātŏr. EP. laētŭs, cōmĭs, hĭlărĭs, făcētŭs, dūlcĭs, grātŭs, ămīcŭs, jūcūndŭs, ūrbānŭs, mūnĭfĭcŭs, bĕnīgnŭs, făcĭlĭs, ăvĭdŭs, tĕnāx, ăvārŭs, dĭffĭcĭlĭs, cārŭs, văgŭs, mōbĭlĭs, ēxtērnŭs, nŏvŭs, īgnōtŭs, sūpplĕx, fēssŭs, fătīgātŭs, īnūrbānŭs, prŏcāx, ēsŭrĭēns, nōbĭlĭs, paupĕr, ĕgēns, ĕgēnŭs, īnsătŭrābĭlĭs. PH. Jūpĭtĕr, hōspĭtĭbŭs nām tē dărĕ jūră lŏquūntŭr. *V.* Quĭs nŏvŭs hīc nōstrīs sūccēssĭt sēdĭbŭs hōspĕs? *V.* Tūrpĭŭs ējĭcĭtŭr, quām nōn ădmīttĭtŭr, hōspĕs. Thessălĭcāmque ădĭīt hōspĕs Achīllĭs hŭmŭm. *O.* Cōnvīvă dĕōrŭm. *H.* Sī vēspērtīnŭs sŭbĭtō te ōpprēssĕrĭt hōspĕs. *H.* Sūccīnctŭs cūrsĭtăt hōspĕs. *H.* Amābĭlĭs hōspĕs. *H.* — *Fem.* Nōn vĕnĭt haec nōstrīs hōspĕs ămīcă chŏrīs. *O.* — *Adj.* Mānēs lŏcăt hōspĭtĕ cymbā. *St.* Hōspĭtĭbŭs tēctīs. *St. v. advena.*

hōspĭtă. ***Hōspĭtă, Cārmēntĭs*** etc. O. *v. hospes.*

hōspĭtālĭs. ***Nōn hōspĭtālĭs ēxsŭlēs tēllūs fĕrăt.*** (iamb.) Se. PH. Umbram hōspĭtālēm cōnsŏcĭāre ămānt. *H.*

hōspĭtālĭtās. ***Tām cōmĭ pătĕt hōspĭtālĭtātĕ.*** (phal.) *M. v. hospitium.*

hōspĭtĭŭm. ***Sī jūngī hōspĭtĭō prŏpĕrāt, sŏcĭāsquĕ vŏcārī.*** V. EP. cōmĕ, pĭŭm, dūlcĕ, ămoēnŭm, bĕnīgnŭm, grātŭm, quaesītŭm, ŏptātŭm, mītĕ, ăpērtŭm, pătēns, părātŭm, vĕtŭs, āntīquŭm, vĕtŭstŭm, nŏvŭm, rĕcēns, nōbĭlĕ, īnsīgnĕ, praeclārŭm, hŭmĭlĕ, sōrdĭdŭm, vīlĕ. PH. Hōspĭtĭī tēctă. Sŏcĭī pĕnātēs. Tēllūs, dŏmŭs hōspĭtă. Hōspĭtĭī jūsquĕ fĭdēsquĕ. *O.* Hōspĭtĭs ōffĭcĭŭm. *O.* Pĕrĕgrīnae gēntĭs ămoēnŭm Hōspĭtĭŭm. Haūd īllī stăbūnt Aēnēĭă părvō Hōspĭtĭă. *V.* Ut tămĕn ārctăm Sōlvĕrĕt hōspĭtĭīs ănĭmŭm. *H.* Hōspĭtĭum āntīquŭm Trōjaē sŏcĭōsquĕ pĕnātēs. *V.* Tū, quaesō, bĕnīgnō Indūlge hōspĭtĭō caūssāsque īnnēctĕ mŏrāndĭ. *V.* Pēr pătrĭs hōspĭtĭum ēt mēnsās, quās ădvĕna ădīstī. *V.* — ***Hospitio excipio.*** PH. Hōspĭtĭō, tēctīs, mēnsā ēxcĭpĕrĕ, rĕcĭpĕrĕ, āccĭpĕrĕ, ădmīttĕrĕ, sūscĭpĕrĕ, fŏvērĕ. Hōspĭtĭŭm dărĕ, praebērĕ. Dŏmŭī, mēnsae sŏcĭārĕ. Nŏvae pătĕānt Cārthāgĭnĭs ārcēs Hōspĭtĭō Teūcrīs. *V.* Pāndĕrĕ dēfēssīs hōspĭtă tēctă vĭrīs. *O.* Nōn hăbĕt fŏrēs ōppŏsĭtās, ŏcclūsās. Indūlgērĕ hōspĭtĭō. Hōspĭtēm ădmīttĕrĕ. Tēctōque ănĭmōquĕ rĕcēpī. *V.* Haec fēssōs tūtō plăcĭdīssĭmă pōrtŭ Excĭpĭt. *V.* Rĕdŭcēs ēt găză laētŭs ăgrēstī Excĭpĭt. Nē dŭbĭtātĕ, prĕcŏr, tēctō grăvĕ sīdŭs ĕt īmbrēm (Imbĕr ĕrăt) vītārĕ mĕō. *O.* Haec līmĭnă vĭctŏr Alcīdēs sŭbĭīt. *V.* Nōstrīs sūccēdĕ pĕnātĭbŭs hōspĕs. *V.* Mūrēnā praebēntĕ dŏmŭm. *H.* Illă mĭhī dŏmŭs ēst, vōbīs ĕrĭt hōspĭtă tēllūs. Nūpĕr ăb Haemŏnĭīs hōspēs mĭhĭ Thēssălŭs ŏrīs Vēnĕrăt, ēt tāctŭm vīx bĕnĕ līmĕn ĕrăt. Nīsī nōs vīcīnă Trĭvĭcī Vīllă rĕcēpīssĕt. *H.* Egrēssŭm māgnā me āccēpĭt Arĭcĭă Rōmā. Hōspĭtĭō mŏdĭcō. *H.* Hōspĭtĭīs tĕnĕāt frōndēntĭbŭs ārbŏs. *V.* — ***Hospitio excipior.*** SY. dēvērtĕrĕ. PH. Utī hōspĭtĭō. Sŏcĭā dŏmō frŭī. Hōspĭtĭŭm ădīrĕ, sŭbīrĕ. Tēctīs sūccēdĕrĕ, mŏrārī. Jūngĭmŭs hōspĭtĭō dēxtrās ēt tēctă sŭbīmŭs. *V.* Teūcrī sŏcĭă sĭmŭl ūrbĕ frŭūntŭr. *V.* Dūmque huic hōspĭtĭŭm dŏmŭs ēst Tĕgĕaeă. *O.* Hōspĭtĭŭm sĭt tŭă vīllă mĕŭm. *O.* Hōspĭtĭō rēgīs cōnfīsă vĕtŭstō. *O.* — ***Hospitium nego.*** SY. hōspĭtĭō prŏhĭbērĕ, dŏmō, fīnĭbŭs ārcērĕ. Hōspĭtĭō prŏhĭbēmŭr ărēnae. *V.* Prīmāquĕ vĕtānt cōnsīstĕrĕ tērrā. Cēde ăgĕdum, ēt tūtă līmĭnă līnquĕ fŭgā. Hōspĭtĭīs Rōmām vīx hăbŭīssĕ lŏcŭm. *O.*

hōspĭtŭs. ***Nēc plăcĭdōs pōrtūs hōspĭtă nāvĭs hăbĕt.*** O. SY. hōspĕs, ădvĕnă, pĕregrīnŭs, ēxtērnŭs. PH. Pāndĕrĕ dēfēssīs hōspĭtă tēctă vĭrīs. *O.* Pāstŏr quūm trăhĕrēt pēr frētă nāvĭbŭs Idaeīs Hĕlĕnām pērfĭdŭs hōspĭtăm. *H.* Quō tūtĭŏr hōspĭtă lūstrēs Aequŏră. *V.* Bellum, ō tērra hōspĭtă, pōrtās. *V.* Avĭs hōspĭtă. *St. v. hospes, hospitium.*

hōstĭă. ***Hōstĭbŭs ē vĭctīs hōstĭă nōmĕn hăbĕt.*** O. PH. Mūltă tĭbi ānte ārās nōstrā cădĕt hōstĭă dēxtrā. *V. v. sacrifico, victima.*

hōstĭcŭs. — ***dīră vĕnēnă nĕc hōstĭcŭs aūfĕrĕt ēnsĭs.*** H. PH. Et crĕmăt īnsōntēs hōstĭcă flāmmă căsās. *O. v. hostilis.*

hōstīlĭs. ***Inclūsūs mūrīs hōstīlīque ăggĕrĕ sēptĭs.*** V. SY. hōstĭcŭs, īnfēnsŭs, ădvērsŭs, ĭnĭmīcŭs, īnfēstŭs. PH. Mātērnōs lūctŭs, hōstīlĭă būstă pĭāstī. *O.*

hōstīlĭtās. SY. ŏdĭŭm, fĕrĭtās, crūdēlĭtās, saevĭtĭēs.

hōstīlĭtĕr. — ***spērnētque hōstīlĭtĕr ōmnĕ.*** O. SY. crūdēlĭtĕr.

hōstĭs. ***Hōstĭs hăbĕt mūrōs; rŭĭt āltō ā cūlmĭnĕ Trōjă.*** V. A. 2, 290. SY. ĭnĭmīcŭs, ădvērsārĭŭs. EP. ădvērsŭs, īnfēnsŭs, īnfēstŭs, saevŭs, īmpĭŭs, crŭēntŭs, fĕrŭs, bārbărŭs, sŭpērbŭs, pērfĭdŭs, īnīquŭs, ăcērbŭs, īnvīsŭs, trŭcŭlēntŭs, pērnĭcĭōsŭs, pūgnāx, sāngŭĭnŏlēntŭs, fĕrōx, mĭnāx, īnsĭdĭōsŭs, vĕrēndŭs, crūdēlĭs, caūtŭs, īmmītĭs, īnhŭmānŭs, aūdāx, vēsānŭs, fŭrĭbūndŭs, praedātŏr, īmpŏtĭēns, fōrmīdābĭlĭs, āmēns, vērsūtŭs, īntērrĭtŭs, īmpērtērrĭtŭs, vĭgĭl, pērvĭgĭl, trūx, cāllĭdŭs, vĭŏlēntŭs, lētĭfĕr, fāllāx, īnsŏlēns, tērrĭsŏnŭs, dīrŭs, rīxōsŭs, bēllĭgĕr, crūdŭs, pēstĭfĕr, vălĭdŭs, mĕtŭēndŭs, tĭmēndŭs, rĕlūctāns. PH. Invĭdŭs, īnfēstŭs hŏmo. Armă cōntrārĭă, ădvērsă. *O.* Mĕdĭum īn pĕnĕtrālĭbŭs hōstēm. *V.* Nōn ălĭtĕr, quām sī īmmīssīs rŭăt hōstĭbŭs ōmnĭs Cārthāgo aūt āntīquă Tyrŏs. *V.* Dŏlŭs ān vīrtūs, quĭs īn hōstĕ rĕquīrăt. *V.* Caesīs Hōstĭbŭs īnsūltāns. *V.* Hōstīlĭs īră, fŭrŏr. Dī mē tērrēnt ēt Jūpĭtĕr hōstĭs. *V.* Lībĕr īn ădvērsōs hōstēs strīngātŭr ĭāmbŭs. *O.* Făcĭēs hōstīlĭs, ĭnĭmīcă. *V.* Gēns ĭnĭmīcă. Hōstĭcă tūrbă. *O.* Hōstīlĕ, ōppŏsĭtŭm āgmĕn. *V.* Hōstīlēs ănĭmī. Tūrbă, mănŭs ĭnĭmīcă. *V.*

Hōstĭs caedĕ nŏcens. Vĭŏlentŭs ĭn ārmĭs. Fērrō mĕtŭendŭs. Mītescĕrĕ, mĭsĕrērī, flectī nēscĭus. *S.* Bēllĭgĕr īngrŭĭt hōstĭs. *V.* Mūrōs pŏssĭdĕt hōstĭs. Ēn, fĕrŭs hōstĭs ădest. Tērrĭsŏnō nūnc ūndĭquĕ cīngŏr ăb hōstĕ. — *Hostem invadere.* SY. lăcēssĕrĕ hŏstēs. Īn hŏstēs īrĕ, rŭĕrĕ, prōrūmpĕrĕ, īrrūmpĕrĕ, māgnō īmpĕtū (īmpĕtĕ) fērrī. Mĕdĭōs mŏrĭtūrŭs ĭn hōstēs Īrrŭĭt. *V.* Ēt pērgĭt ĭn hŏstĕm. Dēnsōs prōrūmpĭt ĭn hōstēs. *V.* Ūltrō lăcēssēbānt clausōs īn moenĭbŭs hōstēs. In cērtāmĭnă, praelĭă pōscĕrĕ. Cērtāmĭnĕ prōvŏcārĕ. Sīgnă mŏvēt praecēpsque ōblītūm fērtŭr ĭn hōstĕm. *V.* Pĕr tēlă, pĕr hŏstēs Vādĭmŭs. *V.* Seu cūm pĕdēs īrĕt ĭn hōstĕm. *V.* Mĕdĭōs vŏlăt, ēccĕ, pĕr hōstēs Vēctŭs ĕquō. *V.* Pērque hōstēs, pēr tēlă rŭĭt *V.* Impĭgĕr, hōstĭŭm Vēxārĕ tūrmās. *H.* Dētrūdĕrĕ fīnĭbŭs hōstĕm. *V.* Tālĭs ĭn ădvērsōs dŭctŏr Rhoetēĭŭs hōstēs Agmĕn ăgĭt. *V.* Sōllĭcĭtātquĕ fĕrōs nōn aequĭs vīrĭbŭs hōstēs. *L.* Flōs vĕtĕrūm vīrtūsquĕ vĭrūm, quōs jūstŭs ĭn hōstĕm Fērt dŏlŏr. *V.* *v. invado.*

hūc. *Hūc ădēs, ō fōrmōsĕ pŭĕr* etc. V. PH. Hūc ĕāt ātque īllūc. *O.* Et ōră vērtăt hūc ĕt hūc. *H.* Adde hūc, quŏd. *H.* — Hūccĭnĕ rērūm Vĕnĭmŭs? *Pe.*

hūmānē, hūmānĭtĕr, hūmānĭtŭs. *Hūmānē făcĭs, Hērmĕ, nōn sŭpērbē.* M. *Sī quĭd mē fŭĕrit hūmānĭtŭs.* Enn. *Addūcŏr ferre hūmāna hūmānĭtŭs.* Afr. ap. *Non.*

hūmānĭtās. *Hūmānĭtātī quī sē nōn ăccōmmŏdăt.* (iamb.) Ph. SY. cōmĭtās, ūrbānĭtās, bĕnīgnĭtās, clēmēntĭă. *v. bonitas.*

hūmānŭs. *Nōn haec hūmānĭs ŏpĭbŭs, nōn ārtĕ măgĭstrā.* V. SY. mōrtālĭs; hŏmĭnūm, hŏmĭnĭs. PH. Aūt hūmānă părūm căvĭt nātūră. *H.* Dīvīna hūmānăquĕ pūlchrĭs Dīvĭtĭĭs pārēnt. *H.* — *I. q. comis.* Quānto ēst hūmānĭŭs īstŭd! *M. v. benignus, comis.*

hūmecto. *Quā nĭgĕr hūmēctăt flāvēntĭă rūră Gălēsŭs.* V. SY. mădĕfăcĕrĕ, īrrĭgārĕ, īrrōrārĕ, īmbŭĕrĕ. PH. Dūm mĕŭs hūmēctāt flāvēntēs Lūcĭfĕr āgrōs. *Cl.* Gūttĭs hūmēctāt grāndĭbŭs ōră. *V.* Lăcrĭmĭs hūmēctēnt ōră gĕnāsquĕ. *Lr. v. rigo.*

hūmĕo, ēs *et* hūmesco, ĭs. *Hūmēntēmque aūrōră pŏlō dīmōvĕrăt ūmbrăm.* V. PH. Hūmēntĭă līttŏră. *V.* Hūmēntēs ŏcŭlī. Lăcrĭmĭs hūmĕt ărēnă mĕĭs. *O.* Hūmēscūnt spūmĭs flātūquĕ. *V. v. humidus.*

hŭmĕrŭs, *plur.* hŭmĕrī. *Īnfēlīx hŭmĕrōs ūrgĕăt ūnă mĕōs.* P. SY. scăpŭlae, ārmī. EP. lātī, nĭvĕī, tĕrĕtēs, ĕbūrnī, cāndĭdī, ālbēntēs, rōbūstī, vălĭdī, nērvōsī, fōrtēs, ālbī, mūscŭlōsī, cāndēntēs, pūlchrī, īnfīrmī, haūd vălĭdī, īmbēcīllī, īmbēcīllēs, nĭtēntēs, fūlgēntēs. PH. Rēgĭŭs ōstrō Vēlĕt hŏnōs laevēs hŭmĕrōs. *V.* Axem hŭmĕrō tōrquĕt. *V.* Sūblīmĕ rĕfērrēm Hīs hŭmĕrĭs cōrpŭs. *O.* Rētĭcŭlūm pānĭs Fōrtĕ vĕhās hŭmĕrō. *H.* Hŭmĕrōs ēxsērtŭs ŭtērquĕ. *St.* Nūbĕ cāndēntēs hŭmĕrōs ămīctŭs. *H.* Īstă dĕcēnt hŭmĕrōs gēstāmĭnă nōstrōs. *O.* Quĭd vălĕānt hŭmĕrī, quĭd fērrĕ rĕcūsēnt. *H.*

hūmī. — *prōcūmbĭt hŭmī bōs.* V. PH. Cōrpŏră fūndĭt hŭmī. *V.* Cōndĕt hŭmī. *V.* Stērnĭt hŭmī mŏrĭēns ārtūs. *V.* Prēssĭt hŭmī nĭtēns. *V.* Hŭmī nāscēntĭă frāgă. Et prōstērnĭte hŭmī jŭvĕnēm. *O.* In nūdā tēllūrĕ jăcēns. *L. v. recubans.*

hūmĭdŭs. — *nōx hūmĭdă coelō.* V. SY. hūmēns, mădĭdŭs, mădēns, ūdŭs, ūvĭdŭs. PH. Quĭd cōgĭtĕt hūmĭdŭs aūstĕr. *V.* Hūmĭdă lūmĭnă. *O.*

hŭmĭlĭs. *Ātque hŭmĭlēs hăbĭtārĕ căsās ēt fīgĕrĕ cērvōs.* V. SY. dēmīssŭs, sūbmīssŭs; vīlĭs, ābjēctŭs, cōntēmtŭs, īgnōbĭlĭs. PH. Hŭmĭlēsquĕ mȳrīcae. *V.* Hŭmĭlĭs vŏlăt aequŏră jūxtā. *O.* — *Trop.* Hŭmĭlī dē stīrpĕ crĕātŭs. *O.* Hŭmĭlēs lăbōrānt, ŭbĭ pŏtēntēs dīssĭdēnt. *Ph.* Vōs hŭmĭlēs īnquĭs, vūlgī pārs māxĭmă nōstrī. *I.* Ille hŭmĭlĭs sūpplēxque ŏcŭlōs dēxtrāmquĕ prĕcāntēm Prōtēndēns. *V.* Nūnc, ō Bācchĕ, tŭĭs hŭmĭlēs ădvōlvĭmŭr ārĭs. *P.*

hŭmo. — *cōnsōrtēm moēstŭs hŭmăbĭt.* Lr. SY. ĭnhŭmārĕ, tŭmŭlārĕ. PH. Sŏcĭīs dārĕ tēmpŭs hŭmāndĭs. *V.* Aūt hŭmĕt īgnōtaē cŭmŭlūs vāllātŭs ărēnae. *P. v. compono, exsequiae, funus, sepelio.*

hūmŏr. *Pēllēbātquĕ sĭtīm sīmplĭcĭs hūmŏr ăquaē.* P. *Ūndĕ căvā tĕpĭdō sūdānt hūmōrĕ lăcūnae.* V. SY. hūmĭdĭtās, mădŏr; ăquă, lĭquŏr. EP. gĕlĭdŭs, tĕnĕr, ăquātĭlĭs, plŭvĭŭs, ēxūndāns, lĭquĭdŭs, dūlcĭs, spūmĕŭs, fūmĭdŭs, līvĭdŭs, rōscĭdŭs, frīgĭdŭs, ăquātĭcŭs, pīnguĭs, tĕnāx, mădĭdŭs, lēntŭs, spārsŭs. PH. Spūmĕŭs īnque hŭmĕrōs ēt pēctŏră dēflŭĭt hūmŏr. Vērĕ nŏvō gĕlĭdŭs cānīs quūm mōntĭbŭs hūmŏr Lĭquĭtŭr. *V.* Līnguae dēfēcĕrăt hūmŏr. *O.* Hīc stĕrĭlem ēxĭgŭŭs nē dēsĕrăt hūmŏr ărēnăm. *V.* Dūlcĕ sătĭs hūmŏr. *V.* Cīrcūmflŭŭs hūmŏr. *O.* Hūmōrĕ lŏquēntĭs Os cārĕt. *O.* Nōctēs lēntŭs nōn dēfĭcĭt hūmŏr. *V.* Tĕnŭātŭs ĭn aūrās Hūmŏr ăbĭt. *O.* Hūmŏr ĕt īn gĕnās Fūrtīm lābĭtŭr. *H.*

hŭmŭs. *Spārgĭte hŭmūm fŏlĭĭs* etc. V. SY. tērră, tēllūs, ăgĕr, cāmpŭs. EP. pīnguĭs, crētōsă, lŭtōsă, ărēnōsă, dūlcĭs, dīvĕs, ūdă, hūmĭdă, hērbōsă, dūră, pīctă, vĭrĭdĭs, gĕlĭdă, grāmĭnĕă, laetă, sŏlĭdă, mădĭdă, īmmūndă, līmōsă, cŏmāns, frīgĭdă, āltrīx, fōssĭlĭs, sĭtĭēns, flōrĭdă, foecūndă, glēbōsă, pătēns, caerŭlĕă, vĭrēns, hērbĭdă, lăpĭdōsă, tĕnĕră, fōrmōsă, vērnāns, fērtĭlĭs, frŭtĭcāns, līmĭfĕră, stĕrĭlĭs, īnfoecūndă, grātă, īngrātă, sīccă, ārĭdă, squālĭdă, brūtă, nūdă, īnvīsă, ăgrēstĭs, vōmĕrĕ prēssă, pīctă flōrĕ, vēstītă hērbĭs. PH. Pīnguĭs hŭmŭs dūlcīque ūlīgĭnĕ laetă. *V.* Frīgŏră dānt rāmī, vărĭōs hŭmŭs hūmĭdă flōrēs. Pīctăquĕ flōrĭfĕrō grāmĭnĕ vērnăt hŭmŭs. Pīctăquĕ dīssĭmĭlī flōrĕ nĭtēbăt hŭmŭs. Frūgĭbŭs āptă fĕrēndĭs. Lūxŭrĭăt Phrȳgĭō sānguĭnĕ pīnguĭs hŭmŭs. Alĭmēntăquĕ dēbĭtă dīvĕs Pōscēbātŭr hŭmŭs. *O.* Sēdĭt hŭmō nūdā. *O.* Atque āffīgĭt hŭmō dīvīnae pārtĭcŭlam aūrae. *H.* Strātŭs hŭmō. *St. v. humi, jaceo, terra.*

Hūnnī. EP. tūrpēs, pēstĭfĕrī, mĭnācēs,

fĕrōcēs, tōrvī, bēllĭgĕrī, bēllācēs, fĕrī, trŭcēs, crūdēlēs, īmmānēs, răpācēs, trŭcŭlēntī.

hy̆ăcīnthĭŭs. *Ānnŭă praelātă rĕdēūnt hy̆ăcīnthĭă pōmpā.* O.

hy̆ăcīnthĭnŭs. — *hy̆ăcīnthĭnă vēstĭs.* M. PH. Flōs hy̆ăcīnthĭnŭs. *C.*

hy̆ăcīnthŭs. *Ēt pīnguēm tĭlĭam ēt fērrūgĭnĕōs hy̆ăcīnthōs.* V. EP. rŭbēns, vĕnŭstŭs, pūlchĕr, dĕcōrŭs, rŏsĕŭs, mōllĭs, flōrĕŭs, cāndĭdŭs, lūtĕŏlŭs, nĭtēns, fērrūgĭnĕŭs, caerŭlĕŭs, Cōry̆cĭŭs, Āmy̆clīdēs, Taenărĭdēs, Oebălĭdēs, pūrpŭrĕŭs, blāndŭs, flōrēns, tĕnĕr, pūrpŭrāscēns, dūlcĭs, rŭbĕr. Nātŭs Āmy̆clīs. *Cl.* PH. Suāvĕ rŭbēns hy̆ăcīnthŭs. Flōs Oebălĭŭs, Sălămīnĭăcŭs, Hy̆ăcīnthĭŭs, Trīnăcrĭŭs. Rŭbĕfāctăquĕ sānguĭnĕ tēllūs Pūrpŭrĕūm vĭrĭdī gĕnŭīt dē cēspĭtĕ flōrĕm, Quī prĭŭs Oebălĭō fŭĕrāt dē vūlnĕrĕ nātŭs. *O.* Hās, hy̆ăcīnthĕ, tĕrēs; īllās, ămărānthĕ, mŏrārĭs. *O.* Tē quŏquĕ, flēbĭlĭbŭs moerēns, hy̆ăcīnthĕ, fĭgūrīs. *Cl.* Ipsĕ sŭōs gĕmĭtūs fŏlĭīs īnscrībĭt; ĕt *aī aī* Flōs hăbĕt īnscrīptūm. *O. v. Hyacinthus.* — Sūppŏsŭīt caesōs hy̆ăcīnthī rūpĕ cŏlūmnās. *O. v. gemma.*

Hy̆ăcīnthŭs. Descr. *O.* M. 10, 162 sqq. *Rapin.* in *hortis.* PH. Dīscrīmĕn vītaē, lūdĭt dūm fōrte Hy̆ăcīnthŭs, Incūrrĭt, dīscō tēmpŏră fīssă gĕrēns. *Anth.* Flēctĭt ăb īnvīsō mŏrĭēntĭă lūmĭnă dīscō Oebălĭŭs, Phoebī cūlpă dŏlōrquĕ, pŭĕr. *M.*

Hy̆ădēs. *Ārctūrūm plŭvĭāsque Hy̆ădēs gĕmĭnōsquĕ Trĭōnēs.* V. SY. Ātlāntĭdes, Plēĭădēs. Nĕptēs Tēthy̆ŏs ĕt Ōcĕănī sĕnĭs. EP. plŭvĭae, nīmbōsae, ūdae, trīstēs, īmbrĭfĕrae, nūbĭlae, ăquōsae, Ātlāntēae, Ātlāntĭs fīlĭae, Plēĭŏnēs nātae. Plēĭădūm grĕx, sīgnă, chŏrŭs (Mājă, Tāy̆gĕtē, Stĕrŏpē, Mĕrŏpē, Ēlēctră, Cēlaenō, Ālcy̆ŏnē.). Cĭēntēs plŭvĭās. PH. Ōră mĭcānt Taurī sēptēm rădĭāntĭă flāmmīs, Nāvĭtă quās Hy̆ădās Grājŭs ăb īmbrĕ vŏcāt. *O.* Pōstĕră lūx Hy̆ădās taurīnae cōrnŭă frōntĭs Ēvŏcăt, ēt mūltā tērră mădēscĭt ăquā. *O.* Pōst Hy̆ădūm tōtō dē grĕgĕ nūllă lătĕt. *O.* — *Sing.* Nōn tāntīs Hy̆ăs īnsĕrĭtŭr nīmbīs. *St.* Nīmbōsăquĕ taurūm Dūcăt Hy̆ăs. *Cl. v. Plejades.*

hy̆aenă. — *mīrāmŭr hy̆aenăm.* O.

hy̆ălŭs, ī. *Cārpēbānt hy̆ălī sătūrō fūcātă cŏlōrĕ.* V.

Hy̆ăs, ădĭs. *v. Hyades.*

Hy̆ăs, āntĭs *et* ae. *Mātĕr Hy̆ān ĕt Hy̆ān moestaē flēvērĕ sŏrōrēs.* O. F. 5, 179. *Cōntĭnŭūnquĕ dĭē sīdŭs Hy̆āntĭs ĕrĭt.* O. — *Adj.* Clārŭs Hy̆āntēaē stēllă pĕtītōr ăquae. *M.* Pārtĭcĭpēs ŏpĕrūm cōmpēllăt Hy̆āntĭŭs ōrĕ. *O. v. Boeotius.*

hy̆bērnācŭlŭm. — *Nōn hy̆bērnācŭlă sĕgnēs Ēnērvānt tōrpōrĕ mănŭs.* Cl. *v. hibernus.*

hy̆bērno. *Hy̆bērnătquĕ mĕūm mărĕ* etc. Pe. *v. hyemo.*

hy̆bērnŭs. *Uvĭdŭs hy̆bērnā vĕnīt dē glāndĕ Mĕnălcās.* V. *Fērnăquĕ trānsĭĕrīnt Rŭtŭlīs hībērnă sŭbāctīs.* V. PH. Annŭs hy̆bērnŭs. *H.* Tēlă vŏlānt hy̆bērnā grāndĭnĕ plūră. *O.* Hy̆bērnīs pārcēbānt flātĭbŭs Eūrī. *V.* Ac vĕlŭt hy̆bērnō dēprēnsŭs nāvĭtă pōntō. *St. v. hyemalis, procellosus.* — *Subst. v. hybernaculum.*

Hy̆blă. *Pāscĭt ĕt Hy̆blă mĕăs, pāscĭt Hy̆mēttŭs ăpēs.* M. EP. crŏcĕă, flōrĭdă, Trīnacrĭs, Sĭcŭlă, fērtĭlĭs, ŏlēns, rĕdŏlēns, mēllĭflŭă, āltă, flōrēns, dīvĕs, mēllĭfĕră, Sĭcānĭs, flōrĭcŏmă, hērbōsă. PH. Vărĭīs pīctă cŏlōrĭbŭs. Thy̆mī fĕrāx. Thy̆mō mĭhĭ dūlcĭōr Hy̆blae. *V.* Flōrĭdă pēr vărĭōs ūt pīngĭtŭr Hy̆blă cŏlōrēs. Āltăquĕ quām mūltīs flōrĕăt Hy̆blă thy̆mīs. Et cărĕăt dūlcī Trīnăcrĭs Hy̆blă thy̆mō. *O.* Quŏt ăpēs pāscūntŭr ĭn Hy̆blā. *O.* — *Adj.* Hy̆blēīs ăpĭbūs flōrēm dēpāstă sălīctī. *V.*

hy̆brĭdă, ae, *m. et f.*; hy̆brĭs, ĭdŏs. *f.* *Jāmque hy̆brĭdārūm grēx tĭbī fŏrēt plēnŭs.* (scaz.) M.

Hy̆dāspēs. — *Pŏpŭlī Ly̆dōrum aūt Mēdŭs Hy̆dāspēs.* V. EP. gēmmĭfĕr, dīvĕs, clārŭs, tŭmĭdŭs, gēmmĕŭs, ŏpŭlēntŭs, Mēdŭs, Ēōŭs, Indŭs, Ny̆saeŭs, Năbăthaeŭs, fābŭlōsŭs, aūrĭfĕr, lēnĭs, lōngīnquŭs. PH. Aūt quae lŏcă fābŭlōsŭs Lāmbĭt Hy̆dāspēs. *H.* — *Adj.* Dīvĕs Hy̆dāspēīs aūgēscāt pūrpŭră gēmmīs. *Cl.*

hy̆dră. *Imprŏbă Nīlĭăcīs quĭd făcĭt hy̆dră fĕrīs?* M. *Quīnquāgīnta ātrīs īmmānĭs hĭātĭbŭs Hy̆dră.* V. SY. ĕchĭdnă. EP. rĕnāscēns, īmmānĭs, dīră, īmprŏbă, nŏcēns, fĕră, hōrrēndă, sēptēmplēx, rĕdĭvīvă, pūllŭlāns, tŭmēns, squālēns, foecūndă, saevă, vĕnēnōsă, fōrmīdābĭlĭs, crūdēlĭs, hōrrĭdă, hōrrēns, Lērnaeă, Hērcŭlĕă, strīdēns, cŏlūbrĭfĕră, vāllātă cŏlŭbrīs, rāmōsă, vĭrēns, Ārgŏlĭs, fĕrōx, mūltĭplēx, frīgĭdă. PH. Bēllŭă Lērnaeă. *V.* Lērnaeŭs sērpēns, ānguĭs, hy̆drŭs. Cŏlūbrĭfĕrūm mōnstrūm. *O.* Lērnaeă pēstĭs. Quaequĕ rĕdūndābăt foecūndō vūlnĕrĕ sērpēns. Rĕdĭvīva īn cōllă tŭmēns. Hōrrēndūm strīdēns. *V.* Saevă Lērnae mōnstră. Rĕdĭvīvām mōrtĭbŭs hy̆drăm. *M.* Vūlnĕrĭbŭs foecūndă sŭīs ĕrăt īllă. Nōn, quūm pĕr ārtūs Hy̆dră fēcūndūm mĕōs Căpŭt ēxplĭcārĕt. *Se.* Mōrtĕ fēcūndūm dŏmŭīt drăcōnĕm, Vĕtŭītquĕ cōllō pĕrĕūntĕ nāscī. *Se.* Tūm nĭgĕr īn pōrtā sērpēns, tūm Cērbĕrŭs ōrĕ Strīdĕt. *T.* Descr. *O.* M. 9, 70 sqq. *v. anguis, serpens.*

hy̆drŏcēlē. *Dīcēntēm tŭmĭdās ĭn hy̆drŏcēlās.* (phal.) M.

hy̆drŏchŏŭs. *Prōxĭmŭs Hy̆drŏchŏī fūlgērĕt Ŏărĭōn.* C. *v. Aquarius.*

hydrōps. *Crēscĭt hy̆drōps* etc. Ser. Sam. *Crēscĭt īndūlgēns sĭbĭ dīrŭs hy̆drōps.* H. SY. hydrōpĭs; hydrōpĭsĭs. EP. tūrgĭdŭs, īnflātŭs, dīrŭs, tŭmĭdŭs, aegĕr, lāngŭĭdŭs, ăquōsŭs, pāllĭdŭs, sĭtĭēns. PH. Mōrbŭs ĕgēns jām gūrgĭtĕ plēnĭs Vīscĕrĭbŭs sĭbĭ pōscĭt ăquās. *L.* Sūrgĭt tăcĭtē tĭbĭ lūtĕă pēllĭs. *Pe.* Sī nōlĭs sānŭs, cūrrēs hydrōpĭcŭs. *H.* Sīc, quĭbŭs īntŭmŭīt sūffūsā vēntĕr ăb ūndā, Quō plūs sūnt pōtae, plūs sĭtĭūntŭr ăquae. *O.* Nēc sĭtĭm pēllĭt, nĭsĭ caūssă mōrbī Fūgĕrĭt vēnĭs, ĕt ăquōsŭs ālbō Cōrpŏrĕ lāngŭŏr. *H.*

hȳdrŭs. — *tŭrpēs mūtāvĭt ĭn hȳdrōs*, V. *v. anguis, hydra.*

Hydrūs, ūntĭs. — *Quā āvĭĭs Hȳdrūs.* L.

hȳĕmo. *Nāvĭgĕt, āc mĕdĭĭs hȳĕmĕt mercātŏr ĭn ūndīs.* H. PH. Atrūm dēfēndēns pīscēs hȳĕmāt mărĕ. *H.*

hȳēms. *Ēt glăcĭālĭs hȳēms Ăquĭlōnĭbŭs āspĕrăt ūndās.* V. G. 3, 349 sqq. V, Descr. *H.* O. 1, 9. *O.* T. 3, 10, 9 sqq. *S.* 12, 1 sqq. *L.* 4, 50. *T.* 4, 1, 154 sqq. *Cl.* B. G. 320. SY. brūmă, frīgŏră, gĕlū, nĭvēs, glăcĭēs, ānnŭs hībērnŭs, *H.* Ep. 2, 29. EP. frīgĭdă, glăcĭālĭs, āspĕră, īnfōrmĭs, gĕlĭdă, plŭvĭōsă, ăquōsă, saevă, fĕră, vēntōsă, īmbrĭfĕră, īmmītĭs, fĕrrĕă, dūră, tūrbĭdă, ūndōsă, mălīgnă, stĕrĭlĭs, fĕrōx, nĭvōsă, nīmbōsă, cānă, ăcērbă, dīră, ălgēns, īntŏlĕrābĭlĭs, pĭgră, sēgnĭs, bŏrĕālĭs, ăquĭlōnĭă, hōrrĭdă, cōncrētă, brūmālĭs, trīstĭs, ātră, frīgēns, ācrĭs, īnfōrmĭs, īnīquă, crĕpĭtāns, lētālĭs, ădŏpērtă gĕlū, īmprŏbă, dēfōrmĭs, praegĕlĭdă, ătrōx, Ēdōnĭă, Aeŏlĭă, Sārmătĭcă, caecă, ārmātă, tōrrĭdă nīmbīs, īntrāctābĭlĭs, mădēns, rĭgĭdă, ălgĭdă, rĭgēns, ălbă, ĭnērs, pāllĭdă, strīdēns, ălbēns, cāndĭdă, īndŏmĭtă, grāvĭs, plŭvĭālĭs, ŏnĕrōsă, mălă, īnvīsă, Aegaeă, grāndĭnĕ ārmātă, grāndĭnĕ mīstă, gĕnĭālĭs, ut conviviis jocisque apta, *V.* G. 1, 302. īndĭgnă, i. e. saeva, 3, 373. īgnāvă cŏlōnō, quia colonum esse jubet, 1, 299. PH. Hȳbērnūm, hȳĕmālĕ, brūmālĕ tēmpŭs, sīdŭs, frīgŭs. *H.* Hībērnaĕ mĭnaĕ. *O.* Frīgĭdă tēmpŏră. *S.* Pīgrō brūmă gĕlū sīccīsque ăquĭlōnĭbŭs hōrrēns. *L.* Vīs, hōrrŏr, āspĕrĭtās hȳĕmĭs. Frīgŏră brūmaĕ. Brūmaĕ īntrāctābĭlĭs hōrrŏr, īmbrēs. Sīdĕră brūmaĕ. Frīgĭdŭs ānnŭs. *V.* Hȳbērnī sōlēs, mēnsēs. *V.* Hōrrĭdă cānō Brūmă gĕlū. *V.* Glăcĭālĭbŭs āspĕră vēntīs. *V.* Rĭgĭdīs ăquĭlōnĭbŭs hōrrēns. *V.* Hȳbērnaĕ tēmpŏră brūmaĕ. *T.* Brūmālēs hōraĕ. *O.* Sārmătĭcās hȳĕmēs ēt frīgŏră Rhēnī Pāllĭdă. *St.* Cōntrīstāns rūră gĕlū, frīgŏrĕ caelūm. Cānīs ădŏpērtă prŭīnīs. Raucō mūgĭēns ăquĭlōnĕ. Ēt glăcĭālĭs hȳēms cānōs hīrsūtă căpīllōs. O. Vīs hȳĕmĭs glăcĭē cūrrēntēs āllĭgăt ūndās. Trīstĭs hȳēms mōntēs nĭvĕō vēlāmĭnĕ vēstĭt. Frōndĕ nĕmūs mălĕ nūdăt hȳēms, āmnēsquĕ rĭgēscūnt Frīgŏrĕ, brūmă dĭēm spătĭīs brĕvĭōrĭbŭs ārctăt. *v. bruma, frigus, gelu, glacies, nix.* — *Hyemis tempus.* Quūm āspĕră saevĭt, pūgnăt, hōrrĕt hȳēms, īncānă gĕlū. Frīgŏrĭbŭs mĕdĭīs. Hībērnō, brūmālī tēmpŏrĕ, frīgŏrĕ, sīdĕrĕ. Pēr frīgŏră, pēr frīgŏră brūmaĕ. Nōn mĭhĭ lāc aēstātĕ rōrūm, nōn frīgŏrĕ dēfĭt. *V.* Frīgŏrĭbŭs pārto ăgrĭcŏlaĕ plērūmquĕ frŭūntŭr. *V.* Inērs hĭĕmī cōntĭnŭātŭr hĭēms. *O.* Brūma ēst ēt rĭgĕt hōrrĭdŭs Dĕcēmbĕr. *M.* Imprŏbă pūgnăt hĭēms īndīgnātūrquĕ. *O.* Quūm fūndĭt ăb āntrīs Aeŏlĭūs ārmātās hȳĕmēs. *L.* Nūdātūm frōndĭbŭs Haemūm Tēndĭt hȳēms vēstīrĕ gĕlū. *Cl.* Quūm Jūpĭtĕr hōrrĭdŭs Aūstrīs Tōrquĕt ăquōsam hĭĕmēm. *V.* Nĭx āltă jăcĕt. *V.* Glăcĭēm quūm flūmĭnă trūdūnt. *V.* Extrēmaĕ sūb cāsum hȳĕmĭs. *V.* Brūmām Căprĭcōrnŭs ĭnērtēm Pēr mĭnĭmās cōgĭt lūcēs ēt māxĭmă nōctĭs Tēmpŏră. *Mn.* Quūm frīgĭdŭs ōlĭm Jām cădĭt ēxtrēmōque īrrŏrăt Ăquārĭŭs ānnō. *V.* Tāndēm brūmă nĭvēs āffērt, pīgrūmquĕ rĭgōrēm Rēddĭt hȳēms sĕquĭtūr crĕpĭtāns ēt dēntĭbŭs ălgĕt. *Lr.* Dēnsā tēllūs ābscōndĭtŭr ūmbrā, Et nūlla īncēptō pērlābĭtŭr ūndă lĭquŏrĕ, Sēd dūrātă rĭgĕt dēnsam īn glăcĭēmquĕ nĭvēmquĕ. *T.* Bŏrĕālĭbŭs ārvă prŭīnīs ūrĭt. Dūm trīstĭs hȳēms ĕtĭām nūnc frīgŏrĕ săxă Rūmpĕrĕt, ēt glăcĭē cūrsūs frēnārĕt ăquārūm. *V.* Quūm fērrĕă nīmbīs Cērtăt hȳēms. *St.* Quūm frāngūnt īmprŏbă sōlēm Frīgŏră. *St.* Quūm tērrīs dēsaevĭt hȳēms. Trīstĭs hȳēms Ăquĭlōnĭs ĭnhōrrŭĭt ālĭs. *O.* Cānēnt bŏrĕālĭbŭs ārvă prŭīnīs. Ăt quūm trīstĭs hȳēms squālēntĭă prōtŭlĭt ōră, Tērrāquĕ mārmŏrĕō ēst cāndĭdă fāctă gĕlū. *V.* Quūm rĭgĕt ōmnĭs ăgĕr, claūsūm mărĕ, cōndĭtă cāstră, Nēc tŏlĕrānt mĕdĭās hĭĕmēs hōrrēntĭă săxă; Stātque ūnō nātūră lŏcō paūlūmquĕ quĭēscĭt. *Mn.* Quūm Bŏrĕās gĕlĭdām spīrăt ăb āxĕ nĭvēm. Aūt gĕlĭdās hībērnŭs ăquās quūm fūdĕrĭt Aūstĕr. *T.* Quūm nĭvĭbŭs cānēnt, īmpērvĭă cūlmĭnă, mōntēs, Quūm vāllēs nĭmĭīs īmpĕdĭūntŭr ăquīs. *T.* Īndĕ sĕnīlĭs Hȳēms trĕmŭlō vĕnĭt hōrrĭdă pāssū, Aūt spŏlĭātă sŭīs, aūt, quōs hăbĕt, ălbă căpīllōs. *S.* Ādspĭce, ŭt hībērnōs răpĭdōs ŭbĭ flēxĭt ĭn Aūstrūm Phoebŭs ĕquōs, nōstrūmquĕ vĭdēt dēprēssĭŏr ōrbēm, Brūmă rĭgĕt, dūrātquĕ gĕlū, spārgītquĕ prŭīnā Tēllūrem ēt gĕlĭdā glăcĭē văgă flūmĭnă sīstĭt. *O.* Quūm pŏsĭtā sūb nĭvĕ tērră lătĕt. Fērt ŏbrŭtă tērră nĭvēs. Ūndăquĕ jām tērgō fērrātōs sūstĭnĕt ōrbēs, Pūppĭbŭs īllă prĭŭs, pătŭlīs nūnc hŏspĭtă plaūstrīs. *V.* Brūmă dīscūssīt dĕcŭs Nĕmŏrūm, ēt nĭvālī cūnctă cōnstrīngĭt gĕlū. *Se.* Quūm caelūm brūmālī frīgŏrĕ tōrpĕt. Quūmque īnfōrmĭs hȳēms răpĭdīs ăquĭlōnĭbŭs hōrrĕt. Dēpōnūnt frōndēs hȳĕmālī frīgŏrĕ sīlvaĕ. Quāndō nĕquĭt rĭgĭdās scīndĕrĕ rēmŭs ăquās. Cūm nĕc ăgĕr pōmūm, nēc dūlcēs ēdŭcăt ūvās, Nōn sălĭcēs rīpīs, rōbŏră mōntĕ vĭrēnt. Jām tērraĕ glăcĭālĕ căpŭt, foecūndăquĕ nīmbīs Tēmpŏra, ēt āstrĭfĕrō nĕbŭlōsām vērtĭcĕ frōntem Īmmītĭs rĕfĕrēbăt hȳēms. Stăbŭlīs gaūdēt pĕcŭs, aūt ărātŏr īgnī. *H. v. annus.*

Hȳgēă. *Quŏd sānārĕ Crĭtōn, nōn quŏd Hȳgēă pŏtēst.* M.

Hȳlaeŭs. *Ēt māgno Hȳlaeūm Lăpĭthīs crātērĕ mĭnāntēm.* V.

Hȳlās. *Aūt mūltūm quaesītŭs Hȳlās, ūrnāmquĕ sĕquūtŭs.* I. EP. Thĕŏdămāntēŭs, pārvŭs, pūlchĕr, fōrmōsŭs, tĕnĕr, quaesītŭs, clārŭs, Tīrynthĭŭs. PH. Hērcŭlĕŭs pŭĕr, ălūmnŭs. Cuī nōn dīctŭs Hȳlās pŭĕr ēt Lātōnĭă Dēlŏs. *V.* Năĭdūm crīmĭnĕ rāptŭs. *O.* Descr. *P.* 1, 20, 6 sqq. *V.* E. 6, 44.

Hȳlāx. — *Hȳlāx ĭn līmĭnĕ lātrăt.* V.

Hymēn *s.* hȳmĕnaeŭs. *Vūlgŭs hȳmēn hȳmĕnaeĕ vŏcăt; fŭgĭt īllĕ vŏcāntēs.* O. *Et sŭbĭtō nōstrās Hȳmēn cāntātŭs ăd aūrēs.* *O.* Descr. *V.* G. 4, 516. *O.* H. 9, 134. 12, 137. *C.* 58. 62, 5. 61, 134. EP. fōrmōsŭs, laetŭs, mĭtĭs, dūlcĭs, fēstŭs, blāndŭs, cāstŭs,

hŏnĕstūs, vīnctūs sĕrtīs. flōrĭcŏmūs, pūlchĕr, mōllĭs, cōnnūbĭālĭs, taedĭfĕr, ērrōrĭvăgūs, Thălāssĭūs. *C.* 61, 134. PH. Cōnjŭgĭī praesĕs. Cŭī sūnt cōnnūbĭă cūrae. Āffŭĭt ĕt sērtīs tēmpŏră vīnctŭs hȳmēn. *O.* Tūrpĭă fōrmōsūs cōrpŏră jūngĭt hȳmēn. Jūnxĭt hŏnēstūs hȳmēn taedīs īllūstrĭbŭs āmbōs. Cōnjŭgĭī spōnsŏr ĕt ŏbsĕs. Dūx bŏnae Vĕnĕrĭs. Cōnjŭgātŏr bŏnī ămōrĭs. Spōnsīs plēnā mănū sŭă dōnă fĕrēns. Nōn dēsĕrēns ūnquām căstōs ănĭmōs. Cūjūs cūstōdĭă tŭētŭr sŏcĭūm lēctūm. Thȳrsĭgĕrī prōlēs gĕnĕrōsă Lyaeī. Crŏcĕō vēlātŭs ămīctū. *O.* Et vēstrōs Hȳmĕnaeŏn āntĕ pōstēs Faūstīs cāntĭbŭs īpsĕ pērsŏnābō. *St.* Et tū, quī făcĭbūs lēgĭtĭmīs ădĕs, Nōctēm dīscŭtĭēns aūspĭcĕ dēxtĕrā, Hūc īncēdĕ grădū mārcĭdŭs ēbrĭō, Praecīngēns rŏsĕō tēmpŏră vīncŭlō. *Se.* Hūnc Mūsă gĕnĭtūm lēgĭt Cȳthĕrēă, dŭcēmquĕ Praefēcĭt thălămīs: nūllūm jūnxīssĕ cŭbīlĕ Hōc sĭnĕ, nēc prīmās fās ēst āttōllĕrĕ taedās. *Cl. v. conjugium.*

Hȳmēttŭs. *Pāscăt ĕt Hȳblă mĕās, pāscăt Hȳmēttŭs ăpēs.* M. EP. flōrēns, dūlcĭs, ŏlēns, vērnŭs, vĭrĭdĭs, ŏdōrĭfĕr, mēllĭflŭŭs, Āttĭcŭs, mārmŏrĕ dīvĕs, thȳmī fĕrāx, Āctaeŭs, Cĕcrŏpĭŭs, Thēseŭs, Ērēchthēŭs, pūlchĕr, cĕrĕālĭs, tĕpĭdŭs. PH. Vērtĭcĕ dē sūmmō sēmpĕr flōrēntĭs Hȳmēttī. *O.* Ubī nōn Hȳmēttō Mēllă dēcēdūnt. *H.* O. 2, 6, 14; — *Adj.* Ut Hȳmēttĭă sōlĕ Cēră rĕmōllēscĭt. *O.* Hȳmēttĭă vīnă Fălērnō Nē dīlūtă bĭbās. *H.*

hȳmnŭs. EP. săcĕr, ălăcĕr, dūlcĭs, fēstīvŭs, dīvīnŭs, blāndĭsŏnŭs, grātŭs, hĭlărĭs, plăcĭdŭs, laetŭs, rĕsŏnŭs, Īsmărĭŭs, hŏnōrātŭs. PH. Dŏmĭnī mātrēm dĕcŏrāvĭt ĕt hȳmnīs Excŏlŭĭt săcrīs. Āltĭsŏnīs ălăcrēs cĕcĭnērūnt vōcĭbŭs hȳmnōs. Sēmpĕr hŏnōrātōs ūnī tĭbĭ cōncĭnĕt hȳmnōs. *v. cantus.*

Hȳpaepă, ōrūm. — *pārvīs hăbĭtābăt Hȳpaepis.* O.

Hȳpănĭs. *Săxōsūmquĕ sŏnāns Hȳpănĭs* etc. *V.* PH. Scȳthĭcīs Hȳpănĭs dē mōntĭbŭs ōrtŭs. *O.*

hȳpērbŏrĕŭs. *Tālĭs hȳpērbŏrĕō sēptēm sŭbjēctă trĭōnī.* V. SY. bŏrĕālĭs, ăquĭlōnĭŭs, ārctōŭs. *v. arctous.*

Hȳpĕrīŏn. *Plăcăt ĕquō Pērsīs rădĭīs Hȳpĕrīŏnă cīnctūm.* *O.* F. Descr. *O.* M. 4, 102. — *Adj.* Jāmque Hȳpĕrīŏnĭă lūx sēptĭmă lāmpădĕ sūrgēns. *S.* — Pulsīs Hȳpĕrīŏnĭs āstrīs In mātūtīnīs lāmpădă tōllĭt ĕquīs. *O.*

Hȳpērmnēstră. *Mīttĭt Hȳpērmnēstrae dē tŏt mŏdŏ frātrĭbŭs ūnī.* O. cf. *H.* O. 3, 8, 29 sqq. *v. Danaides.*

hȳpocrĭsĭs. SY. fīctă prŏbĭtās, vīrtūs, rēlĭgĭo, pĭĕtās, vānă ōstēntātĭo, vīrtūtĭs fāllāx sĭmŭlātĭo. EP. fīctă, mēndāx, fāllāx, īnfīdă, sŭbdŏlă, spĕcĭōsă, sŭpērbă, fūcātă, fraūdŭlēntă, īnīquă. PH. Fīgēns lūmĭnă tērrae. Fīctō sĭmŭlāns pĭă pēctŏră vūltū. Fāllāx mŏdēstĭă. Vūltŭs ōrĕ dēlūdēns hŏmĭnŭm mēntēs.

hȳpŏcrĭtă. *Et cōgnōscĕ tŭūm, dēfōrmĭs hȳpŏcrĭtă, mōrbūm.* Pr. SY. sĭmŭlātŏr, hīstrĭo. EP. fīctŭs, fāllāx, mēndāx, fūcātŭs, spĕcĭōsŭs. PH. Fīctō vūltū, spĕcĭē rēctī fāllēns. Hŏnēstī, pĭĕtātĭs sĭmŭlātŏr, fāllāx ĭmĭtātŏr. Sānctōs mōrēs ēffīngēns, mēntītŭs. Ōrĕ pĭŭs, mēndāx ănĭmō. Nēquĭtĭām vūltū tĕgēns. Dēcĭpĭēns fūcāto ōrĕ. Sĭmŭlāns fīctō pĭă pēctŏră vūltū. Scĕlĕrātō prōfŭĭt āră. *O.* Quī Cŭrĭōs sĭmŭlānt ĕt Bācchānālĭă vīvūnt. *I.* Nōlītō frōntī crēdĕrĕ. *M* Āstūtām văpĭdō sērvăt sŭb pēctŏrĕ vūlpēm. *Pe. v. hypocrisis.*

Hȳpsĭpȳlē. *O.* H. 6. EP. pūlchră, Lēmnĭă, Lēmnĭs, Thŏāntĭās. PH. Clārō gĕnĕrātă Thŏāntĕ. *St.* Th. 5, 29, 59. *P.* 1, 15, 18.

Hȳrcānĭă. — *vāstīs Hȳrcānĭă sīlvīs.* L. — *Adj.* Hȳrcānaeque ādmōrūnt ūbĕră tĭgrēs. *V.*

Hȳrĭeŭs, ĕōs *et* ĕī. *Fōrtĕ sĕnēx Hȳrĭeŭs, aūgūstī cūltŏr ăgēllī.* O. cf. F. 5, 499.

hȳssōpūm *et* ŭs, ī. *In vīnō pĭŭs hȳssōpūm, vălĭdām quŏquĕ rūtăm.* Ser.

Prima mei pars est exhausta laboris.
Ovid.

LIPSIAE, IMPRESSIT B. G. TEUBNER.





